Digitized by Google

7
1-d
43

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
2 C
3

43

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

7-1.d.43.

61
E
14

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA
SACRA, PROPHANA,
NEC NON POLITICA, TRIBVS
TOMIS COMPREHENSA,

In qua

Non ſolùm reperiuntur geſta Pontificum Tungrenſium, Trajectenſium, & Leodienſium; verùm etiã Pontificum Romanorum, atque Imperatorum, & Regum Franciæ vſque ad LVDOVICVM decimum tertium Galliæ, ac Nauarræ Regem Chriſtianiſſimum.

Adjuncta eſt Hiſtoria Gubernatorum, qui tempore tumultuum Belgij, vſque ad Sereniſſimos Principes Albertum & Iſabellam, totam illam Regionem rexêre, ac ab hoſtium telis propugnauêre.

Nunc primùm ſtudio & induſtriâ Reuerendi D. Ioan. Chapeauilli Inſignis Eccleſiæ Leodienſis Canonici, & Vicarij in lucem edita, ac annotationibus illuſtrata.

Acceſſit Venerabilis P. Ægidij Bucheri è Societate IESV *Chronologia, in qua videre eſt quotquot ad hæc vſque tempora extiterunt Summi Pontifices, Imperatores, Galliarum Reges, Principes, ac Epiſcopi.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TOMVS III. ET VLTIMVS.

AVGVSTÆ EBVRONVM,

Apud GVILLELMVM LE SAGE è regione Curiæ Officialis,

Anno 1618.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI FERDINANDO,

DEI GRATIA ARCHIEPISCOPO ET *Electori Colonienſi, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principi & Epiſcopo Leodienſi, Hildesheimenſi, Monaſterienſi, Coadiutori Paderbornenſi, Adminiſtratori Stabulenſi & Berchtergadenſi, Comiti Palatino Rheni, vtriuſque Bauariæ, VVeſtphaliæ, Angariæ & Bullonij Duci, Marchioni Franchimontano, Comiti Loſſenſi, Longienſi, Hornenſi, &c.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sereniſs. Princeps Domine Clementiſsime.

PRODIT Serenitatis Veſtræ auſpicijs & hic tertius idemque mihi poſtremus Geſtorum Pontificum Leodienſium Tomus, partim alieno partim meo conſcriptus ſtylo. Equidem Radulphus à Riuo, vir non dignitate tantum ſed & eruditione præſtans, qui primũ hoc in volumine locum obtinet, tres ſui temporis Pontifices, Engelbertum à Marka, Ioannem Arkelium, & Arnoldum de Horn ſuo ſtylo depinxit. Suffridus Petri Iuriſconſultus, Græcis iuxta ac Latinis litteris probè excultus, Radulphũ ſcribendo proximè ſequutus, Ioannis Bauari & aliorum quatuor Pontificum Geſta vſque ad Erardum Markanum ſuo modo Latinè diſerteque expreſſit. Optaſſem etiam Erardum ac poſteriores alios ad ſua vſque tempora pari diligentia ſedulitateque deſcripſiſſet; ſed rem operoſam nimis ac periculoſam ratus, eam poſteritati reliquit; quæ cùm neminem, quod equidem ſciam, produxerit, viſa eſt mihi & ea cura, neſcio quo fato, ceſſiſſe: ſed

Digitized by Google

in qua maius otium, maioreſq; ingenij vires, pro rei dignitate, & Eccleſiæ ac Serenitatis V. ſplendore peroptaſſem: hæc enim ſcribentis ſeceſſum ac otia quærunt, quæ parcius in me reperiũtur. Non deſiderabitur tamen (ni fallor) veritatis candor; quippe qui cẽturiam hanc & quòd excurrit ab Erardo ad vſque Serenitatem V. geſtorum nonniſi ex probatis auctoribus, regeſtiſque ac chartis Patriæ & Eccleſiæ huius memorabilioribus, necnon ijs quę ipſi vidimus, vel ab alijs viſa certò cognouimus, vulgari quidem, at fideli ſtylo collegi.

Porrò ſi in ſuperioribus Tomis exẽpla non deſunt, quæ pietatis & prudentiæ fructum cum honeſta animi oblectatione lectoribus ſuis adferunt: nec in iſto deeſſe, maximarum rerum varietas & multitudo, quæ paſſim ſeſe intuentium oculis offert, abundè fidem facit. Et vt vnum de multis recenſeam. Qua ſollicitudine & induſtria ab exorto Luthero noſtri Põtifices fidem Catholicam Romanam (quæ pietatis, prudentiæ, cæterarumq́, virtutum fundamentum eſt) in Eccleſia Leodienſi, Colonięſi, & aliquot vicinis integrã ſeruârint, & ab hæreſibus vindicârint, Geſta ab Erardo & cæteris vſque ad Serenitatem V. Pontificibus luculentèr oſtendunt.

Quamprimum Carolus V. Imperator religioſiſſimus petẽte Leone X. Pontifice Max. Edictum illud Heroicũ in Lutherum eiuſque Sectatores, per Imperium cæteraſq; ſibi ſubiectas Prouincias promulgauit; mox Erardus minimè ſibi tardandum ratus, in eundem eiuſque aſſeclas, non Leodij tantum, ſed & per omnia Patriæ Oppida illud euulgauit; nec euulgaſſe cõtentus, toto Epiſcopatus ſui tempore contra hęreticorum machinationes vigil pugilque, repeti, & ad eius normam, in ſectarios diligentiſſimè inquiri mandauit, reis, vel ad Eccleſiæ gremium paternè reductis, vel peruicacibus pro meritis iuſtè punitis.

Huius veſtigijs, qui proximè ſequuti ſunt Pontifices Cornelius à Bergis, Georgius Auſtriacus, & Robertus Berganus, ſerpentibus magis ac magis ex Germania, Anglia, Gallia, has ad oras hæreſibus, ita omnes aditus in ditionem Leodienſem præcluſerunt, vt ad eorum vſque tempora nuſquam ingredi, vel certè tutò pedem figere potuerint.

Demum

Demum ſub Gerardo Groesbekano, cùm Albanus hæreticos Belgio pelleret, à quibus cateruatim huc vndequaque confluentibus ſibi cauere difficillimum eſſet; & iam inter alios quidam noui ſcilicet Euangelij preco, Hermãnus Doctor nomine, Haſſeleti, Traiecti & Maſeekæ, vbi hæretici illi conſiſtere meditabantur, praua Lutheri dogmata pro cõcione commendare cœpiſſet: Præſul ſapientiſſimus ilico Haſſeletum eruditos & religioſos viros ſubmittit, qui errantes oues ſuas cum omni manſuetudine ad caulas reuocent, monet, inſtat, increpat ſæpè ſæpius, cumque ſe apud pertinaces oleum & operã perdere videt, reos Majeſtatis diuinæ ac humanæ legitimo Iuris tramite idcirco condemnatos armis compellit; idem indubiè in Maſeekenſes, Traiectenſeſque pariter refractarios facturus, ni ipſi Haſſelenſium exemplo cautiores facti, pulſis religionis nouatoribus, ſeſe ſubmiſiſſent.

Quid iam Erneſtum illum magnum fidei Catholicæ propugnatorem inuictiſſimũ, Sereniſſimæ C. V. Patruum, Patriæ huius patrem clementiſſimũ, memorem? Ille raro exemplo & fortè nunquam antè in Eccleſia audito, volentibus imò imperantibus Summis Pontificibus, Cathedras quinque ampliſſimas celeberrimaſque, difficillimis, ſi vnquam, temporibus, fœlicitèr non rexit tantum, ſed ab impijs ſacrilegiſque hæreticorum conatibus viriliter propugnauit: Friſingenſem imprimis in Auſtriam vſque & Styriam, necnon in Tyrolenſem Comitatum ſeſe protendentem ad hęreſes inclinantem, Sereniſs. patris ſui Alberti auctoritate & potẽtia adiutus, in obedientia Pont. Max. continuit; Hildesheimenſem in Saxonia, ſub qua recenſentur Ciuitates, Oppida, Caſtra, & Villæ pluſquam mille, à Principũ Brunſuicẽſium & Holſatiæ Ducum poteſtate vindicauit. Leodienſem Iuriſdictionis quoque vaſtiſſimæ, frementibus licet, armatiſque circumquaque nouatoribus, integram ſaluamque cuſtodiuit. Colonienſem, pulſis manu armata Truchſeſio, fœderatiſque hæreticis Principibus, Catholicam reddidit & defendit. Monaſterienſem quoque Eccleſiam percelebrem, ab Henrici Saxoniæ Ducis hæretici tyrannide liberauit.

Sed nec viri magnitudinem capere potuerũt Prouinciæ iſtæ;

teſtes ſunt Eccleſię Myndenſis, Paderbornenſis, & Oſnaburgenſis, quibus etiam in extremis conſtitutis neceſſitatibus adfuit. Teſtis eſt denique & ipſa Germania vniuerſa, quam propè labantem, conſilio, directione, opibus, auctoritate, publicis Comitijs & aliàs multoties adiuuit, defendit. Quocirca nec in Imperio Diuo Rudolpho Imperatori chariorem, nec Principibus Electoribus gratiorem fuiſſe, ijs qui vel tenuiter publica Imperij negotia iam à triginta annis tractârunt, in comperto eſt.

Quæ omnia & alia eiuſmodi à me leuitèr delibata dumtaxat inueniet in his ſcriptis Serenitas Veſtra, à qua venia mihi potius eo nomine deprecanda eſt, quā laus aliqua expectanda: Quanquam in arduis illis conatum eſſe, multum eſt. Venient poſt me alij, qui maiori diligentia, otio & ingenio, iſthæc requirent, ac poſteritati conſecrabunt: Vt & quæ Serenitas Veſtra ijſdem in Prouincijs, quibus Sereniſſimus quondam Patruus ſuus præfuit, ſucceſſor, non minori potentia & auctoritate, nec minus fœlicibus auſpicijs nūc geſſit geſturaque eſt poſthac. De quibus cùm ſine aſſentationis ſuſpicione loqui nequeam, ſcribere ſuperſedebo. Cæterùm id vnicum à Deo Opt. Max. peto, vt in adminiſtrandis frequentibus illis difficillimiſque ditionibus, quam largitus eſt Serenitati Veſtræ gratiam, eandem ad Ecclecleſiæ ſuæ & Serenitatis Veſtræ gloriam conſeruare amplificareque dignetur. A Serenitate verò Veſtra ſupplico, vt hoſce labores meos, vti præcedentes, boni conſulat, ſuoque patrocinio tutari pergat. Datum Leodij 8. Kalend. Iunij 1616.

Ser^mæ. C. V.

obſequentiſſimus ſeruitor

IO. CHAPEAVILLE.

Digitized by Google

IN HISTORIAM PONTIFICVM LEODIENSIVM R. D. IOANNIS CHApeauilli *Canonici & Vicarij Leodienſis, admodum R Generoſi ac Illuſtris D. Franciſci Mōmorantij Decani Leod. &c.*

HENDECASYLLABVM.

SI quandò datur à ſeueriore
Qua diſtringeris occupatione
Otij tibi, Chappeuille, paullùm.
Tranſis in nitidam ſub vrbe villam;
Alternis vbi feriaris horis.
Nec ceſſas tamen, aut abire tempus
Id frugis vacuum ſinis; ſed acti
Retro temporis, huius inſuperque
Cenſes Hiſtorias, quibus per annos
Huc deducitur vſque ſeſquimille
Obſeruatio firma Chriſtiani
Ritus, relligionis & receptæ.
A Tungris ſemel Eburonibuſque,
Aſſertoribus vnicis ſacrorum
Materno didicere quæ Magiſtro.
Nouæ non potuere opiniones,
(Quæ ſerpunt hodie nimis licenter
Per confinia regna Galliarum)
Illos à veteri auocare cultu.
Scripſerunt varij quidem; ſed vnus
Omnium monumēta ſparſa, fœdis
Aut erroribus inquinata paſſim
Emendas, opus inque cogis vnum
Iucundo nec inutili labore.
Id, doctiſſime Chappeuille, debet
Otiumne, negotiumne dici?

Digitized by Google

IN TOMVM TERTIVM ET POSTREMVM HISTORIÆ R. D. IOANNIS *Chapeauilli Canonici Archidiaconi & Vicarij Leodienſis.*

CHapeauille hoſpes ſuauiſſime,
Dum primum apud te ago tyrocinium
Sacra Lamberti reſidens in æde.
Tune nouiſſimam agas periodum,
Vices dum Præſulum ſcribis geriſque?
Abſit. Tua nam doctrinæ raritas,
Longæuaque rerum experientia,
Et nos collegæ tui iuniores,
A te magiſtro aliud poſtulamus.
Sed quas idcirco grates perſoluemus?
Vt parentibus ſic præceptoribus
Non redditur æquiualens. Te tamen
Colemus, & venerabimur ſenem,
Et vita ſi ſuper nobis fuerit,
Laudem expecta poſt mortem Chapeauille.

Florentius de Merode.

ANAGRAMMA
AD AVCTOREM.

QVi vitas, mores, obitus monumentaque ſcribis
  Pontificum, quotquot Legia ſancta tulit,
Qui fidei exortum, qui Relligionis honorem.
  Qui memoras trino templa ſacrata Deo.
Qui internos motus Eburonum & triſtia bella,
  Et cum finitimis anxia geſta refers.
Publica qui Cleri, populi, procerúmque recenſes,
  Comitia & paucis quæque ibi geſta notas.
Qui tempus lapſum reuocas, præſenſque perennas,
  Præmia quæ tanto digna labore feres?

Digitized by Google

AD AVCTOREM.

REVERENDI D. NICOLAI

LAMPSONII PROTONOTARII
APOSTOLICI ECCL. COLLEGIATÆ
S. Dionyſij Leodienſis Decani.
Epigramma.

QVi modò Pontifices Eburonum tempore primos,
  Quâ non ante alius tradidit hiſtoriâ,
Ordine nunc etiam reliquos, vt quiſque ſecutus,
  Cernere das aucto Chapeauille libro.
Præclarus tuus ille labor; qui, ni bona te ſors
  Contentum moneat ſede manere tua,
Sublimem rubei dignetur honore galeri,
  Roma ſolet tantos quo ſociare viros:
Nam tua nunc ætas minus aulæ moribus apta,
  Et mens in ſacris trita voluminibus,
Quid ſpectent, ſi non cæleſtia præmia, gaudent
  Quem quos deſcribis ſe petijſſe ſcopum.

In Legiam.

QVid Legijs toties bellas vis hoſtica muris,
  Atque audace manu ciuica tecta ruis?
Impia nequidquam ferro flammaque minaris:
  Caſibus increuit Roma ſuperba ſuis.
Vertite clamabas, exſcindite fundamentis,
  Nulla ſit in terris Legia deinde volo.
Falleris, ingenti cumules licet omnia caſu,
  Obruere æternum Legia tecta nequis.
Vnus erit tumulo Legias qui vindicet arces,
  Atque necatorum ſuſcitet ora Patrum.
Qualis erat, talem Legiam dabit ille videndam,
  Poſteritaſque ſuos poſthuma cernet auos.
Per te Chapeauil ſtabit rediuiua, nitenſque
  Quæ fuit hoſtili Legia verſa manu.
Nec iam de facili te vindice concidet illa,
  Qui fuerit Legiæ finis, hic orbis erit.

Digitized by Google

Aliud.

SVſcitant fractæ monumenta Troiæ
Phœbus, & ſæuæ dominator vndæ,
Ille curuato generoſus arcu,
Ille tridente.

Ilij proles pretium labori
Redde, Latonæ radiata proles
Dixit, & rector pelagi tremendus
Dixit aquoſi.

Stirpis Aſtreæ ſonipes decorus
(Sic fides pacti, data ſic repoſcit
Dextra) ducatur ſtabulis ab altis
Vindice fræno.

Digna quæ merces Eburone grato
Hoſpiti tanto dabitur? tuo quis
Ducet Aſtræa parilem labori
Arce caballum?

Qui ſtruis libro Legiam perennem
Vecta diuino tua ceu caballo
Ibit haud vllo moritura ſæclo
Fama ſuperſtes.

Aliud.

EXtollãt alij Dominæ Capitolia Romæ,
Quaſq; domos Epheſi clara Diana colis.
Me Legiæ delectat amor, me bellica virtus,
Meque capit pietas relligioque patrum.
Quis queat à primo tot percenſere cateruas,
Quæ virtute pares vix habuere viros?
Diuûm Pontifices ter deni nomine fulgent,
O quantum ex iſta fœnerat vrbe polus!
Martia quid memorem generoſaque pectora bello
Ingeniumque ſuis nobile diuitijs?
Chapeauil vno complectitur omnia libro,
Bellaque commemorat, factaque ſancta Patrum.
Ingenioque ſuo reuocauit ad æthera manes
Perpetuo ob factum dignus honore coli.

Aliud

Digitized by Google

Aliud.

CRedite Chapeauil bene cura Vicaria ceſſit,
Principibuſque ſuis ille ſecundat opem.
Pontifices Legiæ memorat quando vnicus omnes,
An non rite vices omnibus vnus agit?

Iacob à Viua. Societatis Ieſu.

Μεγαλειοτάτῳ Κυρίῳ Κ. Ἰωάννῃ Χαππεαύιλ, τοῦ Σεμνοτάτου
τῶν Λεοδινῶν Ἀρχοντος Ἀνθιεράρχῃ. Τὰ περὶ
Λεόδιον ἐρωτάτως ἱστοροῦντι.

ΠΟλλὰ παθὼν πλάζων τε ὅλην διὰ γαῖαν Ὀδυσσεὺς
Καὶ ἁλὸς ἀζυγέτου κύματα μακρὰ πλέων.
Μαιονίδου δοκέει Μούσαισι πολύτροπος εἶναι
Κἂν μόνον ἐκ πάντων τὰ παρεόντα ἴδοι.
Ὤφελε νῦν ζαέμην Μουσάων κῦδος Ὅμηρος
Ὡς ἐπέεσσι τεὸν ἔυχος ἀειδέμεναι.
Σέ κεν Χαππεαύιλ δὶς ἔειπε πολύτροπον ἄνδρα
Ὃς τὰ πρόσθεν ὁμοῦ καὶ παρεόντα ἴδες.

Hubert. Wilth. S. Ieſu.

In eandem.

QVis meritò, CHAPEAVILLE, tuas deducere laudes
Poſſit, & æquali te condecorare cothurno,
Pontificum qui geſta canis collecta tuorum,
Quæ diſperſa prius, varijſque incognita mendis
Rodebat tacitis incedens paſſibus æuum.
Quod ſi laude ſuâ fruſtrarier abnuat ille,
Viſcera qui terræ penetrat, qui mente ſagaci,
Neruoſaque manu gazas tellure repoſtas
Eruit, & miſeros mortales edocet vſum;
Quod decus eſt nomenque tuum, qui merſa tenebris
Tantorum ſimulacra virûm producis in auras,
Manſuriſque animas libris, vitæque redonas?
Nam quæ terrigenas caligo triſtis inumbret,
Quodue chaos rerum veniat; quiſue ingruat horror,
Prodita ni ſcriptis monumenta legamus auorum?
Mnemoſyne ſiquidem potis haud cōprendere cuncta,

§§ 2 Diffugiunt

Diffugiunt ſpecies, ingrata obliuia mentes
Inuadunt, permiſta ferunt mendacia, vero,
Aut etiam ignorant maiorum facta nepotes.
Hiſtoria eſt, quæ ſola poteſt obſcura docere
Vberius centum doctoribus, illa magiſtra
Viuendi eſt, eadem ſemoti temporis index,
Illa vetuſtatis certiſſima nuntia, lumen
Tot rerum, cæcâ quas nocte inuolueret æuum.
Quare agite, ô Cleri Sacra Diuis agmina, vosque
Gentis Eburonum Proceres, tuque inclyta famâ
Legia tota, bono ſi non indebita merces
Eſt operi, virtuſque capit de laudibus auctus,
Certatim meritos CHAPEAVILLO reddite honores.
Cuius inexhauſto ſtudio, iugique labore
Tot retro ſæclis functorum noſcitis acta,
In quibus antiqui mores, clareque relucet
Priſci ſimplicitas æui, tum viuida virtus,
Nec non Catholicæ feruor pietatis auitus,
Queîs iram ponas facilis Deus, atque refingat
Ætatem noſtram reliquis præſtante metallo.

Eiuſdem de eodem.

Ὁ κλυτὸς Χαπάβιλλος εὐχαριστεῖ
Τοῖς δέλτων παρόχοισιν ἰδιαυτογράπτων,
Ἐξ ὧν Ἱστορίαν συνῆγε ταύτην.
Καίτοι πρᾶγμα καλὸν, τὸ εὐχαριστεῖν
Εἰς χρῆσιν βιβλίον τι προσφέρουσι.
Αὐτὰρ εἰ χάριτας μὲν ὀδίδε τούτοις,
Χαριστήρια πῶς φέρωμεν αὐτῷ
Δῖον τοῦτο πόνημα συντιθέντι;
Τῶν ἄλλων γὰρ ἐκεῖνος ἐστὶ κρείττων,
Ὅσῳ τοῦ λατόμου ὁ ἀρχιτέκτων.

Frater Nicaſius Baxius Auguſtinianus.

Digitized by Google

REVERENDO ET AMPLISSIMO VIRO IOANNI CHAPEAVILLO S. S. CELS. LEODIENſIS Vicario Generali.

PETRVS ORANVS S. D.

CNEVS FLAVIVS *callidus vir & facundus, ius ciuile (leges populi Romani vti à Cicerone, Liuio, Valerio, Halicarneſſeo, Gellio & Pomponio proditum legimus) repoſitum in penetralibus Pontificum, & per multa ſæcula, cæremoniaſq; abditum ſoliſq; Pontificibus notum, bono publico euulgauit; quo facto cornicum oculos confixiſſe dicitur, qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit, ac in album extulerit, quod adeo gratum fuit munus populo, vt Tribunus plebis fuerit, & Senator & ædilis curulis. Quem tu ſanè æmulatus Annales Pontificum Leodicenſium ab alijs compoſitos ſed abditos, ſummo ſtudio & labore conquiſiuiſti, inuentos in ordinem collegiſti & publicaſti curaſq; tuas eo fini confixiſti, quibus (blandicella verba non dabo) nihil poteſt eſſe iucundius & acceptius. Annalium ordo, quaſi enumeratio factorũ eſt, vt & hiſtoria nihil aliud eſt, quam annalium confectio, hæc teſtis dicitur temporum, lux veritatis, vita & anima memoriæ, nuntia vetuſtatis, magiſtra vitæ, qua ratione non iniuria Alexander Seuerus Mammeius Imperator, conſilijs togaq; adhibebat maxime eos qui hiſtorias norant & pro re nata recitabant: ſed & Alphonſus Siciliæ Rex prudentiſſimus optimos Conſiliarios mortuos vocabat, hoc eſt ipſas hiſtoriæ & annalium libros. Prima (vt iuxta mecum cognitum & exploratum habes) lex hiſtoriæ eſt, ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultas, verum enim vt hiſtoria orbem quendam contextumq; deſiderat, Annales tuos abs te compoſitos, à Cardinali Markano orſus, ad Sereniſſ. Ferdinãdum Sacri Romani Imperij Electorem Principemq; noſtrum (quem, ſupremum numen precor, vt Eccleſiæ ſuæ Catholicæ & Apoſtolicæ magnum ac rarum lumen diu lucere, rebuſq; publicis ſaluum & incolumem ſupereſſe patiatur) perduxiſti. Perge & enitere, rerumq; ſeriem continua, quam Arpinas admirabilem quandã continuationem vocat, quod alia atq; alia adnexa, & omnes inter ſe apta colligataq; videantur, non ibo longius, Bene vale & Salue.*

Leodici 16 kalend. Aprilis 1616.

Digitized by Google

AD LEGIAM CONTINVATIO SVPER ANAGRAMMATISMO.

IOANNES CHAPEAVILLVS
ANNALES VOLVAS HIC PIE.

TAndem quæ procerum reſtabant geſta tuorum
 Hic pia Romanæ filia Sedis habes.
RADVLPHVM cernas à RIVO, terna ferentem
 Flumina, Pontificum maxima facta trium.
MARKANI, ARKELII ac HORNÆI ſæcla cruento
 Mixta ſago, trucibus plena'ſupercilijs.
Hinc offenſa tibi ſtatuerunt numina ſtrages
 Horrendas, animus quas memorare fugit:
Has tibi SVFFRIDVS PETRI depingit, ab illo
 Condiſces proprijs cautior eſſe malis.
Sunt BAVARVS, VALERODA, HEINSBERGH, BORBONIVS, alter
 HORNÆVS, duro tempore Pontifices.
Multa quibus miſeranda pati, miſeranda referre,
 Et ſortem patriæ triſte videre fuit.
Siſte tamen lachrymas, poſt iram ſæpe miſertus
 Eſt Deus, & preſſis largius auxit opes.
Ecce renaſcetur MARKANA ſtirpe ſacerdos,
 Quem genio patriæ commodiore tuæ
Seruauere boni ſuperi, qui opprobria cladum
 Deleat, & fato te meliore beet.
Suſpice quin etiam BERGENSES ordine binos
 Quos inter medius claruit AVSTRIACVS.
Queis ni immaturè rupiſſent ſtamina Parcæ,
 Officio poterant res ſtabilire ſuo.
Aſt hæc te rerum prudens GROESBECKE, manebat
 Cura, tuæ cedunt AVRIACA arma togæ.
O ſi virtuti, dextræ vis æqua fuiſſet,
 Formidabilibus vndique temporibus!

Digitized by Google

Quantus eras! MAGNVM decuit ſed gloria tanta
 ERNESTVM, ſidus nobile Bauaricum.
In quem certatim virtus & ſumma poteſtas
 Ad tuam & orbis opem dona tulere ſua.
O fœlix igitur veteri fœlicior æuo
 Legia Principibus, Præſulibuſque tuis.
Si modo lethalis tibi non infeſta fuiſſet
 Hæreſis, heu peſtis proxima liminibus:
Sed velut obrizum dignoſcitur ignibus aurum
 Sic tua tunc micuit non temerata fides.
Eia age ſta conſtans in auita relligione,
 Quod facis, & fidei es tuta patrocinio.
Vt ſimul abſtineas luxu & liuore, nec auſis
 Te temerè capiti diſſociare tuo.
Ingenium ſpectes cœli, terræue, hominumue.
 Ex omni dici parte beata potes.
Et nunc ERNESTI poſt funera, FERDINANDVS,
 Aurea, namque poteſt, ſæcula perficiet.
Sic iterum fœlix hoc nomine Legia, fœlix
 Quod tua compoſitè geſta regeſta vides.

G. à Rupe.

Idem ad Auctorem.

Pontifices denos nouies, & iam prope ſena
 Supra dena tuum ſæcla referret opus;
Si FERDINANDI FIDE AVITA & origine clari
 Ad libros liceat iungere facta tuos.
Sed ſatis eſto vices cunctorum quod geris vnus,
 Vix multi capient Bauare geſta tua.

In eandem

Ad Legiam.

LEgia nunc tandem, tandem nunc Legia prodis
Hercule te rapidis eripiente rogis.
Preſſa merebaris, velut optima mater, vt Atlas
Porgeret afflictæ Legia tantus opem.
Namque obſcura ſitu nimio, carieque iacebas,
Sole nouo obſcurum nunc abigente micas.
Nunc fas eſt teipſam ſi vis cognoſcere, qualis,
Quantaque ſis, fueris; quanta domi atque foris.
Qui tibi præfuerint, qui te preſſère Tyranni,
Quo tandem ſurgas nunc rediuiua vides.
Præſtitit hoc magnus matri Chapeauillus amatæ
Qui gerit his Iouis in relligione vices:
Hiſtoriam noſtro patriam qui protulit æuo
Primus, & inuidiæ calcat vltrumque pedem.
Principibus dilecta tuis, adamata boniſque,
Legia, Principibus diſce ſubeſſe tuis:
Nam motus quoties proprios ſenſuſque ſequuta es,
Ceſſit in exitium res agitata tuum.
Et quoties iuſti imperium Paſtoris amaſti,
Diues opum facta es, factaque magna nimis.
Quo fit vt à Superis orem ne Legia creſcas;
Sed maneas in quo nunc es honora gradu:
Perpetuòque FIDEM fœlix tuearis AVITAM, &
Dici Romanæ Filia Sedis ames.

Lamberti de Vlierden I. C. Leod.

PROSOPOPEIA AVGVSTÆ EBVRONVM CIVITATIS, CAROLI LANGII I. C. CAN. LEODIENSIS.

PLeraque cenſentur cerealibus oppida campis,
Sunt quæ vitiferis nobilitantur agris.
Ære Ephyre bimaris clara eſt, Noreia ferro,
Diuitias alijs paſcua læta ferunt.
Illa ſitu ſpecieque decus famamque merentur,
Mœnibus hæc, altis ædibus illa ſacris.
Pluribus inſignis nomen dedit amnis honeſtum;
Quo meat & remeat velificata ratis.
Hæc vrbes aliæ, & dum ſingula quæque potitur,
Penè effert ipſis cornua ſideribus.
Aſt ego læta fruor ſimul omnibus, omnia Diui
In gremium quondam depoſuere meum.
Hic frugum omne genus, ſeu vis quæ falce putentur,
Siue colona auido quas legat vſta ſinu.
Triticeæ imprimis ſegetes, Ennæa quod olim,
Quamuis diuina conſita gleba manu:
Laſerpitiferæ quod non vidêre Cyrenæ,
Tam ſunt Hasbaniæ rura beata meæ.
Plurimus hic etiam Bacchus, gratiſſimus ori
Cum ferus ardentes Sirius vrit agros.
Nemo mihi iactet ſummis quæ diuite vena
Viſceribus terræ forte metalla trahit,
Hæc quoque dona mihi terræ pater vbere dextra
Et dedit, & magno fœnore cuncta dedit.
Eruitur pinguis circum mea mœnia carbo,
Aſphaltum eſt, venas Sulphuris intus alens.
Quadraginta auri redeunt hinc milia in annos,
Qua ditat ciues vtilitate meos.
Nec Ferri eſt vſura minor, ſed & vbera Plumbi;
Vectigal grande & marmora noſtra ferunt.
ingula quis referat, quorum hic inſigne macellũ eſt,
Capreolos pingues, lanigerumque pecus?

Quis referat varijs pomaria fructibus aucta?
Alcinoi tantas non dedit hortus opes.
Labraque Nympharum, gelidos per compita fontes
Qui mihi meſſe auras grataque pocla ferunt.
Et te Moſa canam, nam quo tot munera Cæli,
Si mutare alijs non datur vlla mihi?
Ergo inter primos quos Gallia procreat amnes,
Non tibi poſtremus Moſa feretur honos.
Innumeris tua me fœlix beat vſibus ora,
Et tuus innumeras alueus edit opes.
Ora dat immenſas ſyluas, tectiſque fociſque
Materiam, omnigenis luſtraque tuta feris,
Prataque vel denſo paſſim redolentia fœno,
Vel detondenti paſcua læta boui.
Tu mihi ſquammiferi pecoris mille agmina nutris,
Vicinis etiam ſæpe petita meis.
Hic Salar, hic Fario, gelidis quos Veſeris vndis
Vrtaque præcipites ſub tua tecta vehunt.
Carne ambo ſolida, ſaxorum cultor vterque,
Tergora puniceis pictus vterque notis.
Hæc Vmbræ & croceis Muſtela interlita guttis,
Hæc annis melior flumina Barbus amat.
Lucius haud alijs vertit ſe ſuauior vndis,
Non alio Cyprinus dulcior amne natat.
Ille etiam cui curua dedit vetus anchora nomen,
Maximus, haud rara gurgite præda tuo.
Vilia ne numerem, vulgi ſolatia quæ, ſic
Auſonia Gallus voce poëta vocat.
Sed dum ferre graues humero non abnuis Alnos,
Quod magna ciues commoditate iuuas:
Per te, quæ deerant, largo dat copia cornu,
Quæ ſuperant, alijs mutua diſtribuunt.
Hàc ferrum exportant, tinctaſque bitumine glebas,
Et redeunt alia merce, vel ære graues.
Hàc Bacchum excipiunt venientem à diuite Rheno,
Hàc Bacchi florem, Gallica vina petunt.
Quid referam immēſo quæ tenditur æquore vallem,
Quam tuus æternis diuidit amnis aquis?

Interciſa

Interciſa tamen paruis ſine nomine riuis,
Tota viret pomis, gramine tota viret.
Perflata hàc Euris, Zephiris genitalibus illac,
Non peſte, aut alia tangitur ægra lue.
Præcipuè iucunda noui cùm tempore veris,
Malus odoratis purpurat alba roſis.
Perpetui cingunt colles, viridante corona,
Nec niſi qua medius laberis vlla via eſt.
Græcia decantat mendax Phthiolica Tempe,
Sed regio non eſt æquiparanda tuæ.
Hanc defeſſa animum cum lumine ſæpè pererro,
Et iacet ante oculos obuia tota meos:
Non mihi tam pulchro credas maiora Theatro
Gaudia, maiorem ſurgere lætitiam,
Quam Pompeiana ſi ſim ſpectator arena,
Et videam quæ ſit penè referre nefas.
Hæc genius mihi cuncta meus, cælumque dederunt,
Cætera virtutis munera; & artis erunt.
Aſpice quæ læuo rutilat mihi pectore parma:
Hæc nota deuictis durat ab Auſonijs.
Qua claudor muris, qua mœnibus inclyta ſurgo
Vallis, & intactus vomere campus erat,
Hic valle, hoc campo cecidit Romana iuuentus,
Hæc arua infecit ſanguine Cotta ſuo.
Ergo hoc poſteritas virtutem ornauit auorum
Inſigni, & portis hæc dedit arma nouis.
Illa etiam robur maiorum imitata, decuſque,
Non ſemel hoſtili ſanguine tinxit agros:
Sed neque poſt Romam floret locus alter in Orbe,
Quo plura emineant templa ſacrata Deo.
Conuexis formoſa tholis, miranda columnis
Pleraque vel ſolo relligioſa ſono.
Flaminibuſque habitata ſuis, quibus ampla recurrunt,
Annua non dubio præmia nexa ſolo.
Hos inter genus omne virûm, hic virtute parentum
Nobilis, ille ſuo notior ingenio.
Vis qui ſenſa Dei, cælique arcana reuelet?
Qui doceat quid fas, quid fierique nefas?

Digitized by Google

Sacrorum quæris Canonum Legumque peritos?
Siſte, Sacerdotes res decet iſta meos.
Vis Epidaurei doctum præcepta magiſtri?
Aut Peluſiaca qui ſubit arte Polos?
Vis Heliconiadum ſequitur qui caſtra ſororum?
Flaminibus ſunt hæc otia multa meis.
Mitto domos veterum veneranda Palatia patrum,
Mitto opera artifici plurima docta manu.
Mitto & Pontificis (Markanum opus) ardua noſtri,
Atria, duplicibus laxa periſtylijs.
Sed vos cara boni mea pignora cara Quirites,
Ne ſileam magno nomine iuſſit amor.
Martia gens, ſemper duris exercita bellis,
Pro patrijs mortem docta ſubire focis.
Par tolerare famem, & rebus præſentibus vti,
Libertate calens, ingenioſa, proba.
Viue diu fœlix, morbiſque orientibus obſta,
Difficiles morbi, faſtus & inuidia.
Te ſeruet Princepſque tuus, Dominique ſodales,
Et tua ne præter Iura Tribunus eat.



Digitized by Google

INDEX CAPITVM LIBRI
RADVLPHI DE RIVO DECANI
TONGRENSIS.

Caput primum.

VIctoria Engelberti Epiſcopi apud VValeuiam & Thourin. p. 1.

2. Engelbertus tumultus Dionanti & Leodij exortos ſedat. 3.

3. Peſtis totum fere orbem affligit, & noua ſecta ſeflagellantium illius ergo exoritur 4.

4 Bellum Brabantinorum ratione oppidi Mechlinienſis contra Flandrenſes, quibus fauet Engelbertus cum Leodienſibus, & pax per VVilhelmum Bauarum Comitem Hollandiæ mox ſequuta, necnon celebre bellum Pictauienſe inter Francum & Anglum. 6.

5. Bellum Engelberti cõtra D. de Alexibrouck ratione Comitatus Loſſenſis. 10.

6. Bellum Engelberti contra D. de Rummis ratiõe Comitatus Loſſenſis,& aſſumptio Engelberti ad Archiepiſcopatũ Coloniẽſem 12.

De D. Ioanne de Arckel Epiſc. 77.

7. Ioannes de Arckel per Vrbanum quintum promouetur ad Epiſcopatum Leodiẽſem. Domini de Rummis caſtrum ſubruitur, & ipſe Comitatui certis legibus cedit. 15.

8. Bellum VVenceſlai Ducis Brabantiæ, Comitis Namurcenſis, & Leodienſium contra Duces Iuliacenſem & Geldrenſem. 18.

. Dæmoniaci tripudiantes Leodij, Traiecti, Tongris, & vicinis in partibus per ſæculares ſacerdotes liberantur. 19.

. Alter Tudinenſis oppidi Magiſter per Officiales Epiſcopi occiditur, & Tribunal 22. virûm illius occaſione erigitur. 23.

. Vigintiduũmviri volũt cognoſcere de perſona & facto Epiſcopi: bellum idcirco ſequutum, dein pax reformata, mors, ſepulturaq́ Epiſcopi. 26.

. Cauſa & origo ſchiſmatis hoc tempore xorti, quod circiter annis quadraginta Ecſiam afflixit. 28.

e D. Arnoldo Horneo Epiſc. 78.

Perſandus eligitur à Capitulo in Epiſcopũ confirmatur à Clemente Antipapa, Ar.lus Horneus ab Vrbano Epiſcopus creatur, & aduocatur à Leodienſibus 40.

14. Bellum Perſandi, Ducum Brabantiæ & Iuliæ, Archiepiſcopiq́ Colonienſis, contra patriam Leodienſem. 41.

15 D. Arnoldus de Horn præſentatis Capitulo literis Vrbani Pontificis, & VVenceſlai Imperatoris inauguratur in Epiſcopũ & mox arma ſumit cõtra D. Ioan. de Rodemache 43.

16. Arnoldus Epiſcopus Aquiſgrani præſens accipit Regalia ab Imperatore; Ludouicus Comes Flandriæ mouet bellum Gandenſibus rebellibus; quibus fauent Leodienſes. 46.

17. Ludouicus Flandriæ Comes conatur fame opprimere Gandenſes, quibus Leodiẽſes ſuccurrunt: Mors miſera Iohannæ Reginæ Siciliæ, quæ prima Schiſmatis fautrix fuit 48.

18. Tumultus Leodij ratiõe Schiſmatis Vrbani & Clementis: Victoria Gandenſiũ de Comite Flãdriæ,& mors Ludouici Andegauẽſis 49.

19. Horneus tumultus Dionãti,& Trudonopoli exortos ſedat; proficiſcitur in Angliam, vt pacem inter Regem & Ludouicum Comitem Flandriæ cõponat: Vrbanus Pontifex plures Cardinales incarcerat, incarceratur & ipſe à Carolo Siciliæ Rege, mox liberatur. Et paulo poſt Carolus intoxicatur, & in mare proijcitur. 54

20. Epiſcopus & patriæ ordines 13 Scabinis exautoratis, alios ſubſtituunt 58.

21. Scabini amoti Pragam ad Imperatorem fruſtra contendunt. 60.

22. Caſtrum de Raueſteyn fortiſſimũ per tres Electores, necnon Ducem Iuliæ, & Epiſcopum Leodienſem obſidetur. 61.

23. Bellum Leodienſium contra DD. de VVyenarde et de Raueſteyn: et bellũ Caroli Regis Gallorum contra ipſum Ducem Iuliæ, paceſq́ ſubſecuta. 64.

24. Scabini iterũ reſtitui petunt, ſed fruſtra: cõtraria ſtudia veri et falſi Papæ. Mors Vrbani Pontificis et Epiſcopi Hornani. 66.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM LIBRI
SVFFRIDI PETRI I.V. CONSVLTI.

De D. Ioanne Bauaro Epiſc. 79.
Caput primum.

IOannes de Bauaria eligitur in Epiſcopum Leodienſem. 69.
2. Bauarus in ſua Iuriſdictione per Leodienſes impeditus Curiam ſui Officialis transfert Dieſtum. 71.
3. Bellum Ioannis à Bauaria & Fratris eius VVilhelmi contra Friſios. 72.
4. Rurſus Curiam Spiritualem Leodio transfert partim Hoyum partim Traiectum. 73.
5. Caupones, Ceruiſiarij & ſimiles heroës Trudonenſes in Monaſterium, in quo diuerſabatur Bauarus Epiſcopus, irruunt, ab eo repelluntur & puniuntur. 75.
6. Tertio Leodium egreditur & Traiectum Curiam transfert: Eligitur à populo Pervviſius in Mamburnum patriæ, & filius eius in Epiſcopum Leodienſem. 75.
7. Bauarus conuocat in auxilium parentes & amicos; Traiectum munit contra Pervviſios & confœderatos. 79.
8. Victoria Ioannis de Bauaria, mors Pervviſiorum parentis & filij, & triginta circiter mil. hominum. 80.
9. Correctio rebellium, & pax poſtea communitati certis conditionibus data. 82.
10. Status Ciuitatis & patriæ poſt bellum in melius per complures annos mutatus, cum pluribus alijs externis. 84.
11. Ioannes de Bauaria vocatur in Hollandiam. 87.
12. Vxorem ducit, & adminiſtrata ſex annis Hollãdia, Zelandia & Friſia, moritur. 88.

De D. Ioanne de VValenroda Epiſc. 80.

13. Ioannes de VValenroda beneficio Martini quinti Pontificis fit Epiſcopus Leodienſis, & Conſtantiæ conſecratur. 112.
14. Reſtituit priuilegia Leodienſibus. 113.
15. Mors eius & ſepultura. 114.

De D. Ioanne Heinsbergio Epiſc. 81.

16. Electio, Confirmatio, & introitus Ioannis Heinsbergij cum quibuſdam alijs. 115.
17. Grande & diuturnum bellum Leodienſium contra Namurcẽſes, cum alijs externis 121.
18. Ioannes Heinsbergius peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcipit, infecto itinere reuertitur, cum quibuſdam alijs. 128.
19. Reſignat Epiſcopatum & inſequenti anno moritur. 129.

De D. Ludouico Borbonio Epiſc. 82.

20. Ludouicus ex reſignatione Heinsbergij, Epiſcopus cõfirmatur à Summo Pontifice 131.
21. Inauguratio & ingreſſus eius in Ciuitatem & reliqua Oppida patriæ Leodienſis, & quædam externa. 133.
22. Leodienſes obliti conditionis ſuæ vſurpant multa quæ ad Iuriſdictionem Principis pertinent. 134.
23. Controuerſia inter Epiſcopum & Leodienſes: Leodium Eccleſiaſtico ſupponitur Interdicto.
24. Noua occaſio rebellionis: Aduocatur Marchio Badenſis in protectorem patriæ 139.
25. Badẽſis inauguratur tutor Leodienſiũ 150.
26. Aduertit ſibi data verba à Leodienſibus: Interim Hoij factioſorum & præſertim Vinitorum operâ inauguratur. 151.
27. Indicit bellum Philippo Duci Brabantiæ, & mox deſertis Leodienſibus contendit in Germaniam: Hoyenſes pacem à Duce & Electo impetrant. 153
28. Carolus Philippi Ducis filius S. Trudonis Oppidum capit, mox cum Leodienſibus pacem init. 156.

29. Præuo-

Digitized by Google

29. *Prouocatus conuitijs Viriditentorienſium Dionantum euertit; in Haſbaniam venit; ſed mox pax noua initur.* 157.

30. *Leodienſes freti ſubſidijs Regis Galliæ, rurſus Epiſcopo & Carolo bellum mouent, ſed minus fœliciter.* 164.

31. *Leodium obſidetur à Carolo, dedit ſe duris conditionibus, & ſacra omnia Leodij reſtituuntur.* 168

32. *Viriditentorienſes & alij factioſi homines ſubſidijs Regis Franciæ freti iterum Epiſcopo & Duci bellum mouent.* 170.

33. *Expeditio Ducis Caroli & Regis Franciæ aduerſus Leodienſes, Ciuitatis expugnatio, deprædatio & quædam alia externa.* 172.

34. *Guilhelmus Arenbergius occidit Vicarium Epiſcopi, Bellum mouet Epiſcopo; Bellum Caroli apud Nantium & mors eius* 189.

35. *Arenbergius redit in gratiam Epiſcopi & maiorem dignitatem quam ante.* 190.

36. *Noui tumultus Leodij excitantur: Proditio detegitur.* 193.

27. *Tumultus & bellà per Arenbergium iterũ contra Epiſcopum & patriã excitata* 195.

38. *VVilhelmus Arenbergius à Patria Leodienſi proſcribitur.* 198.

39. *Leodium expugnaturus aduenit: Mors Epiſcopi Borbonij* 199.

40. *Brabantinorum in ditionem Leodienſem irruptio; & eiuſdem per Arenbergium deprædatio.* 202.

De D. Ioanne Horneo Epiſc. 83.

41. *Mortuo Ludouico tres contendunt pro Epiſcopatu, Arenbergius reprobatur: Horneus concordat cum Croyo Prothonotario, & à Summo Pontifice confirmatur.* 203.

42. *Varia certamina Arenbergiorum contra Horneos, cum pace facta; ingreſſus & inauguratio Hornei Epiſcopi.* 204.

43. *Captiuitas VVilhelmi Arenbergij & eius exitus.* 208.

44. *Bellum Arenbergiorum contra Epiſcopũ & patriam Leodienſem* 290.

45. *Arenbergici proditione Leodium capiunt & ciues opprimunt: Hornei, adiutorio Saxonis, quædam oppida recuperant.* 211.

46. *Pugna Hornenſium & Arenbergenſium; pax tandem inita, cum quibuſdam tum internis tum externis.* 227.

47. *Horneus animi mœrore affectus moritur & prope Traiectum ad Moſam ſepelitur.* 233.

INDEX CAPITVM LIBRI IOANNIS CHAPEAVILLI CAN. LEODIENSIS.

De D. Erardo à Marka Epiſc. 84.

Caput primum.

ERardus à Marka electus in Epiſcopum Leodienſem confirmatur, moxq; conſecratus ſacerdos & Epiſcopus inauguratur. 235

2. *Dux Geldriæ abſente Philippo nouo Caſtellæ Rege, Duce Roberto à Marka quædam oppida recuperat, quædam Philippi capit & munit: Cæſar differt dare Epiſcopo Erardo Regalia.* 238.

3. *Erardus ædificia Epiſcopatus inſtaurat, noua conſtruit; numiſmata aurea & argentea cudit; Saguntium Cardinalem Patriarcham Hieroſolymitanum recipit, cum quibuſdam alijs.* 240.

4. *Sacrilegos punit; pacem inter Burgundos & Geldros tentat: arcem de Hierges reſtaurari mandat; Telonium de Emry ſuper Moſam erectum prohibet.* 242

5. *Monaſterium de Viuegnis reformat: Legatos Regum recipit: Feſtum Trãſlationis B. Lamberti*

berti Mart. adornat, cũ quibuſdã alijs. 246

6. Seditiones Leodij & Huy ſedat: Eccleſiam D. Lamberti auleis precioſis exornat; pacem inter DD. de Emry & Coſvvaremia componit. 249.

7. Conuocat Comitia patriæ, agit de ea à latronibus repurgãda; de operibus antiquis inſtaurandis, et priuilegio Clericorum. 252.

8. Simultatem Hoyenſium contra ſe exortam amolitur: tuetur pacta et concordata Germanicæ Nationis contra Louanienſes: Lutherus incipit noua dogmata ſpargere 255.

9. Init fœdus cum Brabantis conſentientibus patriæ ordinibus: Maximilianus Cæſar et poſt eum Carolus V. multa Leodienſibus conferunt priuilegia. Pontifex creat Erardum Cardinalem: Lutherus per Germaniam turbas excitat. 257.

10. Prouidet peſte laborantibus: excipit Carolum Cæſarem Electum et Aquiſgranum Imperio inaugurandum deducit: Lutherus à Leone X. tanquam hæreticus excommunicatur, niſi intra certos dies præfixos reſipiſcat. 260.

11. Carolus Cæſar mandat promulgari diploma Pontificium contra Lutherum et Lutheranos: Robertus Markanus ſuo malo à Cæſare ad Gallum deficit. 262.

12. Lutherus VVormatiæ dimittitur cum fide publica: bellum inter Carolum V. Cæſarem et Franciſcum Galliæ Regem: Cæſar agit cum Erardo de Coadiutore Cornelio à Bergis. 277.

13. Adrianus Pontifex ſcribit ad Principes Germaniæ, et imprimis Fredericum Saxoniæ Ducem contra Lutherum. 279.

14. Erardus reſignat Epiſcopatum Carnotenſem: Secta Lutheranorum in multas diuiditur: Rex Franciæ à Carolo Cæſare capitur. 290.

15. Inſtituit proceſsionem et ſupplicationem feſti Tranſlationis S. Lamberti, nundinas quoq; et luſtrationẽ ciuiũ armatorũ: erigit ſibi monumentũ: iubet mandari executioni edictum Caroli contra hæreticos. 293.

16. Impetrat à Pontifice Maximo ſibi dari Coadiutorem Cornelium à Bergis, qui recipitur à Capitulo: Habentur Leodij Comitia: Anniuerſariũ ſacrum cum exequijs ſibi inſtituit 297.

17. Intereſt Auguſtanis comitijs, & coronationi Ferdinandi Romanorum Regis. 304.

18. Coniuratio Ripariorum. ead.

19. Riparij impetunt Ciuitatem, ab ea repulſi, ſcripto quid petant ſignificant. 306.

20. Magiſtratus deliberat, vt Ripariijs ſatisfiat: ſenſim remittit ſe eorum furor, & diuiſi propria repetunt. 308.

21. Magiſtratus Erardum Bruxellis agentem reuocat: ille mox reuerſus petit granorum prouiſionem fieri, & de pœna per Riparios coniuratos promerita, ſtatuit. 310.

22. Viſis ordinationibus de pœna Ripariorum per Ciuitatem factis, iubet per Prætores locorum fieri inquiſitiones. 312.

23. Mandat auctores coniurationis per Prætores capi, præſcribitq; modum procedẽdi, quem illi ſequuntur. 314.

24. Auctores coniurationis afficiuntur ſupplicio. ead.

25. Erardi Edictum de regimine granorum cum quibuſdam alijs. 315.

26. Mutuat patriæ viginti aureorum Imperialium millia pro milite contra Turcas. Quidam Riparij afficiuntur ſupplicio. Modus procedendi contra hæreticos, et quedã alia. 317.

27. Erardus controuerſiam inter duos Abbates ſancti Trudonis et quæſtionem de Monaſterij ſub Epiſcopo Leodienſi ſubiectione ſopit. 320.

28. Creatur Legatus à latere, Eccleſiam Cathedralem campanis eximijs ornat; Lutheranos perſequitur cum quibuſdã alijs 325.

29. Grauiter accipit cõtrouerſiam inter Haſſeletenſes & Zonhouienſes exortam. Iterum inquirit in hæreticos & condignis pœnis afficit. 326.

30. Munit patriæ oppida, & illam ducentorũ millium & 500. florenorum Brab. debito liberat:

Digitized by Google

liberat. Hæretico linguam clauo perfodi iubet. 330.

31. Erardus Synodum Diœceſaniam celebrare volens impeditur, in morbum incidit; moritur & ad Sanctum Lambertum ſepelitur. 332

De D. Cornelio à Bergis Epiſc. 85.

1. Cornelius à Bergis recipitur in Epiſcopum; inauguratur; coërcet hæreticos. 334.

2. Carolus V. agit cum Cornelio de Coadiutore illi dando; ordo militaris Leodij ſeruari conſuetus. 337.

3. Cornelius petit à Capitulo ſibi dari Coadiutorem Georgium Auſtriacum; qui è Gallia Leodium veniens, capitur: Aquarum inundatio: coniuratio detegitur. 341.

4. Comitia Ordinum Patriæ: Præſul imminentibus à Gallo & Duce Cliuiæ periculis occurrit: Cæſar bello Iuliacenſi finem imponit. 344.

5. Georgius Auſtriacus custodia liberatur, diem ſuæ inaugurationis Capitulo ſignificat. 349.

De D. Georgio Auſtriaco Epiſc. 86.

1. Georgius Auſtriacus Patriæ inauguratur; Comitia Ordinum celebrat: Priuilegia à Cæſaribus cõceſſa cõfirmari procurat. 351.

2. Comitia celebrat; Edicta contra hæreticos publicari curat: Martinus Lutherus moritur, & eius dogmata in Concilio Oecumenico Tridentino damnãtur: Carolus Cæſar de proteſtantibus triumphat. 353.

3. Controuerſias Cleri ratione contributionum exortas ſedat: Formulam (interim) nuncupatam Clero promulgat; examen Ordinandorum reformat: Carolus V. Auſtriaco Coadiutorem dari petit. 358.

4. Tertiò Comitia celebrat: reformationes conceptas petit confirmari à S. Sanctitate & Cæſarea Maieſtate. 363.

5. VVilhelmum à Pictauia Scholaſticum Leodienſem ad Concilium Tridentinum mittit: Præfectus Bullonẽſis arcẽ Gallo dedit 366.

6. Clerum Secundarium difficilem ad contribuendum flectit: Cæſar meditatur erigere nouos Epiſcopatus: Difficultates circa reformationes exortæ componuntur: Præfectus caſtri Bullonenſis decollatur. 368.

7. Præſul deponit querelas in comitijs circuli VVeſtphalici: Gallus Bouinium incendit; Mariæburgum capit & munit. 372.

8. Comitia celebrat: Theodoricus Haſius Inquiſitor moritur: Carolomontium ædificatur. 375.

9. Reuerſus indicit comitia: Legatos ad Cæſarem & alios Reges mittit: Philippopolis ædificatur: Præſul moritur. 378.

De D. Roberto à Bergis Epiſc. 87.

1. Robertus recipitur in Epiſcopum: conſecratur in Sacerdotem; inauguratur; primitias Sacerdotij Deo offert: Comitia celebrat. 384.

2. Eriguntur noui Epiſcopatus in Belgio. 388.

3. Iterum comitia celebrat: Pax Cambreſiana: Couinium & Bullonium redduntur Epiſcopo. 397.

4. Initium belli aliorumq; malorum per Belgium: Magdeburgenſes ſuas edunt centurias: Res memoratu digna ad reliquias S. Huberti in Ardenna. 402.

5. Libelli ſparguntur & euulgantur cõtra nouos Epiſcopatus: Robertus Præſul à vento læditur: Comes Maiganus Auſtriaci Præſulis hæres cum patria tranſigit. 405.

6. Robertus à Bergis petit à Capitulo ſucceſſorem Gerardum Groesbekanum: annuẽte Capitulo Epiſcopatui renuntiat. 407.

De D. Gerardo Groesbekano Epiſc. 88.

1. Gerardus Groesbekanus ſuccedit Roberto in Epiſcopatu: ſedat tumultum; ac cum clero Secundario concordiam init. 410.

2. Conſecratur Epiſcopus: Iucundum in ciuitatẽ & patriæ oppida ingreſſum celebrat: Mox comitia Ordinum patriæ habet, & tumultuum occaſiones prudenter auertit:

Controuerſia inter Marchionem Berganum præſulis defuncti fratrem, & Ciuitatem exorta ſopitur. 414

3. *Conuentum Ordinum patria celebrat: Hortatur ad fidem Catholicam retinendam: multa edicta promulgat: Coniuratio Nobilitatis Belgij contra Regem Catholicum: Conueniunt in Oppido Trudonenſi, poſt in Duffle vico.* 417.

4. *Habentur conciones Hæreticæ Antvverpiæ, Traiecti, Haſſeleti, & Maſeecka: Mox Haſſelenſes vt rebelles, & criminis læſæ Maieſtatis rei damnantur.* 422.

5. *Puniuntur Valencenenſes: Maſeekenſes rebellionis conuincuntur: Ducenti Thaleri promittuntur illi qui Doctorem Hermannum viuum vel mortuum Præſuli vel Conſulibus repræſentarit.* 424

6. *Obſidio & deditio oppidi Haſſelenſis: Maſeckenſes colla ſubmittunt. Traiectenſes præſidium recipiunt: Fana hæreticorum diſturbantur. Auriacus in Germaniam ſe confert, ibiq́ vaſtum cogit exercitū* 425.

7. *Dux Albanus Belgium ingreditur: multos nobiles apprehendi & ſupplicio affici iubet. Patria Leodienſis frequenti militum Albani & Auriaci tranſitu & populationibus multa patitur.* 428.

8. *Albanus magna clade Ludouicum Naſſouiū afficit: conuenit Groesbekanum Viſeti, qui rurſus patria Comitia celebrat.* 434.

9. *Auriacus fruſtra petit tranſitum per Ciuitatem Leodienſem, petit pecuniam mutuò ab Aquenſibus: miles eius in pago de Noortvvick ſacra profanat & prædatur.* 435.

10. *Auriacus præter opinionem Albani Moſam cum toto exercitu traijcit, Stockhemium fruſtra ingredi petit: Tongrenſes inconſultè primos Auriaci proceres intromittūt* 438.

11. *Lolcaſtri Auriacus concioni Caluiniſticæ cum ſuis intereſt: Scribit Groesbekano: Oppidum S. Trudonis ingreditur, ſpoliat, & Abbatem captiuum abducit: Abbatiſſa de Herckenroede inſigni ſtratagemate euadit.* 439.

12. *Leevvenſes infœliciter Auriacum admittunt: Galli Monaſterium D. Huberti in Ardenna exurunt. Auriacus apud Montinacum cæditur; contra ſpoliat & exurit aliquot Monaſteria.* 441.

13. *Obſidio Ciuitatis Leodienſis per Auriacum.* 443.

14. *Auriacus profecturus ad Condæum in itinere Eccleſias, Monaſteria, & Oppida cremat; quem perſequitur Albanus, & extra Belgium fugat.* 447.

15. *Albanus fugato hoſte ad nouorum Epiſcoporum promotionem animum adijcit. Rationes conſlandæ pecuniæ inuidioſas init: Interim gladio & galero à Pontifice donatur. Leodij multi coniurationis rei extremo afficiuntur ſupplicio.* 448.

16. *Præſul Comitia celebrat: Quidam coniurationis Auriacæ rei afficiuntur ſupplicio: Queritur apud Cæſaream Maieſtatem de ablatis ſibi clauibus Ciuitatis.* 452.

17. *Magna Moſæ inundatio: Monaſterium Roberti montis ſpoliatur: Nouus motus Leodij exoritur. Comitia celebrantur: Publicantur edicta contra hæreticos. Summus Pontifex ſcribit Concilio Ciuitatis, & ad conſtantiam in fide hortatur.* 458.

18. *Tumultus in Belgio occaſione exactionis decimi denarij: Auriacus cum nouatoribus parat arma, petens ab Hollandis auxiliares copias: Multa oppida Regi ſurripiunt: Leodij Conuentus Ordinum. Virtus Domini de Floyon Summi Prætoris Leodienſis filij in defendenda Ruremunda.* 462.

19. *Albanus multa oppida recuperat: Præſul Groesbekanus cum Capitulo impetrant mandatum à Camera Spirenſi contra Ciuitatem. Albanus Hiſpanias repetit, relicto Succeſſore Requeſenio.* 467.

20. *Ludouicus Naſſouius animos Leodienſium ſibi cōciliare ſtudet: Traiectum proditione tentat: Paulo poſt funditur eius exercitus, nec ipſe amplius comparuit: Clerus pro ſui defenſione militem colligit: Præſul Comitia celebrat.* 471.

21. PAX

Digitized by Google

fruſtra tentatur : Groesbekanus ſolli-
omitia repetit : Bellum à Regijs re-
tur. 476.
ines Belgij victorijs Hiſpanorum in-
: Bruxellenſes tumultuantur: paßim
tur in Hiſpanos : Traiectenſes Hiſpa-
præfectum capiunt. 481.
terpia capitur ab Hiſpanis: Leodienſes
i ſollicitantur vt arma contra Hiſpa-
mant : Ioannes Auſtriacus Luxem-
m appellit : Præſul in Comitijs Leodio
: Ordines patriæ pro eo fideiubent
ilenſibus. 483.
e fruſtra tentatur Gandaui : Quoti-
conflictus inter Hiſpanos & Ordines:
andem Marchia Groesbekano auctore
tur : Exteri milites dimittũtur. 484.
iſtriacus inter Pontificis Legatum &
sbekanum Præſulem Gubernator Bel-
uxellas ingreditur : Legati Cæſarei
num veniunt. Mathias Archidux ad-
u Gubernator Belgij inſtituitur. 488.
roesbekanus Præſul Comitia celebrat:
nes fœderati fruſtra Leodienſes ad
iem ſollicitant; Auſtriacum repudiant;
Gemblacum ab eo cæduntur : Patriæ
ienſis ab vtriuſq; partis militibus miſe-
fligitur. 491.
riacus hæreticis complacere volens mul-
ontra religionem Catholicam tentat:
ia Leodienſis ab vtraq; factione infe-
ır : Præſul Comitia celebrat : Moritur
nes Auſtriacus: Succedit Dux Parmen-
ui bellum fœliciter proſequitur. 496.
bſidio oppidi Traiectenſis & eius occu-
o, quam ſtatim epidimia lues vehemen-
ma ſequitur. 500.
roesbekanus cum Duce Iuliæ ſtudent pa-
are Aquenſes tumultuãtes. Diepenbeeck
eodienſibus expugnatur. Rex Auriacum
ſcribit & damnat. 506.
Groesbekanus Comitia celebrat : inuiſi-
à Duce Arſchotano : in morbum cadit,
iè placidèq; moritur. 507.

De D. Erneſto Bauaro Epiſc. 89.

1. Erneſtus Bauariæ Dux eligitur in Epiſcopum Leodienſem, eiq; mox cum Duce Iuliæ componendæ Aquiſgranenſium controuerſiæ cura à Cæſare committitur. 511
2. Erneſtus Patriæ inauguratur : comitia celebrat, & multa patriæ vtilia edicit : Caluiniſtani negligunt gratiam Cæſaris : confœderati Regem Catholicum abiurant, & recedente Mathia Archiduce, Alenſonium protectorem aduocant. 515.
3. Erneſtus Aquiſgranum obſidet : Comitia Leodij celebrat : ordinem edicit procedendi in armis contra vagabundos milites & prædones: Aquenſes Commiſſarios Cæſaris eludere ſatagunt. 517.
4. Alenſonius Dux Brabantiæ per Status vnitos renunciatus, Aquenſes ſeditioſos fouet; Leodienſes & Colonienſes ad idem tentat: Patria Leodienſis repletur vtriuſq; factionis militibus: Ghebhardus Truchſeſius libertatem religionis concedit. 520.
5. In comitijs Coloniæ habitis reijciuntur Poſtulata Truchſeſij, ipſe bellum parat: monetur pluries fruſtra : exauctoratur, & in eius locum Erneſtus eligitur; qui Truchſeſio ſe opponere conſtituit : Alenſonius Galliam repetit : Erneſtus militem Leodienſem in agrum Colonienſem ducit. 523.
6. Ioannes Caſimirus fit Dux Truceſianorum, Salentinus Bauarorum. Examinato in Comitijs iure vtriuſq; partis, Cæſar mandat Caſimiro arma ponere, & mox recedit inglorius: Erneſtus interim celebrat Leodij Comitia : Dux Ferdinandus Erneſti frater fœlicitèr vbiq; pugnat, & Truchſeſij infœlicem militiam diſsipat. 527.
7. Erneſtus Præſul animum ad reformationem religionis adijcit : Patria Leodienſis à milite vbiq; affligitur : Erneſtus cum Archiepiſcopo Treuirenſi tentat pacem in Belgio componere : Parmenſis Antwerpiam

 obſidet;

Digitized by Google

obſidet; Hollandi acritèr ſe opponunt. 530.

8. Catholici in Belgio & Gallia hoc anno fœlices: Germani cæſi à Leodienſibus: Admiranda Hollandorum in pontem Parmenſis ſtratagemata. Patria Leodienſis ſubuerita militum inſolentiam, ſe armat. 532.

9. Epiſcopus Vercellenſis Nuncius Apoſtolicus promulgat Leodij concilium Tridentinum; Proteſtantibus contra, quid reſponderit: conſtituit in Cathedrali Theologalem & Pœnitentiarum: meditatur erigere montem pietatis: Exauctorat Abbatem S. Laurentij, & alium in eius locum ſufficit: Erigit tribunal pro exemptis. 536.

10. Magna per totum Belgium cariſtia: Parmenſis honoratur à Summo Pontifice gladio & pileo, actum cohoneſtante Erneſto: Redit Leodium & Comitia celebrat; quem Ordines liberaliter excipiunt; In Ardenna variorum metallorum venas offendit. 139.

11. Bonnam ſtratagemate captam Erneſtus auxilio Regis Catholici recuperat: Rex numeroſiſſima claſſe fruſtra inuadit Angliam: Regnum Galliæ per hæreticos turbis pluſquã tragicis concutitur. 544.

12. Erneſtus edictũ contra hæreticos eorumq́; receptatores promulgat: Quendam Ioannẽ Backs Paſtorem Haſſelenſem hæreſeos ſuſpectum, abiurare hæreſes facit, & loco amouet. 545.

13. Excipit honorificè Parmenſem hydropicũ ad aquas Spadanas: mox celebrat Leodij Comitia: Gabriel Morel Eremita Arteſius de hæreſi ſuſpectus proſcribitur. Iacobus Clemens Dominicanus Galliæ Regem cultro occidit: Auguſtæ Treuirorum plurimi maleſici cremantur. 554.

14. Erneſtus conuocatis Patriæ Ordinibus, magnam eorum experitur liberalitatem; Seminaria duo erigit: Promulgari mandat Iubilæum Sixti Pontificis: ærarium Sixti Romæ locupletiſſimum: Aquenſes obediunt mandato Regis Philippi. 557.

15. Ioannes à Galea vir pius à dæmone poſſeſſus horrendum in monſtrum euadit: Erneſtus à Rege Philippo legatos impetrat qui tractent cum Leodienſibus de locis controuerſis. Proteſtantes Coloniæ petunt publicũ ſuæ religionis exercitium. 560.

16. Parmenſi Lutetiæ impedito, Mauritius multa oppida occupat: Hiſpani tumultuantur, & Leodienſi ditioni multa damna inferunt: Præſul Comitia celebrat, & cum Principe Parmenſi ad aquas Spadanas reuerſo agit. 565

17. Cæſar negotium pacis proſequitur. Erneſtus repetit à Parmẽſi Oppida per Regios poſſeſſa. In conuentu Ordinum Patriæ multa vtilia ſtatuuntur. 568.

18. Erneſtus parochiale conſcribi curat. VVeſterloa arx recuperatur: Legati Cæſaris fruſtra cum Hollandis pacem tentant: Præſul Leges Typographis & Ludimagiſtris praeſcribit. 571.

19. Erneſtus excuſat ſe apud Sanctiſſimum, & duo purgat, quorum occaſione nomen ſuum erat in vrbe traductum. Hollandi ſcribunt Ordinibus Leodienſibus, quibus Præſul rectè reſpondet. 574.

20. Edictum contra hæreticos denuò publicari mandat; quoſdam caſtigat & punit. 579.

21. Erneſtus Præſul defuncto Parmenſi, ſollicitus de Oppidis Colonienſis patriæ, mittit in Hiſpaniam. Rex Nauarreus fit Catholicus. Sententia Cæſaris contra Aquenſes. 581.

22. Præſul Comitia Patriæ celebrat: Hæreticos proſequitur: Intereſt Ratiſbonnæ Comitijs Imperij: de rebus ibi per eum geſtis cenſura ſummi Pontificis & Alani Cardinalis. 584.

23. Itali in Sichemenſi oppido tumultuantur; Brabantiam & Patriam Leodienſem tributis ſubijciunt. Leodij conuentus ordinum celebratur. Ioannes Caſtellius adoleſcens Pariſienſis Regem Galliæ cultro petit; afficitur ſupplicio; & Societas Ieſu Regno exterminatur. 689.

24. Arx Hoyenſis per inſidias ab Hollandis capitur; Oppidum à quibuſdam deditur, quæ

mox

mox auxilio Regiorum & Leodienſium recuperantur: Proditorum fautores ſupplicio afficiuntur. 590.
25. Ferdinandus Gvilhelmi Bauariæ Ducis filius renunciatur Coadiutor Archiepiſcopatus Colonienſis: Hiſtoria Ioannis del Vaulx inſignis malefici Monachi Stabulenſis. 593.
26. Harangierus Lyram tentat: Erneſtus Præſul Albertum Auſtriacum nouum Belgij Gubernatorem Luxemburgi honorificè excipit: Ferdinandũ nepotem ad adminiſtrandã Eccleſiam Colonienſem vocat; in hæreticos inquirit. 594.
27 Spretâ per Hollandos pace, Albertus Auſtriacus ad bellum ſe conuertit, Caletum & Hulſtum expugnat. Summus Pontifex ſuis Italis ab hæreſibus cauet. 599.
28. Proceſſus Iudiciarius contra Ioannem del Vaulx ſortilegum: Albertus Ambianum in Picardia ſtratagemate occupat: Rex Galliæ illud obſidet: Alberti nuptiæ cum Iſabella Clara Eugenia filia Regis Hiſpaniæ. 600.
29. Erneſtus Præſul Leodium redit tumultum ſedaturus: mutat rationem creandi Conſules: Albertus cum futura Coniuge Hollandos ad pacem inuitat: Aquenſibus banno ſubiectis; Præſul reſtituit diſciplinam Eccleſiaſticam. 606.
[3]0. Hiſpani paſſim tumultuantur, fruſtra Cæſare, Erneſto, & alijs Principibus eos compeſcere nitentibus. 611.
[31]. Erneſtus Comitia celebrat: Germani fœdus feriunt contra Admirallium & Hiſpanos: Fruſtra ſollicitantur Leodienſes vt iuuant ſe Germanis: Cæſar pacem componit, quam Hiſpani iterum tumultuantes minimè ſeruant. 612.
[32]. Iubilæum vniuerſale: Admiranda charitas & liberalitas Romanorum erga peregrinantes ad Vrbem: Erneſtus Præſul Comitia celebrat. 919.
[33]. Prælium Alberti Archiducis & Mauritij Comitis inter Neoportum & Oſtendam: vtriuſq; factionis milites agrum Leodiẽſem vicinaſq; prouincias depopulantur. 624.
34. Archidux Oſtendam obſidet: Hiſpani in VVert tumultuantur & prædam per Patriã Leodienſem agunt: Comes Mauritius ad Syluam Ducis caſtra locat, quam mox deſerere cogitur. 626.
35. Archidux Oſtendam premit quam vt liberet Mauritius, collecto in Germania ingenti exercitu, per Patriam Leodienſem Brabantiam ingreditur, cui ſe opponit Admirantius, moxq; recedere cogitur. Hiſpani in Hamont & alijs oppidis tumultuantur, Patriamq; Leodienſem & vicinas Prouincias tributis indigniſſimè ſubijciunt. 628.
36. Ferdinandus Bauarus loco Præſulis Comitia celebrat, Erneſtus mittit Commiſſarios à Cæſarea Maieſtate, qui de æqualitate in colligendis tributis aliquid conſtituant: Cauet Spadanis ab hæreticis. Hiſpani in Hockſtrata tumultuantur, adiuuante illos Mauritio. 631.
37. Oſtenda deditur: Seditioſis venia tribuitur: Quæſtio de Caluaria S. Lamberti. Comitia Patriæ: Seditio in Capitulo Leodiẽſi exoritur. 635.
38. Quidam Anglus fingit ſe Legatum Regis Angliæ ad Præſulem: Edictum de recta Quadrageſimalis & Paſchalis temporis obſeruatione. Puer contractus miraculosè ad imaginem S. Leonardi in ſuburbio Leodienſi ſanatur. Expugnatâ Oſtendâ Archidux Albertus Excluſam obſidere meditatur; Et quæ Mauritius contra molitur. 639.
39. Erneſtus Præſul multa ſtatuta edit contra abuſus qui in Monaſteria irrepſerunt quæ cõfirmantur à Summo Pontifice. Puer maleficiatus precibus B. Mariæ Virginis Montis acuti ſanatur. 645.
40. Mira Eclypſis quam mors multorum clarorum virorum ſequitur. Archidux ſoluit ſeditioſis, & proſcriptos vti publicos hoſtes è ſuis regionibus excedere iubet. 651.
41. Oſſa viri Sancti & Doctoris incliti Dionyſij

nyſij Ryckelij reperta. Erneſtus Praſul nonnullorum feſtorum obligationem paterno affectu aufert. Induciæ inter Archiducem & Mauritium. 658.

42. Capta per Leopoldum arce Iuliacenſi, Rex Galliæ arma ſumit ; à Franciſco Rauaillaco occiditur. Aquenſes tumultuantur Obſidetur & deditur Iuliacum. 671.

43. Erneſtus vltimùm Comitia celebrat: Liberalitas Leodienſium erga illum : Cauet patriæ ab hæreticis præſertim Aquenſibus, & placidè in Domino moritur.

44. Ad Ieſum Saluatorem pro pijs Sereniſſimi Principis Erneſti manibus Societatis Ieſu votum. 678.

FINIS.

Soli Deo honor & gloria.

Digitized by Google

SERIES ET NOMINA
PONTIFICVM LEODIENSIVM,
QVORVM GESTA HOC
tertio Tomo deſcribuntur.

76.	Engelbertus à Marka.	pag. 1.
77.	Ioannes de Arkel.	15.
78.	Arnoldus de Horn.	40.
79.	Ioannes de Bauaria.	69.
80.	Ioannes de Walenroda.	112.
81.	Ioannes Heinsbergius.	115.
82.	Ludouicus Borbonius.	131.
83.	Ioannes Horneus.	203.
84.	Erardus à Marka.	235.
85.	Cornelius à Bergis.	334.
86.	Georgius Auſtriacus.	351.
87.	Robertus à Bergis.	384.
88.	Gerardus Groesbekanus.	410.
89.	Erneſtus Bauarus.	511.

Digitized by Google

VITA RADVLPHI
DE RIVO EX EIVS
SCRIPTIS.

RADVLPHVS DE RIVO Decanus Tongrenſis, ex Breda Oppido Prouinciæ Brabantiæ oriundus, in omni ſcientiarum genere verſatus, multa ſcripſit: quorum quædam nobis innotuerunt, vt Calendarius Eccleſiaſticus editus Louanij, apud VVelleum è M. S. Codice Clariſſimi Domini Iacobi Pamelij Brugenſis S. T. Licentiati. Cuius Calendarij meminit Molanus lib. de Martyrologijs cap. 7. Et Geſta trium Pontificum Leodienſium Engelberti à Marka, Ioannis de Arkel, & Arnoldi de Horn, ſub quibus floruit, quæ primùm in lucem edimus, ex varijs manuſcriptis Cod. & præſertim Monaſterij Canonicorum Regularium Tongrenſium, quem nobis communicauit D. VVilhelmus Herkēroede eiuſdem Monaſterij Prior optimè meritus. Obijt Radulphus anno 1483.

APPROBATIO.

HIc tomus tertius hiſtoriæ Leodienſis propter varietatem rerum tum ſacrarum tum prophanarum quas tractat, magnam animi voluptatem & prudentiæ pietatiſque fructum lectoribus adferet. Datum Kalend. Iulij 1615.

Carolus Oleanus Eccleſiæ Leodienſis Canonicus Theologalis.

Digitized by Google

A

GESTA PONTIFICVM LEODIENSIVM.

AB ANNO TERTIO ENGELBERTI A Marcka vſque ad Ioannem à Bauaria.

Victoria Engelberti Epiſcopi apud VValeuiam & Thourin.

B

CAPVT PRIMVM.

EVERSO caſtro de Argenteal anno ſalutis noſtræ 1347. Leodienſes, Hoyenſes, & Dionantenſes interuentu amicorum Raginaldi de Argenteal, quos habebant captiuos, non difficulter in gratiam Epiſcopi rediiſſent; ſed iuſta eos Dei ira perurgente, præteritarum victoriarum recordatione tumidi, Duci Brabantiæ, qui recens cum Epiſcopo fœdus inierat, ne agrum Leodienſem intraret, occurrere voluerunt.

Leodienſes occurrere volũt Duci Brabantiæ.

Quare feria tertia poſt reditum ab Argenteal, licet obſidione feſſi, caſtrametati ſunt prope Waleuiam & Thourin ad feriam vſque ſextam, C legato Papæ Archiepiſcopo Rauennate, & Godefrido de Harde interim de pace cum Epiſcopo tractantibus.

Interea fertur in caſtris Epiſcopi columba candida circum haſtas militum volitando, ac veluti ad prælium inuitãdo apparuiſſe, & Epiſcopo ac fœderatis non parum animi addidiſſe. Quocirca promiſſas ſibi à Duce Brabantiæ auxiliares copias magno deſiderio præſtolabantur.

Magiſtri vero & Conſules Leodienſium D. de Arduemont & D. de Colonſter ſuadebant ſuis ad tentoria redire, intempeſtiuum & anceps fore certamen, de pace agi, quæ etiam honeſtiſſima affulgeret, diem dein frigidam & pluuioſam, populũ magna cibi potuſque inopia D laborantem, tœdio affectum, à prælio alienum eſſe: Maxime quod pars Epiſcopi longe maior & fortior eſſet propter auxilia Ducis Brabantiæ, Raynaldi Ducis Gelriæ, Comitis Loſſenſis, primorum patriæ nobilium, Scabinorum Leodienſium, & aliorum qui recens aduentarant.

Cõſules diſſuadent multis ex cauſis.

Erat eo die in exercitu Epiſcopi vir nobilis, rei militaris apprime peritus, qui explorato bonam equitum Leodienſium partem à caſtris ſuis ſeſe relaxatum contuliſſe, conſulit Epiſcopo claſſicum cani.

Miles ſuadet Epiſcopo claſſicum cani.

Præſul mox tres ordinat acies, & ante lucem ſabbatho vigilia Magdalenæ, ſuccenſo vico de Thourin, ad arma conclamari iubet. Leodienſes prompti magno impetu reſiſtunt, plures perimunt, nonnul-

Digitized by Google

Leodienſium breuis victoria.

los in fugam agunt; ſed fuit breuis hæc victoria: dum enim hoſtem fugientem ſequuntur vicina in valle copioſam equitum multitudinem offendunt, qua ex improuiſo territi, quidam fuga dilapſi, alij maiore multo numero interempti ſunt. Ibi Huſtinus de Borſton miles ſacrum D. Lamberti vexillum (Stendardum vocant) quòd contra ipſum ſanctum Martyrem eiuſque Eccleſiam vſurpare, exercituique rebelli preferre preſumpſerat, turpiter abiecit. Quod Weritus de Cornu miles reuerenter ſuſtulit, & paulo poſt Eccleſiæ Leodienſi reſtituit. A

Interea gregariorum militum ſigna vigintiquinque, quorum plures erant hullarij, defendere ſe fortiter, ſed tandē multitudine obruti, magna parte ſtrati cæſique fuerunt. B

Bellum atrox inſtauratur.

Sub id tempus, qui à caſtris relaxationis cauſa abierant Waltherus de Haultepenne aduocatus de Horion, alijque nobiles Hasbaniæ circiter centum & viginti, audito certaminis ſtrepitu cum ducentis circiter equis ad egreſſum Waleniæ hoſtibus occurrunt, ibi bellum atrox ex vtraque parte inſtauratur; Sed & hoc certamen Leodienſibus infauſtum fuit; Nam mox & Henkinus miles de Otrop interficitur, & Waltherus aduocatus de Horion iuuenis pulcherrimus quamuis à ſuis diligenter cuſtodiretur, multique aduerſæ partis de genere ſuo illi parcerent, grauiter à quodam milite Hasbanienſi percutitur, & alij deinde milites vel cæduntur, vel captiui abducuntur, vel quaqua poſſunt ſaluti conſulunt. Waltherus tamen amicorum beneficio ſeruatur, qui quod inſtaurato hoc nouiſſimo certamine multis gregarijs militibus vitam propugnaſſet, à Leodienſibus poſtea ſemper predilectus fuit. C

Leodiēſes rurſus cæduntur.

Sic tandem Leodiēſes, qui toto hoc anno pluribus in prælijs victores fuerant, ab Epiſcopo victi fuēre.

Interim victor exercitus, quamuis inuito præſule, Hasbaniam deuaſtat, domos concremat, omnia longe lateque depopulatur.

Leodiēſes pacem obtinent parum honorabilem.

Hac clade afflicti Leodienſes duodecim primores è populo nominarūt, qui cum Epiſcopo de pace tractarent, quam non ita honoratis, vt ante facile potuiſſent, cōditionibus obtinuerunt. Nam pro quibus bellum geſſerant, fere ijs omnibus renunciarunt, & Epiſcopo Centum quadraginta millia regalium aureorum numerare, Ducique cum ſexcentis peditibus armatis, quoties ille rogaret, ſeruire promiſerunt. D

Engelbertus velut numē de cœlo miſſum excipitur.

Nec multis poſt diebus Engelbertus pace ſic ſtabilita, per portam S. Martini Ciuitatem ingreditur, quem Clerus cum Magiſtris & populo feſtiuo proceſſu (ſolita rerum humanarum inconſtantia) haud aliter atque numen quoddam de cœlo miſſum excipit.

ANNOTATIONES.

1. Euerſo caſtro de Argenteal:] *Radulphus de Riuo, quem modo in lucem edimus*

Digitized by Google

edimus, proſequitur geſta Pontificum Leodienſium ſui temporis, proferens hiſtoriam A *per 39. annos, incipit enim ſcribere ab anno 1347. quo Hocſemius deſiit, & in quem caſtri de Argenteal euerſio incidit, vſq; ad annum 1386. poſt quem auctor non ita multis annis ſupervixit, obijt enim vt in vita eius diximus anno Domini 1403.*

2. Victi fuêre:] *De victoria hac Engelberti Epiſcopi meminerunt Chronicon Gemblacenſe, Zantfliet, & Ioannes Stabulaus huius temporis ſcriptores, quos idcirco libentius in ſequentibus allegabimus, vt ſicuti in duobus ſuperioribus tomis hiſtoriæ Leodienſis præcipuos auctores & veluti fontes oſtendimus, ita porro & in hoc tomo faciamus. Meminit & hos ſequutus Meyerus rerum Flandricarum ſcriptor ſic enim ille,* Leodienſes ex ſuperiore victoria tollentes animos ædes nobilitatis per fines ſuos diripiunt & incendunt. Engelberto Epiſcopo B ſuo parere detrectant. Iungit ſibi Epiſcopus Ioannis Brabantiæ, & Reginaldi Geldriæ Ducum auxilia: facto prælio Leodienſes grauiter cæduntur, perdunturque ad 15. hominum millia.

Engelbertus tumultus Dionanti & Leodij exortos ſedat.

CAPVT II.

NOn multo poſt tempore, Dionanti orta diſſenſione inter milites & populum occaſione cædis trium fratrum miniſterij molendinariorum, Epiſcopus ratus huiuſmodi principijs C quam primum obuiandum eſſe, mox Hoyum cum Leodienſibus contendit, inde Hoyenſibus iunctis, Dionantum. Hoc in itinere id memoria dignum contigiſſe dicitur, Epiſcopum cum præteritorum bellorum memoria ſubijſſet in lachrymas prorupiſſe, militem collachrymaſſe, viciſſim amplexos eſſe, veniam rogaſſe, ſpôteque noua iureiurandi religione fidelitatem ſibi inuicem promiſiſſe.

Exoritur tumultus Dionanti.

Igitur cum Epiſcopus ex æditiori rupe Dionantum perluſtraſſet, debilioremque murorum partem, quam ſui aggrederentur deſignaſſet, Dionenſes re explorata impigre trabibus, turribus, nouiſque excitatis aggeribus eam partem muniũt, magniſque animis, nihil quod ad tutandam eam pertineret omittunt.

D Horum animos dum Nobiles perpendunt, grauioraque incommoda & calamitates non immerito formidant, pacem honeſtis conditionibus cum populo pepigerunt. Quo facto præſul legibus quæ ad pacem tranquillitatemque vrbis facere videbãtur Magiſtratui & miniſterialibus datis, D. de Agimont oppidi gubernatorem nominauit ſtatimque cum ſuis Leodium redijt.

Nobiles pacem cum populo ineunt.

Vix ſedata hac tempeſtate, alia non minoris periculi Leodij inter Clerum & populum de valore monetæ excitata eſt, vulgus contendebat pro denario bonæ monetæ Leodienſis ſoluendos tantum tres den. pagamenti (vt aiebant) currẽtis, Clerus amplius exigebat. Tandem

Alius tumultus excitatus Leodij.

Digitized by Google

Epiſcopus pacem init.

dem turbarum oſor Epiſcopus, conuocato ad ſuam aulam populo, partibus beneuole comiterque auditis, perſuaſit, vt pro ſimili denario in ciuitate & circa eam infra banni leucam, durante 100. annorum curriculo 4. tantũ denarij monetæ currentis ſoluerentur. Quam pacem Epiſcopus ſigillo proprio munitam confirmauit. Et, quod Clerus populuſque imprimis petebat, legalem iuſtamque monetam cudere promiſit, quod & re ipſa præſtitit. Nam denarios vulgo Burgenſes dictos valoris duorum ſolidorum mox cudit, qui non multis poſt annis ſex ſolidorum valorem ſuperarunt, Sicque huius tempeſtatis fluctus ſopiti. A

Bella hæc cariſtia ſequuta fuit, vt modius ſpeltæ venderetur 6. libris, vnde plerique omnes maxime verò agricolæ afflicti ſunt. B

ANNOTATIONES.

Alia Leodij inter Clerum & populum:] *De hac Cleri & populi diſſenſione Chronicon Gemblacenſe meminit, dicitq; eo periculoſiorem fuiſſe, quod ab vtriſq; clero & populo Epiſcopus accuſaretur. Quæ cauſa fuit, vt infra dignitatem ſuam ipſe Epiſcopus ad ſuam aulam populum vocarit*, tamque humiliter (*vt loquitur Chronicon*) & dulciter loquutus fuerit, vt eius verbis populus acquieuerit, ipſeque deinceps monetam plus iuſto valentem cuderit.

C

Peſtis totum fere orbem affligit & noua ſecta ſe flagellantium, illius ergo exoritur.

CAPVT III.

Peſtis mediam hominum partem abſumit. Iudæi accuſantur & cæduntur.

MAgna per vniuerſum orbem peſtilentia anno ſalutis noſtræ 1348. graſſata fuit: ab India ſiquidem ortum habens, ſenſimque per omnes prouincias, maxime Alemanniam, Galliam, Angliam, Flandriam irrepens, mediam fere partem hominum abſumpſit. Cuius calamitatis cauſa Iudæis à pleriſque fuit adſcripta, quod fontes & aërem veneno infeciſſent, qui idcirco in diuerſis mũdi regionibus partim gladio cæſi, partim ſubmerſi, & tandem in Brabantia toto fere biennio igne vitam finierunt. D

Sanguinis profluuium Ignis aduſtio.

Hanc plagam ſanguinis excepit profluuium inaudito cruciatus genere infinitos enecans: denique ſacri ignis aduſtio carnem ad oſſa vſque non viuentium tantum, ſed & mortuorum antequam ſepeliri poſſent, conſumens.

Secta ſe flagellantium.

His cladibus afflicti plerique mortales publicam peccatorum pœnitentiam agebant, precibus, lachrymis, flagris ſibi inflictis Dei miſericordiam implorantes. A quibus exorta fuit ſexta ſe flagellãtium, & breui tempore per orbem Chriſtianum longe lateque diffuſa. Hi

fine

Digitized by Google

legitimi ſuperioris ductu ſemi nudi incedentes Cruces manibus ...cabant, capita caputio & pileo, pudenda lineo operiebant, flagel... n cuſpide tres nodos aculeatos habẽtibus ſemet ipſos publice in... & extra Eccleſiam ad cruorem vſque cædebãt, carmina quædam ...i partim contraria, partim ſuſpecta cantabant, poſt triginta tres ...s, horaſque duodecim ab huiuſmodi flagellatione reuelatum ſibi Angelo aſſerebãt mũdatos ſe à peccatis, non ſecus, ac ſi nouo bap...matis ſacramento abluti eſſent. *Suſpecta hereſeos.*

...lemens 6. Põtifex horũ hęreſim perſequutus, pertinaces ſæculari ...achio tradi iuſſit. *Clemens Pontifex illam perſequitur.*

Philippus Gallorum Rex huiuſmodi Diaboli Martyres (ſic enim ...s Galli vocant) paſſim per regnum ſuum ad necem tradi impera...t. *Idem Gallorũ Rex.*

Circa noſtras & Moſellæ partes non diu viſi fuerunt, quia Clemẽs ...m dictus contra eos excommunicationis ſententiam per ea loca ...ublicari mandaſſet.

Eodem anno Carolus in Regem Alemanniæ ante biennium ele...tus Aquiſgrani coronatur cum vxore: quem Engelbertus Epiſcopus ...plendido comitatu honorauit. *Engelbertus honorat Carolum Alemanniæ Regem.*

Eodem anno fuit ingens inundatio moſæ & aliorum fluminum vi...cinis in prouincijs, ex qua mortalitas paſſim conſequuta eſt. Nam ...nnis duobus ſubſequentibus Epidemia patriam Leodienſem, Flan...driam, Brabantiam, & plures alias partes mirum in modum afflixit & depopulata fuit. *Inundatio aquarum & peſtilentia.*

Anno 1350. moritur Philippus Rex Francorum, cuius filius Ioannes Dux Normanniæ 26. Septembris Remis coronatur.

Eodem anno Clemens Pontifex Iubilæum Bonifacij octaui propter breuitatem humanæ vitæ ad quinquageſimum quemque annum reduxit. Maxima frequentia occidentale vulgus Romam concurrũt, ſed vix decimus quiſque domum reuertitur, partim peſtilentia, partim longinqui itineris labore abſumpti, *Iubilæum ad quinquageſimum annũ reducitur.*

Eodem quoque tempore Monachus quidam Paulus cum Cracouię in ſacra ad populum concione auſus fuiſſet dicere Deiparam virginem conceptam fuiſſe in peccato originali, ſubito expirauit. Quæ res alijs multis eadem in materia diſputantibus grandem incuſſit metum. *Monachus cõtra immaculatã B. Virginis conceptionem concionatus ſubito moritur.*

Anno 1352. circa feſtum S. Andreæ obijt Clemens Pontifex, & ſucceſſit Innocentius eius nominis ſextus natione Lemouicenſis, qui pacem inter Anglorum, & Francorum Reges ſanxit, præbendas Eccleſiaſticas non niſi probatiſſimis dedit, voluitq́; & merito, vt omnes paſtores apud ſuas Eccleſias gregem ſuum cuſtodirẽt. Romæ ne pauperes male tractarentur vnicum Senatorem eumque annuum conſtituit. *Succeſſio Pontificum.*

Anno 1355. obijt Ioannes Dux Brabantiæ, qui locum & gentem ſuam ſumma tranquillitate rexit, ſepultus in monaſterio Villarienſi habitu *Ioannes Dux Brabantiæ vir pius & iuſtus moritur.*

Digitized by Google

habitu ordinis Cyſtercienſis. Habuit Dux iſte tres filias Margaretam nuptam Comiti Flandriæ, Mariam nuptam Reynaldo Duci Geldriæ, A
& Ioannam primogenitam, nuptam primũ Wilhelmo Comiti Hollandiæ, & poſt eius obitum Wenzeſlao Duci Lutzemburgenſi, quod ita curauerat pater, futurum ſperans, vt amicitia magnorum Principum quibus ſanguine iunctus erat Wenceſlaus, longam ſuis relinqueret pacem, quod non ita euenit.

ANNOTATIONES.

1. Magna per vniuerſum orbem peſtilentia:] *vide Paulum Aemilium lib. 9. de rebus geſtis Francorum, Chronicon Hirſaug. Chronicon Gemblacenſe & Zantfliet.* B

2. Eodem anno Carolus:] *Hic prudens & pius Imperator cernens ſuperiores aliquot Imperatores ab Henrico 4. de quo ſuperiore tomo diximus propter infeſtationem Sedis Apoſtolicæ infœlices fuiſſe, pacem cum Põtificibus firmauit; hinc Imperium in eius poſteritate vſq; in hodiernum diem permanet, Deo eius virtutem, & in ſanctam ſedem obſeruantiam fœlicitante, Nam VVenceſlaus, deinde Sigiſmundus eius filij per ordinem diu imperarunt; Donec Sigiſmundus cum ſine virili ſobole decederet Albertum Auſtriæ Ducem filiæ ſuæ maritum hæredem Imperij reliquit, à quo Imperium deinceps in poſteros deriuatum per Fredericum tertium, Maximilianum Frederici fratrem, Carolum quintum Maximiliani nepotem, Ferdinandum Caroli quinti fratrem, Maximilianum ſecundum, deniq; Rudolphum, & poſtremo Mathiam modernum, Cui Deus pacifica & ſalutaria conſilia largiatur. Amen.* C

3. Eodem quoque tempore monachus quidam:] *Vide Henricum de aſſia.*

4. Obijt Ioannes Dux Brabantiæ:] *Barlandus & alij.*

Bellum Brabantinorum ratione Oppidi Mechlinienſis contra Flandrenſes, quibus fauet Engelbertus cum Leodienſibus, & pax per VVilhelmum Bauarum Comitem Hollandiæ mox ſequuta, necnon celebre bellũ Pictauienſe inter Francum & Anglum. D

CAPVT IIII.

Cõtrouerſia inter Ducẽ Brab. & Comitem Fland.

IOanne Duce Brabantiæ defuncto anno à partu virgineo 1355. inter Brabantinos & Flandrenſes grauis exorta eſt controuerſia ratione oppidi Mechlinienſis Ludouico Niuerenſi Comite Flandriæ ſuum eſſe iure emptionis aſſerente, Wenceſlao Brabantiæ Duce illud ſibi aſcribẽte, quod à Brabantiæ ducatu ſeparari nequiret. Vt res tota ſine armis componi poſſet in arbitros primum ab vtraque parte com-

Digitized by Google

compromiſſum fuit, ſed compromiſſo fruſtra tentato, ad arma non A procul à Bruxellis, anno ſequente ventum eſt.

Igitur acri certamine inito, tandemque Domino de Aſſeche hæreditario Brabantiæ vexillifero Flādrorum armis in fugam acto, Wenceſlai quoque copioſo exercitu, quem nupér ex Germania duxerat, partim fuſo partim fugato, victoria Flandro ceſſit. Hac non infeliciter vſus Comes, Bruxellēſe ſuburbium flammis donat, vrbs ipſa ſe dedit. Mox eius exemplo Mechlinia, Louanium, & alia minora oppida Imperium eius agnoſcunt. Solum Buſcumducis Wenceſlao paret ad quod ille Ioannaque illius vxor refugit, *Bellum ſequutum.* *Flāder vincit.*

Wenceſlaus interim impigre amicos aduocans, extemplo iuſtum B cogit exercitum, Flādroſque magna celebritate aggreſſus Bruxellas Louanium ceteraque oppida in ſuam poteſtatem redigit, Sola Mechlinia Comiti Flandriæ parente. *Mox vincitur.*

Nec ideo animos demittit Flander, vocatis ſiquidem in auxilium Comite Namurcenſi nepote ſuo, Engelberto Leodienſi Epiſcopo, Engelbertus mittit Flandro viros ſtrenuos rei militaris peritos Lāmbertum de Vpey militem ſuum mareſcalcum, Iacobum de chaboz Balliuum Hisbaniæ, Ioannem de S. Martino vexilliferum, cum delectu militum pedeſtrium. Hi Brabantiæ partem aggreſſi, Landen oppidum vicoſque circumquaque adiacētes populantur, & ferro flammaque vaſtant. *Engelbertus Flandrum adiuuat.*

C His auditis, Brabantinæ acies accurrunt, quas Lambertus, & Iacobus intrepide expectant; acriter hinc inde concurritur; magna vtrimque hominum ſtrages editur. Brabantinis tandem victis, Leodienſes in Hanutenſem agrum ſe effundunt, caſtra vicoſque ſpoliant, diuites cuſtodiæ tradunt, magnam ab eis pecuniæ vim corradunt. *Hi vincūt Brabantos.*

Habebant tunc Brabantini captiuos non paucos Leodienſes, quos Lambertus d'Vpey miles cum parua peditum manu magno vitæ ſuæ diſcrimine ex hoſtium manibus eripuit. Cuius ergo, magnum apud omnes nomen obtinuit.

Interea Carolus 4. Imperator Wenceſlao Duci fratri ſuo opem laturus methas Lotharingiæ venit: vbi vocatum Engelbertum Epiſcopum rogat. Qua fiducia fretus comparere audeat, cum fratrem D ſuum Wenceſlaum tot damnis incommodiſque affecerit? hinc pulchro apophtegmate reſpondit, confidētia magni veſtri ſigilli. Subijcit Imperator. Quid cum illo agendum, qui contra Dominum ſuum inſurgit? Epiſcopus animaduerſa Regis ira tacitus Leodiū regreditur. *Carolus 4. Imperator fratri opem laturus venit Methas.* *Apophtegma Engelberti.*

Non multo poſt cæſar Traiectum ad moſam deſcendit, & iram tegens auxilium ab Epiſcopo, & Comite Namurcenſi petit; his tergiuerſantibus: impetrauit tamen ne pedeſtrem militem in agrum Brabantinum educerent, nobilibus cui militare vellent libertate conceſſa. *Cæſar iram tegit.*

Interea Ludouicus de Seaues Scabinus nuper à patria Leodienſi proſcriptus Traiectum ad Cæſarem venit, petit cauſam ſuam iterum *Ludouicus de Seaues non auditur.*

coram

Digitized by Google

coram ſua Maieſtate examinari, vocatis itaque in iudicium Leodienſibus, vnus ex eis cæteris eloquētior, Waltherus Momalienſis intrepide Cęſari reſpondit, hoc fore contra patriæ priuilegia & libertates; Quapropter deprecari, vt ſua Maieſtas ab harum rerum cognitione ſuperſedere non dedignetur: diſſimulans Imperator paulo poſt receſſit. A

Guilbelmus Bauarus inter Brab. & Flād. pacem compoſuit.

Cæſare igitur paci reſarciendæ intento, Wilhelmus Bauarus Hollandiæ Comes poſt multos tractatus habitos, eo annuente Principes ad has pacis conditiones induxit, vt Wenceſlaus toto Ducatu Brabātiæ quamdiu vxor ſua Ducis defuncti filia, viueret potiretur, exceptis Mechlinia quam pater Ludouici emerat ab Epiſcopo Leodiēſi, & Antuerpia, quam ipſe Comes vi armorum ſibi ſubegerat: Poſt obitū vero vxoris prædicti Domini Wenceſlai tota Brabantia ad Comitem Flandriæ & filiam eius Margaretam, quam ſuſcitarat ex Margareta altera Ducis Ioannis vltimo defuncti filia, ſine mora reuerteretur. B

Pugna Pictauienſis breuiter deſcripta.

Hoc eodem anno facta fuit celebris illa & memoria digniſſima inter Gallum & Anglum pugna Pictauienſis, in qua multa Gallorum millia miſerandum in modum cæſa fuēre, capti viri nobiles ad mille ſeptingentos, in quibus fuēre 17. Comites præter complures primi ordinis equites, Signa militaria 100. & amplius amiſſa.

Gallorum & Anglorum duces.

Dux Anglorum erat Eduardus Walliæ Princeps, Eduardi Regis filius, cum fratribus Leonello Duce Clarentiæ, Ioanne Gandenſi, qui Comes erat Linceſtriæ, Comite Noruicenſi Ioanne Chaudeo. C

Dux Gallorum Rex ipſe Ioannes, tres filij Regis, Carolus, Ioannes, & Philippus, Dux Aurelianenſium Regis frater, Iacobus Borbonius.

Petro Corienſis Cardinalis pacificator à Gallis ſpernitur.

3 Eſd. 4.

Et Eduardus Dux Anglorū.

Paratis iam ad pugnam exercitibus Cardinalis Petro Coriēſis miſſus à Pontifice maximo, pro pacificatione plurimum laborauit. At Galli obliti *victoriam à Deo dari*, Cardinalem faceſſere illinc iuſſerunt. Obtulit Anglus præter millia nummûm quinquaginta, omnium quę per totam ceperat Galliā reſtitutionem, ſi ſui incolumes abire permitterentur: ſeque ipſum pro ijs obſidem tradere voluit: Nihil tamen promouit. Volebant Galli Principes ſuos ipſorum traderet arbitrio, alia omni conditione penitus excluſa. Et iam viribus ſuis confiſi, certam adeò ſibi promiſerant victoriam, vt de genere tormentorum, quo hoſtē cruciarent, dicerentur deliberaſſe, quin & ſtatuiſſe quenquam non aliter quam præciſo dextræ pollice miſſum facere. D

1. Reg. 4.

Anglus igitur his preſſus anguſtijs *Deum exercituum* inuocare, mortem glorioſam ignominioſæ ſeruituti præferre. Mox aduerſus innumerum hoſtium equitatum caſtra ſua vallo, foſſis, ſepibus, prout res tulit occludit, pugnatur acerrime; diſcunt Galli ſuo malo non in armatorū multitudine, ſed in Dei manu eſſe vincere. Angli octies mille, Gallorum millia quinquaginta ſuperarunt.

Octies mille Angli vincūt Gallorum 50. milia.

Qui & quot occiſi.

Occiſorum nobiliſſimi fuēre Petrus Dux Brobonicus, Galterus Dux nominatus Athenarū, alijq; ad octingentos equeſtris dignitatis.

Digitized by Google

Inter captiuos eminentiſſimi, Rex ipſe Ioannes, Philippus eius filius natu minimus Dux Turonorum, poſtea Comes Flādriæ, qui nullo potuit modo à parentis auelli latere: Iacobus Borbonus Comes Pontiniacenſis, alijque equites ad mille ſeptingētos, præter vulgus militum pergrande partim captum, partim cæſum. *Qui & quot capti.*

Fuga ſeruati ſunt tres filij Regis, Carolus Dux Normanniæ idē Delphinus, Ludouicus Andegauorum Dux, Ioannes Comes Pictonū, & Philippus Dux Aurelianenſium Regis frater, qui ad prima Anglorum tela cum ſuis copijs terga verterunt. *Fuga ſeruati.*

Ita Galli, vt fit, pacem imo victas manus contemnentes, & gloriam appetentes, pacem perdiderunt, & gloriam, iuſto, vt exiſtimatum fuit, Dei Iudicio caſtigati, quo in ſe deſcenderent, deque ſancta matre Eccleſia, quam per Pontifices ſuos Auinionenſes vniuerſam dudum confundebant, melius promereri diſcerent. *Iuſtum Dei iudicium contra Gallos.*

In eo prælio Galli ſeu ad inſolentiam & aduerſariorū contemptum, ſeu peccatis exigentibus, ſuis quodammodo ſenſibus ſpoliati, lanceas ſuas per medium decurtabant, & miſſis equis, fuſtibus decertare præſumpſerant, etſi hoſtem intra pauciſſimos dies fame penitus conficere potuiſſent. *Inſolentia Gallorum.*

Rex tamen tantam in eo prælio exercuit virtutem, quantam vel miles aut Imperator quiſquam potuiſſet: Quocirca & indubie victoriam fuiſſet cōſequutus, ſi vel quarta ſuorum pars ei adhæſiſſet; ſed à fratre primum, deinde & à filijs tribus turpiter deſertus, minorem natu ſibi adhærentem tantum habuit, vnde & ipſum fratres odiſſe cœperunt. *Virtus Regis Galliæ.*

Inſequente anno 1360. Inter hos ſummos Principes pax auctoritate Innocentij Papæ inita eſt, cuius ſumma fuit, vt Anglu. Franco cederet omni iure quod in Franciæ Regnum, in Normandiam, in Andegauenſes, & Cenamanos haberet: At obtineret Aquitanjam his finibus ad quos iungerentur Vaſcones, Pictones, Hātones, Petragorij, Cadurci, Lemouices, Engoliſinenſes, Caleti, Guiarum & Ponticum Comitatus, ipſeque nullum deinceps vectigal vel iuſiurandum daret Franco. Francus verò redemptionis nomine ad certam diem tricies centena millia aureorum perſolueret, & interea datis obſidibus, liber rediret in Galliam. *Innocētius Pōtifex pacem inter Reges facit.*

ANNOTATIONES.

1. Ioanne Duce Brabantiæ:] *De hoc bello fuſe agit Zantfliet, conformiter ad ea quæ hic auctor noſter habet, agit quoq; ſed breuius Chronicon Gemblacenſe, meminit & Barlandus in Chronicis Ducum Brabantiæ cap. 58. & Meyerus ad hunc annum.*

2. Guilhelmus Bauarus Hollandiæ Comes:] *Ne mireris Bauariæ Duces hic Hollandiæ Comites appellari, ſcias Comitatus Hollandiæ, Hannoniæ, Zelandiæ, dominium Friſiæ, morte Guilhelmi Ducis, ad Duces Bauariæ vſq; ad annum 1425. perti-*

Digitized by Google

cordé l'an de la Natiuité noſtre Seigneur mil trois cens ſoixante vn le quinſiemme iour de Nouembre. A

Bellum Engelberti contra D. de Rummis ratione Comitatus Loſſenſis, & aſſumptio Engelberti ad Archiepiſcopatum Colonienſem.

CAPVT VI.

D de Rummis emit ius Domini de Delbrouck pecunia.

INterea Arnoldus de Rummis à Domino de Delembrouck affine ſuo ſeu de iure ſeu de viribus ſuis deſperãte quicquid ille iuris ad Comitatum prætendebat pecunia comparauit, anno ſalutis humanæ 1363. Exiſtimabat nimirum hic opibus, quibus abũdabat, ope quoque & auxilio familiæ de Awans cognatorũ ſuorum, poſſe Epiſcopi patriæque Leodienſis potentiæ reſiſtere, quod D. Delembrouck huiuſmodi præſidijs deſtitutus haud poterat. B

Iure vult agere contra Epiſcopum.

Domino igitur de Rummis offenſus Epiſcopus, conuentum patriæ indicit, iniquam indignamque Comitatus emptionem proponit: omnium ſuffragijs emptio damnatur, & bellum D. de Rummis indicitur. Hoc primo a ſe amoliendum & iure non armis agendum cenſens Dominus de Rummis, Wilhelmum de Hamalia ſuum ex ſorore nepotem ad Imperatorem Carolum Pragam miſit, qui de iniuſtitia Epiſcopi queratur, cumque in ius vocari procuret. C

Epiſcopus contra Abbatem noui Monaſterij Hoyenſis virum I. V. conſultiſſimum ad Cæſarem ablegat, ſed ſero: iam enim D. de Rummis animos conſiliariorum auro demulcerat, & non procuratorem ſed Dominum ipſum debere ſe Imperatori ſiſtere decerni obtinuerat. Itaque Epiſcopus ſplendido 60. equitum comitatu ad Cæſarem profectus, à Coloniẽſibus, Treuirenſibus, Moguntinenſibus, tandemque ab ipſo Imperatore Pragæ honorifice excipitur.

Poſſeſſio Comitatus adiudicatur Epiſcopo.

Auditis hinc inde partibus cenſet Imperator Epiſcopum in poſſeſſione defendendum, donec Rhenum deſcendens plenius de iure ſtatuerit. D

Engelbertus fit Archiepiſcopus Coloniẽſis.

Interea Adolphus à Marka Epiſcoporum Adulphi & Engelberti nepos, Comes Cliuenſis factus, Archiepiſcopatum Colonienſem ad manus Summi Pontificis repoſuit, qui Engelberto ſeni bene merito & multis bellorum moleſtijs laboribuſque fracto illum contulit.

Valedicit Leodienſibus.

Itaque Engelbertus hac occaſione Leodienſibus maximo ſui relicto deſiderio, Coloniam profectus eſt.

Sede vacante D. de Rummis armis Comitatum inuadit.

Sede Leodienſi vacante D. de Rummis opportunũ tempus nactus, Comitatũ Loſſenſem non amplius iure, ſed armis laceſſit. Quare oppidum de Herck non parua militum manu ingreſſus, ab incolis iuramentum fidelitatis exigit, iura præſcribit, & miſſis circum circa per vicos edictis Comitem ſe ſcribit.

His

His ſama confeſtim Leodium delatis, quatuor Eccleſiæ Leodienſis
A Canonici communi Capituli decreto militem in Hasbania cogunt, Haſſeletum præſidio muniunt, oppidum Herkenſe à D. de Rummis captum obſidione cingunt, omnique machinarum genere adoriuntur. His D. de Rummis territus clam ſibi fuga conſulit, moxque eius exemplo Pręſidiarij ſe dederunt, ex quibus Duces duo capite plectũtur, reliqui numero octoginta carceribus mancipantur. Inde Leodienſes Caſtrum de Hamal Domini de Rummis nepotis, concremãt.

Eodem anno menſe Septembri obijt Innocentius ſextus, & electus eſt Grimardus Abbas ſancti Victoris Maſſilienſis, in Italia eo tempore agens quo ego quoque, qui hæc ſcribo iſtic, eram. Erat Grimardus vir Canonum peritus boni Communis literatorumque virorum amator. Mox igitur ex Italia Auinionem rediens, coronatus Dominica die ſancto Leonardo ſacra, Vrbani quinti nomen aſſumpſit. *Succeſſio Pontificum.* *Auctor agit in Italia.*
B

Hic anno Pontificatus ſui quarto Auinione relicta repetijt Italiã, ibique multa reuerentia à Clero populoque Romano receptus, Eccleſiam Lateranenſem, Eccleſiam beati Benedicti in monte Caſſiani aliaſque plures vetuſtate collapſas ſtatim reſtituit, vitæque ſanctimonia tam celebre nomen breui tempore conſequutus fuit, vt ſicut nuper in Auinione, Rex Francię Ioannes cum Regina Regnique proceribus eum veluti Sanctum magna veneratione proſequuti fuerãt: Ita in vrbe Imperator Carolus, Imperator quoque Conſtantinopo-
C litanus, & alij Principes viri præcipuo honore haberent.

Sub idem tempus poſcentibus ſibi Burgundionibus peculiarem Principem, conſenſu nobilium derogatum eſt conſtitutioni factæ de Ducatu Burgundiæ Regno Galliæ in perpetuũ vniendo; dicebant enim Burgundi Robertum olim Regem quando iure hæreditario Burgundiam adijt, non illam Regno adieciſſe, ſed petentibus popularibus peculiarem Ducem, ſuo minori filio Roberto illum ſeu partitione quadã hæreditaria dediſſe: Æquũ igitur eſſe, vt nũc ita fiat, Burgundiã quippe ſeparatũ ex inſtituto principatũ eſſe, vnionẽ nõ pati. *Burgundiones petunt peculiarem Principẽ.*

Facta eſt igitur commutatio Ducatuum Burgundiæ, & Turonorũ, Rexque Ducatum Burgundiæ filio ſuo Philippo legitimiſque ipſius liberis attribuit in hunc modum. *Rex Galliæ Ioannes Ducatum Burgũdiæ dat Philippo filio eiuſque legitimis hæredibus.*

D *Desiderantes affectuoſius grauamina, & oppreſſiones à ſæuientibus hoſtibus illatas ſubditis noſtris ducatus Burgundiæ (qui ex ſucceſſione bonæ memoriæ Philippi Ducis eiuſdem ad nos vt propinquiorem in genere nouiter eſt delatus) amputare, & prouidere ipſorum quieti, & ad memoriam reducentes grata & laude digna ſeruitia, quæ chariſſimus Philippus filius noſter quarto genitus, qui ſponte expoſitus mortis periculo nobiſcum imperterritus, & impauidus ſtetit in acie prope Pictauos vulneratus, captus, detentus in hoſtium poteſtate, ibi & poſt*

& poſt liberationem noſtram vero amore filiali ductus hactenus ex-
hibuit: Notum facimus vniuerſis præſentibus pariter & futuris, quod A
nos his, & alijs iuſtis conſiderationibus excitati, & ad humilem ſup-
plicationem ſubditorum noſtrorũ dicti ducatus ducti, prædictum Du-
catum Burgũdiæ, & quicquid iuris, poſſeſsionis, & proprietatis habe-
mus, & habere poſſumus, & debemus in eodem ex ſucceſsione prædicta
cum vniuerſis & ſingulis honoribus, iuribus, redditibus, & prouẽti-
bus, quocumque nomine vocentur dicto filio noſtro conceſsimus dona-
uimus, & concedimus tenore præſentium de noſtris ſpeciali gratia,
certa ſcientia, auctoritate Regia, & noſtræ Regiæ poteſtatis plenitu- B
dine, præmiſſaq́; in eum trãſferimus tenenda, & poſſidenda per eum,
& hæredes ſuos in legitimo matrimonio ex proprio corpore procreã-
dos perpetuo, hæreditarie, pacifice, & quiete. Datum Germanici ſu-
per maternam die octaua Septembris, anno Domini 1363. Sic ſignatũ
ſuper plicam per Regem Yuo.

Hac quoque tempeſtate Ioannes Wiclefus hæreſiarcha quia non
potuit conſequi Epiſcopatum Vigoriẽſem, cœpit deprauata ſua dog-
mata per Angliam ſpargere, ſcriptis pluſquam 200. librorum volu-
minibus, quibus non ſuis tantum, ſed & Marcionis, & Manichæorũ
à pluribus retro ſæculis damnatis ab Eccleſia hæreſibus, Angliã, Sco- C
tiam & vicina loca infecit. Contra quem mox calamos ſtrinxerunt
complures, viri docti Ioannes Kynungam Strodus, Richardus Le-
uingam, Symon Sotrey, Robertus Humbleton, Ioannes Maronis,
Guilhelmus Wodfordus, omnes natione Angli.

Ex aduerſo floruerunt hoc eodem tempore admirabili ſanctitate
duæ ſanctæ mulieres, Brigitta ex Sueuia oriunda, Noriciæ Princeps,
quæ octo liberos omnes ſanctos habuit, quatuor mares ac totidem
feminas. Hæc vidua facta cum filia Catharina Hieroſolymam profe-
cta eſt, Reuerſaque Romam ſcripſit Gregorio Pontifici Maximo, Dei
eſſe voluntatem vt relicta Auinione Romam rediret, Ordinem Bri-
gittarum inſtituit, & miraculorum prophetiæ reuelationumque gra- D
tia à Chriſto ſponſo caſtimoniæ amatore dotata fuit.

Sancta quoque Catharina Senenſis, quæ repudiatis huius vitæ il-
lecebris continentia, & charitate plurimum excelluit: cibo primum
parciſſime, deinde raro, tandem nunquam vtebatur: tanto nimirum
amore in Chriſtum ſponſum cœleſtem ſuccenſa, tantiſque ab eo cę-
leſtibus donis exculta, vt ipſius Chriſti Domini Beatorum viſionibus
veluti cęleſti pabulo frueretur. Migrauit ad thalamum ſponſi ſui cę-
leſtis anno ætatis 33.

ANNO-

Digitized by Google

A ANNOTATIONES.

1. Interea D.d'Alembrouck:] *Meminit huius belli Zantfliet, & poſt illum Chronicon Gemblacen.*

2. Interea Adolphus à Marcka:] *Idem ſcribunt præfati auctores.*

3. His Leodium delatis:] *Vide eoſdem.*

4. Sub idem tempus poſcentibus ſibi Burgundionibus:] *referũt hæc Annales Flandriæ Meyeri.*

5. Hac quoque tempeſtate Ioannes Wiclefus:] *Conſule Aeneam Sylnium Bohem. hiſt. cap. 35. & Concil. Conſtant: ſeſſ. 8.*

B 6. Sancta Brigitta ex Sueuia oriunda:] *Lege Trittem. & Volaterr.*

7. Sancta Catharina ſenenſis:] *Vide Raymundum de Capua.*

DE IOANNE DE ARCKEL LXXVII. EPISCOPO LEODIENSI.

Ioannes de Arkel per Vrbanum quintum promouetur ad Epiſcopatum Leodienſem, Domini de Rummis caſtrum ſubruitur, & ipſe tandem Comitatui certis legibus cedit.

C

CAPVT VII.

VAcante igitur per repoſitionem Engelberti Leodienſi Epiſcopatu, Ioannes de Arkel vir magnis animi corporiſque dotibus præſtans erat Auinionæ in curia Vrbani quinti Pontificis, vt controuerſiam, quam cum Capitulo ſuo Vltraiectenſi habebat, componeret.

Huius virtutes, & rerum tam pacis quam belli tempore experientiam cum notaſſet Vrbanus Pontifex, dignum duxit, quem ad Epiſcopatum Leodienſem multis iampridem bellorum motibus quaſſatum, & tantum non euerſum, proueheret. *Pontifex Ioannem Arckeliũ creat Epiſcopũ Leodienſem.*

D Igitur cum iam 23. annis Epiſcopatũ Vltraiectenſem ſumma prudentia adminiſtraſſet, prędijs auxiſſet, ære alieno liberaſſet, ornamẽtis Eccleſiaſticis ac priuilegijs condecoraſſet, illi valedicit. Nec multo poſt tempore, ſplendido Ducis Geldriæ, Comitis Warneburgij & Domini Ottonis de Arkel, aliorumque ſanguine coniunctorum & magnatum Comitatu, Leodinam vrbem ingreſſus eſt penultima Iulij anno poſt Chriſtum natum ſupra milleſimum trecenteſimum ſexageſimum quartum, moxque à Capitulo in ſedem Epiſcopalem collocatur, & magna omnium ordinum congratulatione in Epiſcopum & Principem Leodienſem inauguratur. *Ingreditur ſolemni pompa Leodium & inauguratur.*

Dum hæc communi omnium lætitia peraguntur D. de Rummis,

& D.

Digitized by Google

& poſt liberationem noſtram vero amore filiali ductus hactenus exhibuit: Notum facimus vniuerſis præſentibus pariter & futuris, quod nos his, & alijs iuſtis conſiderationibus excitati, & ad humilem ſupplicationem ſubditorum noſtrorũ dicti ducatus ducti, prædictum Ducatum Burgũdiæ, & quicquid iuris, poſſeſsionis, & proprietatis habemus, & habere poſſumus, & debemus in eodem ex ſucceſsione prædicta cum vniuerſis & ſingulis honoribus, iuribus, redditibus, & prouẽtibus, quocumque nomine vocentur dicto filio noſtro conceſsimus donauimus, & concedimus tenore præſentium de noſtris ſpeciali gratia, certa ſcientia, auctoritate Regia, & noſtræ Regiæ poteſtatis plenitudine, præmiſſaq; in eum trãſferimus tenenda, & poſſidenda per eum, & hæredes ſuos in legitimo matrimonio ex proprio corpore procreãdos perpetuo, hæreditarie, pacifice, & quiete. Datum Germanici ſuper maternam die octaua Septembris, anno Domini 1363. Sic ſignatũ ſuper plicam per Regem Yuo. A B

Hac quoque tempeſtate Ioannes Wiclefus hæreſiarcha quia non potuit conſequi Epiſcopatum Vigoriẽſem, cœpit deprauata ſua dogmata per Angliam ſpargere, ſcriptis pluſquam 200. librorum voluminibus, quibus non ſuis tantum, ſed & Marcionis, & Manichæorũ à pluribus retro ſæculis damnatis ab Eccleſia hæreſibus, Angliã, Scotiam & vicina loca infecit. Contra quem mox calamos ſtrinxerunt complures, viri docti Ioannes Kynungam Strodus, Richardus Leuingam, Symon Sotrey, Robertus Humbleton, Ioannes Maronis, Guilhelmus Wodfordus, omnes natione Angli. C

Ex aduerſo floruerunt hoc eodem tempore admirabili ſanctitate duæ ſanctæ mulieres, Brigitta ex Sueuia oriunda, Noriciæ Princeps, quæ octo liberos omnes ſanctos habuit, quatuor mares ac totidem feminas. Hæc vidua facta cum filia Catharina Hieroſolymam profecta eſt, Reuerſaque Romam ſcripſit Gregorio Pontifici Maximo, Dei eſſe voluntatem vt relicta Auinione Romam rediret, Ordinem Brigittarum inſtituit, & miraculorum prophetiæ reuelationumque gratia à Chriſto ſponſo caſtimoniæ amatore dotata fuit. D

Sancta quoque Catharina Senenſis, quæ repudiatis huius vitæ illecebris continentia, & charitate plurimum excelluit: cibo primum parciſſime, deinde raro, tandem nunquam vtebatur: tanto nimirum amore in Chriſtum ſponſum cœleſtem ſuccenſa, tantiſque ab eo cęleſtibus donis exculta, vt ipſius Chriſti Domini Beatorum viſionibus veluti cęleſti pabulo frueretur. Migrauit ad thalamum ſponſi ſui cęleſtis anno ætatis 33.

ANNO

A ANNOTATIONES.

1. Interea D. d'Alembrouck:] *Meminit huius belli Zantfliet, & poſt illum Chronicon Gemblacen.*

2. Interea Adolphus à Marcka:] *Idem ſcribunt præfati auctores.*

3. His Leodium delatis:] *Vide eoſdem.*

4. Sub idem tempus poſcentibus ſibi Burgundionibus:] *referũt hæc Annales Flandriæ Meyeri.*

5. Hac quoque tempeſtate Ioannes Wiclefus:] *Conſule Aeneam Sylnium Bohem. hiſt. cap. 35. & Concil. Conſtant: ſeſſ. 8.*

B 6. Sancta Brigitta ex Sueuia oriunda:] *Lege Trittem. & Volaterr.*

7. Sancta Catharina ſenenſis:] *Vide Raymundum de Capua.*

DE IOANNE DE ARCKEL LXXVII. EPISCOPO LEODIENSI.

Ioannes de Arkel per Vrbanum quintum promouetur ad Epiſcopatum Leodienſem, Domini de Rummis caſtrum ſubruitur, & ipſe tandem Comitatui certis legibus cedit.

C

CAPVT VII.

VAcante igitur per repoſitionem Engelberti Leodienſi Epiſcopatu, Ioannes de Arkel vir magnis animi corporiſque dotibus præſtans erat Auinionæ in curia Vrbani quinti Pontificis, vt controuerſiam, quam cum Capitulo ſuo Vltraiectenſi habebat, componeret.

Huius virtutes, & rerum tam pacis quam belli tempore experientiam cum notaſſet Vrbanus Pontifex, dignum duxit, quem ad Epiſcopatum Leodienſem multis iampridem bellorum motibus quaſſatum, & tantum non euerſum, proueheret. *Pontifex Ioannem Arckeliũ creat Epiſcopũ Leodienſem.*

D Igitur cum iam 23. annis Epiſcopatũ Vltraiectenſem ſumma prudentia adminiſtraſſet, prędijs auxiſſet, ære alieno liberaſſet, ornamẽtis Eccleſiaſticis ac priuilegijs condecoraſſet, illi valedicit. Nec multo poſt tempore, ſplendido Ducis Geldriæ, Comitis Warneburgij & Domini Ottonis de Arkel, aliorumque ſanguine coniunctorum & magnatum Comitatu, Leodinam vrbem ingreſſus eſt penultima Iulij anno poſt Chriſtum natum ſupra milleſimum treceteſimum ſexageſimum quartum, moxque à Capitulo in ſedem Epiſcopalem collocatur, & magna omnium ordinum congratulatione in Epiſcopum & Principem Leodienſem inauguratur. *Ingreditur ſolemni pompa Leodium & inauguratur.*

Dum hæc communi omnium lætitia peraguntur D. de Rummis, & D.

& poſt liberationem noſtram vero amore filiali ductus hactenus exhibuit: Notum facimus vniuerſis præſentibus pariter & futuris, quod nos his, & aliis iuſtis conſiderationibus excitati, & ad humilem ſupplicationem ſubditorum noſtrorũ dicti ducatus ducti, prædictum Ducatum Burgũdiæ, & quicquid iuris, poſſeſſionis, & proprietatis habemus, & habere poſſumus, & debemus in eodem ex ſucceſſione prædicta cum vniuerſis & ſingulis honoribus, iuribus, redditibus, & prouẽtibus, quocumque nomine vocentur dicto filio noſtro conceſſimus donauimus, & concedimus tenore præſentium de noſtris ſpeciali gratia, certa ſcientia, auctoritate Regia, & noſtræ Regiæ poteſtatis plenitudine, præmiſſaq; in eum trãſferimus tenenda, & poſſidenda per eum, & hæredes ſuos in legitimo matrimonio ex proprio corpore procreãdos perpetuo, hæreditarie, pacifice, & quiete. Datum Germanici ſuper maternam die octaua Septembris, anno Domini 1363. Sic ſignatũ ſuper plicam per Regem Yuo. A B

Hac quoque tempeſtate Ioannes Wiclefus hæreſiarcha quia non potuit conſequi Epiſcopatum Vigoriẽſem, cœpit deprauata ſua dogmata per Angliam ſpargere, ſcriptis pluſquam 200. librorum voluminibus, quibus non ſuis tantum, ſed & Marcionis, & Manichæorũ à pluribus retro ſæculis damnatis ab Eccleſia hæreſibus, Angliã, Scotiam & vicina loca infecit. Contra quem mox calamos ſtrinxerunt complures, viri docti Ioannes Kynungam Strodus, Richardus Leuingam, Symon Sotrey, Robertus Humbleton, Ioannes Maronis, Guilhelmus Wodfordus, omnes natione Angli. C

Ex aduerſo floruerunt hoc eodem tempore admirabili ſanctitate duæ ſanctæ mulieres, Brigitta ex Sueuia oriunda, Noriciæ Princeps, quæ octo liberos omnes ſanctos habuit, quatuor mares ac totidem feminas. Hæc vidua facta cum filia Catharina Hieroſolymam profecta eſt, Reuerſaque Romam ſcripſit Gregorio Pontifici Maximo, Dei eſſe voluntatem vt relicta Auinione Romam rediret, Ordinem Brigittarum inſtituit, & miraculorum prophetiæ reuelationumque gratia à Chriſto ſponſo caſtimoniæ amatore dotata fuit. D

Sancta quoque Catharina Senenſis, quæ repudiatis huius vitæ illecebris continentia, & charitate plurimum excelluit: cibo primum parciſſime, deinde raro, tandem nunquam vtebatur: tanto nimirum amore in Chriſtum ſponſum cœleſtem ſuccenſa, tantiſque ab eo cęleſtibus donis exculta, vt ipſius Chriſti Domini Beatorum viſionibus veluti cęleſti pabulo frueretur. Migrauit ad thalamum ſponſi ſui cęleſtis anno ætatis 33.

ANNO

A

ANNOTATIONES.

1. Interea D.d'Alembrouck:] *Meminit huius belli Zantſliet, & poſt illum Chronicon Gemblacen.*

2. Interea Adolphus à Marcka:] *Idem ſcribunt præfati auctores.*

3. His Leodium delatis:] *Vide eoſdem.*

4. Sub idem tempus poſcentibus ſibi Burgundionibus:] *referũt hæc Annales Flandriæ Meyeri.*

5. Hac quoque tempeſtate Ioannes Wiclefus:] *Conſule Aeneam Sylnium Bohem. hiſt. cap. 35. & Concil. Conſtant: ſeſſ. 8.*

B 6. Sancta Brigitta ex Sueuia oriunda:] *Lege Trittem. & Volaterr.*

7. Sancta Catharina ſenenſis:] *Vide Raymundum de Capua.*

DE IOANNE DE ARCKEL LXXVII. EPISCOPO LEODIENSI.

Ioannes de Arkel per Vrbanum quintum promouetur ad Epiſcopatum Leodienſem, Domini de Rummis caſtrum ſubruitur, & ipſe tandem Comitatui certis legibus cedit.

C

CAPVT VII.

VAcante igitur per repoſitionem Engelberti Leodienſi Epiſcopatu, Ioannes de Arkel vir magnis animi corporiſque dotibus præſtans erat Auinionæ in curia Vrbani quinti Pontificis, vt controuerſiam, quam cum Capitulo ſuo Vltraiectenſi habebat, componeret.

Huius virtutes, & rerum tam pacis quam belli tempore experientiam cum notaſſet Vrbanus Pontifex, dignum duxit, quem ad Epiſcopatum Leodienſem multis iampridem bellorum motibus quaſſatum, & tantum non euerſum, proueheret, *Pontifex Ioannem Arckeliũ creat Epiſcopũ Leodienſem.*

D Igitur cum iam 23. annis Epiſcopatũ Vltraiectenſem ſumma prudentia adminiſtraſſet, prędijs auxiſſet, ære alieno liberaſſet, ornamẽtis Eccleſiaſticis, ac priuilegijs condecoraſſet, illi valedicit. Nec multo poſt tempore, ſplendido Ducis Geldriæ, Comitis Warneburgij & Domini Ottonis de Arkel, aliorumque ſanguine coniunctorum & magnatum Comitatu, Leodinam vrbem ingreſſus eſt penultima Iulij anno poſt Chriſtum natum ſupra milleſimum trecenteſimum ſexageſimum quartum, moxque à Capitulo in ſedem Epiſcopalem collocatur, & magna omnium ordinum congratulatione in Epiſcopum & Principem Leodienſem inauguratur. *Ingreditur ſolemni pompa Leodium & inauguratur.*

Dum hæc communi omnium lætitia peraguntur D. de Rummis, & D.

Digitized by Google

coram ſua Maieſtate examinari, vocatis itaque in iudicium Leodien-
ſibus, vnus ex eis cæteris eloquẽtior, Waltherus Momalienſis intre- A
pide Cęſari reſpondit, hoc fore contra patriæ priuilegia & libertates;
Quapropter deprecari, vt ſua Maieſtas ab harum rerum cognitione
ſuperſedere non dedignetur: diſſimulans Imperator paulo poſt re-
ceſſit.

Guilbelmus Bauarus inter Brab. & Flãd. pacem compo nit.

Cæſare igitur paci reſarciendæ intento, Wilhelmus Bauarus Hol-
landiæ Comes poſt multos tractatus habitos, eo annuente Principes
ad has pacis conditiones induxit, vt Wenceſlaus toto Ducatu Brabã-
tiæ quamdiu vxor ſua Ducis defuncti filia, viueret potiretur, exceptis
Mechlinia quam pater Ludouici emerat ab Epiſcopo Leodiẽſi, & An-
tuerpia, quam ipſe Comes vi armorum ſibi ſubegerat: Poſt obitũ ve- B
ro vxoris prædicti Domini Wenceſlai tota Brabantia ad Comitem
Flandriæ & filiam eius Margaretam, quam ſuſcitarat ex Margareta
altera Ducis Ioannis vltimo defuncti filia, ſine mora reuerteretur.

Pugna Pictauienſis breuiter deſcripta.

Hoc eodem anno facta fuit celebris illa & memoria digniſſima in-
ter Gallum & Anglum pugna Pictauienſis, in qua multa Gallorum
millia miſerandum in modum cæſa fuêre, capti viri nobiles ad mille
ſeptingentos, in quibus fuêre 17. Comites præter complures primi
ordinis equites, Signa militaria 100. & amplius amiſſa.

Gallorum & Anglorum duces.

Dux Anglorum erat Eduardus Walliæ Princeps, Eduardi Regis fi-
lius, cum fratribus Leonello Duce Clarentiæ, Ioanne Gandenſi, qui
Comes erat Linceſtriæ, Comite Noruicenſi Ioanne Chaudeo. C

Dux Gallorum Rex ipſe Ioannes, tres filij Regis, Carolus, Ioan-
nes, & Philippus, Dux Aurelianenſium Regis frater, Iacobus Bor-
bonius.

Petro Corienſis Cardinalis pacificator à Gallis ſpernitur.
3. Eſd. 4.

Paratis iam ad pugnam exercitibus Cardinalis Petro Coriẽſis miſ-
ſus à Pontifice maximo, pro pacificatione plurimum laborauit. At
Galli obliti *victoriam à Deo dari*, Cardinalem faceſſere illinc iuſſerunt.
Obtulit Anglus præter millia nummûm quinquaginta, omnium quę
per totam ceperat Galliã reſtitutionem, ſi ſui incolumes abire per-
mitterentur: ſeque ipſum pro ijs obſidem tradere voluit: Nihil ta-
men promouit. Volebant Galli Principes ſuos ipſorum traderet ar-
bitrio, alia omni conditione penitus excluſa. Et iam viribus ſuis con- D
fiſi, certam adeò ſibi promiſerant victoriam, vt de genere tormen-
torum, quo hoſtẽ cruciarent, dicerentur deliberaſſe, quin & ſtatuiſſe
quenquam non aliter quam præciſo dextræ pollice miſſum facere.
Anglus igitur his preſſus anguſtijs *Deum exercituum* inuocare, mor-
tem glorioſam ignominioſæ ſeruituti præferre. Mox aduerſus innu-
merum hoſtium equitatum caſtra ſua vallo, foſſis, ſepibus, prout res
tulit occludit, pugnatur acerrime; diſcunt Galli ſuo malo non in ar-
matorũ multitudine, ſed in Dei manu eſſe vincere. Angli octies mil-
le, Gallorum millia quinquaginta ſuperarunt.

Et Eduardus Dux Anglorũ.

1. Reg. 4.

Octies mille Angli vincũt Gallorum 50. milia.

Qui & quot occiſi.

Occiſorum nobiliſſimi fuêre Petrus Dux Brobonicus, Galterus
Dux nominatus Athenarũ, alijq; ad octingentos equeſtris dignitatis.
Inter

Digitized by Google

A Inter captiuos eminentiſſimi, Rex ipſe Ioannes, Philippus eius filius natu minimus Dux Turonorum, poſtea Comes Flādriæ, qui nullo potuit modo à parentis auelli latere: Iacobus Borbonus Comes Pontiniacenſis, alijque equites ad mille ſeptingētos, præter vulgus militum pergrande partim captum, partim cæſum. *Qui & quot capti.*

Fuga ſeruati ſunt tres filij Regis, Carolus Dux Normanniæ idē Delphinus, Ludouicus Andegauorum Dux, Ioannes Comes Pictonū, & Philippus Dux Aurelianenſium Regis frater, qui ad prima Anglorum tela cum ſuis copijs terga verterunt. *Fuga ſeruati.*

Ita Galli, vt fit, pacem imo victas manus contemnentes, & gloriam appetentes, pacem perdiderunt, & gloriam, iuſto, vt exiſtimatum fuit, Dei Iudicio caſtigati, quo in ſe deſcenderent, deque ſancta matre Eccleſia, quam per Pontifices ſuos Auinionenſes vniuerſam dudum confundebant, melius promereri diſcerent. *Iuſtum Dei iudicium contra Gallos.* B

In eo prælio Galli ſeu ad inſolentiam & aduerſariorū contemptum, ſeu peccatis exigentibus, ſuis quodammodo ſenſibus ſpoliati, lanceas ſuas per medium decurtabant, & miſſis equis, fuſtibus decertare præſumpſerant, etſi hoſtem intra pauciſſimos dies fame penitus conficere potuiſſent. *Inſolentia Gallorum.*

Rex tamen tantam in eo prælio exercuit virtutem, quantam vel miles aut Imperator quiſquam potuiſſet: Quocirca & indubie victoriam fuiſſet cōſequutus, ſi vel quarta ſuorum pars ei adhæſiſſet; ſed à fratre primum, deinde & à filijs tribus turpiter deſertus, minorem natu ſibi adhærentem tantum habuit, vnde & ipſum fratres odiſſe cœperunt. *Virtus Regis Galliæ.* C

Inſequente anno 1360. Inter hos ſummos Principes pax auctoritate Innocentij Papæ inita eſt, cuius ſumma fuit, vt Anglu Franco cederet omni iure quod in Franciæ Regnum, in Normandiam, in Andegauenſes, & Cenamanos haberet: At obtineret Aquitaniam his finibus ad quos iungerentur Vaſcones, Pictones, Hātones, Petragorij, Cadurci, Lemouices, Engoliſinenſes, Caleti, Guiarum & Ponticum Comitatus, ipſeque nullum deinceps vectigal vel iuſiurandum daret Franco. Francus verò redemptionis nomine ad certam diem tricies centena millia aureorum perſolueret, & interea datis obſidibus, liber rediret in Galliam. *Innocētius Pōtifex pacem inter Reges facit.* D

Annotationes.

1. Ioanne Duce Brabantiæ:] *De hoc bello fuſe agit Zantfliet, conformiter ad ea quæ hic auctor noſter habet, agit quoq; ſed breuius Chronicon Gemblacenſe, meminit & Barlandus in Chronicis Ducum Brabantiæ cap. 58. & Meyerus ad hunc annum.*

2. Guilhelmus Bauarus Hollandiæ Comes:] *Ne mireris Bauariæ Duces hic Hollandiæ Comites appellari, ſcias Comitatus Hollandiæ, Hannoniæ, Zelandiæ, dominium Friſiæ, morte Guilhelmi Ducis, ad Duces Bauariæ vſq; ad annum 1425.*

Digitized by Google

pertinuiſſe, tunc enim demum ad Burgundia Duces deuoluti ſunt. Vide Chronicon Hirſaugenſe. A

3. Hoc eodem anno facta fuit celebris illa:] *Vide Paulum Aemilium de rebus geſtis Francorum lib. 9. fol. 198. editionis Pariſienſis de anno 1539. Meyerum & alios rerum Gallicarum, & Flandricarum illius temporis ſcriptores.*

4. Inſequente anno inter hos ſummos principes:] *Vide Polydorum lib. 19. Aemilium lib. 9.*

Bellum Engelberti contra D. de Alembrouck ratione Comitatus Loſſenſis.

B

CAPVT V.

ANno à Chriſto nato 1361. obijt Theodoricus ab Hynsberch Loſſenſis Comitatus cōtra Eccleſiā Leodieñ aſſertor, ſepultus non in ſepulchro maiorū, quod in celebri monaſterio de Herkērode ſitū erat, ſed Haſſeleti in monaſterio Auguſtinēſiū, honeſto quidem ſed prophano loco, eo quod excommunicatus eſſet ob æs alienum, quod in aſſerendo Comitatu Loſſenſi contraxerat, nec diſſoluerat. Huic cum vnicus eſſet filius ex ſorore D. Adulphi à Marcka, illum libenter Comitatus hæredem reliquiſſet, verū cum eum Deus ex hac luce præmatura morte euocaſſet Dn̄m Delembrouck & Hynſberge propinquum ſuum ſcripſit hæredem. C

Theodoricus Hæredem ſcribit.

Is igitur aduigilandum ratus, in Stockhemiēſem primariam totius Comitatus arcem & alia vicina oppida quantocius ſe ingerit, & ab Incolis fidelitatis iuramentum exigit. Quod audiens Engelbertus Conuentum patriæ ad diem 25. Aprilis anno 1361. conuocauit, ius Eccleſiæ propoſuit, ibi vnanimi ſententia bellum contra Dominum de Delembrouck decretum & proclamatum fuit. Quamuis non deeſſent qui clam partibus Domini de Delembrouck fauerent. Inter quos Guilhelmus de Cornu ciuiū tunc temporis Magiſter, qui neſcio quibus tergiuerſationibus ciuium animos à bello auertere ſtudebat. Sed vicit Dei & Eccleſiæ cauſa, flagranſque Epiſcopi, & populi ſtudiū.

D

Engelbertus magnum cogit exercitum.

Igitur Engelbertus copioſo luculentoque Leodiēſium, Hoyenſiū, Dionantenſium, Trudonenſium, Foſſenſium, Tudinenſium, Bullonienſium, Hougardiēſium ad quinquaginta, vt ferebatur, hominum milia exercitu coacto, primum Haſſeletum, Bliſiam, & vicina loca nullo reſiſtente capit, eaque breui tempore milite ceteriſque ad tuitionem neceſſarijs munit. Mox vigeſima 7. May diu noctuque profectus acies Stockhemium dirigit.

Huius exercitus Duces erant Comes Cliuiæ, Comes Marckanus, Euerardus Markanus Epiſcopi frater ſacrum ſancti Lamberti vexillum præferens; Dominus Ioannes de Flemal, & D. Ludouicus de Martea ciuium id temporis Magiſtri.

Exad-

Digitized by Google

Exaduerſo, gubernabant acies D. Delembrouck plurimi ſtrennui lites patriæ Cliuenſis, qui magna celeritate capta Stockhemienſi ce, ferro flāmiſq; agrum Maſekanū, Breeſem, Hornēſem, vicinae loca veluti ſibi infeſta & rebellia depopulabantur, & octuaginta odromos, quos Epiſcopus præmiſerat, vt loca caſtris excipiendis portuna explorarent, indignis modis obtruncarant.

Ager Maſekanus ſpoliatur.

Accenſis igitur tam atroci cæde militum Epiſcopi animis, Maſekā roperant, primo diluculo appellunt, vicina in planitie caſtra mentur, nihilque quod ad deditionem accelerandam poſſe facere viebatur, negligunt: itinera intercludunt, murorum foſſas magna rborum vndique congeſtarum vi replent, arcem magna fiducia doriuntur, auget ſpem quod nonnulli vicinis ex agris capti deditioiem mox futuram argumentis minime vanis aſtruebant.

Igitur vigeſimo ſeptimo ab obſidione die exorta in Arce inter milites diſſenſione incolumitatem corporum pacti Arcem Epiſcopo reddiderunt: Mox ſacrum ſancti Lamberti vexillum arci infertur, & mœnibus eminentiori loco ſpectandū explicatur; Subſequitur cum reliquis Principibus Epiſcopus.

Redditur Stockhemiū Epiſcopo.

Ea nocte D. d'Alembrouck dicitur Epiſcopo omni Iuri quod ad Comitatum Loſſenſem prætendebat ceſſiſſe. fide, iureiurando interpoſito data, ſe nunquam nomen Comitis vſurpaturū. Quod tamen minime ſeruauit.

Die altera, præſidiarijs alijſque ad defenſionem oportunis ibi relictis, Epiſcopus verſus Maſekam, Bream, & vicina loca procedit, cui omnes lætis animis obuiam procedunt futurum ſibi promittentes, vt ab Epiſcopo eiuſque Capitulo leuioribus deinceps vectigalibus, quam nuper à ſæcularibus Dominis, grauarentur.

Epiſcopus Maſeickæ lætāter excipitur.

Inſequente anno 1362. Epidemiæ morbus in agro Limburgenſi exortus Ciuitatem Leodienſem, Hasbaniā, vicinaque oppida inuaſit, & magnam vtriuſque ſexus hominum multitudinem abſumens, non deſijt donec anno ſequente fluuijs lacubuſque vehementi frigore conſtrictis extinctus eſt.

Sub id tempus facta eſt ab Epiſcopo & Capitulo Leodienſi reformatio Scabinorum Leodienſium, præſertim quod iura ſigilli, & alia D immoderatius acciperent.

ANNOTATIONES.

1. Comitatus Loſſenſis contra Eccleſiam Leodienſem aſſertor:] *vt melius intelligantur quæ priore parte huius capitis habentur, legenda ſunt quæ habet Hocſemius in Adulpho à Marcka lib. 2. cap. 22. cum ſeq. Cornelius Zantfliet in ſuo Chronico, documenta quoq;, & alia ſcripta, quæ ſuperiore tomo annotauimus.*

2. Sub id tempus facta eſt ab:] *Literas huius reformationis non aſcribimus, quia in omnium fere ſunt manibus. Incipiunt.* In nomine Domini, Amen. A tous ceulx qui ſes preſentes lettres, *finiunt*, ce fut faict & ac-

Digitized by Google

cordé l'an de la Natiuité noſtre Seigneur mil trois cens ſoixante vn le quinſiemme iour de Nouembre. A

Bellum Engelberti contra D. de Rummis ratione Comitatus Loſſenſis, & aſſumptio Engelberti ad Archiepiſcopatum Colonienſem.

CAPVT VI.

D de Rummis emit ius Domini de Delßbrouck pecunia.

INterea Arnoldus de Rummis à Domino de Delembrouck affine ſuo ſeu de iure ſeu de viribus ſuis deſperãte quicquid ille iuris ad Comitatum prætendebat pecunia comparauit, anno ſalutis humanæ 1363. Exiſtimabat nimirum hic opibus, quibus abũdabat, ope quoque & auxilio familiæ de Awans cognatorũ ſuorum, poſſe Epiſcopi patriæque Leodienſis potentiæ reſiſtere, quod D. Delembrouck huiuſmodi præſidijs deſtitutus haud poterat. B

Iure vult agere contra Epiſcopum.

Domino igitur de Rummis offenſus Epiſcopus, conuentum patriȩ indicit, iniquam indignamque Comitatus emptionem proponit: omnium ſuffragijs emptio damnatur, & bellum D. de Rummis indicitur. Hoc primo a ſe amoliendum & iure non armis agendum cenſens Dominus de Rummis, Wilhelmum de Hamalia ſuum ex ſorore nepotem ad Imperatorem Carolum Pragam miſit, qui de iniuſtitia Epiſcopi queratur, cumque in ius vocari procuret. C

Epiſcopus contra Abbatem noui Monaſterij Hoyenſis virum I. V. conſultiſſimum ad Cæſarem ablegat, ſed ſero: iam enim D. de Rummis animos conſiliariorum auro demulcerat, & non procuratorem ſed Dominum ipſum debere ſe Imperatori ſiſtere decerni obtinuerat. Itaque Epiſcopus ſplendido 60. equitum comitatu ad Cæſarem profectus, à Coloniẽſibus, Treuirenſibus, Moguntinenſibus, tandemque ab ipſo Imperatore Pragæ honorifice excipitur.

Poſſeſſio Comitatus adiudicatur Epiſcopo.

Auditis hinc inde partibus cenſet Imperator Epiſcopum in poſſeſſione defendendum, donec Rhenum deſcendens plenius de iure ſtatuerit. D

Engelbertus fit Archiepiſcopus Coloniẽſis.

Interea Adolphus à Marka Epiſcoporum Adulphi & Engelberti nepos, Comes Cliuenſis factus, Archiepiſcopatum Colonienſem ad manus Summi Pontificis repoſuit, qui Engelberto ſeni bene merito & multis bellorum moleſtijs laboribuſque fracto illum contulit.

Valedicit Leodienſibus.

Itaque Engelbertus hac occaſione Leodienſibus maximo ſui relicto deſiderio, Coloniam profectus eſt.

Sede vacante D. de Rummis armis Comitatum inuadit.

Sede Leodienſi vacante D. de Rummis opportunũ tempus nactus, Comitatũ Loſſenſem non amplius iure, ſed armis laceſſit. Quare oppidum de Herck non parua militum manu ingreſſus, ab incolis iuramentum fidelitatis exigit, iura præſcribit, & miſſis circum circa per vicos edictis Comitem ſe ſcribit.

His

Digitized by Google

His fama confeſtim Leodium delatis, quatuor Eccleſiæ Leodienſis
A Canonici communi Capituli decreto militem in Hasbania cogunt, Haſſeletum præſidio muniunt, oppidum Herkenſe à D. de Rummis captum obſidione cingunt, omnique machinarum genere adoriuntur. His D. de Rummis territus clam ſibi fuga conſulit, moxque eius exemplo Pręſidiarij ſe dederunt, ex quibus Duces duo capite plectūtur, reliqui numero octoginta carceribus mancipantur. Inde Leodienſes Caſtrum de Hamal Domini de Rummis nepotis, concremāt.

Eodem anno menſe Septembri obijt Innocentius ſextus, & electus eſt Grimardus Abbas ſancti Victoris Maſſilienſis, in Italia eo tempore agens quo ego quoque, qui hæc ſcribo iſtic, eram. Erat Grimardus vir Canonum peritus boni Communis literatorumque vi-
B rorum amator. Mox igitur ex Italia Auinionem rediens, coronatus Dominica die ſancto Leonardo ſacra, Vrbani quinti nomen aſſumpſit. *Succeßio Pontificum.* *Auctor agit in Italia.*

Hic anno Pontificatus ſui quarto Auinione relicta repetijt Italiā, ibique multa reuerentia à Clero populoque Romano receptus, Eccleſiam Lateranenſem, Eccleſiam beati Benedicti in monte Caſſiani aliaſque plures vetuſtate collapſas ſtatim reſtituit, vitæque ſanctimonia tam celebre nomen breui tempore conſequutus fuit, vt ſicut nuper in Auinione, Rex Francię Ioannes cum Regina Regnique proceribus eum veluti Sanctum magna veneratione proſequuti fuerāt: Ita in vrbe Imperator Carolus, Imperator quoque Conſtantinopo-
C litanus, & alij Principes viri præcipuo honore haberent.

Sub idem tempus poſcentibus ſibi Burgundionibus peculiarem Principem, conſenſu nobilium derogatum eſt conſtitutioni factæ de Ducatu Burgundiæ Regno Galliæ in perpetuū vniendo; dicebant enim Burgundi Robertum olim Regem quando iure hæreditario Burgundiam adijt, non illam Regno adiecisse, ſed petentibus popularibus peculiarem Ducem, ſuo minori filio Roberto illum ſeu partitione quadā hæreditaria dediſſe: Æquū igitur eſſe, vt nūc ita fiat, Burgundiā quippe ſeparatū ex inſtituto principatū eſſe, vnionē nō pati. *Burgundiones petunt peculiarem Principē.*

Facta eſt igitur commutatio Ducatuum Burgundiæ, & Turonorū, Rexque Ducatum Burgundiæ filio ſuo Philippo legitimiſque ipſius liberis attribuit in hunc modum. *Rex Galliæ Ioannes Ducatum Burgūdiæ dat Philippo filio eiuſque legitimis hæredibus.*

D *DEſiderantes affectuoſius grauamina, & oppreſsiones à ſæuientibus hoſtibus illatas ſubditis noſtris ducatus Burgundiæ (qui ex ſucceſſione bonæ memoriæ Philippi Ducis eiuſdem ad nos vt propinquiorem in genere nouiter eſt delatus) amputare, & prouidere ipſorum quieti, & ad memoriam reducentes grata & laude digna ſeruitia, quæ chariſsimus Philippus filius noſter quarto genitus, qui ſponte expoſitus mortis periculo nobiſcum imperterritus, & impauidus ſtetit in acie prope Pictauos vulneratus, captus, detentus in hoſtium poteſtate, ibi*

& poſt

Digitized by Google

& poſt liberationem noſtram vero amore filiali ductus hactenus exhibuit: Notum facimus uniuerſis præſentibus pariter & futuris, quod nos his, & aliis iuſtis conſiderationibus excitati, & ad humilem ſupplicationem ſubditorum noſtrorū dicti ducatus ducti, prædictum Ducatum Burgūdiæ, & quicquid iuris, poſſeſſionis, & proprietatis habemus, & habere poſſumus, & debemus in eodem ex ſucceſſione prædicta cum uniuerſis & ſingulis honoribus, iuribus, redditibus, & prouētibus, quocumque nomine vocentur dicto filio noſtro conceſſimus donauimus, & concedimus tenore præſentium de noſtris ſpeciali gratia, certa ſcientia, auctoritate Regia, & noſtræ Regiæ poteſtatis plenitudine, præmiſſaq; in eum trāſferimus tenenda, & poſſidenda per eum, & hæredes ſuos in legitimo matrimonio ex proprio corpore procreādos perpetuo, hæreditarie, pacifice, & quiete. Datum Germanici ſuper maternam die octaua Septembris, anno Domini 1363. Sic ſignatū ſuper plicam per Regem Yuo. A B

Hac quoque tempeſtate Ioannes Wiclefus hæreſiarcha quia non potuit conſequi Epiſcopatum Vigoriēſem, cœpit deprauata ſua dogmata per Angliam ſpargere, ſcriptis pluſquam 200. librorum voluminibus, quibus non ſuis tantum, ſed & Marcionis, & Manichæorū à pluribus retro ſæculis damnatis ab Eccleſia hæreſibus, Angliā, Scotiam & vicina loca infecit. Contra quem mox calamos ſtrinxerunt complures, viri docti Ioannes Kynungam Strodus, Richardus Leuingam, Symon Sotrey, Robertus Humbleton, Ioannes Maronis, Guilhelmus Wodfordus, omnes natione Angli. C

Ex aduerſo floruerunt hoc eodem tempore admirabili ſanctitate duæ ſanctæ mulieres, Brigitta ex Sueuia oriunda, Noriciæ Princeps, quæ octo liberos omnes ſanctos habuit, quatuor mares ac totidem feminas. Hæc vidua facta cum filia Catharina Hieroſolymam profecta eſt, Reuerſaque Romam ſcripſit Gregorio Pontifici Maximo, Dei eſſe voluntatem vt relicta Auinione Romam rediret, Ordinem Brigittarum inſtituit, & miraculorum prophetiæ reuelationumque gratia à Chriſto ſponſo caſtimoniæ amatore dotata fuit. D

Sancta quoque Catharina Senenſis, quæ repudiatis huius vitæ illecebris continentia, & charitate plurimum excelluit: cibo primum parciſſime, deinde raro, tandem nunquam vtebatur: tanto nimirum amore in Chriſtum ſponſum cœleſtem ſuccenſa, tantiſque ab eo cęleſtibus donis exculta, vt ipſius Chriſti Domini Beatorum viſionibus veluti cęleſti pabulo frueretur. Migrauit ad thalamum ſponſi ſui cęleſtis anno ætatis 33.

ANNO

A

ANNOTATIONES.

1. Interea D. d'Alembrouck:] *Meminit huius belli Zantſliet, & poſt illum Chronicon Gemblacen.*

2. Interea Adolphus à Marcka:] *Idem ſcribunt præfati auctores.*

3. His Leodium delatis:] *Vide eoſdem.*

4. Sub idem tempus poſcentibus ſibi Burgundionibus:] *referũt hæc Annales Flandriæ Meyeri.*

5. Hac quoque tempeſtate Ioannes Wiclefus:] *Conſule Aeneam Sylnium Bohem. hiſt. cap. 35. & Concil. Conſtant: ſeſſ. 8.*

B 6. Sancta Brigitta ex Sueuia oriunda:] *Lege Trittem. & Volaterr.*

7. Sancta Catharina ſenenſis:] *Vide Raymundum de Capua.*

DE IOANNE DE ARCKEL LXXVII. EPISCOPO LEODIENSI.

Ioannes de Arkel per Vrbanum quintum promouetur ad Epiſcopatum Leodienſem, Domini de Rummis caſtrum ſubruitur, & ipſe tandem Comitatui certis legibus cedit.

C

CAPVT VII.

VAcante igitur per repoſitionem Engelberti Leodienſi Epiſcopatu, Ioannes de Arkel vir magnis animi corporiſque dotibus præſtans erat Auinionæ in curia Vrbani quinti Pontificis, vt controuerſiam, quam cum Capitulo ſuo Vltraiectenſi habebat, componeret.

Huius virtutes, & rerum tam pacis quam belli tempore experientiam cum notaſſet Vrbanus Pontifex, dignum duxit, quem ad Epiſcopatum Leodienſem multis iampridem bellorum motibus quaſſatum, & tantum non euerſum, proueheret. *Pontifex Ioannem Arckeliũ creat Epiſcopũ Leodienſem.*

D Igitur cum iam 23. annis Epiſcopatũ Vltraiectenſem ſumma prudentia adminiſtraſſet, prędijs auxiſſet, ære alieno liberaſſet, ornamẽtis Eccleſiaſticis ac priuilegijs condecoraſſet, illi valedicit. Nec multo poſt tempore, ſplendido Ducis Geldriæ, Comitis Warneburgij & Domini Ottonis de Arkel, aliorumque ſanguine coniunctorum & magnatum Comitatu, Leodinam vrbem ingreſſus eſt penultima Iulij anno poſt Chriſtum natum ſupra milleſimum trecenteſimum ſexageſimum quartum, moxque à Capitulo in ſedem Epiſcopalem collocatur, & magna omnium ordinum congratulatione in Epiſcopum & Principem Leodienſem inauguratur. *Ingreditur ſolemni pompa Leodium & inauguratur.*

Dum hæc communi omnium lætitia peraguntur D. de Rummis, & D.

Digitized by Google

DD. de Rummis & Hamal Oppidum Beringhenſe fruſtra obſident.

& D. de Hamalia, quos Comitatus Loſſenſis adhuc cura coquebat non exiguam militum manum circa Grauenbrouck inſtruunt, oppidum Beringhenſe obſident, frequentibus aſſultibus impetunt, ſed omnia in caſſum: nam incolæ eos & ab vrbe fortiter arcent, & magno robore inſecuti fundunt, fugantque. A

Conſtituerant iam patriæ ordines ad comprimendam Domini de Rummis inſolentiam caſtrum eius demoliri, niſi Dux Brabantiæ pro amicitia, quæ illi cum Epiſcopo defuncto erat per legatos, in Herke, & Halen miſſos interueniſſet, inſtetiſſetque vt cõtrouerſia hæc in eo ſtatu, quo eam reliquerat Imperator, aliquantiſper depoſitis armis remaneret, vel pax ęquis conditionibus componeretur; Verum multis ea de re habitis tractatibus res in annum ſequẽtem protracta fuit. B

Dux Brabãtiæ ad tempus impedit euerſionẽ Caſtri de Rummis.

Interea Trudonenſes ordinibus patriæ ſignificant quendam miniſterij macellariorum eorum ciuem à Præſidiarijs de Rummis lethaliter vulneratũ, quod Leodiẽſiũ animos grauiter exacerbauit. Quare omni pacis induciarumque ſpe depoſita, Epiſcopus & patriæ ordines caſtrum de Rummis euertendum decernunt, & ſine mora omnia ad expeditionem neceſſaria comparant,

Lambertus de Vpey miles ſtrẽnuus ſacrum B. Lamberti vexillum in medio Eccleſiæ Leodienſis cum benedictione, è manu Epiſcopi more priſco accipit, ipſa vigilia beato Laurentio dicata.

Prodeuntem ſequuntur ordine Leodienſes, Hoyenſes, Dionantenſes, Tudinienſes, Foſſenſes, & alij plurimi omni telorum genere armati. Igitur ipſa S. Laurentij die Caſtrum accenſis infeſtiſque animis adoriuntur; Præſidiarij auxilijs Wenceſlai Brabantiæ Ducis fiſi, magno animo ſe defendunt, ſed cum ea totis nouem hebdomadis fruſtra expectaſſent, Leodienſeſque foſſis iam repletis vicino ex loco varijs arietibus muros caſtri priores concuterent, turreſque ſubruerent, terrore perculſi nulla pactione facta ſe caſtrumque voluntati noſtrorum dediderunt, vnde præfecto capite plexo, reliqui numero octuaginta in caſtro Mohano cuſtodiæ traditi, vitam pecunia redemerunt, muris deinde turribuſque ſolo æquatis Leodienſes ædes ſpoliant, ceteraque omnia igne iniecto concremant ipſo die S. Calixti. C

Subruitur & ſolo æquatur Caſtrũ de Rummis.

D

Vxor D. de Rummis tabe moritur.

Vxor de Rummis audita tanta caſtri, & domus ſuæ clade triſtis cõtendit in Flandriam (erat enim filia naturalis Comitis Flandriæ) vbi non multis poſt diebus mœrore contabuit. Nec multo poſt D. de Rummis in graues cum Comite controuerſias incidit, eo quod dotẽ vxoris ſibi ab eo promiſſam conſequi non poſſet. Quare cum difficultatibus implicitus, nec iure, nec armis extricare ſe poſſet, deficiẽtibus difficillimo illo tempore amicis facultatibuſque, ad clementiam, benignitatemque Epiſcopi & Capituli recurrere proponit. Quod & feciſſet prius, niſi vxor eius magnanima plus iuſto potentiæ patris Comitis Flandriæ, Duciſque Brabantiæ fiſa maritum, quo minus cum Epiſcopo conueniret, viuens omni conatu impediuiſſet.

Igitur

Digitized by Google

Igitur anno 1567. Domini de Rummis & Hamal tot perpeſſis belli calamitatibus exhauſti, oratoribus ad Epiſcopum Capitulumque miſſis, rem omnem iure cognoſcendam, terminandamque obtulerunt.

DD. de Rummis & Hamal conueniunt cum Epiſcopo & Capitulo.

A

Quare Habito in Capitulo Leodienſi ea de re colloquio, cum DD. de Rummis, & Hamal eorumque oratores, & aduocati ab Epiſcopo, & Canonicis alijſque Eccleſiæ Leodienſis primoribus viris clemēter benigneque ſæpius auditi fuiſſent, conuentum eſt, vt eis tria florenorum milia quoad viuerent per Epiſcopum & Capitulum quotannis penderentur, ipſi viciſſim omni iuri & actioni ſibi ad Comitatum quomodolibet competenti renunciarent, literaſque & documenta quæcunque Comitatum concernentia fideliter reſtituerent. Et ſic omnis tandem de Comitatu Loſſenſi controuerſia ceſſauit.

B

Hoc anno Ioannes Mandeuilius natione Anglus vir ingenio, & arte medendi eminens, qui toto fere terrarum orbe peragrato, tribus linguis peregrinationem ſuam doctiſſime conſcripſit, in alium orbē nullis finibus clauſum, lōgeque hoc quietiorem, & beatiorem migrauit 17. Nouembris. Sepultus in Eccleſia Wilhelmitarum non procul à mœnibus Ciuitatis Leodienſis.

Mandeuilius apud Guilhelmitas prope Leodiū ſepultus.

Anno 1368. cum quidam miles ducatus Iuliacenſis Marchionatū Francimontenſem multa præda abducta vaſtaſſet, Epiſcopus magna militū manu, nullo reſiſtente agrum Iuliacenſem ferro, & flammis non parum attriuit.

Patria Iuliacenſis vaſtatur.

C

Anno 1369. 19. Decēb. feria 5. moritur Vrbanus quintus SS. memoriæ Pōtifex, in Eccleſię Auinionēſi primo ſepulturæ traditus, vbi ſtatim multis cœpit miraculis coruſcare. Inde tranſlatus Marſiliam, in Monaſterium ſancti Victoris, vbi prius Abbas fuerat. Quo loco quāta recuperatarum ſanitatum miracula patrata fuerint, tum copioſa cæreorum ad monumentum eius ardentium multitudo, tum donaria, & alia quæ iſtic ab aduentantibus offeruntur ſufficienter oſtendunt.

Succeſſio Pontificum.

Defuncto Vrbano ſucceſſit Gregorius vndecimus origine & is quoque Lemonix, & Auenionicus filius Comitis à Bello forti, quem vt Romam repeteret alij quidem multi, ſed imprimis Brigitta, cuius magna fama erat ſanctitatis, valde hortata eſt.

D

ANNOTATIONES.

1. Sic vacante Epiſcopatu Leodienſi:] *De repoſitione Epiſcopatus ad manus Pontificis per Engelbertum à Marcka, de prouiſione facta D. Ioanni de Arkel, eiuſque pacifica receptione, vide Chronicon Zantflier, Stabulaus, & Gemblacenſe.*

2. Dum hæc aguntur D. de Rummis, & Hamalia:] *Idem habent eadem Chronica.*

3. Hoc anno Ioannes Mandeuilius:] *Atteſtantur Meyerus, Barlandus, & omnia noſtratia Chronica.*

Digitized by Google

4. Anno 1368. cum quidam miles:] *Referunt id Chronicon Zantfliet & Gemblacenſe.* A

5. Anno 1369. 19. Decemb. feria quinta:] *Genebrardus poſt Platinam & alios Chronographicos.*

Bellum VVenceſlai Ducis Brabantiæ, Comitis Namurcenſis, & Leodienſium, contra Duces Iuliacenſem, & Geldrenſem.

CAPVT VIII. B

ANno à Chriſto nato 1371. octaua aſſumptionis B. Mariæ Virginis ex parua ſcintilla magnũ, vti aſſolet, inter Wenceſlaum Brabantiæ Ducem, & Guilhelmũ Iuliacenſem Marchionem exarſit belli incendium, quod ille diceret ſuos Brabantinos negotiatores in agris Iuliæ magno ſui contemptu fuiſſe ſpoliatos. Igitur ea re mirum in modum commotus magnum vndique conflauit exercitum. Erant in eo plerique omnes nobiles viri Brabantini, Leodiẽſes, Namurcenſes, & imprimis Lambertus de Vpey magiſter militiæ patriæ Leodiẽſis, Robertus & Lodouicus fratres Comitis Namurcẽſis, & alij harum Prouinciarum heroës præcipui: Marchionis vero caſtra ſequebantur Dux Geldriæ, Comes de Monte, & alij primarij Alemanniæ milites. C

Ex parua ſcintilla magnum exoritur incẽdium.

Duces Brabãtini exercitus.

Duces Iuliacẽſis exercitus.

Cum ad arma ventum eſt, dudum incerto marte congreſſum, donec victoria in partes Marchionis inclinauit. Capti ſunt in eo certamine Petrus de Barro D. de Seranio, & alij per plures exercitus Brabantini viri primores; Dux ipſe multorum telis expoſitus, tamen incolumis captus, Iuliacum primo, deinde in Nynderke Caſtrum munitiſſimum ductus eſt. Sed nec Iuliacenſes ſine cæde congreſſi ſunt. Nam & Eduardus Dux Geldriæ telo in facie ictus poſt triduũ obijt. Cuius mortem diuturna, & atrocia pro Ducatu Geldriæ ſequuta ſunt certamina.

Iuliacenſes victores.

Dux Brabantiæ capitur.

Dux Gelriæ ex vulnere poſt triduum moritur.

Anno ſequente 1372. Carolus 4. Imperator fratris ſui Wenceſlai captiuitatem dolens venit Aquiſgranum, vel pacem acturus, vel Marchioni bellum illaturus. Igitur Epiſcopo Leodienſi, Imperatore, Duciſſa Brabantię, & pluribus alijs proceribus interuentoribus, vtrinque auditis partibus, pax coijt, hac cum alijs conditione adiecta, vt Dux Brabantiæ liber gratis dimitteretur, quod extemplò factum fuit. D

Pax componitur.

Anno 1374. die quarta menſis Ianuarij, & aliquot ſequentibus moſa conſuetos limites ſupergreſſus omnes plateas, & Eccleſias, quæ Leodij in Inſula ſunt, aquis ita repleuit, vt non niſi ſcaphis eas ingredi aut egredi liceret. Illud interea memorabile accidit, cum cuſtos Eccleſiæ

Eccleſiæ Monaſterij diui Iacobi in criptam deſcenderet lanternam ante imaginem B. Andreæ Apoſtoli dependentem accenſurus, criptamque inundari videret: ſic S. Andream affatus dicitur, Andrea ſanćte ſis porro ipſemet cuſtos tuæ lucernæ, illamque lumine accende, neque enim huc aquis inundantibus deinceps, vt tibi inſeruiam, deſcēdere potero. His forſan ironicè dictis, mox ſerio ſancti virtus emicuit, ſiquidem continuis quinque diebus abſque olei infuſione lumē in lampade ſolito longe clarius, non ſine vehementi omnium intuentium admiratione, reſplenduit. *Res admiranda in Cripta S. Iacobi.*

A

ANNOTATIONES.

B

1. Exarſit belli incendium:] *Si quis vult huius belli hiſtoriam fuſius cognoſcere legat Cornelium Zantfliet & Chronicon Gemblacenſe. De hoc Barlandus in Chronicis Ducum Brabantiæ ſic loquitur.* Bellum geſſit poſtea Wenceſlaus Dux cum Guilhelmo Iuliacenſium Marchione, ob exutos pecunia negotiatores Brabantos, qui per terrā Iuliacenſem iter fecerant. Cōgreſſæ igitur acies maximo ardore conflixerunt, initio pugnæ confoſſus Iaculo Geldriæ Princeps ex acie deportatur mortuus. Brabanti victores hoſte fugato cum nihil metuerent amplius, cibo ac potu refectis corporibus ſomno opprimuntur, oppreſſos ac altum dormiētes, ſubito adorti hoſtes interficiunt, Dux ipſe cum aliquamdiu ſe ſtrēnue defendiſſet, capitur cū pleriſque proceribus. Nunciauit hoc fama vxori, quæ non dici poteſt quantum ex ea re dolorem animo cōceperit. Audiuit & Carolus Cæſar huius nominis quartus fratrem ſuum captiuum eſſe. Quamobrem conuocatis Imperij Principibus agere cœpit de Guilhelmo, qui captū tenebat Wencelaum, per iuris ſententiam bonis priuando: Quare territus Iuliacenſis illum cuſtodia dimiſit, retentis adhuc proceribus, quos vt redimeret Princeps, ingentem exegit à ſuis pecuniam, qua impetrata, & cæteris compoſitis rebus, in aliquot deinde annos à bellis quieuit.

C

2. Illud interea memorabile accidit:] *Vide Chronicon Gemblacenſe.*

D

Dæmoniaci tripudiantes Leodij, Traiecti, Tongris, & vicinis in partibus per ſæculares ſacerdotes liberantur.

CAPVT IX.

HOc eodem anno 1374. menſe Iulio, ipſa dedicationis Eccleſiæ Aquenſis, quæ eſt altera diuiſionis Apoſtolorum, admirabilis hominum ſecta, ex ſuperioribus Germaniæ partibus primo Aquiſgranum, inde Traiectum, & tandem circa menſem Septembrē Leodium aduenit. Horum tale erat inſtitutum. Vtriuſque ſexus homines

Secta tripudiātium à Dæmonibus poſſeſſorum.

mines à dæmonibus poſſeſſi ſeminudi ſertis capita cingebant, choreas non in plateis tantum, ſed & in Eccleſijs & domibus abſque vllo pudore ducebant, nomina Dæmonum hactenus inaudita in carminibus ſuis vſurpabāt; choreis finitis eos Dęmones grauiſſimis pectoris doloribus cruciabāt, ita vt niſi nexibus quibuſdā vmbilicatim fortiter ſtringerētur, magnis furioſiſq; vlulatibus ſe mori proclamarēt. A

Creſcit in magnam multitudinem.

Hæc ſecta à menſe Septembri in Octobrem (mirum, verum tamen dictu) in multorum milium multitudinem excreuit: Nam & ex Germania huc quotidie chorisantes confluebant, & Leodij viciniſque in prouincijs plurimi ſani mentiſque compotes extemplò à Dæmonibus arripiebantur, alijs choriſantibus datis dextris ſe adiungētes. Cauſam huiuſmodi ſectæ Diabolicæ non aliam viri prudentes aſſignabant, quam fidei, & præceptorum Dei, quæ per id tempus regnabat, craſſam ignorantiam. B

Cauſa huius ſectæ quæ prudentū, quæ vulgarium.

Non deerant tamen è vulgo qui in ſacerdotes concubinarios culpam reijcerent, quod per eos minus recte pueri baptiſarentur; ſed vt non minus valere Baptiſmum improborum, quam proborum Sacerdotum Deus comprobaret, ſilentiumque calumniatoribus imponeret, ſæculares ſacerdotes hac gratia donare voluit, vt illi huiuſmodi poſſeſſos Eccleſiæ cæremonijs, & exorciſmis liberarēt, quam alijs ſacerdotibus Religioſis, negabat.

Tam verus eſt baptiſmus improborum quā proborū ſacerdotum.

Leodij in Eccleſia S. Crucis dum veſpertinæ laudes, die dedicationis Eccleſiæ canerentur, ſeruitor (cuius munus erat thuribulo accēſo ſub diuinis officijs de more chorum Eccleſiæ circumire) cœpit cū omnium admiratione ludicro more thuribulo aërem verberare, incōdite tripudiare, verbiſque ignotis carmina ſine numeris cantillare cumque à pluribus monitus, non deſiſteret, de ſecta ne forſan hac eſſet à pleriſque dubitatum fuit. Quare à Sacerdote perito examinatus rogatuſque vt *pater noſter* diceret, noluit. Vt *credo*, credo (inquit) in Diabolum. Sacerdos ergo illius collo ſtola ſacerdotali impoſita, recitatiſque Eccleſiæ exorciſmis, ſtatim illū à dæmone liberauit, facileque effecit, vt lubens *Pater noſter*, & *Credo in Deum* perfecte, & magno pietatis ſenſu recitaret. C

Seruitor Eccleſiæ S. Crucis ſub Veſperarū officio corripitur à Dæmone & tripudiat.

Exorciſatur & ſanatur.

Circa feſtum omniū ſanctorū in pago Herſtallio, quod vix medio miliari à Leodio diſtat, copioſa virorum mulierumque huius ſectæ multitudo conciliabulo habito, concluſerāt Leodiū pariter ingredi, & prælatos, Canonicos, parochos, totumq; Clerū trucidare. Sed Dei benignitate eorū cōſilia diſſipata fuerūt. Nam vt primū Leodiū ſe cōtulerūt, & proborū hominū auxilio ad Sacerdotes deducti ſunt, tantū abeſt vt Sacerdotibus nocuerint, quin potius ipſi à Sacerdotibus ſanati fuerunt, cū magna dæmonū confuſione, & ipſorū ſacerdotū gloria. D

In pago herſtallio cōciliabulum Tripudiātium obſeſſorū.

Deducti fuerunt eorum nonnulli ad Capellam B. Mariæ Virgini ſacram in clauſtro S. Lamberti, vbi D. Ludouicus Loues Sacerdos virtute Dei excitus, ſtola ſacra in collū vnius iniecta & Euāgelio. *In principio erat verbum* recitato, confeſtim illū è ſeruitute dæmonis liberauit,

inde

Digitized by Google

: alios nouem eodem modo priſtinæ ſanitati reſtituit. Qua fama ge lateque diſperſa, plurimi huius ſectæ homines ad eundem lo- i deducti, Eccleſiæ exorciſmis è faucibus Dæmonum liberati ſo- : menti reſtituti fuerunt.

educti fuerunt & alij ad alias atque alias Eccleſias, vt Collegiatas ucis, & S. Bartholomei, & parochiales noſtræ Dominæ & S. An- :, in quibus indifferenter idem præſtiterũt tum boni tum mali Sa- lotes.

ı exorciſmis peragendis frequens erat recitatio initij S. Euange- :cundum Ioannem. *In principio erat verbum* addebantur à Sacerdo- s, & alia Euangelia, maxime ea quibus Chriſtus obſeſſos à dæ- nio curaſſe legitur, *vt Recumbentibus vndecim*, & *Miſit D. Ieſus*, & hu- nodi.

ræter Euangeliorum recitationem, circa eos quorum difficilior curatio, Sacerdotes Euchariſtiæ ſacramentum vel capitibus ap- abant, vel è manibus videndum præſentabant, aliquibus etiam ı benedicta vel exorciſata bibenda propinabatur, vel inuitis ori ndebatur; ſubinde quoque ſacrum pollicem vel indicem ori ob- orum Sacerdotes imponebant dicentes. *Eximmunde Spiritus* & quæ untur: In auribus quoque *effœta* quod eſt adaperire, pronuncia- t, & in faciem exſufflabant, virtutem inimici tum irridentes, tum ruantes.

ı Eccleſiâ D. Bartholomei, de qua paulo ante, cum Sacerdos ac- ;eretur ad exorciſandũ, dixit dæmon per os obſeſſi, ne me exor- s ego libens egrediar, nolo vlterius torqueri. Loquar prius tibi quit Presbyter) es tu ſolus? reſpondit Dæmon duo eramus, ſed us me nequior iam exiuit, Sine modo abeam nimis in hoc cor- e torqueor: egreſſus nunquam alicuius Chriſtiani corpus ingre- . Cur ergo, inquit, Sacerdos, ingredimini corpora huiuſmodi vi-), & miſerarum perſonarum? Eramus inquit & diuitum, & Prin- ım corpora ingreſſuri, & per hos totum Clerum Leodio expul- , niſi veſtris exorciſmis & adiurationibus nos migrare coëgiſſe- Hæc à quamplurimis Presbyteris audita, & per eos nobis narrata unt.

Dæmõ detegit ſecretũ in conciliabulo Tripudiantiũ concluſum.

uædam puella dudum obſeſſa per diuerſos Sacerdotes fruſtra fue- :xorciſata, tandem Aquiſgranum ducta per Sacerdotem nomine ıonem hoc modo fuit ſanata. Sacerdos eam alba ſacerdotali in- t ſtolaque cinxit, & in vas aqua exorciſata plenũ ad os vſque mer- His peractis, coniurauit Sacerdos Dæmonem dicere quanto tem- e puellam poſſediſſet: reſpondit biennio. Rurſus coactus dicere nã eſſet, cũ illa die feſto paſchæ ſacrã ſumeret hoſtiã; ſub id tẽpus quit) in extremos pedũ digitos deſcendi donec ſpecies hoſtiæ cõ- ıerentur. Adiuratus igitur vt mox egrederetur, petijt facultatẽ in- diendi caſtrũ vicinã de Schoemborſt promittens excubias ſe iſtic :tu diuque contra latrones & exploratores acturũ. Rogatus num

Ratio exorciſandi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Dæmon in obſeſſa buccinat.

buccina ſciret canere? optime reſpondit; & magno ſonitu omnibus qui aſtabant audientibus buccinauit. Tandem cum nec ingreſſus in Caſtrum, nec in Balneum Caroli, quod Aquiſgrani eſt, illi permitteretur, coactus exorciſmo egredi, prius eiecto per os puellæ nigro carbone, magno cum fremitu & ſtridore abceſſit. A

Contigit non multo poſt duos vel tres in dicto Caroli Balneo ſubmergi, quos quia à quibuſdam exiſtimatum fuit ab hoc dæmone ſuffocatos fuiſſe, Balneum ab eo tempore omnibus in hodiernũ vſque diem clauſum fuit.

Exorciſmis ieiuniũ ſubinde adhibendum. Mat. 9.

Nuper cum idem Sacerdos Dæmonem ex cuiuſdam corpore nequiret pellere, exorciſmis orationes, & ieiunium adhibuit, & ſtatim illum profligauit; quia nimirum erat de genere Dæmoniorum de quo dixit Chriſtus, *hoc genus dæmoniorum non eÿcitur niſi in oratione & ieiunio.* B

Imminuitur ſecta tripudiantium obſeſſorũ.

His alijſque eiuſce generis Eccleſiaſticis remedijs ſecta hæc, quæ ſpatio vnius anni plurimum inualuerat, paulatim imminui cœpit, Et quamuis per tres quatuorue annos ſubinde quidam huiuſmodi dæmonum ludibrijs vexari deprehenderẽtur, tamen Sacerdotum precibus & exorciſmis perfacile eijciebantur, Sacerdotum & cleri Leodienſis longe lateque propagato bono odore.

Vana gloria exorciſtis cauenda. Math. 7.

Abſit tamen à nobis, qui ad ſolidam futuræ vitæ gloriam aſpiramus, ne vanis hominum propterea laudibus elati, obliuiſcamur illius Chriſti. *Amen dico vobis, multi dicent mihi in illa die, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? quibus ille reſpondebit, diſcedite à me operarÿ iniquitatis, quia neſcio vos.* C

ANNOTATIONES.

Hoc eodem anno 1374. menſe Iulio:] *VVernerus in faſciculo tẽporis breuiter meminit horum choriſantium*, Secta (*inquit*) Choriſantium tranſiuit anno Domini 1375. *Magnum Chronicon Belgicum totum hoc caput multum confirmat & illuſtrat his verbis.* Eodem anno mira ſecta, tam virorum quam mulierum venit Aquiſgranum de partibus Alemanniæ, & aſcendit vſque ad Hannoniam ſeu Franciam, cuius talis erat conditio.

Vtriuſque ſexus homines illudebantur à Dæmonio, vt tam in domibus, quam in plateis, & Eccleſia ſe inuicem manutenentes choreas ducerent, & in altum ſaltarent, nomina quædam Dæmoniorum nominantes, videlicet, friſckes & ſimilia, nec vllam cognitionem in huiuſmodi choreis nec verecundiam propter aſtantes populos habentes. In fine vero choriſationis ita circa pectoralia torquebantur, vt niſi mappulis lineis à ſuis amicis circa medium ventris fortiter ſtringerentur, quaſi furioſe clamarent ſe mori. Tandem Leodij per coniurationes ſumptas de illis, quæ ante baptiſmum in Cathechiſmo fiunt, à Dæmonio liberabantur. D

Et paulo poſt ſubÿciens cauſam ſaltationis huius, ſic ait. Et ſanati dicebant viſos

Digitized by Google

viſos ſe tempore ſaltationis immerſos in fluuio ſanguinis, & propterea ſic in altum ſaltaſſe. Vulgus autem Leodij dicebat, plagam illam populo contigiſſe, quia populus male baptiſatus erat, & maxime à Presbyteris concubinarijs.

A

Periculum vero in quo fuerit hoc tempore Clerus Leodienſis, & quare Deus ſacerdotes Leodienſes hac ſanitatis gratia donarit ſubijcit, dicens. Qua de cauſa propoſuerat vulgus inſurgere in Clerum, ijſque trucidatis bona eorum diripere, niſi Deus de remedio per coniurationes prædictas prouidiſſet. Quo viſo vulgus ita quieuit, vt Clerus multo deinde plus à populo honoraretur.

Et quia res hæc annotatione & memoria digniſſima eſt, ſubijciā duorum vel trium aliorum teſtimonia.

B

Ioannes Stabulaus paucis verbis rem totā hanc clare deſcribit. Anno Dñi 1374. de partibus Alemanniæ venerunt, quidā choriſantes ſeu tripudiātes, promiſcui ſexus, tam viri quam mulieres: Magnus honor tūc Clero Leodiēſi acceſſerat, quia Deus per Presbyteros Leodienſes bonos vel malos, dedit remedium contra illam peſtem diabolicam inſpirando eos, & animando contra tantam poteſtatem Dæmonum. Itaque veniebant, & adducebantur Leodium inuaſi & obſeſſi ab immundis ſpiritibus de diuerſis & longinquis partibus, & recedebant ſani.

Neue putes paucos Leodij ſanatos fuiſſe. Audi Cornelium Zamfliet. Plures tamen (*inquit*) qui non poterant ſanari in S. Bartholomeo, & alibi, ſanabantur in capella noſtrę Dominæ in clauſtro maioris Eccleſiæ, forte propter honorem noſtræ Dominæ vel propter reliquias ibi præſentes, & ſic fuerunt ſanati credo pluſquam tria milia, quidam leuius, quidam difficilius.

C

Meyerus de his ſic loquitur, ex finibus Rheni, & moſæ magni greges ſeu amentium hominum venerunt in Flandriam choreas ducentes, ac continenter ſaltantes, & canentes, haud ſecus ac furijs quibuſdam exagitati. Autumo talia nudibus accidiſſe mortalibus, propterea quod à pueritia legem Dei non docerentur: erant enim tenebroſiſſima tempora.

D

Alter Tudinenſis Oppidi magiſter per officiales Epiſcopi occiditur, & Tribunal 22. virum illius occaſione erigitur.

CAPVT X.

PRoſcripſerant Tudinenſes quoſdam ſuos Scabinos, quod Epiſcopo plus iuſto fauere dicerentur. Quod audiens Epiſcopus ſubmiſit quatuor ex miniſtris ſuis aulicis, qui eos priſtino loco & dignitati reſtituerent. Igitur Tudinenſes ſumptis armis ſtatuūt Epiſcopo

Digitized by Google

copo eiuſque miniſtris reſiſtere. Eminebat inter eos Ioannes Hartis alter eorum Conſul vir audax, & eloquens, qui dum in miniſtros Epiſcopi atrociter inueheretur, multaque in ipſum Epiſcopum iniurioſa verba inſolēter proferret, à miniſtris ſtrictis gladijs interfectus eſt. Tudinenſes factum ægerime ferentes, defuncti corpus exanime Dionantum, & inde Hoyum, ac tandem Leodium deferunt, vbi populo ad palatium conuocato cadauer vulneribus confoſſum exhibent, vt hoc cruento atrocique ſpectaculo commoti, eos ad vindictam ſecum adducant. Quod veritus Epiſcopus Traiectum ſe recipit. A

Ioānes Hartis à miniſtris Epiſcopi occiditur.

Conuentu igitur patriæ mox indicto graues aduerſus Epiſcopum querelæ proponuntur. Nec mora D. Waltherus de Rupeforti mamburnus patriæ decernitur; arma aduerſus Epiſcopum eiuſque officiatos decernuntur. B

Arma ſumuntur cōtra Epiſcopum.

Dum hæc Leodij aguntur Wenceſlaus Brabantiæ Dux cum Domino de Agimont rationes pacis inituri Leodium veniunt, vbi inter alia mentio facta eſt de 22. viris creandis, qui in Epiſcopum, & alios iuſtitiæ miniſtros inſpiciant; vt ſi quam ſubditis vim faciāt, eos coërceant. Qua re ad Epiſcopum delata, cum minus ei placeret, rebus infectis receſſum eſt.

De pace agitur.

Igitur Leodienſes ad expeditionem neceſſaria apparant, hocque primū maioris Eccleſiæ. Canonicis oneris imponūt vt 20. Lāccarios ad cuſtodiam Ciuitatis alant.

Canonici longius proſpicientes collegas ſuos Guilhelmū Volen Decani Leodienſis vices gerentem, Antonium de Frez, Iacobum de Landris, Waltherum de Charuee Traiectum ablegant, qui pacis conceptæ æquitatem iuſtitiamque, & alia pro re nata acta dictaque Epiſcopo proponant, eumque ad ea amplectenda quæ ad pacem trāquillitatemque patriæ ſpectant, inducant. C

Inducit ad pacem Epiſcopus.

Ijs igitur auditis, Epiſcopus pacem talem ſcilicet qualem amplexus eſt, conditiones fuerunt, primum vt Epiſcopus in Stockhemio, & alijs patriæ arcibus præfectos, qui fundos & bona ſua in agro, & patria Leodienſi habeant, conſtitueret, dein vt tribunal viginti duūvirum auctoritate ſua quandoquidem iam conſenſus Capituli & reliquorum ordinum accedebat firmaret. Tandem, vt qui Magiſtrum Tudinenſem occiderant, donec amicis occiſi & Tudinenſibus ſatiſfeciſſent, à patria exularent. Sicque rebus Compoſitis Epiſcopus Leodium redijt. D

ANNOTATIONES.

1. *Totum hoc caput refert quoq; Chronicon Gemblacenſe.*

2. Epiſcopo plus iuſto fauere dicerentur:] *Explicatius dicit Chronicum iam allegatum his verbis.* Anno 1374. ante feſtum S. Lamberti quatuor amici Ioannis de Erkel Epiſcopi Leodienſis volentes capere Magiſtrum Thudinenſem dictum Hartis, quia procurabat negotia Thudidinenſia

dinenſia contra ipſum Epiſcopum, & erat homo eloquens, cum nol-
A let ſe reddere captiuum, occiderunt eum. Hæc eſt occaſio tribunalis 22. virum.

3. Pacem talem ſcilicet qualem:] *De qua eum poſtmodum pœnituit, ſic enim idem Chronicon:* Sub hac pace reuerſus eſt D. Ioannes Erkel Epiſcopus Leodium, multum dolens propterea quod conſenſerat tali paci. Et merito, quia dederat alienis robur ſuum. Vnde videbat ſe turpiter deceptum, & etiam amici eius carnales hoc ei improperabant.

4. *Habes hanc 22. pacem lib. 2. chartarum Eccleſiæ Leodienſis Titulo.* La paix des 22. faicte & ordonnée par l'Eueſque, Chapitre, & Pays de Liege l'an 1372. 2. de Decẽbre. *Habes & pacis declarationem alio titulo ſic inſcripto.*
B Declaratio dictæ pacis, quod non afficiat Epiſcopum neque Clerum, nec cauſas reales.

Habes & alias literas tangentes eiuſmodi pacem, de anno 1373. die 1. Martij, de quibus omnibus extant copiæ in omnium manibus.

Vigintiduum viri volunt cognoſcere de perſona & facto Epiſcopi, bellum idcirco ſequutum, dein pax reformata, mors, ſepulturaq́; Epiſcopi.

CAPVT XI.

C EOdem anno 1374. menſe Nouembri viginti duumviri Iuriſdictionem ſibi nuper commiſſam exercere incipientes, inter alia cœperũt etiam de factis Epiſcopi eiuſque perſona cognoſcere. Cùm enim per eos dies Epiſcopus quendam Hermãnum Werſelees oppidi S. Trudonis ciuem propter enormem exceſſum in mille ſeptingentos aureos mulctaſſet, & honoris eius cauſa in literis abſolutionis ipſum facti innocentem diceret; Is nequiter coram viginti duum viris Epiſcopum in ius vocauit, mulctam tanquam ab Innocente extortam repetijt, innocentiam ſuam litteris Epiſcopi in medium adductis, probans. Epiſcopus quamuis ſæpius per dictum Hermannum iudicio laceſſitus, non reſpondit, ac ſe mulctam
D quidem recepiſſe agnoſcebat, ſed perſonam, ſicut & bona ſua illis ſubiecta negabat. Illi nihilominus contumacem, vt aiebant, Epiſcopum ad reſtituendam emendam condemnarunt, quod multarum ab eo tempore calamitatum ſeminarium præbuit. Nam Epiſcopus mox Leodio relicto, Traiectum primum, deinde Auinionem ad Pontificem Gregorium vndecimum cõtendit, vbi ſe à ſuis ſubditis ſpoliatum queſtus fuit, & mox per Cardinalem Florentinum, cui cauſæ cognitionem Pontifex commiſerat, totam patriam Eccleſiaſtico ſupponi interdicto curauit, tantoque rigore interdictum ſeruari, vt nec in Natalis Domini, nec paſchatis, nec alijs ſolemnitatibus à iure cõceſſis, diuinum caneretur officium.

Hermannus VVerſelees Epiſcopo iniuriæ multorum malorum auctor.

Epiſcopus ad Gregoriũ Pontificem contẽdit.

Patria Leodiẽſis Eccleſiaſtico ſupponitur interdicto.

Digitized by Google

Concipiuntur articuli contra Epiſcopum.

His non ciuitas tantum, ſed & patria ipſa vniuerſa cõmota, Waltherum de Rupeforti mamburnum deligunt. Exceſſus ab Epiſcopo, vt aiebant, commiſſi numero 24. per publicos Ciuitatis, & Capituli Leodienſis notarios ſignati, Auinionem ad Wilhelmum Volen vicedecanum, & Philippum Walrani ac alios perplures mittuntur, quos cum probationum oblatione Pontifici maximo offerant, & condignam de Epiſcopo correctionem petant. A

Gregorius Põtifex paci ſtudet.

Pontifex pacis amator, auditis pro tempore partibus, tempeſtatem contra Epiſcopum motam libenter ſedaſſet, ſed cum legati poteſtate huiuſmodi fulti non eſſent, aliud nihil effecêre, quam vt hæc omnis controuerſia Abbati S. Bauonis oppidi Remenſis, viro vtique integro ac eloquenti, ſacræ Theologiæ ac Iurium perito committeretur. B

Abbas S. Bauonis Remẽſis pacem compõnit, quam recuſat Epiſcopus. Eſa 28. Epiſcopus cogit exercitum & Traiectum munit.

Is igitur hoc munere ſuſcepto ſub vernum anni 1376. Traiectum venit quo recens Epiſcopus Auinione redierat, ibi tractatus de pace habiti fuêre, oblatis Epiſcopo honeſtis, vt apparebat conditionibus. Sed vir magnanimus indigna viginti duum virum cenſura adhuc exacerbatus, oblatas conditiones vti parum æquas reiecit, vocatoque D. de Arkel Comite de Veruelerck nepote ſuo, collectaque Germanorum manu patriæ ſuæ incolas quotidianis equitum peditumque excurſionibus moleſtare, ſi forſan *vexatio intellectum daret*, inſtituit; Quam ad rem Traiectum imprimis munit, & ne Eccleſia S. Petri ad muros Traiectenſes, per aduerſarios obſidionem forſan molituros, ſibi obeſſe poſſit, illam cum adiacentibus circum quaque domibus concremat. C

Germani Epiſcopi milites vaſtant patriã Leodienſem.

Traiecto itaque Germani quotidie modo in vnam, modo in alterã partem excurrere, ruſticos rebus ad victum neceſſarijs ſpoliare, domibus eijcere, domos exurere, captiuos abducere, mulctare, pecuniã vndecumque ingentem conflare, Bream pluresque Campeſtres villulas adiacentes adoriri, flammiſque euertere. Idem de Vileto, ſed irrito conatu moliti. Nec difficile fuiſſet eis ad vſque Leodienſia ſuburbia exurere depopularique, cum mamburnus equitatu careret, nec viri nobiles de hac re multum eſſent ſolliciti, ſed Epiſcopi erga ſuos amor benignitaſque ingenita obſtabant.

Hoyenſes demoliuntur Caſtrum de Moha.

Hac occaſione Hoyenſes fœdere cum Leodienſibus inito caſtrum de Moha, à quo belli paciſque tempore multa per præſidiarium militem pati ſolent incommoda, demoliri conſtituunt: Quod eo facilius perfecerunt, quia iam aſtu quodam illud ingreſſi erant, & notos ſibi homines huiuſce rei conſcios inſtrumentis ad id idoneis inſtructos iſtic habebant. Id tamen prudentibus prouidiſque viris parum probatum fuit, qui Caſtrum illud contra Brabantinorum incurſiones magnum Leodienſibus Hoyenſibuſque præſidium ſæpius attuliſſe non ignorabant. D

Cum res eo producta eſſet, vt grauiora non immerito Magiſtratus Leodienſis timeret, inaudito exemplo cœpit ſubſidium à Clero primario, Secundario, Monaſterijs & alijs pijs locis exigere; cumque illi

præſtare

Digitized by Google

præſtare tergiuerſarentur, tum quod res eorum per frequentes agro-
A rum deprædationes multum acciſæ & extenuatæ eſſent, tum quod nullam cum eis communionem habere poſſent, quia excommunicati eſſent, & ciuitas Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, ſubſidium vi extorſerunt: Nam primarios Cleri, quaſi cum eis iure rationeque acturi, ad Capitulum Eccleſiæ maioris conuocatos recluſerunt, nec prius Capitulo exire permiſerunt, quam primaria Eccleſia quingentos duplices aureos, ſecundariæ ducentos numerare promitterent. Ad idem & Abbates ipſos coëgerunt, nam & illi iſtic cum alijs recluſi certas pecuniæ ſummas certa die ſoluendas addixerunt: Abbas quidem S. Iacobi 200. Belli reditus 100. S. Ægidij in publico mõte 50.
B ab Abbate tamen S. Laurentij eiuſque conuentu ne quicquam extorquere potuerunt, quod Abbas ſeditionem præcauens iam fugiſſet, & Conuentus cum Monaſterij mobilibus ad villas aliaque ſecretiora loca ſe recepiſſet, ſolis Eccleſiæ Campanis in turri relictis, quas vt nec illi, ita nec ſeditioſi facile ablaturi eſſent.

Leodienſes cogunt Clerũ dare ſubſidiũ contra ſuum Epiſcopum.

Etiam Abbates excepto Abbate S. Laurentij.

Hac igitur pecunia conſcripto milite, ad Wenceſlaum Brabantiæ Ducem, quoſdam ablegant, qui querantur Epiſcopum ſubditis iniurium Traiecti foueri, rogentque, vt eum officij admonitum dimittat: Ducis autem conſiliarij legatis id ſuggeſſerunt, vt Ducem potius mediatorem quam partem facerent: Quod conſilium amplexi fœliciter ceſſit: Siquidem Dux ad pacem componendam ſe interuenturum ſponte libenterque addixit, quinetiam, ſi ita Epiſcopo, patriæ-
C que Leodienſi videretur, locum de Enchaſt non longe à Traiecto ſitum, certumque diem paci agendæ, aſſignauit: quam Ducis oblationem eo propenſius vtraque pars amplexata eſt, quod illa populationibus Germanorũ langueret, & Epiſcopus populi ſui patriæque miſertus finem tandem calamitatibus imponi cuperet.

Leodiẽſes queruntur de Epiſcopo apud Ducem Brabãtiæ.

Dux componit pacẽ inter Epiſcopum & Leodienſes.

Igitur loco dieque dictis pax facile coaluit. Eius conditiones fuerunt, vt viginti duumviri de perſonis Eccleſiaſticis, eorumque bonis & rebus iudicia non agerent, patria ſedecim millia florenorum in aliquam damnorum perpeſſorum compenſationem Epiſcopo penderet, captiui hinc inde liberi dimitterentur, ſententiæ excõmunicationis, & interdicti relaxarentur.

Conditiões pacis.

D Inauditæ huius contra Clerum Angariæ præcipui auctores fuerunt Renerus Bierſez, vrbis Leodinæ alter Magiſter, & Henricus frerars non multo poſt tempore iuſto dei Iudicio à Ciuitate patriaque proſcriptus.

Pace igitur reformata Epiſcopus cum Comite de Werneberh nepote, alijſque viris Principibus circa feſtum diui Ioannis Baptiſtæ magna ciuium, totiuſque patriæ congratulatione Leodium redijt, Iuſtitium interdictumque remoueri, excommunicatos abſolui, & diuina officia per omnes Eccleſias feſtiuo gaudio celebrari, tribunaliaque aperiri, mandauit.

Epiſcopus Leodium redit.

Altera die Epiſcopus Eccleſiam maiorem ingreſſus à Capitulo, &

Digitized by Google

Excipitur magna beneuolentia ſignificatione.

Magiſtratu ſalutatur, dextræ dantur, & fuſis præ gaudio lachrymis, vtrimque pacis oſculum porrigitur. Inſequenti die idem cũ Hoyenſibus in Eccleſia noſtræ Dominæ ad fontes, pari charitatis beneuolẽtiæque ſignificatione peragitur. A

Meditatur ſolitariam vitam agere.

His motibus ita ſedatis, pius Epiſcopus ad futuræ vitæ veram & ſolidam quietem ſuſpirans, dicitur Eremiticam quandam domum prope muros Leodienſes, non longe à Guilhelmitarum fratrum monaſterio ſibi ædificare cœpiſſe, quam morte præuentus, non perfecit: Nam paulo poſt tempore, Leodij obijt anno humanæ ſalutis 1378. ſepultus porro prima Iulij apud ſororem ſuam Comitiſſam de Dotteremua in Eccleſia Vltraiectenſi, quam ante non minoribus animi corporiſque moleſtijs, quam Leodienſem, rexerat, inteſtinis prius puro vaſe reconditis, & terræ in Eccleſia fratrum Guilhelmitarum prope Leodium demandatis. B

Moritur & in Eccleſia Vltraiectenſi ſepelitur.

ANNOTATIONES.

1. *Totum hoc caput valde diligenter & fuſe proſequitur Zantfliet.*

2. Eremiticam quandam domum:] *Notum eſt Guilhelmitarum prope Leodium Monaſterium. De manſione æremitica prope ædificanda non legimus, niſi apud auctorem noſtrum excepto quod Suffridus Petri in Appendice ad Ioannem Becanum, dicit inteſtina eius puro vaſe recondita, terra apud dictos Guilhelmitas mandata eſſe.*

Cauſa, & origo ſchiſmatis hoc tempore exorti, quod circiter quadraginta annis Eccleſiam afflixit. C

CAPVT XVI.

HOc tempore cœpit ſchiſma in Eccleſia, quo neque temporis diuturnitate maius, neque rerum varietate mirabilius, neque quouis genere hæreſũ, ſeditionũ, & calamitatum fertilius perniciosiuſque ad hoc vſque tempus extitit, de quo pauca hic referre, vt hiſtoriarum ſequentium intellectus clarior ſit, non erit inutile.

Clemens quintus tranſtulit ſedem Pontificiam in auinionem. Gregorius vndecimus Romam refert & Schiſma oritur

Clemens Quintus Pontifex circa annum Domini 1305. ſedẽ Pontificiam ab vrbe Roma in Auinionem Galliæ vrbem tranſtulerat, eo quod Romæ exiſtens ſeditiones Italicas, quæ tunc freqũẽtes erãt, ſedare non poſſet, manſit deinceps iſtic ſedes ad hæc vſque tempora, hoc eſt ad annum Domini 1378. quo Gregorius Pontifex eius nominis vndecimus cœpit de eadem ſede ex Auinione in vrbem Romanã referenda cogitare, maximè cum multi prudentia ſanctitateque præſtantes viri grauiſſimis cauſis adducti, ad id eum frequentibus ſermonibus cohortarentur: Et nouiſſime vnus ab ipſo Gregorio Pontifice ad ſuam Eccleſiam redire monitus, familiaritatis, quæ illi cum Pontifice erat, confidentia, Gregorio ſubiecit. Et tu pater ſancte cur non tuam Eccleſiam petis? Hæc enim verba non ſecus ac ſibi diuinitus ſuggeſta accepit. D

Paratis

Digitized by Google

Paratis igitur in Rhodano vna & viginti triremibus, aliam rem ſi-
A mulans profectionem aggreſſus, Genuam primo, inde Cornetum, ac poſtremo Romam menſe Ianuario peruenit anno 1377, Pontificatus ſui ſeptimo, vbi manſit vſque ad obitum ſuum, aſſiſtentibus ſibi Cardinalibus 16. citramontanis duodecim, Italis quatuor, quorum hæc ſunt nomina.

P. Portuenſis tt. S. Ruffinæ dictus Florentinus.
Ioannes Peneſtrinus Lemouicenſis.
Guilhelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte de Agrifolio.
B Bertrandus tit S. Ceciliæ Glandacenſis frater minor.
Robertus tt. Baſilicæ 12. Apoſtolorum Gebeuenſis.
Hugo tt. quatuor Coronatorum de Britannia.
Ioannes tt. S. Marcelli dictus Ambrauenſis.
Guido tt. S. Crucis in Iſrael Pictauienſis.
Petrus tt. S. Laurentij in Lucia Veranienſis.
C Frãcus tt. S. Sabinæ dictus S. Petri.
Symon tt. S. Ioannis, & Pauli Mediolanenſis.
Gerardus tt. S. Clementis dictus maioris monaſt. omnes presbyteri Romæ reſidentes.
Iacobus tt. S. Georgij ad velum aureum dictus de Vrſinis.
Petrus tt. S. Euſtachij.
Petrus tt. beatæ Mariæ in via lata dictus de Veruchis.
Petrus tt. beatæ Mariæ in coſmedam dictus de Luna omnes Diaconi Romæ reſidentes.
Sex autem alij.
Albanenſis
Cuſtulanus
Sabinenſis
S. Anaſtaſiæ
S. Vitalis
S. Mariæ in Porticu, reſidebant Auinione.

Obijt vero SS. memoriæ Gregorius vndecimus anno 1378. Martij die 27. in vigilia Dominicæ *Lætare*, ſepultuſque eſt Romæ in Eccleſia S. Mariæ nouæ, de quo exijt prouerbium. *Succeſſio Pontificum.*

In feſto Roſæ cecidit Roſa.

Decimo à morte die Cardinales intrantes conclaue, cum citramontani in electione Põtificis difficulter conuenirẽt, alijs Lemouicenſem creandũ, alijs alium contendentibus, alijs etiam metum, vt ferebatur, inijciẽtibus, quod Ciues Romani cõclaue armati circumirent Romanum poſtulantes. Tandem declaratus eſt Pontifex, non ex
D præſentibus quiſpiam, Sed Bartholomeus Archiepiſcopus Barenſiũ abſens, patria Neapolitanus, dictus Vrbanus ſextus. *Vrbanus ſextus creatur Pontifex.*

Electione facta populus exiſtimans electum Romanum non eſſe, irruit in conclaue, quo furore perculſi Cardinales fingunt Franciſcũ tt. S. Stabinæ Cardinalem eſſe electum, quo audito populus furore depoſito, eo nomine illum ſalutauit & adorauit. *Tumultus populi Romani.*

Interim fugiunt Cardinales, aliqui in Caſtrum S. Angeli, alij extra vrbem ad arces & munitiora loca. Rebus paulo poſt vt geſtæ erant cognitis, Cardinales omnes ad electum Vrbanum Sextum Pontificem redeunt, & ipſum primo paſchatis feſto, quod in 19. Aprilis incidit *Vrbanus de more coronatur.*

 cidit

Digitized by Google

cidit de more coronant, ſupplicatione à ſancto Petro cum numeroſa Cleri, & populi multitudine, ad templum Lateranenſe, & inde ad S. Petrum facta. Quinetiam ad primarios orbis Principes de electione Vrbani literas per id tempus deſtinant: libere inter ſe, & cum Pontifice conuerſantur, priuata, & publica negotia pacifice pertractant, iudicia exercẽt, ab omni natione ſupplices libellos pro diuerſis gratijs, prælaturis, & beneficijs recipiũt, ſub nomine Pontificis Vrbani ſexti bullas expediunt, omniſque generis actus Iuriſdictionales cum Vrbano veluti ſummo Pontifice exercent. A

Exercet cum Cardinalibus omnes actus Iuriſdictionales.

Interea Vrbanus, quantum onus humeris ſuis impoſitum ſit paulo altius perpendens, omnem operam ſtudiumque reſtituendæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ impendit, & à domo Dei initium ſumens, imperat Cardinalibus vt pompam minuant, ſuperuacaneam domeſticorum turbam equorumque numerum reſcindant, omnem ſymoniæ labẽ reſtitutione eluant, bonam partem pecuniæ, quam per luxum & ſuperbiam profundebant, templis reſtaurandis impendant. Se vbi hęc exequi facilius poterit, Romæ, quæ ſummæ ſedi natalis eſſet locus, permanſũrum ſancte promittens. B

Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituere molitur.

Incipit à Cardinalibus.

At Cardinales Galli numero octo qui Pontifici ad quæſtum dumtaxat, & ambitionem ſeruiebant grauiter his rebus permoti, frendere, capita conferre, in Galliam Vrbanum velle abducere; dein calũniari non libere eſſe creatum, non eſſe verum Pontificem, ſed Pontificatum vacare.

Cardinales offenduntur.

Cum igitur neque Vrbanum in Gallias reducere poſſent, nec vllo pacto mores ſuos reformare vellent, freti fauore Ioannæ Neapolitanæ Reginæ & Regis Galliæ Ananiam & Fundos clanculũ petunt, factaque turpiſſima ſeceſſione, alium ſibi ex ſuo corpore ſummum (vt dicebant) Pontificem creant: Is erat Robertus Cardinalis Gebennenſis, Comitis Gebennæ filius. Hunc menſe Septembri electum tandem Calendis Nouembris coronauerunt, Clemẽtem ſeptimum appellantes, moxque totum orbem Chriſtianum in fœdiſſimum ſchiſma cum magna Religionis & pietatis iactura coniecerunt. C

Alium ſibi Pontificem creant.

Schiſma permaximum.

Nam Gallia, poſtquam iam per menſes amplius ſex totus orbis Vrbano paruiſſet, ad ſuum Clementem adulterinum Põtificem ſtatim deſciuit. Idem fecit Ioanna Regina, magna & ipſa cauſa ſchiſmatis, mulier ingenio malo prauoque, mariti ſui Andreæ Regis parricidio infamis: Rex item Caſtellæ, & ipſe fraterno pollutus ſanguine, quod amicus & fœderatus eſſet Gallorum. Scoti etiam perpetui Gallorum ſocij, amore Gallici fœderis ſchiſmatici facti ſunt. Cardinales igitur Galli ſucceſſu hoc animati, vt Vrbanum Summum Pontificem in ſuas partes trahant, ſæpius cum eo conferunt, vtque Pontificatui renunciet, quod iuxta ſacros canones electus non eſſet, inſtant. Verum Põtifex adiutorio Dei & iuſtitiæ ſuæ cauſæ confiſus, cũ renunciare nollet, Cardinales Schiſmatici varijs Chriſti fidelibus literas D

Multi adulterino Pontifici accedunt.

Cardinales adulterini Vrbanũ ad cedendũ fruſtra hortantur.

teras

Digitized by Google

manibus ſigilliſque ſuis ſignatas ſcribunt, quibus ſignificant, Scribūt ad omnes orbis Chriſtiani Principes.
i nuper ſede vacante, cum ipſi cum alijs Cardinalibus conue-
nt, & Officiales vrbis, populuſque Romanus pro magna parte
tus hoſtili more palatium apoſtolicum circundantes commi-
itur niſi Romanum vel Italicum eligerent Pontificem, ſtatim
ſſent interfecturi, hac vi metuque coacti Bartholomeum tunc
iſem Archiepiſcopum in Papam elegerunt, exiſtimãtes ipſum,
m nefaria intruſio toti Clero, & populo nota eſſet, talis eſſe
ientiæ, vt eam nullatenus acceptaret. Sed quia ipſe propriæ
s immemor conſentiret, & de facto Papam ſe, & Apoſtolicum
inaret, qui à ſanctis patribus apoſtaticus, anathematicus, anti-
tus, & totius Chriſtianitatis deſtructor merito nominatur, hinc
iiſſa ad totius Chriſtianitatis notitiam deducere cupientes, om-
Chriſtianos *per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti* obſecrant vt de cæte- Luc 1.
bano non adhæreant. Ipſum vero admonent, vt de fine cogi-
ad quem iam traheret eum plenitudo dierum, Beatam Petri ſe-
iberam dimittat, niſi omnipotentis Dei, & Beatorum Petri &
Apoſtolorum indignationem incurrere velit. Scripſerunt lite-
as Anagniæ Rectoratus Prouinciarum Campaniæ, & Marti-
quem locum propter probitatem, & fidelitatem conſtantiſſi-
Magnifici viri Honorati Gaycini Fundorum Comitis, ac di-
m Prouinciarum Rectoris, & ſingularem deuotionem quam
omanam Eccleſiam, & fidem Catholicam gerit, tanquam eis
s ſecurum & idoneum ad præmiſſa peragenda ſe elegiſſe ſimul
icarunt.

aduerſo Vrbanus Pontifex primum benigne Cardinales citra- Exaduerſo Vrbanus adulterinos Cardinales monet.
anos intruſumque in Pontificatum, vt redeant in vrbē horta-
ndemque præfixo termino etiam mandat, alias nouos Cardina-
eaturus. Quod & illis redire negligentibus, & contumacibus Contumaces priuat & alios Cardinales creat.
m fecit. Sunt vero Cardinalium per Vrbanũ ſextum tunc crea-
n nomina.

rcha Hieroſolymitanus	Epiſcopus Tiburtinus
rcha Gredenſis	Epiſcopus Auſanus
iepiſcopus Scolernicanus	Epiſcopus Siſtarienſis
iepiſcopus Piſanus.	Epiſcopus Theatinus
. Rauennas.	Epiſcopus Ludouienſis
. Pragenſis	Epiſcopus Palentinus
. Corſienſis	Epiſcopus Aretinus
. Striganenſis	Epiſcopus Bononienſis
opus Vercellenſis	Stephanus de Columna Monachus, Generalis fratrũ minorũ.
opus Eduenſis	Generalis fratrum Eremitarum.
opus Peruſinus	Stephanus de S. Seuerino.
opus Nuchenus, Vicarius æ in vrbe,	Galiacus de Petra mala
itus de Columna.	Ludoui. cap. D. Neapoli.

Inſuper

Digitized by Google

Vrbanus ſcribit Principibus Chriſtianis.

Inſuper literas dirigit ad diuerſas Chriſtiani orbis partes, quibus electionem ſuam legitimā aſſerit: vnas miſit ad Vniuerſitatem Pariſienſem, quæ ſic incipit. A

Et primum Vniuerſitati Pariſienſi.

Vrbanus Epiſcopus, &c. Inter imo ſupra cæteras ſtudentiū vniuerſitates in quibus ſcientiarum gemma reſplendet, veſtra Pariſienſis velut quoddam ſydus radiat, & pulſis procul ignorantiæ, & errorum tenebris, doctrinæ ſuæ lumine relucet. & infra. *Eya ergo Attbletæ magnanimi ac veritatis orthodoxæ fidei deuotiſſimi defenſores, cōtra illorum impugnatores, & hoſtes fæliciter inſurgatis, vt proinde præter terrenæ mercedis præmia humanarumq́; laudum præconia, noſtrā & apoſtolicæ ſedis benedictionem & gratiam ac exauditionem in veſtris petitionibus, tanquam bene meriti, reportetis. Datū Romæ, &c.* B

Vniuerſitatis variæ ſententiæ.

Carolus Rex Galliæ mittit edicta per regnum ſuum in fauorem Antipapæ.

His viſis coacta fuit ſynodus Lutetiæ, in qua quamuis ſententiæ variarent, decretum fuit electionem vrbani non liberam, ſed coactam fuiſſe. Ideoque Clementem ſummum eſſe Sacerdotem.

Hinc Carolus Rex edictum per Regnum mittit vt reiecto Vrbano Clementi obediatur: Sed Flandri ab Vrbano reſilire nequaquam volebant.

Clemēs mittit ad Comitem Flandriæ, ſed fruſtra.

Quapropter Cardinalis à Greuilla, & Pictauienſis mittuntur à Clemente in Flandriam ad Comitem Ludouicum, vt ſe [illegible]eris Regni Principibus conformet; ſed tantum abfuit vt audirentur, vt ne admiſſi quidem fuerint, ſed reiecti, ac faceſſere iuſſi, niſi ſibi vincula mallent expectare. C

Multa in Vrbani electione Ludouicum confirmabant, primum quod ipſe Cardinalis Gebēnenſis, qui ſe modo Clementem Pontificem dicit, ſtatim poſt Vrbani electionē, ſcripſerat ipſi Ludouico, Vrbanum iuſtè ac legitime fuiſſe electum. Idcirco Comes familiaribus dicere ſolebat. Iſte Clemens cum Morinorum prius ac inde Cameracenſium eſſet Epiſcopus, familiaritate ac amicitia mihi coniunctus fuit; tantoque illi libentius adhærerem, niſi proprio ſuo teſtimonio hiſce ad me literis ſuam ipſe damnaret cauſam. Scribit enim (vt videtis) Vrbanum recte, & legitime eſſe creatum. Si igitur (inquit) Vrbani legitima eſt electio, iuſtus ipſe Pontifex, Clemenſque Pſeudo Propheta ſit oportet: non enim duos ſummos Sacerdotes capit orbis. D

Lodouicus Comes Flandriæ conuentum Eccleſiaſticū indicit.

In tanta nihilominus animorum perturbatione, Ludouicus coacto in Flandria Sacerdotum conuentu, conſultat, vtri potius Papæ parēdum exiſtimarent. Verum cum nutare ſententiæ viderentur, communi conſilio miſſi ſunt aliquot viri literati Bononiam Italiæ (vbi tum ſchola per celebris erat) ad Theologum quendam Claudiū Lygianum, cuius tanta erat fama, vt facile ſapientiſſimus totius orbis iudicaretur. Hic audita Flandrorum legatione Vrbano adhærendum aſſerebat. Eo igitur per Ludouicum Comitem audito, talem Flandrēſibus ſuis dedit ſententiam.

Mittit in Italiam.

Digitized by Google

Præmiſſa proteſtatione quod parati ſumus ſtare declarationi Con-
A cilij generalis,& ab vnitate Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ nulla-tenus diuertere, attentis relationibus per nuncios verſus Italiam & alia remota loca miſſos nobis factis, viſis etiam & auditis pro parte vtriuſque Electi propoſitionibus ſcriptiſque diuerſis, ſaluis conſciẽtijs noſtris non audemus ab obedientia Vrbani Papæ 6. primi electi, quem hactenus pro vero Papa tenuimus, & tenemus, recedere, nec recedemus, ſed tanquam Vicario Ieſu Chriſti obediemus, niſi aliter legitime informati fuerimus.

Reſoluit obedire Vrbano.

Pari modo Eduardus Rex Angliæ, qui etiam Vrbano adhærebat, Cardinalibus,qui Clemẽtem elegerant,acriter reſcripſit in hunc,qui
B ſequitur, modum.

Eduardus Rex Angliæ acriter ſcribit Cardinalibus Clementis.

Eduardus Angliæ Rex, & Dominus Hiberniæ non prout adſcribitis miſeratione diuina ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, imo verius diuina maledictione ſuper vos fulminante Lupis rapaciſſimis totius gregis inuaſoribus, ac Vulpibus callidiſſimis vineam Domini Sabaoth demoliri cupientibus, non ſalutem, ſed languorem, non gaudium, ſed mœrorem, & indui ſicut dyploide confuſione veſtra.

3. Eſd. 9. Rom. 9. Pſal. 108.

Tenor inſipidus literarum veſtrarum, quas inſtigante Diabolo per omnes, & ſingulas Chriſtianitatis prouincias temere deſtinaſtis,
C *corda & intima quæque noſtra ſaucians non vllam fidei noſtræ læſionem intulit, ſed piam cordis compaſſionem, de tam horrido ſcandalo in Eccleſia Dei nouiter ſuſcitato. Veruntamen, væ vobis per quos hoc ſcandalum euenit. Nam pallida facta eſt maioris Eccleſiæ facies, pallorem nempe turbationis eueniſſe credimus ex errore ſcelerum veſtrorum à ſanctis inaudito. Qui cum putabamini eſſe legis vulgatores; non eſtis veri Dei cultores, ſed ſacrilegi: Rubor enim verecundiæ veſtræ in mundum conſpergitur, dum ex veſtris actibus ſcandaloſis fines totius Chriſtianitatis vrun-*
D *tur.*

Luc. 17.

O deteſtabilis, & infelix ambitio, quæ tunicam Domini inconſutilem, quam ſors veſtræ diſpoſitioni nõ annuit, ſcindere nititur & partiri, quæ tamen diuiſionem non patitur, ſed congaudet potius vnitati. Serui nequam ex ore veſtro iudicandi, modum electionis Summi Pontificis nuper celebrati nobis per veſtras literas declaraſtis, dicentes quod conclaue veſtrum vallauerit armatorum indomita multitudo, minas vobis facientes terribiles, niſi Italicum elegeritis vel

1 Cor 13. Luc. 19.

Digitized by Google

Romanum, nullam tamen vobis limitando perſonam, ad quam vos
compelleret eligendam: manifeſtum igitur quod perſonam, quam vos A
conceditis elegiſſe, elegiſtis libere, non coacte, & ſic quantum ad per-
ſonam tunc à vobis electam, tenebimus firmiter ipſam electionem eſſe
& fuiſſe rite & Canonice celebratam, & ipſi electo introniſato &
coronato, & ſacroſãctæ Eccleſiæ vero capiti & ſucceſſori, & in terris
vero Vicario Chriſti fideliter adhæremus, & ipſius admonitionibus
dictis, & factis vt veri fideles, & Catholici humiliter promittimus
obedire, veſtram quoq; pernicioſam rebellionem & ſacrilegam ac hæ-
reticam contumaciam in exemplum damnabile multos trahentem B
deteſtamur inſuper & veſtram verecundiam. Cum enim in Eccleſia
ſitis conſtituti velut pugiles & propugnatores orthodoxæ fidei, Chri-
ſtianæ & Eccleſiaſticæ libertatis, capillos in capitibus rubeos compor-
tantes ob ſignum firmitatis; . . . .
. . . . quomodo metus mortis tam repente vos in-
uaſit, & vicit, vt perire iuſtitiam ſineretis? Quomodo qui vos co-
lumnas Eccleſiæ nominatis, facti eſtis infirmi, & debiles, vt ſuſtinere
Apoc 3. *non poſſitis tectum, quin rueret?*

Pſal. 140. *Sed dicitis fortaſſe, ad excuſandum excuſationes in peccatis; &* C
petrus petra fidei, & poſt petram Chriſtum primum Eccleſiæ funda-
Math. 26. *mentum ad vocem Ancillæ oſtiariæ expaueſcens, ipſum Chriſtum de-*
teſtando & iurando negauit? Cuius infirmitatis eſtis participes, &
Math. 23. *ſequaces. Genimina viperarum, callidi ſerpentis veneno inflati, ſi a-*
maram guſtaſtis herbam, guſtetis etiam cum Petro & confeſſionem.
Math. 13. *Sed veraciter hoc verbum ſeminamus ſupra petram, nam veſtra de-*
teſtabilis obſtinatio Iudæ proditoris vos efficiet participes & conſor-
Eccleſ. 22. *tes, cuius iniquitas reſidet ſuper calculum plumbi. Cæcorum Dux non*
exiſtet veſtra cæcitas & cæca ſtultitia, vt illa verba quæ in veſtris li-
teris videntur ſapere pietatem & Zelum domus Dei; nos commo-
ueant. D

Marc. 8. *Satis enim luculenter perpendimus, quod ipſa verba veſtra Phari-*
ſæorum fermento condiuntur; à quo in Euangelio Chriſtus cauere
ſuos præcipit. Locum quem elegiſtis veſtris ſceleribus præparandum,
idoneum vobis nominatis, oſtendentes clare vos verum caput Eccle-
Math. 27. *ſiæ reliquiſſe, & effici membra diaboli in deſertum abyſſi cum Iuda*
proditore tendentes, vbi vos ipſos eſtis laqueis ſuſpenſuri, vt de vo-
Pſal. 68. *bis verificetur illud propheticum, fiat habitatio eorum deſerta, & in*
tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet; & iterum de ſingulis ve-
ſtrum

Digitized by Google

ſtrum dictum eſt, fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat
A alter. Præterea Comitis Fundorum claram famam veſtris falſis commendationibus in toto chriſticola populo denigraſtis, cũ dicat Poëta, turpe eſt laudari à turpibus, & ob turpia. Animaduerte igitur Fundorum Comes, qui apud quamplurimos Chriſtianorum fines iam pridem eras incognitus, de eo præſertim, cum iam tibi non nomen ſed ignominiam compararis, inimicos Chriſti & vnitatis Eccleſiæ diuiſores, ac pacis, & tranquillitatis totius Chriſtianitatis turbatores imitando, & eos in ipſorum deteſtabili perfidia confouendo, & etiam contra Chriſtum & populum Catholicum ædificaſſe . . . . . .
B . . . videaris. Exurge ergo o Comes, & muros . . . . . .
de tabernaculo fuga ſerpentes, & carbones . . . . 1. Mach. 8.
à ſinu tuo excute, ne flamma inextinguibilis te exurat, ſed Dei gratiam & benedictionem, ac totius populi Chriſtiani gloriam & commendationem conſequaris. Apoc 9. Prou. 6.

Scripſit Vrbanus, & alias literas Archiepiſcopo Colonienſi & eius ſuffraganeis, quæ ſic incipiunt. *Vrbanus ſcribit Archiepiſcopo Colonienſi.*

Vrbanus Epiſcopus, &c. Nuper cum vinea Domini Sabaoth ſancta videlicet Romana Eccleſia vterũ ſuum doleret, & amaricatis viſceribus grauia emittere cogeretur ſuſpiria, ex eo quod filios vteri ſui, Eſa 5.
C *quos enutriuerat, & de infimis erigens ad culmina dignitatum extulerat, &c.*

Qua mente Archiepiſcopus has recepit, patet ex ijs quas ipſe ad Magiſtros & Conſules Ciuitatis Leodiẽſis ſcripſit, quæ ſic habent.

Prudentibus, & diſcretis viris Magiſtris Ciuium, & Conſulibus ciuitatis Leodienſis amicis noſtris chariſſimis Fredericus Archiepiſcopus Colonienſis VVeſphaliæ & Vngariæ Dux, &c. *Archiepiſcopus Colonienſis ſcribit Conſulibus Ciuitatis Leodienſis.*

Amici dilecti noueritis quod nuper Sereniſſimus Dominus noſter VVenceſlaus Romanorum Rex ſemper Auguſtus cum multis ſacri Imperij Electoribus alijſq́; Principibus tam Eccleſiaſticis, quam ſæcula-
D *ribus, Comitibus & Baronibus, nobis etiam præſentibus in oppido Franckfordienſi conuenit, ibiq́; coram ipſo Domino noſtro Rege Romanorum aſſiſtentibus ſibi tam Electoribus quam alijs Principibus, Comitibusq́; antedictis, cæterorumq́; nobilium hominum multitudine copioſa præſente demonſtratum extitit manifeſte, ac ſolis ſplendore clarius eſt deductum, ſcilicet D. noſtrum Vrbanum Papam ſextum in ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem, per Cardinalium protunc Romæ præſentium Canonicam, & communem electionem aſſumptum, & per eoſdem ſolemnibus & conſuetis*

Digitized by Google

ritibus coronatum. Et quod eundem D. noſtrum Papam ipſi Cardinales poſtmodum per non modica temporum curricula continue ſubſequentium tam conſiſtorialiter, quam alias omnis honoris ſtudio venerationiſq; cultu quibus ſummum Pontificem venerari conuenit excoluerunt. A

Atq; idem Dominus noſter Apoſtolicus, ex his & alijs, quæ ſingula ſcribere gratia breuitatis omittimus, ante omnem diſcordiam ſchiſmatis, quod nunc inimicus homo ſpe deductus inani in quadam mundi climata nequiter diſſeminare contendit, in Papatus pacifica poſſeſſione quieuit, ſicut per totum Imperium, ac etiam diuerſas alias Prouincias atq; Regna ipſam poſſeſſionem obtinuit incunctanter. B

Ex his ipſe D. noſter Romanus Rex orthodoxæ fidei Zelo ſuccenſus tanquam Princeps Catholicus Romanæ Eccleſiæ Aduocatus, & defenſor eximius, præhabita deliberatione matura, cum antedictis Principibus, omnibus & ſingulis in hoc ſecum vniformiter concordantibus, conuenit, ſe inſimul præfatum D. N. Vrbanum pro ſummo Pontifice firmiter habituros. Et quod ipſe D. noſter Rex Romanorum ſæpedictus D. N. Vrbanum in præfata ſua papatus poſſeſſione defenderet, ac eidem contra reſiſtentes aſſiſteret conſilijs & auxilijs oportunis. C

Hæc omnia & ſingula præfatus Dominus noſter Romanorum Rex præfato ſuo ſolemni concilio tam vobis quam alijs ſacri Romani Imperij fidelibus pro tunc abſentibus nunciare diſpoſuit, attentius requirendo & ſolertius exhortando, vt omnes & ſinguli ſibi præmiſſis fideliter adhæreant, nec ad partem dicto D noſtro Papæ contrariam quoquomodo ſuſtinendam ſe patiantur induci, neque literas vel proceſſus quoſlibet, in derogationem ipſius D. noſtri Papæ tendentes infra limites ſeu poteſtatem ſuam publicari permitterent ſiue legi. D

Et quia ad plenum nobis non conſtat, ſi vos nuncios dicti D. N. Regis receperitis, ſuper eo ſpecialis dilectionis fauore, quo erga vos & Ciuitatem veſtram Catholicam ſynceris præcordijs afficimur ex antiquo, vnà cum Reuerendo in Chriſto patre D. Cunone Archiepiſcopo Treuirenſi auunculo noſtro chariſſimo, & Illuſtri Principe D. Ruperto ſeniori Comite Palatino Rheni, & Duce Bauariæ ſacri Romani Imperij electoribus noſtris chariſſimis, qui etiam literas ſuas vna cum præſentibus veſtræ diſcretioni deſtinare,

Digitized by Google

A *deſtinare curarunt, huius facti veritatem ſimplicem duximus exponendam, vt eos, qui contra S. Romanam Eccleſiam, dictumq́ D. N. Vrbanum ſextum iniquitatis trahentes vehiculum, vnitatem tunicæ inconſutilis ſcindere, ac oues gregis in lupinos morſus ſæuiſſimos ſuis relatibus confictis abigere non formidant, patentius cognoſcentes, ſuper plebem, & populum veſtrum Leodienſem fideles excubias peragendo, non patiamini per ipſos notiſſimos AntiChriſti diſcipulos dictam plebem Chriſticolam à ſaluifica manu Petri piſcatoris abduci, & in abyſſum pelagi perpetua periclitatione* B *damnari, Præcauentes etiam ſummopere ne dictorum falſidicorum literæ ſeu proceſſus aut etiam infecti Sermonis eloquia infra veſtram Ciuitatem vllatenus admittantur vel etiam audiantur.* Ioan. 19.

Per hoc calamitati quam patitur in præſenti Chriſti ſponſa immaculata virgo mater Eccleſia ſalubriter ſuccurretis, & in futuro veſtræ ſaluti perpetuæ, ac in præſenti ſæculo ſtatus, & honoris integritati præclare tutiſſimo præſidio conſuletis, voſq́ ſacri Romani Imperij, cuius honorabile membrum inſeparabiliter permanetis, red- C *detis orthodoxis verbo & operatione conformes. Nobis, & dictis noſtris coëlectoribus ſuper his veſtram beneuolam cum portitore præſentium reſcribere placeat reſponſiuam. Datum Luiſze die 25. menſis Iulij:*

Scripſit Vrbanus, & alias litteras Capitulo & Clero Ciuitatis Leodienſis, ex quibus quæ fuerit Cleri Leodienſis ſententia de hoc ſchiſmate ſatis eluceſſit ſic igitur habet. *Vrbanus ſcribit Capitulo Leodienſi.*

Vrbanus Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei dilectis filijs Capitulo & Clero Ciuitatis Leodienſis Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ineffabili mentis iubilo altiſſimo referimus gratias, quas noſtra poteſt infirmitas, ex eo quod ſicut à fidedignis accepimus, largitor D *omnium bonorum Deus mẽtium veſtrarum oculos illuſtrauit, vt declinatis laqueis quos per mundum, proh dolor, AntiChriſtus quaſi vndiq́ iecit, per veritatis tramitem ambuletis.*

Pro quo prudentiã veſtram dignis in Domino laudibus attollẽtes, deuotionem veſtram rogamus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, quatenus ſpiritum fortitudinis aſſumentes, literas monita vel mandata illius hæreſiarchæ Roberti videlicet olim Baſilicæ 12. Apoſtolorũ Presbyteri Cardinalis, qui Clementem Papam 7. auſu temorario nominari ſe fecit, excelſis & intrepidis animis reſpuatis, eiuſq́ Luc. 1.

 virulen-

virulentis, & peſtilentiſſimis ſuggeſtionibus, quibus ſicut intelleximus impreſſionem tumultumq́; popularem fuiſſe in Canonica electione noſtra prætendit, nullatenus intendatis. Quinimo tãquam Orthodoxæ fidei feruidi Zelatores præfatum hæreſiarcham eiuſq́; ſequaces, qui Ziſaniam in agro Dominico, & cuncto populo Chriſtiano ſerere non pauesců̃t, eorumque legatos & Nuncios quacumq́; dignitate præfulgeant capere ſeu capi facere, & alias perſequi toto mentis deſiderio iuxta veſtrarum virium ſuppetentiam ſtudeatis, proinde præter noſtram & apoſtolicæ ſedis gratiam, & humanæ laudis preconia, eternæ vitæ præmia merituri. A B

Math. 13.

Deo etenim gratias, quia aduerſariorum noſtrorum, qui aduerſus nos velut teſtes iniqui inſurrexerunt. Et in quibus mentita eſt iniquitas ſibi, malitia manifeſtiſſime detecta eſt, ac noſtra innocentia noſtraq́; Iuſtitia adeo notoria cunctis patet, quod nulla poteſt tergiuerſatione fuſcari. Teſtis etiam nobis eſt ille, qui nil ignorat, quod ſi ſenſiſſemus nos per oſtium non intraſſe, per horæ ſpatiũ non fuiſſemus auſi in Petri Cathedra reſidere. Sed quia ſicut eſt toti mundo notoriũ, & niſi malitia hoſtium noſtrorum mentis oculos obcæcaſſet, ipſimet hoc etiam faterentur, prout alias ore, & literis confeſſi ſunt, & per euidentia facta manifeſtaq́; ſigna notiſſimum fecerunt, quod per viã S. Spiritus ad ſuſtinendum Eccleſiæ vniuerſalis onera noſtram imbecillitatem Deus elegerat. C

Pſal. 26.

Ideo depoſita formidine fortitudinis thoracem induentes decreuimus pro defenſione veritatis, & fidei catholicæ, ſponſæque noſtræ quibuſcumq́; periculis, & perſequutionibus obijcere corpus noſtrum in illo, qui in ſe ſperantes non deſerit, confidentes, quod Eccleſiam ſuam nunquam derelinqueret, ſicut nec aliquando reliquit, licet eam quandoq́; permittat perſequutionum fluctibus agitari.

Iam etenim procellulæ, quæ ſuper cacumina montium ſe videbantur extollere, incipiunt quietari. Nam poſt nobis nuper miſſam de cælo victoriam, qua Britones, & Vaſcones, alijque ſtipendiarij & præfati hæreſiarchæ ſequaces conflicti fuerunt, poſtq́; deditionem Caſtri S. Angeli de vrbe eodem die non ſine miraculo ſequutam, dilecti filij Neapolitani Zelo deuotionis accenſi prædictum hæreſiarcham antipapam, & Catholicæ fidei ſubuerſorem de Ciuitate Neapolitana, in qua ſperabat in peſtilentiæ Cathedra reſidere, cum magno opprobrio fugauerunt. Ioanna quoq́; olim Regina Syciliæ quæ ab illis peſtilentiſſimis viris ſeducta per errorum tramitem ambulabat, abiurato D

Pſal. 1.

errore

Digitized by Google

errore huiuſmodi nos credit & tenet verum Ieſu Chriſti vicarium,
A *& cœleſtis clauigeri ſucceſſorem, de die autem in diem eiuſdem Ioannæ ſolemnes Nuncios expectamus. Die quoq; 3. præſentis menſis Iordanus de Vrſinis de Mareno, qui nos & dilectos filios populum Romanum cum auxilio ſequacium antichriſti multipliciter moleſtabat, illo faciente in cuius ditione cũcta ſunt poſita, in ſpiritu humilitatis rediuit ad obedientiam noſtram, & Eccleſiæ prælibatæ.*

Super his autem vobis latius explicandis, dilectis filijs Ioanni de Dunghen, & Ioanni Lovvys, Magiſtris in artibus, & in vtroq; iure
B *peritis harum latoribus, velitis fidem iudubiam adhibere. Datum Romæ apud S. Petrum pridie Idus Iunij Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Dum hæc impigre datis hincinde à Pontificibus literis per orbem Chriſtianum diſſeminantur, cœpit Eccleſia in partes diuidi alijs Vrbaniſtis alijs Clementinis appellatis, cœpit alter in alterutrũ cẽſurarum fulmina iacere, dignitatibus priuare, ad arma prouocare, claſſicum canere, & imprimis Clemens, qui Auinionem vbi ſedem cum ſuis Cardinalibus collocare conſtituerat proficiſcens, copias Britannicas (quas Papa Gregorius adhuc Auinionæ exiſtens pro de-
C fenſione Eccleſiæ in Italiam miſerat) ſecum duxit, quibus in itinere Tyburtum Anagniam & vicinos agros prædari & exurere, aliaque huiuſmodi hoſtilia exercere cœpit.

Alter Pontifex alterũ cenſuris ſubijcit, dignitatibus priuat.

Clemens arma ſumit.

Ita Europa tota animis ſtudijſque diſciſſa, Francia, Hiſpania, Scotia, Sabaudia, cum adiacentibus Clementi adhæsêre; Italia, Alemãnia, Anglia. Flandria, Hungaria, Bohemia, parteſque vicinæ ſub Vrbani obedientia permansêre. Non deerant tamen qui ſe neutrales dicerent, donec concilio generali res tota decideretur.

Europa ſtudijs in duas partes ſcinditur.

Durauit hoc pernicioſum ſchiſma annis ferme 40. vſque ad concilium Conſtantienſe quo Dei ſingulari munimine Eccleſia ſciſſa vnitati priſtinæ reſtituta eſt.

D

ANNOTATIONES.

Originem Schiſmatis huius eo diligentius fideliuſq; potuit auctor noſter deſcribere, quod Romæ eſſet, dum quæ hic narrat, gererentur. Vide Platinam conformiter ad auctorem noſtrum ſcribentem, & alios, qui de rebus huius temporis ſcribunt.

CAPVT.

Perſandus eligitur à Capitulo in Epiſcopum & confirmatur à Clemente Antipapa. Arnoldus Horneus ab Vrbano Epiſcopus creatur, & aduocatur à Leodienſibus.

CAPVT XIII.

DEfuncto Ioanne de Arkel anno redemptionis noſtræ 1378. quinta die ab eius obitu concordibus Canonicorum ſententijs electus eſt in Epiſcopum Leodienſem Dominus Euſtachius dictus Perſan de Rupeforti Canonicus Leodienſis, nec longa poſt mora D. Wilhelmus Volen vice Decanus Leodienſis, & Abbas noui Monaſterij Hoyenſis alijque primarij viri in Italiā ablegantur ad Confirmationem à Summo Pontifice impetrandū; hi à Cardinalibus Clemētinis Auinionem mittuntur, inde Fundos proficiſcuntur, vbi Clemēs erat, à quo, malo conſilio, confirmationem accipiunt.

D. Euſtachius Perſan eligitur in Epiſcopū Leodienſem.

Confirmatur à Clemente Antipapa.

Vrbanus interea verus Pontifex, quem non latebat Ioannis de Arkel obitus, & præpoſtera Perſandi Confirmatio, Dominum Arnoldū de Horn ſub id tempus in curia exiſtentē ad Epiſcopatū Leodienſem ex Vltraiectenſi euehit, tum vt ius veri ſui Pontificatus Leodiēſibus manifeſtaret, tum vt Eccleſiæ Leodienſi de Epiſcopo grato, & maxime pro rerum Leodienſium ſtatu idoneo prouideret. Erat enim is ex Comitibus Hornanis finitimo patriæ Leodienſi loco progenitus, virili in ætate, annos natus circiter 40. viribus corporis & animi pollēs, Iuriſprudētiæ ſicut & rei militaris apprime peritus, qui Eccleſiæ Leodienſis Iuriſdictionem in pace conſeruare, & belli tempore contra hoſtiles inuaſiones defendere poſſet.

Vrbanus Arnoldum de Horn ad Epiſcopatū promouet.

Dum hæc agit, Vrbanus orta eſt inter Perſandū Epiſcopum & D. Waltherū de Rupeforti eius fratrem Epiſcopatus Mamburnū grauis ſimultas ratione prouentuū menſæ Epiſcopalis; dicebat enim Waltherus illos interim dum legittime confirmatus non eſſet Epiſcopus ad ſe veluti Mamburnū pertinere, ille & ſe legitime confirmatū, & fructus omnes hactenus decurſos ſuos eſſe contendebat. Cum nemo interim hanc inter fratres controuerſiam facile dirimere poſſet, Perſandus cum Wenceſlao Brabantiæ Duce, Archiepiſcopo Coloniēſi, & Duce Iuliæ fœdus inijt, quod grauiter Leodienſes acceperūt. Quocirca Hornanum, quem ab Vrbano ad Epiſcopatum euectum didicerant, aduocant, fidem, obedientiam, opemque promittunt.

Diſcordia Perſandi & Mamburni.

Perſandus deficit ad Ducem Brabantiæ.

Ille igitur Leodienſiū votis ſatisfacturus, eodem anno paulo ante feſtiuitatem Natalis Domini cum Ludouico fratre, ſplendido multorum patriæ procerum Comitatu Leodium ingreditur, & à Clero Magiſtratu, & populo magno applauſu recipitur.

Arnoldus de Horn Leodiū venit vti māburnus.

Cum vero videret rem periculo plenā ſi prouiſionem ab Vrbano ſibi factam prouiſioni Clementinæ Perſando factæ præferret, quod Leodij

Leodij factioſi non deeſſent, qui partibus Clementis fauerent, nec in A vicinis Brabantiæ locis certum vſquequaque eſſet, Vrbanum verum eſſe Pontificem, hoc temperamentum inijt, vt iam non Epiſcopum ſe profiteretur, ſed mamburnum, maximè quod in agro Vltraiectenſi ſopiendis quorundam Geldrorū motibus adhuc diſtineretur. Itaque placuit Leodienſibus conſilium, conſtitutoque fratre ſuo D. Ludouico Hornenſi loco ſui Mamburno, rediit Vltraiectum.

Annotationes.

Hoc totum caput confirmatur ex chartis & documentis Eccleſiæ & patriæ Leodienſis, nec non communi relatione Chronicorum præcipuorum Ioannis Stabulaus, B *Zantflietz & Gemblacenſis.*

Bellum Perſandi, Ducum Brabantiæ & Iuliæ, Archiepiſcopiq́; Colonienſis, contra patriam Leodienſem.

CAPVT XIIII.

IGitur Perſandus & cum eo Brabantiæ & Cliuiæ Duces, necnon Archiepiſcopus Colonienſis magno cōſcripto exercitu Traiectū C ad moſam veniunt, primores vrbis 24. quod Hornano per Vrbanum creato adhæerēt, in exilium mittunt, inde ſe in omnes patriæ Leodienſis partes diffundunt prædas agentes. *Viginti quatuor Traiectēſes in exilium mittuntur & quare.*

His exacerbati Leodienſes Perſandum Epiſcopatu tanquam proditorem ſacrilegum excidiſſe publice edicunt, eius ſigna concremāt; Horneum Epiſcopum cōmuni acclamatione tanquam à legitimo Pontifice Vrbano datum gratulabundis vocibus acceptant, fortunas vitamque in eius obſequium offerentes. *Perſandus deponitur & eius inſignia cōcremantur.*

Deinde cōuentu patriæ indicto, Oppida caſtraq; armanda, & præſertim loca Traiecto vicina decernunt, viros egregios rei militaris gnaros illis præficiunt, Viſeto quidem Wilhelmum ab Horion probū ſtrenuumq́ue militem, Hasbaniæ D. Raſonem. *Patria armatur.*

D Dum his omni ſtudio inſiſtunt, Dux Wēceſlaus totam (vt iactabat) patriam populaturus, tria equitū millia verſus Iecorā fluuiū ſubmittit, qui vicinos quidē pagos ſpoliarunt. Sed Tongrenſes eorum aduentum per exploratores edocti quoſdam occiderunt, nouemdecim ceperunt, ac reliquos in fugam egerūt; & capti quidē (lex enim huius atrocis belli erat, vt nullius vitæ parceretur) ceruices ſuas gladio ſuppoſuêre. Inter quos eminebat inſignis nebulo Theaſtrinus de Schyme infeſtus patriæ Leodienſis hoſtis. *Dux Brabantiæ patriā vaſtat.*

Leodienſes igitur Ducis patriam ingreſſi Hanutum ſpoliant, cremantq́ue, inde ad Landen properāt. Conſtituerant illic Brabanti 14. milites cū multis lancearijs, qui audito Leodienſiū Trudonenſiumq́; *Et viciſſim Leodienſes patriam Ducis.*

F aduentu

aduentu terga vertentes Thenis montem confugiunt. Interea Leo-
dienſes Landen depopulantur. Erant & in terra Dalenſi equites Du- A
cis quingenti, illuc concito gradu properant, Moſam traijciunt, ho-
ſtem adoriri parant. Sed cum Brabanti legem datam intelligerent
nulli captiuo parcendum eſſe, ea ſibi minime certandum rati, in fugã
ſe dederunt. Itaque Leodienſes villas tranſmoſanas numero viginti
quatuor deprædatas flamma horribili abſumunt.

Lendiẽſes certamen Duci offerunt.

Dum vtrinque hæc geruntur, & nihil præter flammas Leodinus
Brabantinuſque ager circumſpicit. Leodienſes miſerti ad Ducem
mittunt rogantque, vt vtrinque ab incendijs temperetur, armis ne-
gotio finis ponatur: Ad quæ Dux reſpondiſſe fertur ſibi cum ruſticis

Inſolentia Ducis.

certamen eſſe nolle; Archiepiſcopum vero & Ducem Iuliacenſem
hoc verbo offenſos ſubiecıſſe, vere non ruſticos eſſe Leodienſes, ſed B

Deſeritur à Duce Iulia & Archiepiſcopo Colonienſi.

milites, eoſque ſtrenuos, eoque dicto Duci ſtatim valedixiſſe, quod
auxiliares copias illi ſubminiſtraſſent non ad miſerorum ædes con-
cremandum, ſed ad hoſtem more militari debellandum. Vnde vires
Ducis Brabantiæ mirum in modum exciſæ extenuatæque fuêre.

Erat iiſdem diebus in caſtris Ducis Comes Salmenſis agrum Con-
droſianum exedens diſſimulante Hugone de Baſſins Condroſij Balli-
uo. Cuius rei conſcij Hoyenſes & Dionantenſes de vtroque egregiã
vindictam ſumpſerunt.

Hpyeuſes & Dionantenſes patriam Ducis vaſtant.

Nam & Hugonis domum incenderunt, & patriam Luxembur-
genſem vſque ad ipſum Marchienſe oppidum ferro flammiſque va- C
ſtarunt. Inde migrantes Han ſuper Leſchiam cum caſtro incende-
runt, villam de longo prato in deditionem acceperunt, & mulcta-
runt. Hanutum rurſus acceſſerunt, & quod in eo viciniſque locis re-
liquum erat, flammis abſumpſerunt. Raſo de Lamin, D. de Hardue-
mont, Balliuus de Moha, Ioannes Rocheris cum ſuis Geldoniam,
& loca Brabantiæ finitima Theniſmontem vſque concuſſerunt.

Dux inglorius patriam Leodienſem egreditur.

Huiuſmodi victorijs Hoyenſes Dionantenſeſque elati rurſus in
hoſtes regrediuntur, villam de longo prato, quam ante gratioſe mul-
ctarant, vi capiunt ignique ſuccendunt, die ſequenti caſtrũ illius ſatis
munitum ſpoliant, concremant, & multa hoſtilitatis ſigna circum-
quaque relinquunt.

Rebus noſtris ita ex voto ſuccedentibus Dux Brabantiæ, qui agrũ D
Leodienſem vaſtare diſpoſuerat vndique vaſtari, prædarique ſe conſ-
piciens relicto Traiecto per Comitatum Loſſenſem non ſine peri-
culo tranſiens inglorius Bruxellam repetit.

Sub idem tempus Tongrenſes quoſdam prædones tranſmoſanos,
vſque ad caſtrum de Peterſem perſequuti in fugam adegerũt, verum
Ducibus Tongrenſium regreſſis, quidam ex gregarijs ſubſequentes

Caſtrũ de Peterſem ſubruitur.

ſuborta rixa à familiaribus D. de Peterſem occiſi fuerunt. Vnde Leo-
dienſes querela Tongrenſium audita iniuriam vindicare cupientes
caſtrum D. de Peterſem egregium & forte, quamuis ille condignam
& largam proocciſis compenſationem offerret, demoliti ſunt.

Interea

Interea Comes Flandriæ trengam annalem inter Ducem & patriā
A Leodienſem procurauit quæ in feſto S. Luciæ proclamata fuit. *Trenga annalis proclamatur.*

Sub finem huius anni moritur Carolus Imperator Bohemiæ Rex, qui 32. annis regnauit reliquit duos filios Wenceſlaum & Sigiſmundum: Wenceſlaum ante obitum ſuum Cæſarem appellauit. Hic cum iam cum patre regnaſſet annis octo poſt obitum patris imperauit annis 22. vir ignauus patri diſſimilis, cui propterea Imperium ablatum fuit anno 1399. *Mors Caroli Imperatoris.*

ANNOTATIONES.

1. *Quæ hic habentur de bello Perſandi, Ducum, & Archiepiſcopi Colonienſis, de-*
B *ſertione Ducis Brabantiæ propter eius inſolentiam, eiuſq; inglorio receſſu, confirmantur Chronicis Ioannis Stabulaus, Zantfliet, & Gemblacenſi. Si quis velit particularius videre cauſam & deſtructionem Caſtri fortiſſimi de Peterſem legat Chronicon Zantfliet.*

2. Moritur Carolus Imperator:] *Vide Naucl: Geneb. & alios.*

D. Arnoldus de Horn præſentatis Capitulo literis Vrbani Pontificis, & VVenceſlai Imperatoris inauguratur in Epiſcopum, & mox arma ſumit contra
C *D. Ioannem de Rodemache.*

CAPVT XV.

TReugis igitur publicatis D. Arnoldus de Horne anno 1379. die craſtino S. Seuerini inſigni ducentorum, & amplius nobilium Comitatu ſtipatus Leodium ingreſſus eſt, non iam vt patriæ māburnus, ſed vt Epiſcopus & Princeps, ſolemnibuſque cum Capitulo & Magiſtratu ſacramentis ſeruatis, literas Epiſcopatus ab Vrbano Pontifice & regalium ab Wenceſlao Imperatore conceſſas Capitulo præſentauit, Exemplar literarum Wenceſlai ſic habet. *D. Arnoldus de Horn inauguratur vt Epiſcopus & Princeps.*

D *VVenceſlaus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Bohemiæ Rex, Magiſtris ciuium, Proconſulibus, Conſulibus, Maioribus, Scabinis, Iudicibus, communitati Ciuitatis Leodienſis, nec non omnibus & ſingulis terrigenis, incolis, & habitantibus terræ diſtrictus Leodienſis gratiam Regiam, & omne omen bonum.* *Literæ conceſſorum regaliū.*

Fideles dilecti quia venerabili Arnoldo Leodienſi Epiſcopo noſtro, & Imperij ſacri Principi feuda Regalia ſuæ Leodienſis Eccleſiæ abſenti de innata nobis benignitatis clementia & gratia ſpeciali per noſtras regales literas duxerimus concedendum, ipſumq; abſentem

Digitized by Google

tanquam præſentem, de eiſdem Eccleſiæ ſuæ feudis regalibus legitime & realiter inueſtiuimus, prout hæ regales noſtræ (vt præmittitur) literæ id edocent clarius, & expreſſius. A

Idcirco fidelitati veſtrum omnium in genere ſpecialiterque veſtrum cuilibet auctoritate Romana, regia, & de noſtra certa ſcientia mandamus, & iniungimus ſerioſe, quatenus eidem noſtro Principi Leodienſi & veſtro Epiſcopo in omnibus, quæ feuda ſua regalia, & temporalitatem ſuæ Leodienſis Eccleſiæ in toto vel in parte, concernere videntur, iuxta morem & ritum in Ciuitate & extra per totum Epiſcopatum Leodienſem obſeruatos hactenus; velitis & debeatis parere, & ſine qualicumque renitentia fideliter obedire. B

Datum Nurembergæ 1. die Septembris ſub appenſo ſigillo, Regnorum noſtrorum Bohemiæ anno 17 Romanorum vero 4.

Horneus Epiſcopus init fœdus cum Duce Brab.

Igitur Epiſcopus & Princeps inauguratus vt pacificum regiminis ſui initium haberet, cum Duce Brabantiæ, de cuius ſanguine ex latere materno prodierat, fœdera pacis inijt, in quibus vnum fuit, vt prouentus Epiſcopatus in agro Iuliacenſi ſitos, quos fauore ipſius nuper Perſandus leuauerat deinceps reciperet. Perſandus igitur vtriuſque Principis Brabantiæ, & Iuliæ fauore derepente ſe priuatum conſpiciens, vnum ſibi contra Hornanum refugium reſtare videbat, vt opem Clementis antipapæ, illiuſque adhærentium imploraret: ſed cum Leodienſes Vrbani partes tuerentur, & Hornanus tum parentibus potens, tum populo gratus eſſet, relicta dignitate, quod reliquum vitæ fuit priuatum ſibi traducendum putauit. C

Perſandus relicta dignitate priuatam vitã agit.

Iuſtitium ceſſat.

Horneus igitur Regimini manus admouens, primum omniũ tribunalia, quæ à morte Ioannis Epiſcopi clauſa fuerant aperiri, & vnicuique iuſtitiam miniſtrari iuſſit.

D. de Rodemach bellum indicit Horneo.

Interea D. Ioannes de Rodemache fœcialibus miſſis bellum illi & patriæ contra fœdera nouiſſime cum Duce inita indicit, mox caſtra ad oppidum Bullonenſe metatus, illud inerme non difficulter cepit & ſpoliauit. Arcem vero reſiſtentibus fideliter fortiterque præſidiarijs deſerere coactus fuit. D

Horneus exercitum cogit.

Horneus cognita Domini de Rodemache perfidia, coacto Leodienſium, Hoyenſium, & Dionantenſium exercitu Bullonium magnis itineribus contendit; Rodemache Epiſcopi ſuorumque potentiam veritus in Arcem de Cherapier ſe coniecit; ſed cum illius munitionibus non ſatis fideret, immiſſo in eam igne fugæ ſe dedit. Leodienſium porro exercitus ad Caſtrum D. Gerardi Rocourt, Lupiſitus nuncupatum, Ducatus Barenſis applicuit, eique, quod Domino de Rodemache Bullonium ſpolianti auxilia ſubminiſtraſſet, vices repẽdit, caſtro ipſius ſpoliato ac ſolo æquato.

Caſtrum Lupiſitus ſpoliat & diruit.

Dum

Digitized by Google

Dum hæc in agro Bullonenſi fiunt, Louanij tumultus popularium
A aduerſus primores vrbis exortus eſt, cuius occaſio iſta fuit. Wenceſlao à Duce Iuliæ capto, plures Brabantini (vt ad annum 1371. diximus) ſimul capti ingenti lytro ſe redimere debuerunt. Quocirca Wenceſlaus vectigal populo indixerat; cuius collectam cum ſibi primores vrbis arrogarent, nec populus illis fideret, cœpit aduerſus eos conſpirare, reſque eo progreſſa eſt, vt amotis Senatoribus viros ex ſuo corpore delegerint, qui ærarij publici curam haberent. Quo in ſtatu exacto prope triennio, cum huius ſeditionis auctor ad Conuentum patriæ Bruxellas veniſſet, à Ioanne Caiſerio viro nobili, qui metu vulgi Louanio illuc profugerat, occiſus fuit. Hac cæde accenſa multitudo in Curiam irrumpens Senatores nu-
B mero 16. (vt quidam tradunt) feneſtris eijcit, quos alij foris expectãtes partim infeſtis haſtis excipiunt, partim trucidant.

Tumultus Louanienſis contra ſuum Ducẽ VVenceſlaum.

Tantam ſæuitiam rabiemque pertæſus Wenceſlaus, copias Louanio admouit, vt eo capto huius ciuilis motus auctores compeſceret.

Protracta in ſeptem hebdomadas obſidione, cum Oppidũ expugnare non poſſet, tandem cum paucis admiſſus, ſeditionis incentores eiecit, vnico inter alios inſigni Ioanne Suarterio, qui & ipſe plebem concitauerat, gladio ſubiecto.

VVenceſlaus obſidet Louanium, tandem ingreditur & rebelles corrigit.

Eodem anno conſentiente Epiſcopo, & Capitulo, cum Præſidiarij de Argenteal Viſetenſibus moleſti eſſe pergerẽt, factus eſt pons lig-
C neus iuxta Viſetum quo Leodiẽſes facilius moſam traijcere, & Viſetenſibus opem ferre poſſent.

Pons ligneus iuxta Viſetum.

Incidit quoque in hunc annum origo cruenti, & diuturni Gandẽſium tumultus, qui à paruis (vt ſolet) initijs ortus in ſeptem annos, hoc eſt ad annum 1385. quo ſcribere deſij, protractus fuit, & ſupra ducenta hominum milia abſumpſit.

Origo tumultus Gandenſis.

ANNOTATIONES.

1. D. Ioannes de Rodemache fœcialibus miſſis:] *Zantfliet fuſe bellum hoc deſcribit, ſicut & pacem factam interuentu Regis Francorum & ſatisfactionem quam idem D. præſtitit Epiſcopo & patriæ.*

D 2. Louanij tumultus popularium:] *Barlandus idem refert in Chron. Ducum Brabantiæ cap. 64.*

3. Eodem quoque anno conſentiente:] *Chronicon Gemblacenſe.*

4. Origo cruenti & diuturni:] *Vide Paulum Aemilium & Meyerum ad hunc annum.*

CAPVT.

Digitized by Google

A

Arnoldus Epiſcopus Aquiſgrani præſens accipit Regalia ab Imperatore, Ludouicus Comes Flandriæ mouet bellum Gandenſibus rebellibus, quibus fauent Leodienſes.

CAPVT XVI.

Cæſar VVenceſlaus venit Aquiſgranum. Vrbanus per Germaniã declaratur verus Papa.

ANno à partu virgineo 1380. Wenceſlaus Romanorum, & Bohemiæ Rex cum Illuſtriſſimo Pillero Cardinali Rauennate ſplendidiſſimoque Principum Electorũ Comitatu venit Aquiſgranum, venit illuc & Horneus Epiſcopus magna ſtipatus nobilium B patriæ caterua. Hoc in Conuentu inter alia rurſus actum, vt exorti nuper pernicioſi ſchiſmatis omnis tolleretur diſputatio. Igitur longa maturaque deliberatione habita, iterum viſum fuit, vt Vrbanus verus Pontifex, & legittimus Beati Petri ſucceſſor nonobſtantibus quibuſcumque Clementis antipapæ publicatis proceſſibus, per terras Imperij declaretur & pro tali recipiatur. Quo vnanimi Principũ electorum ſententia concluſo, Horneus quod iam abſens ante fecerat, ipſe coram faciendum ratus, feuda, & Regalia à Cæſarea Maieſtate pro veteri cõſuetudine ſibi clementer concedi, patriamque Leodiẽſem in ſuam paternam tutelam, defenſionem, & gratiam recipi rogat, cui Cæſar pro ingenita clementia annuit. C

Horneus præſens accipit regalia.

Lodouicus Flãdriæ Comes incipit ordiri bellum cõtra Gandenſes.

Sub Calendas Septembres, eiuſdem anni Comes Flãdriæ Ludouicus, redacturus in ordinem rebellantes ſibi Gandenſes, cum iam totum illorum agrum vaſtaſſet, cohortes Gandauum mouet, vt oppidũ obſidione premat. Huius militiæ Magiſter (Mareſchalcum vocant) erat Galterus Augienſis necdum primam adoleſcentiam egreſſus, cætera fortis, & animoſus valde, cui aderãt & multi alij primæ nobilitatis viri.

Mareſchalcus Comitis adoleſcens animoſus.

Obſidebat autem Comes Gandauum ad portas Brugenſem, & Cortracenſem, ſed impedire non potuit quo minus per tres aut quatuor alias portas ciuitas commeatum omniaque neceſſaria acciperet. D quamuis ſexaginta armatorum millia hac in obſidione habere diceretur.

Magnus numerus armatorũ Comitis.

Maior Gandẽſium.

Cenſus quoque virorum actus Gandaui: cenſa 80. (quod vix credi poteſt) millia pugnatorum, ſupra quindecim & infra ſexaginta ætatis annos: Bruxellani & Leodienſes plurimum fauebant Gandẽſibus, eoſque per literas animabant, quod eorum optimam iudicarẽt eſſe cauſam, quamdiu pro veteribus legibus & libertate pugnarent. Gandauenſes igitur quamuis obſiderentur tantos tamen ſumpſẽre ſpiritus, vt magno egreſſi numero Aloſtum, & Teneremundam obſiderent, ac quidem ſexto Calendas Octobris ingreſſi fuerunt pratum quoddam ex quo Aloſtum capi poſſe videbatur. Verum ciues aquis

Gandenſes egreſſi inuadũt & obſidẽt plura oppida.

aquis Teneræ fluuij laxatis locum repente inundarunt, vnde obſidẽ-
A tium non pauci ſubmerſi, complures etiam aquas euadere ſatagẽtes occiſi. Inter hæc tamen Niniuen Oppidum diripuerunt, & incenderunt arcemque eius euerterunt.

Niniuen diripiunt.

Dehinc ſexta Octobris ſex millia armatorum Aloſtum duxerunt. Præſidiarij Oppidi etſi mediocriter muniti eſſent, tamen impares ſe vidẽtes Bruxellam fugere. Interim Oppidum oppugnare miſſilibus ignem inijcere, denique Oppidanos ad deſperationem, & fugam adducere. Hinc ingenti præda potiti Gandenſes Oppidum incendio abſorpſerunt. Atque inter hæc quidem crebra cum Comite ſed leuiter Commiſſa ſunt prælia.

Aloſtũ capiũt & ingentem prædam abducunt.

Memorabile eſt quod apud Leodium pago Seranio ſub hos dies
B accidiſſe mihi nunciatum eſt: cum parochus ibi ſacram hoſtiam inter miſſæ ſolemnia de more eleuaret, cœpit præter morem æditus vultum ab hoſtia cum fremitu auertere, vnde parochus in ſuſpicionem eius quod erat adductus, ſacris peractis confeſtim illum exorciſat, & inter alia multa dæmonem coniurationibus preſſum adigit, vt non Clementem ſed Vrbanum legitimum Papam eſſe profiteretur. Nam & ego, inquit, cum alijs, auctor fui, vt Cardinales Galli alterum, qui ſe modo Clementem nominat, eligerent.

Poſſeſſus profitetur Vrbanum eſſe verũ Pontificem.

Nec illud memoria indignum quod per idem tempus in Villariẽſi Cyſtercienſis ordinis Monaſterio accidit. Quidam frater Martinus nomine, cum Lutetiæ fauore quorundam mœcenatum aliquot annis
C ſacris literis ſtuduiſſet & gradu iam Baccalaureatus inſignitus, ad vacantem Abbatialem dignitatem propter eruditionem, & quam de ſe fecerat temporalium recte adminiſtrandorum ſpem, electus fuiſſet, factum eſt contra, vt Ducis Brabantiæ aulam frequentare, Monaſterij bona ac eleemoſinas ſurripere diſſipareque cœperit. Et cum religioſi ſuperioribus ſuis quotannis viſitantibus iam multoties querelas de ſacrilega huiuſmodi prodigalitate fruſtra propoſuiſſent, tandẽ aliud nullum præſentius remedium rati, illum in vincula coniecêre, quibus tamen poſtmodum deprecatis, liber factus, ad Horneũ Epiſcopum contendit & de Monachis ſuis queritur: Epiſcopus aſſumptis aliquot eiuſdem ordinis Abbatibus Villarium viſitat, Monachos aliquot carceribus mancipat: Abbas de Monachis ſuis quaſi triumphũ
D agens, ego (inquit) B. Mariam Deiparam Sanctumque Nicolaum huius loci patronos ſancte inuoco, precorque, vt ſigno aliquo demonſtrent, quis cui iniuriam inferat. Vix verba finierat, & ecce *manus Domini ſuper eum.* Nam ilico in amentiam verſus ore ad terga conuerſo inſtar bouis mugiens miſera morte perijt.

Abbas prodigus miſere à Deo punitur.

Act. 13.

In vigilia B. Lamberti quæ incidit in diem 16. Septembris obijt Carolus Quintus Rex Francorum relictis liberis Carolo 6. & Ludouico. Carolus regnauit 42. annis.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES. A

1. Sub Calend. Septemb:] *De tumultu & bello Gandenſium vide Paulum Aemilium, & Meyerum.*

2. Nec illud memoria indignum:] *Vide Chronicon Gemblacenſe.*

Ludouicus Flandriæ Comes conatur fame opprimere Gandenſes, quibus Leodienſes ſuccurrunt. Mors miſera Iohannæ Reginæ Syciliæ, quæ prima ſchiſmatis fautrix fuit. B

CAPVT XVII.

LVdouicus cum parum obſidione huiuſmodi apud Gandenſes proficeret, fame illos vincere cõſtituit. Anno itaque poſt Chriſtum natum 1381. Brabantos, Hannones, & alios commeatũ eis deferẽtes aggreſſus, partim occidit, partim fugat, itineraque claudit, vicos quoque & arces circum Aloſtum promiſcue concremat. Sed & Brabantiæ Dux, Albertuſque Comes Hannonienſis vt Ludouico gratificarentur, commeatus Gandenſibus deferendi copiam ſub capitis ſententia interdicunt: vacuantur interim Gandaui granaria vſque adeò, vt famelicum vulgus piſtorum domos perrumpere, & panes vi rapere inciperet. C

Comes Flãdriæ vetat ferri Gãdauum cõmeatum.

Fames magna Gandaui.

Arteuelda tamen populi tunc dæmagogus nunc viſitatis Monaſteriorum ac ditiorum granarijs nunc procuratis ex Hollandia, Zelandiaque panibus piſtis, farinaque vaſis incluſa pauliſper ſuccurrit & populum ſedat.

Sub quadrageſimam autem cum vlterius inediæ reſiſtere non poſſent, Duce Franciſco Agricola egreſſi ſunt verſus Bruxellas ad duodecim circiter armatorum milia fame prope confecta. Quæ quidem impetratis per commiſerationem ædulijs, tribus circiter ſeptimanis apud Bruxellas primum, deinde apud Louanium conſtitêre. D

Egrediuntur duodecim milia fame fere confecta.

Sed & Leodienſes propitios experti, ſexcentos currus ab eis frumento farinaque onuſtos reportarunt, ac in ſuam vrbem inuexerunt.

Bruxellenſes & Leodienſes ſentiunt propitios.

Et Horneus ipſe ſe pro pace apud Comitem acturum pollicitus eſt.

Agricola quoque in ſuo ad Gandauenſes reditu Ioannam Ducem Ludouici ſororem pro concordia deprecatur, quæ addicit ſe fratrem Tornacum vt concedat rogaturã, ac cum eo per Commiſſarios ſuos vna cum Hannonibus Leodienſibuſque acturam.

Interim currus ſuos Gandauum inducit obuiantibus ſibi Bruxellã vſque

Digitized by Google

vſque ciuium quinque milibus non ſine incredibili gaudio & Leo-
A dienſium prædicatione.

Cum igitur nec fame ſuos domare poſſet Comes, Gandauum caduceatorem mittit, qui primores vrbis ad colloquium & pacis vel treugarum tractatum aduocet.

Gandenſes cum ingenio Comitis parum fiderent venireque idcirco tergiuerſarentur, tandem accepta ab eo fide publica, nonnullos ſubmittunt, quos ipſe ilico contra Gentium iura obtruncari fecit. *Perfidia Comitis.*

In Italia Vrbanus Pontifex in Iohannam Syciliæ Reginam exacerbatus, quod Cardinalibus rebellibus patrocinaretur, quæ tamen Romanis quam Gallis vicinior erat, & Vrbanum vti Neapolitanum B potius colere debuerat, illam multis excommunicationum nexibus implicitam regno priuat, illudque Carolo Comiti Durachij de Regũ Hungariæ proſapia progenito confert. *Vrbanus Ioannam Syciliæ regno priuat & Carolo Hũgaro donat.*

Carolus ſuis, & Vrbani Copijs adiutus Regnum fœliciter ingreditur, Ottonem Regem vincit, comprehendit, denique regnum occupat. *Carolus regno potitur.*

Regina vicinum in caſtrum acta, extremis proſpicere cupiẽs regni hæredem ſcribit Ludouicum Andegauenſem pro Carolo nepote minorenne Franciæ Gubernatorem, ſi forſan ipſam de Carolo Hungaro Regni ſui inuaſore vindicare poſſit. Sed in caſſum omnia. Siquidem illam Hungarus antequam Ludouicus exercitum collegiſſet C vi iniecto faucibus eius puluinari extremo ſupplicio affecit, & Syculos in ſuam poteſtatem redegit. *Ioanna regni hæredem ſcribit Ludouicum Andegauẽſem, ſed fruſtra.*

Per hos dies pons ligneus, quo moſa traijci poſſit inter Seraniũ, & Iemeppiam à Leodienſibus extruitur.

ANNOTATIONES.

1. Ludouicus cum parum obſidione:] *De fame Gandenſium, ope illis data per Leodienſes præter noſtratia Chronica Zantfliet & Stabulaus, teſtatur quoq; fuſe rerum Flandricarum ſcriptor Meyerus ad hunc annum.*

2. Vrbanus Pontifex in Iohannam Syciliæ Reginam:] *Idem referũt fuſe Platina, Paulus Aemilius & alij.*

D

Tumultus Leodij ratione Schiſmatis Vrbani & Clementis, victoria Gandenſium de Comite Flandriæ, & mors Ludouici Andegauenſis.

CAPVT XVIII.

ANno poſt Chriſtum natum 1382. Quidam Ioannes de Sprymõt Eccleſiæ D. Bartholomei Leodij Canonicus Auinione rediens

 pluri-

Clementini in ne e n Vrbaniſtarum conſpirant.

plurimos dolis & mendacijs ad partes Clementis allexit, remque eo deduxit, vt plurimi ſe Clementinos iactare, & in Vrbaniſtarum Ducem conſpirare auderent. A

Detegitur conſpiratio.

Re igitur per Henricum Frerart illius anni Conſulem detecta, Magiſtratū compellat, ſeditionem periculuúq; inſtans detegit, vndecim aut duodecim priuatorū ędes armatis iam oppletas deſignat, qui Perſandum in Epiſcopum electum, & à Clemente confirmatum in ſedē Epiſcopalem reſtituant, Horneumque, & omnes Vrbaniſtas illi adhærentes vel in ſuas partes flectant, vel carceribus mancipent, aut neci tradant.

Caput Clementinorum.

Cum hæc Frerardus diceret. Ecce Henricus Ægidij homo audax, & eloquens, ſemipotus Frerardo obſtrepere, Clementinos Perſandumque laudibus efferre non erubuit. Re apertam in ſeditionem abeunte aduocantur proceres Henricus de Perweys, Waltherus de Rochefort, frater Perſandi nuper Ciuitatis mamburnus, Ioannes de Boueria alter ciuium magiſter, alijque Ciuitatis Cōſiliarij, qui de Clementinis eorumque coniuratione informati, concito gradu ad domum Ioannis de Bruuiet Canonici Eccleſiæ Collegiatæ S. Crucis Leodienſis ſe conferunt, vbi nonnullos Clementinos armatos deprehendunt & in vincula conijciunt. Quo audito Ionnes de Sprymont tumultus auctor quantocius ſe in fugam conijcit. B

Capiuntur Clementini.

Ioannes Sprymont fugit.

Sedato vtcumque hoc motu, conſilia cum D. Horneo de re tota pro tempore conferunt, & in craſtinum maturius pertractandam definiēdamque in Capitulo Leodienſi reſeruant. C

Inquiſitio in Clementinos.

Sequenti igitur die duo nomine Epiſcopi totidemque nomine Eccleſiæ primariæ & ſingularū ſecundariarum nominati fuerunt, qui diligenter in Clementinos inquirerent.

Ludouicus Comes parāt Gādauū capere.

Per hos dies Ludouicus Comes Flandriæ cohortibus ſuis edixit, vt ad Calendas Mayas eſſent parati. Siquidem ſuæ intentionis eſſe à Brugenſium ſupplicationibus Gandauum tendere, quod in extremis famis anguſtijs verſarentur, ſed & nobiles patriæ ſpecialiter ad id monitos voluit.

Mediatores pacis.

Inter hæc Ioanna Brabantiæ Dux, Albertus Hannoniæ Comes, Arnoldus Leodienſis Epiſcopus interceſſores ex condicto conuenēre, tandemque à Ludouico obtinuēre, vt de pacis conditionibus Tornaci tractaretur, quod & factum eſt octaua paſchatis, conueniētibus ibi cum Epiſcopo primoribus Brabantiæ, & Hannoniæ quos Ioanna, Albertuſque miſerant. D

Comes nō vult audire de pace niſi facta hoſtium ſuorum vitæ mortiſq; & fortunarum facultate.

Eodem ex Gandenſibus miſſi ſunt Senatores duodecim Philippo Arteuelda Duce, cui Gandauo exeunti populus prouolutus ſublata voce ſupplicauit, vt qualemcumque pacem referret. Quocirca commotus, omnia, præter ius necis, Comiti permittebat: Sed Comes offenſus Brugis ſe continuit, nec de pace audire voluit, quam facta ſibi vitæ mortiſque & omnium fortunarum facultate.

Arteuelda igitur Gandauum redit, vocataque in forum ad concionem

cionem plebe, Comitis voluntatem exponit. Tunc miſerabilis fletus, vlulatuſque mulierum maxime & puerorum ortus. Et Philippus Chariſſimi (inquit) ciues, ſunt hic 30. hominum millia qui intra dies quindecim non guſtauerunt panem, eoque res iam noſtræ ſunt ſtatu, vt ex tribus quodnam potiſſimum eligendum ſit diſpiciamus; ſacrane confeſſione purificati & templis incluſi moriamur, an illaqueatos irato nos Comiti tradamus, an armis adhuc fortunam experiamur, Brugaſque petamus?

A

Quodcumque optimum factu cenſueritis, ego ad id exequendum me Ducem profiteor, primuſque pro repub. offero.

Tum miſera Concio, dediſti (inquit) optionem, elige igitur tu ipſe, & te ſequemur.

B

Gandauenſes eligunt potius pugnando mori quā ſe Comiti tradere.

Ex omni igitur numero lecta ſunt quinque circiter hominum millia, qui animorum magnitudine ac corporum robore præſtantes adhuc erant:

Secundo die Maij Brugas mouent, & poſtero die mane in eo caſtra locant campo, qui à ſylua proxima Beuerholtanus gentiliter appellatur.

Quinque milia Gandenſiū Brugas obſident.

Interea Brugenſes partim ſe ad pugnandum inſtruunt, partim ſacra amburbalia religioſe ob reuerentiam ſacri ſanguinis peragunt.

Arteuelda ſpem omnem mētemque ad Deum erectam ſuos habere iubet, in eo omnem fiduciam victoriæ ponendam, non in proprijs viribus, aut ſapientia, opeue humana.

C

Arteuelda ſuos animat.

His alijſque animos eorum confirmauit, moxque acies inſtruxit.

Ex aduerſo Brugenſes finitis omnibus ſacris ac pretioſo ſanguine Chriſti circum vrbis mœnia de more portato, bene pranſi Comitem adeunt, petuntque vt Gandauenſes adoriantur, facilem de tam paucis fore victoriam. Fuêre tamen qui die tam ſacro pugnandum non putabant.

Brugēſes bene pranſi ad pugnam procedūt.

Et nobiles quidam ex conſilio Comitis in ea omnino erant ſententia, vt nihil opus eſſet ipſos adoriri, certum eſſe vix per quatriduū poſſe famem tolerare. Quod ſi oppidum oppugnare tentent, nil facilius, quam talem paucitatem mœnibus arcere.

Dantur meliora conſilia.

Sed erant hæc nimis ſana cōſilia; Aliter diuinæ viſum eſt prouidentiæ, quæ Brugenſes, & Comitem punire conſtituerat. Adeo moræ impatientes erant Brugenſes, vt pars abſque vllo ordine excurrētes, mox velut oues & gallinarum pulli fuerint ab hoſte mactati, & iam vero aduesperaſcere cœperat cum Comes ad triginta milia armatorum oppido Brugenſi eduxit dimicaturus cum Gandauenſibus.

D

Brugenſes moræ impatiētes ſine ordine currunt ad pugnā

Cœperunt igitur, Brugenſes iactare lapides per tormenta ſua, Simul Gandauenſes treçentos emiſerunt iactus ſaxorum.

Ad primum clamorem, & impetum iactumque ſaxorum Brugenſes velut laſſi homines, qui vires non habent, defiungebantur ac per-

Pugna Brugenſiū & Gandenſium.

rumpi ſuos ordines ab hoſte permittebant, intrantibuſque fortiter Gandauenſibus armis proiectis terga dederunt. A

Brugiſes dant terga.

Nec plus quam ipſum vulgus nobilitas præſtitit virtutis. Omnis ſe vna cum Comite turpi fugæ mandauit:

Gandenſes etiā Oppido Brugeaſi potiuntur.

Comes diſperſa huc illuc nobilitate cum 40. non amplius viris Oppidum intrat, ſtatutiſque ad portam cuſtodibus, mandat ſub pœna capitis vt omnes adunati in foro oppidum ſaltem defendāt. At Gandauenſes accerrime rem gerentes per mili are cum dimidio pone ſequuntur, terga cædunt, ad portā interfectis multis oppidum vi intrāt: forumque omni pulſo obſtaculo occupant.

Comitis turpis fuga.

Comes nihilominus omnia reparare conatus cum funalibus accēſis magno numero in forum ſe dare putat, at vbi fruſtra ſe niti omniaque perdita eſſe videt, vt ſe tanto eximat diſcrimine, agmen ſiſtit, extinctiſque facibus, ac valedictis omnibus iubet, vt pro ſe quiſque ſalutem quoquomodo quærat. B

Ipſe vero ad aquas amoris proficiſcitur, vbi per paruam ſcapham foſſam Oppidi tranſmittit peruenitque ad proximum pagum cui fanum Michaëlis in Winebriga nomen, ibi ruſticum nactus iumentū Rollarium fugit, atque inde Inſulam.

Arteuelda forum Brugenſe ſeruat

Interea Agricola, tenente Arteuelda forum per Byrſam aliaque compita, & vicos celebriores quoſcumque obuios occidit.

Brugenſiū neces lamentabiles.

Lamentabile vero id erat, quod non modo Brugenſes à Gandauenſibus, ſed etiam ab externis famulis ſuis trucidarentur. Externa enim ſeruitia ex Brabantia, Geldria, Leodio, Hollandia, Zelandia, Weſtphalia aliiſque vicinis, vt vidēre captam eſſē Ciuitatem, per noctis tenebras in Dominos ſurrexerunt, eoſque iugularunt furantes diripienteſque quæcumque poſſent. C

Sic Diuinæ placitum voluntati, Comitem Brugenſeſque flagellare, qui primam accenderant facem tam luctuoſi belli Ciuilis.

Rebelles ciuitates gaudent de victoria Gādenſium.

Leodienſes Rotomagenſes Pariſij, & aliæ pleræque Ciuitates gauiſæ ſunt ob Ludouici Comitis cladem & Gandauenſium victoriam. Nam & ipſæ contra ſuperbiam, & auaritiā nobilitatis arma ſumpſerant. In primis autem gaudebant Louanienſes, qui eodem tempore motum contra Ducem ſuum excitarant. D

Dux Andegauenſis proficiſcitur in Italiā capturus poſſeſsionem regni Scyiliæ.

Sub idem tempus, cum Dux Andegauenſis gubernator Regni Franciæ intelligeret ſe Regem Sycilíæ teſtamento Ioannæ Reginæ ſcriptum, quantocius per Clementem Antipapam teſtamentum confirmari procurauit, iunctoque ſibi D. Amædeo Comite Sabaudiæ lectiſſimum viginti quinque millium equitum conſcribit exercitum, quo cum in Italiam, poſſeſſionem Regni accepturus, feſtinat.

Igitur Bononiam, Aquilegiam, & Marchiam Anchonitanam per anguſtas vias peragrans, partim contagioſo morbo, qui iſtic graſſabatur, partim ruſticorum montanorum latrocinijs, qui ea loca

per

Digitized by Google

per id tempus infeſtabant, non exiguam partem exercitus perdidit.
A His nihilominus difficultatibus quoquo potuit modo ſuperatis, circa Neapolim appulſus; haud longe ab ea caſtra metatur, illam mox obſidione cingere meditans, ſed incaſſum omnia; nam in dies magis ac magis exercitum peſtis depopulabatur, & Vrbanus cohortes Anglorum equitum, peditumque inſtructiſſimas carolo Syciliæ Regi in auxiliũ mittebat, & ſuas ſingula oppida copias ſubminiſtrabãt, quibus vndique cinctus Dux ſuorum ſuæque ſaluti conſũlendum ratus, vigeſima nona Nouembris relicta Neapoli Apuleiam verſus contendit: illic in hybernis militem curaturus. Sed cum & iſtic commeatus deficeret, & ſolito acerbius peſtis ſæuiret, ac Carolum naues in
B portu relictas omni commeatu ſpoliaſſe, abduxiſſeque intelligeret, mœrore confectus velut alter Antiochus in terra aliena inglorius obijt, militibus ſuis miſere per Italiam partim cæſis, partim diſperſis.

Eius exercitus perit.

Andegauenſis mœrore contabeſcit.

2 Math. 9.

Iiſdem diebus in ſuburbio S. Laurentij Ciuitatis Leodienſis Adoleſcens cum iuuencula matrimonium contraxit, in eoque iucunde vixit vſque ad dominicam proxime ſubſequentem, qua iuxta patriæ morem noui coniuges ad ædem ſacram à Parocho benedictionem accepturi ſe conferre ſolent. Nocte igitur Dominicam præcedente, cum ſani hilareſque ad cubile ſeceſſiſſent, mane exorto vterque deprehenſus eſt mortuus, non leui ſuſpicione eos de eorum cathalogo coniugatorum fuiſſe, quos depingit Ra-
C phaël Angelus Tobiæ loquens *Audi me* (inquit) *& oſtendam tibi qui ſunt, quibus poſſit praualere Dæmonium. Hi namq; qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent; ſicut equus, & mulus quibus non eſt intellectus.* Quanquam & alijs ex cauſis ſubitaneum hoc genus mortis potuiſſe hos miſeros incurrere, indubium eſt.

Gembl.

Duo noui coniuges deprehenduntur in lecto mortui.

Tob. 6.

ANNOTATIONES.

1. Quidam Ioannes de Sprymont:] *Bruſtemius & alij noſtrates Scriptores.*

2. Per hos dies Lodouicus Comes:] *Vide Paulum Aemilium, Meyerum*
D *& alios.*

3. Nec de pace audire voluit:] *Baptiſta fulgoſus de hoc Comite eiuſq; nimia in Gandenſes ſeueritate lib. de rebus memoralibus ſic cribit.* Perſæpe contingit vt prælio vincantur qui honeſtis conditionibus pacem abnuunt, quemadmodum Ludouico Flandriæ Comiti eueniſſe parentum noſtrorum ætas vidit. Nam cum Gandauenſem Vrbem, quod ab eo rebellauerat non longe ab ea poſitis caſtris obſideret, in magnam populum Gandauenſem rerum neceſſariarum egeſtatem coniecerat. Itaque cum miſſis oratoribus lachrymantes errori ſuo veniam peterent, Ludouicus ſuperbe reſpondit, ſe nunquam

Digitized by Google

facturum niſi pedibus nudis abiectis exterioribus indumentis, aperto capite, extra vrbem fune in collum appenſo ad petendam veniam venirent. Tunc igitur cum id egiſſent ſe reſponſurum dicebat. Hoc reſponſo commota Ciuitas, cum nullum iam niſi audendo remediũ ſaluti ſuæ ſupereſſe putaret, decreuit armis ſumptis potius in acie cadere, quam per hunc modum venia petita ludibrio haberi. Egreſſi igitur ad eruptionem cum quinque milium numerum non excederent, magnamque tormentorum vim in curribus, & ſimul quatuor dierum cibaria ſecum deferrẽt, prius Chriſtiana confeſſione luſtrati aduerſus Comitem, qui in vrbe Brugenſi cum ſuis agebat, agmen direxerunt. Cum non longe ab eo abeſſent, munitis iam caſtris, in eos Comes cum circiter 30. hominum milibus impetum fecit. Ipſi autẽ omnibus tormentis vno tempore in Comitis exercitum vſi, & vna omnes caſtris egreſſi ingenti ſublato clamore, tanto animorum ardore in eum irruerunt, vt temporis momento omnes eius copias funderent. Fugientes autem inſecuti superueniente nocte cum eis Brugenſem vrbem ingreſſi ſunt. Nec multum abfuit quin Comes in ea clade caperetur: qui cum ſe in Furnarij lecto abdidiſſet, proxima nocte vrbem pedes egreſſus, vix ad Inſulam (ea eſt vrbs) tutum in locum recipere ſe potuit. Cum autem poſt paruum tempus ſine liberis deceſſiſſet, gener eius Philippus Burgundiæ Dux, vir ſocero longe temperatior omnem eum motum atque controuerſiam compeſuit. *Hactenus Fulgoſus.*

A B C

4. His diebus cum Dux Andegauenſis:] *De toto hoc infœlici bello Ducis Andegauenſis vide Paulum Aemilium Nauclerum, Meyerum & alios.*

5. Ijs diebus in ſuburbio S. Laurentij:] *Idem refert Chronicon Gemblacenſe.*

Horneus tumultus Dionanti, & Trudonopoli exortos ſedat, proficiſcitur in Angliam, vt pacem inter Regem & Ludouicum Comitem Flandriæ componat. Vrbanus Pontifex plures Cardinales incarcerat, incarceratur & ipſe ac à Carolo Sycilie Rege mox liberatur. Et paulo poſt Carolus intoxicatur & in mare proijcitur. D

CAPVT XIX.

ANno ſalutis noſtræ octuageſimo tertio ſupra milleſimum trecenteſimum, inſignem in ſopiendis quibuſdam popularibus motibus Horneus Præſul induſtriam ſolertiamque oſtendit.

Proſequebatur litem coram Officiali Leondienſi ciuis quidã Dionantenſis

nantenſis, quam huius procurator in aliquot annos multis quæſitis
A ambagibus protraxerat, totamque miſeri ſubſtantiam abſumpſerat. Cum igitur nec ipſe, nec vxor haberent vnde familiam vltra ſuſtentarent, impotentia animi victi, Magiſtratum adeunt, procuratoris procraſtinationes, technas, fraudeſque lachrymoſis verbis exponũt & grauiter accuſant: Quibus permoti Conſules vniuerſuſque populus dedignantes contra vnum procuratorem litem intẽtare, iunctis animis cõtra ipſam Officialis Curiam omneſque illius procuratores conſpirant, proceſſus omnes literaſque citatoriales commonitoriales, excommunicatoriales, aggrauatoriales, denique quæcumque curiæ mandata Dionanti reperta ad ſe deferri iubent. Deinde publi-
B ce in foro constructo rogo omnibus applaudentibus cremant, procuratorem ipſum extra Iuriſdictionis ſuæ limites proſcribunt, arma in Curiam procuratoreſque ſumenda decernunt; *furor arma miniſtrat.*

Dionantenſes conſpirant contra Curiam & procuratores.

Comburunt publice omnia mãdata Curiæ.

Virg. lib. 1. Aeneid.

Lectis igitur ex tempore militiæ Ducibus, non exigua ciuium coniuratorum manu quamprimum Hoyum deſcendunt, factum exponunt, hominem ſuis fortunis cum vxore & prolibus nudatum in medium producũt, *fit cælo clamor*, omneſque pariter in Curiam procuratoreſque cõiurant. Hæc velociter Leodium fama perferente, extemplo Hoyum pene ſolus aduolat Horneus, in medium populi iam pro-
C pe furibundi prorumpit, cauſam tumultus cognoſcit, probat illiſque ſubſcribit, vindictam populo promittit, ſtatimque cum omnium ciuium gratulatione & applauſu tempeſtas exorta, ſedata eſt. Sciebat nimirum vir experiẽtiſſimus principijs huiuſmodi motuum quibuſcumque rationibus obſiſtendũ eſſe, primaſque ſcintillas quamprimum extinguendas, ne ſi vires ſumpſerit incendium extingui facile nequeat.

Horneus ſecreto Hoyum venit & tumultum ſedat.

Vix eo fluctu ſedato, Trudinopoli alia non minoris periculi tempeſtas excitata eſt; filijs Domini de Heers nothis vicinam in ſyluam venatum profectis, eorum canes agricolas Trudonenſes, in quos forte inciderant, latratibus morſibuſque aggreſſi ſunt, quos cum illi à ſe fuſtibus acriter repellunt, accurrunt Heerenſes eoſque occidunt.

Nothi de Heers occidunt agricolas Trudonenſes

D His cædibus commoti Trudonẽſes, ſumptis armis agrum Domini de Heers populantur, villas ſpoliant, & exurunt, hoſtilia quæque in illius agricolas exercent, ipſum denique caſtrum adoriuntur. At Præſidiarijs fortiter ſe gerentibus, vnus Trudonenſiũ, qui iam caſtri mœnia ſcanderat, perimitur. Dominus de Heers veritus ne Trudonenſium multitudine creſcente fortiores euaderent, Caſtrũque iniecto miſſilibus igne cremarẽt, Leodium ad Horneum Antiſtitem mittit, conſilium, opemque eius implorat, ſatisfactionem pro nothorum ſuorum homicidijs, quorum ipſe ignarus, eſſet promittit.

Oppidani ad arma conuolant.

D. de Heers Horneum & Magiſtros Leodienſes aduocat

Igitur Antiſtes, extemplo eo properat, tumultumque his conditionibus ſedat, vt D. de Heers nomine nothorum duo millia flore-

norum

Digitized by Google

norum Oppido Trudonenſi, & aliud mille parentibus occiſorum penderet, Trudonenſes vero quia domos agricolarum D. de Heers concremarant, quod ad ſolum Dominum; & Principem Leodienſem in ſuis terris pertineat, certam pecuniæ mulctam perſoluerent. A

Dum hæc gerit Horneus Leodij, Ludouicus Flandriæ Comes ad eum legatos mittit, rogatque vt ſuo nomine Angliam petat, Regem qui Flandriam cum Gandenſibus ſibi rebellibus vaſtabat, placaturus.

Vrbanus offert indulgentias bellantibus cõtra Clementinos.

Huius belli Anglici contra Flandros hæc origo progreſſuſque fuit, Vrbanus Pontifex diplomata miſerat in Angliam, omnibuſque delictorum veniam obtulerat, qui aut contra ſchiſmaticos Clementinos arma ſumerent, aut pecuniam (quæ neruus belli eſt) ſacro huic bello gerendo contribuerent. Simul ſatrapis & belli Ducibus eam expeditionem profeſſis, decimas, & prouentus Eccleſiarum per Angliam conceſſerat. Ita vt breui tempore per Regnum Angliæ vicies & quinquies centena millia Francicorum aureorum collecta dicantur. B

Gandenſes iñgunt ſe Anglis contra Flandros.

Flandri quare exiſtimati Clementini.

Longa fuit inter Satrapas conſultatio contra quos primum bellũ geratur, ideo quod Rex præcepiſſet in eos duntaxat mouendũ quos conſtaret eſſe Clementinos, & ſchiſmaticos. Igitur Hugo Chauerellus ſenex & expertus in Gallos, Spenſerius vero ſuggeſtione Gandenſium in Flandros mouẽdum cenſebat, qui ea de cauſa præualuit, quod, vt dicebant Gandenſes, Flandria vere Clemẽtina eſſet, vt quæ fere tota in deditionem ceſſiſſet Regis Galliæ, & non amplius Comitis, ſed Regis nomine gubernaretur. C

Igitur 12. Calend. Iunias huius anni 1383. Greueningam primum mouent, Oppidum exiguum, quod tamen non niſi fuſo multo ſanguine capi potuit. Inde Bruchburgum id eſt Caſtrum paludis illis vicinum, quod ſe mox dedit, cuius exemplo Duynkerka, Mardica aliæque vicinæ munitiones in poteſtatem eorum venerunt.

Pugna Anglorum cum Flãdris.

Ingens vbique tumultus, & trepidatio exoritur. Flandri magno prope Bergam conflato exercitu cum hoſte certandum decernunt: Quo cognito Angli ſe parant, pugnatum acriter æquo aliquamdiu marte donec crebras Anglorum ſagittas ex tranſuerſo miſſas Flandri diutius ſuſtinere non potuerunt. Prior igitur Flandrorum acies multis amiſſis cedere cogitur, tum altera perturbata terga vertit ſed equitatum ferociter inſequẽtem effugere nequit. Quare oppreſſi obtritique magno numero perierunt. D

Flandri vincuntur.

Angli proſequuntur victoriam.

Angli victoriam proſequentes Hypram venerunt, munitum erat Oppidum magnis foſſis, muro ceſpitio, ac ſepibus ex ſpinis flexis, quemadmodum antiquibus teſte Strabone Belgæ ſua Oppida firmabant.

His igitur in Anguſtijs conſtituta pene tota Flandria Comes valde ſollicitus, præſertim quod ſciret Hypram propter magnam mortalium

Digitized by Google

taliũ multitudinem, quæ ad eam velut aſylum recurrerat, fame domari facile poſſe, Arnoldum Horneum Epiſcopum ad ſe Inſulam accerſit, illumque exoratum ad Anglum mittit, vt exponat Hypréſes iam inde ab initio Vrbano Pontifici ſemper obediuiſſe, Anglis nihil nocuiſſe, ſed amicos ſemper illis fuiſſe, orare vt pro ſua clementia ac iuſtitia gentem inſontem nihilque mali meritam vexare deſinat, exercitumque reducat, pro belli impenſis æquam ſummam æris Ciuitatem numeraturam: Flandriam quoque ſi relinquat, ſe illi impenſis ſuis cum quingentis equitibus per tres menſes in quoſcumque Clementinos militaturũ. Quibus per Epiſcopum propoſitis, Rex Oppidi potiundi nimis cupidus in propoſito perſeuerare, Clementinos vſque vocare, nolle aliud credere, nolle niſi Oppido capto vel pedem diſcedere, ſe fidem Gandenſibus habere, præterea meminiſ; quocirca re infecta Horneus Inſulam ad Comitem, indeque domũ per Hannoniam rediјt.

Comes Flandriæ Horneum mittit in Angliam pro pace ſed fruſtra.

A

B

Erat Rex ſententiæ ſuæ tenacior, quod ſperaret breui totam Flandriam in poteſtatem ſuam venturam. Et reuera ope Gandenſium ita eueniſſet, niſi Galliæ Rex, & Dux Audax mox Flandris ſuccurriſſent.

Sed nec Vrbanus Pontifex, qui belli huius auctor erat & fomes, permiſſus eſt quietus viuere.

Nam Paulo poſt Cardinales, quos ipſe recens crearat, apud Carolum Syciliæ Regem tantum effecerunt, vt is quem & ipſe Vrbanus ad regiam dignitatem promouerat, manũ in eum mitteret, illumque in carcerem coniјceret, cuius ſceleris princeps fuit Cardinalis Aretinus. Cum vero Pontifex qua de cauſa quorumue factionibus hæc Carolus ageret, haud ſatis aſſequeretur, vnus Cardinalium facti proprij pœnitentia permotus Vrbano factionem detegit, & ſupplex veniam implorat.

C

Vrbanus proditur & capitur.

Igitur Pontifex arcanum tegens, non poſt multos dies multo ære animum Caroli expugnat, priſtinamque libertatem recuperat. Diſſimulans porro, cum proditoribus more ſolito aliquamdiu conuerſatus, Neapolim cum eis proficiſcitur, multiſque Eccleſiæ negotijs in medium propoſitis, conuentum in diem craſtinum in Luceria caſtro indicit. Ibi omnes, vno Aretino proditionis auctore ſeſe abſentãte, apprehenſi, & carceri mancipati ſunt.

Liberatur.

Capit proditores.

D

Sed & Carolus non gratis *in Chriſtum Domini manum iniecit*: defuncto enim nuper Hungariæ Rege cum viduæ Dominatum contemnerent Hungari, Carolum ad ſe vocatũ Regem crearunt, & cum vix menſe regnaſſet, inſidijs viduæ (vt creditum eſt) intoxicatus in mare proiectus fuit.

1. Reg 24.

Carolus intoxicatur & proijcitur in mare.

H ANNO-

ANNOTATIONES. A

1. Proſequebatur litem:] *Hunc tumultum pulchre deſcribit Zantfliet.*

2. Filijs D. de Heers nothis:] *Idem Zantfliet.*

3. Vt ſuo nomine Angliam petat:] *Arnoldum de Horn nomine Comitis Flandriæ apud Regem Angliæ de pace tractaſſe præter noſtra Chronica refert quoq; Meyerus ad hunc annum. Idem quoq; auctor bellum hoc Anglorum contra Flandros fuſe deſcribit.*

4. Nam paulo poſt Cardinales:] *De hac tota hiſtoria & ingratitudine Cardinalium & Caroli Regis huiuſq; miſeranda morte, lege Platinã, Nauclerum & alios.* B

HVcuſq; Radulphus de Riuo hiſtoriam ſuam deduxit. Quinq; capita quæ ſequuntur, vſque ad Ioannem à Bauaria à quo incipit Suffridus Petri, adiecta ſunt ex Chronicis Ioannis Stabulaus, Cornelij Zãtfliet, & Monaſterij Gemblacenſis alijſq; probatis auctoribus, vt ſeries temporis & rerum continua ſeruaretur.

Epiſcopus, & patriæ ordines 13. Scabinis exauctoratis alios ſubſtituunt. C

CAPVT XX.

ANno 1386. menſe Septẽbri Ægidius de Lauatorio vir facũdus, & vehemẽs, nobili ſtirpe progenitus, à minore vrbis Prætore ratione certarũ hæreditatum coram Scabinis iudicio pulſatus cum cauſa cecidiſſet, ſententiæ indignitate commotus bacchãtis inſtar cœpit in foro, compitis, plateis, vicis, Oppidis Scabinos iniuſtitiæ accuſare, nũmarios iudices, fures, qui ex populi Marſupijs patrimonijſque ſua repleant nominare; quibus querelis perplures in eius partes illecti conſpirant, iuratique ſpondent ſe primo palatij conuentu pariter adfuturos, & Ægidium quidem virum eloquentẽ Scabinorum concuſſiones in media populi corona libera luculentaque oratione demonſtraturum, ipſos vero acclamaturos, & ab Antiſtite, Magiſtratu & populo vindictam de horum iniuſtitijs efflagitaturos. D

Ægidius de Lauatorio nobilis Scabinos in iuſtitiæ paſſim inſimulat.

Cõſpiratio cõtra Scabinos.

Igitur non multis poſt diebus, cum populus in palatium, quibuſdam publicis de rebus acturus conueniſſet, Ægidius memor fœderis, magna coniuratorum multitudine ſtipatus accurrit: Nactuſque dicendi oportunitatem, Viri (inquit) perſpicaces, conciues optimi, noſtis, & quotidianis populi querelis clamoribuſque inauditis, quantis vrbs hæc totaque patria per iniqua Scabinorum Iudicia damnis iniurijſque

Oratio Ægidij de Lauatorio ad Cines.

Digitized by Google

riſque afficiatur. Vna vox, vna omnium (cur enim omnium nomine
A quos vna mecum omnes ſentire haud dubito, loqui formidabo) vna inquam omnium ſententia eſt, illos in formandis iudicijs non iam merita cauſarum, ſed ſolam perſonarum faciem inſpicere, eorum ſententijs non qui plus iuris, ſed plus æris attulerint triumphare, lites in immenſum prorogare, nec prius quam marſupia litigantium vacua ſunt finē accipere. Iurene igitur eos, an iniuria furti inſimulē, deſpicite; Inique ne an iuſte accuſem eos, qui cōciuium ſuorū agros hæreditates, ſanguinē non iam iudicijs, ſed dolis, fraudibus ſurripiūt, emungūt, eliciūt perſpicite & iudicate. Vidua quam hic corā lachrymātem cōſpicitis, ab opulento hæreditatis ſuæ inuaſore iudicio con-
B uenta ſententiam haud dubia mente in ſui fauorem expectans, 100. florenos aureos ſportularum nomine prænumerauit: Reſciuit diues aduerſarius, plures donauit, victoriā reportauit, vidua hæreditate, & pecunia ſpoliata. Quid his recenſendis immoror? Infinita prope ſunt huiuſmodi concuſſionum exempla, non in hac vrbe tantum (cuius equidem nomen, dignitatemque reueriri deberent) ſed & in ſingulis Oppidis, vicis, Caſtris omnibuſque huius patriæ Angulis. Et hæc quidem ſicut libere, ita & impune ſibi licere promittunt; quia à ſententijs, quas ferunt, ſiue illæ iuſtæ, ſiue iniuſtæ ſint, neque appellari, neque ſe à Scabinatu amoueri poſſe iactitant, cum tamen & veſtri conciues ſint, & Antiſtitis miniſtri, quorum propterea correctioni ſubeſſe eos nemo non intelligit.

C Ignoſcite quæſo optimi Conciues, ſi (quandoquidem in oculos meos omniumque veſtrum incurrunt) vnum atque alterum exemplum ſuperaddidero. En veſtris obtutibus ſe offert, Raſo de Waroyes, qui cum non ita pridem ſororem meam in vxorem duceret, non erant ei annuis in reditibus centum ſpeltæ modij. Is modo bis mille, & quingentos ſcribit. Nouiſtis Ægidium Chabot, nuper tenuis fortunæ militem; iam vero ad quas non fortunas euectum conſpicitis? Vnde hæc illorum & aliorum tanta opulentia? Vos ipſi iudicate.

Hæc à vobis honorati Conſules ciueſque æquiſſimi, remedium promptum poſtulant. Si quid ſentiam exquiritis, pace veſtra, pro-
D feram, quod nemo, niſi iniquus, ſubire tergiuerſabitur. Nominet Antiſtes, ex vobis quatuor viros probos iuſtitiæq; cultores, nominēt & ſingula miniſteriorum collegia vnum, addant & ſuos ſingula patriæ Oppida, qui omnium veſtrum nomine de iudicijs per eos ab annis viginti citra habitis inquirāt, vt quod è bono publico erit, ſtatuere & eorum concuſſionibus finem tandem imponere poſſitis.

Vix dixerat & in eandem ſententiam acclamant fœderati, aduociferatur & promiſcua vulgi multitudo. *Acclamāt Ægidio fœderati.*

Sedato paulisper motu, populique clamore, Raſo qui nomen ſuū haud leuiter Ægidij oratione læſum imaginabatur ad populum ſermonem, in hunc fære modum conuertit, cauete ciues huic fatuo *Oratio Raſonis Scabini ad Populum.*

H 2 fidem

fidem adhibeatis, cauete inquam ne prærogatiuam qua tribunal hoc iam ab ipſa vrbe condita ornatum ſcitis, vobis, filijſque, & nepotibus veſtris patiamini eripi. A

Scitote etiam nos iniuriam venerando huic tribunali illatam non inultam relicturos, ſed nec veſtris, ſi quid in ordinis noſtri præiudicium ſtatueritis, obſequuturos decretis.

Oratione Raſonis exacerbatur populus.

His magis efferati inconditis clamoribus, ciues quibus hæc inquiſitio committatur ſcribi, & locum vbi teſtes audiantur deſignari, cæteraque ad eam cito perficiendam neceſſaria præparari efflagitant, ac tandem etiam extorquent.

His ita, diſſimulante Epiſcopo, conſtitutis, præfixo die ad domũ Domini Wilhelmi de Hepretmez Canonici Leodienſis conueniunt: Scabini primum, dein ciues ſuper certis accuſationum capitibus examinantur. B

Scabini propria cõfeſſione & teſtium depoſitionibus cõuincuntur & deponuntur.

Reque hoc modo diſcuſſa, Scabini numero tredecim veluti concuſſionis rei à tribunali remouentur, & mulctantur, alijque in eorũ locum ſubrogantur, vnico Wilhelmo Proeſt milite, qui raro horum conuentibus iudicijſque intererat, innocente reperto.

ANNOTATIONES.

Anno 1386. menſe Septembri:] *Si quis vult videre hiſtoriam hanc cum particularibus circumſtantijs legat Zanfliet: Meminerunt illius & omnia pene noſtratia Chronica.* C

Scabini amoti Pragam ad Imperatorem fruſtra contendunt.

CAPVT XXI.

Scabini mulctam non ſoluentes proſcribuntur.

ANno inſequente nonnulli ex Scabinis mulctam ſoluere detrectantes, eorundem Commiſſariorum iudicio à Ciuitate, & patria proſcribuntur.

Hac noua infamiæ nota aſperſi, cum nullum in Ciuitate illis reſtaret præſidium, Pragam Regis Romanorum vrbem contendunt, acrẽ prolixamque orationem contexunt, qua iniurias ſibi à Leodienſibus in magnum Cæſareæ Maieſtatis præiudicium illatas deſcribunt, ſe nimirum ab ijs contra Ciuitatis & Imperij iura, priuilegia, & conſuetudines temere, & tumultuoſe Scabinatu cum perpetua ſuæ familiæ infamia priuatos eſſe, cum Scabinatus Leodienſes ſint feuda Imperij, Scabinique tanquam ſupremi patriç Iudices à nemine vnquam dignitate moti fuerint. D

Impetrant mãdata Cæſaris fruſtra.

Ad hæc Cæſar, Epiſcopo & Ciuitatenſibus mandat, vt re non tumultuoſe, ſed mature grauiterque examinata, ſi vera narraſſe comperiantur

A periantur, quantocius eos priſtinæ dignitati reſtituant, damnaque illata reparent, & ne quid illis fraudi eſſe poſſit, duos milites Bohemos Leodium mittit, qui mandata exequantur. Verum Cæſarei auditis, cognitiſque fraudibus & furtis, quibus Scabini Ciuitatem patriamque grauare ſolerent, ſententiæ cōtra eos latæ ſubſcripſerūt. Quare ſpe fruſtrati Scabini, quidam Traiectum, alij alio migrarūt, Cæſaris interim legatis Pragam regreſſis.

Legati Cæſaris ſubſcribūt ſententiæ contra Scabinos.

Hoc eodem anno Reynaldus Geldriæ Dux bellum Carolo Francorum Regi indixit: qui tanto Ducis auſu commotus, Ducem Burgundiæ patruum ſuum Traiectum ad moſam præmittit, Oppida & munitiones patriæ Lymburgenſis commeatu, rebuſque ad bellum B neceſſarijs inſtruit, Ducis audaciam temeritatemque ſe mox repreſſurum minatus. Burgundiæ Dux Traiectum magna Pompa appulſus, ab Epiſcopo ſplendido ac veluti regali epulo exceptus eſt. Sed & Duci ſuppetias pro virili obtulit, totoque triduo adfuit.

Dux Geldriæ Regi Francorũ bellum indicit.

Dux Burgundiæ Traiecti ſplendido epulo ab Epiſcopo excipitur.

Graſſabatur ſub idem tempus vir miles Germanus, cum trecētis prædonibus per terram Stabulenſem ingreſſuſque vicum nobilem de Lierneu (qui non parua eſt ſancti Remacli patrimonij pars) inde ingentia ſpolia abduxerat: Accurrerunt Liernenſibus ſubſidio ducenti circiter Stabulenſes, ſed minus fœliciter, nam ex eis tres trucidati ſunt, capti triginta ſex, tribus tantū ex prædonibus cæſis. Verū non multo poſt irrogatam D. Remaclo iniuriam diuinum numen vindicauit, ſequenti enim anno Germanus prædonum Princeps rabioſus effectus obuios quoſque dentibus impetens, equi primum ſui aures, deinde manus proprias commanducauit, & paulo poſt C morte terribili defunctus eſt. Complices exemplo territi præpotentem diuini numinis manum agnoſcentes, ad D. Remacli feretrū in ſyluam ſtabulenſem venerunt, iratum pro ſe Deum precetur rogarunt, ſatisfactionem pollicentes.

Deus iniuriam S. Remaclo & Liernenſibus factam vindicat.

ANNOTATIONES.

1. Anno inſequenti:] *Vide Zantfliet & Chronicon Gemblacenſe.*
2. Hoc eodem anno:] *Idem refert Zantfliet.*
3. Graſſabatur ſub idem tempus:] *Vide Chronicon Gemblacenſe.*

D

Caſtrum de Reueſteyn fortiſſimum per tres Electores, necnon Ducem Iuliæ, & Epiſcopum Leodienſem obſidetur.

CAPVT XXII.

IIs etiam diebus Dominus de Reueſteyn Leodienſiū, Iuliacenſium, Colonienſium, Treuerenſiū, Moguntinenſium agros excurſionibus longe lateque vaſtabat, ferro incendijſque fœdabat, quamuis ſæpius per literas nunciosque officij admonitus.

Obſidio Caſtri Raueſtani.

Igitur

Præſidiarij validè reſiſtunt.

Igitur Principes Electores & cum eis Epiſcopus Leodienſis & Dux Iuliacenſis numeroſum cogunt exercitum, Caſtrumque Reueſtanũ obſidione cingunt. At præſidiarij loci fortitudine fiſi, nec Principum potentiſſimorum vires, nec obſidentium multitudinem veriti in eos ſæpius excurrunt, leuiaque certamina vario marte ineunt: Noſtri aliud agendum rati cõmuni cõſilio viſum fuit Hullanos ex agro Leodienſi vocandos, qui per cuniculos fundamenta caſtri ſuffodiant, accenſoque puluere ſulphureo diſturbent. A

Hullarij aduocantur.

Dum his alijſque eiuſce generis machinis Caſtrum adoriri parant, D. de Reueſteyn non immerito metuens, de pace tractare cœpit, reſque eo mox perducta eſt, vt Regis Romanorum vices gerens de controuerſia cognoſceret, caſtrum in poteſtatẽ ſuam reciperet, captiui denique abſque lytro hincinde dimitterentur. B

Pax initur.

Prædones agrum Bullonẽſem infeſtant.

Interea magnus prædonum ex Ducatu Barrenſi excurrens cuneus Bullonenſem agrum ſpoliat, Caſtri Præfectus aſcito ſibi arcis de Muha gubernatore quantocius cohortem militum colligit, terram Verdunenſem excurrit, diuitem prædam, tum hominum tum pecorum ſecum reuehit. Erant in pecorum armento trecenti forſan boues, quos cum incolæ de Maruilhe ſuos aſſererent, militique pecus abigenti iter claudere conarentur, atrox certamen initum eſt, ex Barenſibus Meruilhienſibuſque centum & quinquaginta cæſis, duobus ſolum ex aduerſo deſideratis.

Arcis Franchimontenſis conflagratio.

In hũc eundem annum incidit Caſtri Franchimontenſis, ſiue caſu ſiue Præſidiariorum ſocordia inopinata conflagratio. Qua occaſione Horneus illud magno ſumptu à fundamentis reſtaurauit, boniſque turribus communiuit. C

Dux Geldriæ Brabantis bellum mouet.

Sub idem tempus Dux Geldriæ Ducis Iuliacenſis filius ab Anglis ære multo conductus Brabantis bellum mouet. Brabanti Grauiam Oppidũ Geldriæ ad moſam obſident. Dux audax Ioannæ Brabãtinæ 400. equites Ducibus Guilielmo Trimolo Burgundo, Geruaſio Miranda, ſuppetias mittit.

In obſidione Grauiæ 40. pugnatorum millia fuiſſe traduntur, victi tamen à Geldris Brabãti, multi cęſi, multi moſa flumine ſubmerſi, capta 18. ſigna militaria, Neomagi ad aram virginis matris in perpetuam rei memoriam à Geldris fixa. D

Dux audax Brabantinos tuetur.

Dux Audax vt Brabantiam cuius ipſe hęres erat, tueretur, ſimul vt Geldros, Iuliacoſque, ab Anglis diſtineret, omnem prope Galliam armat Regemque, & Biturigem, & Borbonium, Lotharingum Turonenſem, alioſque Galliarum Satrapas, in Iuliacenſium fines ducit, magniſque laboribus vtrumque Ducem patrem filiumque ab Anglis auertit, & inducias componit.

Carolus Rex Galliæ diuinitùs admonetur.

His quoque diebus quidã magni nominis Anachorita ad Carolum Regem diuinitus ſe miſſum aſſerens vectigaliũ leuandorum illum commonuit ni breui iram Dei in ſe experiri vellet: Verum ab auaris Principibus Biturige, & Burgundo, qui & Regem & Regnum Gubernabant,

nabant, tanquam delirus reiectus eſt, ſeuitque pauculos poſt annos A ira Dei in Regem. Nam cum is anno Domini 1392. expeditionem Britannicam pararet, ſextoque Cal. Iulias in magno ſolis æſtu dehortantibus medicis omnique reclamante concilio ex Cœnomannis proficiſceretur, factus eſt ei obuius ſeu homo, ſeu cacodæmon humana ſub ſpecie, qui præhenſo equi illius freno, quo ruis (inquit) Rex miſer, proderis. Ad quam vocem furore percitus Rex, enſe ſtricto obuios quoſque vulnerat, & vix aberat quin proprium fratrem Aurelianum occideret, dum quidam ex cubicularijs eius Guilhelmus Martellus gente Normannus vir robuſtus eum tādem comprehendit, & ex equo depoſitum mortuo ſimilem continuit. *Ira Dei in Regem.*

B De hoc Regis caſu multi varia dixerunt: Pontifex Bonifacius Dei flagellum eſſe dixit (vt res vero ſimiliter erat) cum toties admonitus vt Antipapam ſuum desereret, ac ſchiſma tolleret, ne quicquam audire voluiſſet, & ſi multo maximum inde Chriſtianæ Religionis accederet detrimentum, Antipapa vero Clemens, & eius ſpeudoCardinales finxerunt Regem promiſiſſe Romani Antipapæ euerſionem, in eamque inſaniam ideo incurriſſe, quod promiſſis non ſtetiſſet. Alij arbitrabantur à Deo ita percuſſum, quod vectigalia, populique miſerias non ſuſtuliſſet, quamuis fuiſſet, vt præfertur, admonitus. *Varia hominū iudicia.*

C Nec multo poſt Rex animi cauſa nocturnis quibuſdam hymeneis cum nonnullis familiaribus habitu ad imaginem Leonis perſonato ſuperueniens; cum habitum pice delibutum vna cum aſſociatis gereret, imprudentia Aurelianenſis facem propius ſtudio clarius videndi admouentis, concepta ex facis ſcintilla flamma prope exuſtus eſt, niſi Biturigis vxor illum veſte ſua oblonga fluxaque inuolutū compreſſiſſet, duobus alijs interim eodem caſu biduo poſt animam exhalantibus: Quanquā nec diu Rex ijs ſuperuixit, mentis impotētia ſolito frequentius agitatus. *Alia Dei in Regem vindicta.*

ANNOTATIONES.

1. Dominus de Raueſteyn:] *Idem refert Chronicon Gemblacenſe.*

D 2. Caſtri Franchimontenſis:] *Zantfliet & alia noſtratia Chronica.*

3. Sub idem tempus:] *Vide Meyerum ad hunc annum.*

4. Quidam magni nominis Anachoreta:] *Præter noſtratia Chronica vide Paulum Aemilium de hoc Anachoreta & de calamitatibus quibus poſtea Rex Galliæ caſtigatus fuit.*

CAPVT

Digitized by Google

A

Bellum Leodienſium contra Dominos de VVyenarde, & de Reueſteyn & bellum Caroli Regis Gallorum contra ipſum Ducem Iuliæ: paceſq; ſubſecutæ.

CAPVT XXIII.

Occaſio belli.

ANno poſt Chriſtum natum 1388. Domini de Wyenarde & Reueſteyn mercatores Traiectenſes, & Trudonenſes ad Nundinas Franckfordienſes pergentes in agro Iuliacenſi ſpoliarũt, ac nouem etiam Trudonenſes, & ſeptem Traiectenſes captiuos abduxerunt, ſeu quod Epiſcopus domum quandam Comitatus Loſſenſis, quę dotalitia erat vxoris Ludouici de Reueſteyn, ſuo donaſſet cognato, ſeu quod D. de Reueſteyn Hullarios Leodienſes, qui nuper caſtrum ipſius ſuffoſſuri erant, adhuc infeſtos haberet. B

Milia 40 Leodienſium depopulantur agrũ Iuliacenſem.

Offenſi idcirco Leodienſes ab Horneo Epiſcopo impetrarunt exercitum quadraginta millium armatorum in terram Iuliacenſem educi. Qui nona Maij in Gulpen profecti, omnia circumquaque ſunt depopulati. Quo audito Iuliæ Dux tantæ ſe multitudini reſiſtere poſſe diffidens, obuiam miſit D. de Sclede cum aliquot alijs ſuis neceſſarijs, qui de pace tractarent, quæ cum non ſuccederet, Leodienſes caſtra mouẽtes ad ſex vel ſeptem leucas in terrã vſque D. de Heynsbergh Ducis ſororij penetrarunt, illicque per duodecim continuos dies ruricolas concuſſerunt, & pretioſa quæque ſpoliarunt. C

Tractatur de pace.

Dux igitur calamitatũ ſubditorũ ſuorũ miſertus, ſub fide publica, rurſus mittit, qui promittant eum captiuos priſtinæ libertati donaturum, & ſpoliatis de ſuo ære ſatisfacturum, ac pro ſecuritate ſex patriæ viros nobiles, vſque ad realem omnium prę̃ſtationem, obſides daturum. Placuit oblatio paceque ſic facta Leodienſes abductis ſecũ obſidibus domum regreſſi ſunt.

Carolus Rex Galliæ Iuliam quoque vaſtat.

Nec ſic tamen quieuit Dux Iuliæ, hoc enim eodem anno menſe Decembri, Francorum Rex Carolus temeritatem iuuenis Reynaldi Ducis Geldriæ, de qua ſuperiore ãno diximus, in patrem vlturus, innumerabili coacto exercitu terram Iuliacenſem ſuo Imperio ſubijcere meditatur. D

Venit Baſtoniam.

Igitur duobus patruis ſuis Ducibus Burgundiæ & Bituricenſi Comitatus, venit Baſtoniam. Eſt autem Baſtonia Oppidum non infrequens Ducatus Luxemburgenſis, quod id temporis Iohannam Ducem Brabantiæ Ducis Wenceſlai relictam Dominam agnoſcebat.

Duciſſa Brabantiæ it obuiam.

Hæc de Regis aduentu edocta, ſplendido equitum, peditumque comitatu, necnon Rhedarum inſigni apparatu Baſtoniam properat, In itinere dum Hoij diuerſorium ingreditur, temulenti quidam taberna

Digitized by Google

berna exilientes vinum illi propinant, vtque viciſſim bibat, multis
A petulantibus verbis ſollicitant: renitentis, & iam hoſpitium ingreſſæ rhedam euertunt, hoſpitij fores pulſant, ingreſſum petunt. Duciſſæ œconomus foro pro tempore vtendum ratus, læta fronte eos excipit, menſam ſternit, cibum potumque propinat.

Inſolentia quorundam Hoſpitum temulentorum.

Verum his epulantibus Duciſſa contumeliæ non immemor, Magiſtratum Oppidi ad ſe accerſiri iubet, deque probro accepto ciuiumque inſolentia grauiter conqueritur. Illi mox temulentos apprehendi, dieque ſequenti, re cognita, tribus linguas amputari, plauſtroque impoſitos Durbutum, vbi iam illa commigrarat, vlterius puniendos vehi ſtatuūt. Ex tribus duo capite plexi ſunt, iuniori per Du-
B ciſſam gratia facta.

Punitur merito eorum proteruia.

Carolus igitur Baſtonia excedens agrum Iuliacenſem ingreditur, exercitum in omnes fines effundit, omnia prædis, flammis, cædibus vaſtans, Dux ſe modis omnibus imparem agnoſcens, Archiepiſcopum Colonienſem rogat; vt Regem ſuo nomine adeat, factum temerarij filij & rebellis ſuū nō eſſe oſtēdat, nolle ſe ſtultas filij actiones defendere: quibus per Archiepiſcopum relatis, ira Regis deferbuit. Reducto igitur inter Moſam & Rhenum exercitu, a populatione Iuliacenſi ceſſauit.

Archiepiſcopus Colonienſis ſedat iram Regis.

Interea tanta imbrium copia cęlo decidit, vt toto fere menſe exercitus gallicus vix loco ſe mouere poſſet. Quo tempore Horneus Pręſul ad Regē magno ſplendidoque equitatu venit, obſequia, ſicut pa-
C truo Duci Burgundiæ fecerat, oblaturus, ſed & oportune per id tempus ipſe cum Archiepiſcopo Colonienſi, ipſoque Duce Iuliæ pacem Reginaldo Duci Geldriæ procurauit, his conditionibus. Inprimis vt ipſe tactis ſacroſanctis Euangelij verbis iuret, hoſtilitatis denunciationem Regi nuper transmiſſam minime ab eo ſcriptam, aut procuratam fuiſſe, ſed exiſtimare ſe ab Anglis Regi infeſtis, qui recens ad eius Curiam veniſſent, confictam, & ſub eius nomine quamuis falſo Regi transmiſſam. Deinde vt quo ad vixerit promittat ſe cōtra quoſcumque in bello Regi ſeruiturum, demptis Rege Romancho, cuius erat vaſallus, & Rege Anglorum, cuius erat conſanguineus, cui etiam Iuramentum fidelitatis ante non multos annos fecerat & multas ab
D eius benignitate hæreditates acceperat. Quod ſi ipſe ab Rege Angliæ contra Francos arma ſumere rogatus fuerit, ipſe non prius faciet: quam Rex ipſe præſens bello interfuerit, & hoc caſu, antequam arma ſumat, id ipſum Regi anno ante, aut certe cum primum ad eius notitiam deuenerit, ſignificare tenebitur:

Epiſcopi pacē Reynaldo conciliant.

ANNOTATIONES.

Totum hoc caput hauſtum eſt ex Chronicis Zantfliet, Stabulaus, & Gemblacenſi.

I CAPVT

A

Scabini iterum reſtitui petunt, ſed fruſtra: Contraria ſtudia veri & falſi Papæ. Mors Vrbani Pontificis, & Epiſcopi Hornani.

CAPVT XXIIII.

Horneus cōtra Cæſarem Sedē Apoſtolicā appellat.

ANno poſt Chriſtum natum 1389. Scabini rurſus litteras à Cæſarea Maieſtate impetrant, quibus fruſtra priſtinæ dignitati reſtitui mandantur, Epiſcopo Hornano Sedem Apoſtolicam B appellante.

Clemens Antipapa per expectatiuas captat gratiam procerum Galliæ.

Eodem tempore Rex Galliæ cum triginta Regni proceribus, in quibus fuerunt, Ioannes Biturix, Philippus Burgundio, Carolus & Ioannes Borbonij, Guilhelmus Namurceus, Aza Flandrenſis, Engerranus & alij Clementem Antipapam adierunt, quibus vt gratificaretur Clemens eorumque animos ſibi deuinciret, propinquis & familiaribus eorum expectatiuas ad pinguiſſima quæque Galliæ ſacerdotia aſſignauit, vnde per Galliam magnæ proborum omnium querelæ exortæ ſunt, quod hac ratione bonarum litterarum operam nauantibus omnis ad honores & dignitates præcluderetur C aditus, magnus vero ad dignitatum & beneficiorum nundinationes aperiretur campus.

Vrbanus instituit feſtum Viſitationis B. Mariæ virginis.

Vrbanus Interea pietatis officijs Romæ vacabat, nam eodem hoc anno, & feſtiuitatem viſitationis B. Mariæ Virginis inſtituit, vt eius meritis & precibus ſchiſma tandem aliquando ſopiretur, & idoneum Senatum, qui populi Romani controuerſias componeret, deſignauit, populique motum occaſione huius exortum fœliciter compeſcuit.

Horneus moritur.

Per eoſdem dies Horneus apoſtemate inter ſcapulas enato ægrotare cœpit, quo ex morbo non multo poſt, die 8. Martij circa vndecimam noctis horam, anno ætatis 50. obijt. Cuius corpus per defluū moſæ in agrum Hornenſem delatum in Monaſterio nobilium virginum ordinis Cyſtercienſis, cui nomen Keſerbos, à maioribus ſuis D fundato, ſepultum fuit, præfuit circiter annis decem, ſucceſſit illi in Epiſcopatum, D. Ioannes de Bauaria.

Obit & Vrbanus Pontifex.

Calend. Nouemb. eiuſdem anni, moritur Vrbanus Pontifex veneno, vt creditur, extinctus, præfuit annos vndecim, menſes ſex, dies ſeptem. Paucis poſt diebus, omnium Cardinalium Romæ agentium conſenſu, Pontifex creatur Bonifacius 9. Neapolitanus, Petrus ante vocatus.

ANNOTATIONES.

1. Scabini rurſus:] *Ita refert Zantfliet.*
2. Eodem tempore Rex Galliæ:] *Vide Meyerum.*

3. Vrba-

Digitized by Google

3. Vrbanus interea:] *Platina & poſt illum Geneb. & alij.*

A 4. Die 8. Martij:] *Ita legendum non 9. vt legit Chronicon Gemblacenſe. Neq; legendum Maij, ſicut legit Magnum Chronicon Belgicum, quia præter noſtratia Chronica, lapis ſepulturæ eius ſuppoſitus diſertis verbis habet obijſſe menſis Martij die octaua, vt mihi nuper Monaſterium nobilium virginum de Keſerbos viſitanti videre licuit.*

Soli Deo honor & gloria.

VITA AVCTORIS
EX EIVS SCRIPTIS.

A

SVffridus Petri natione Friſius Leouvardiæ natus, à pueritia Latinis iuxta ac Græcis literis probè excultus, iuuentute ineunte in Ephordienſi Academia vtramque linguam, magna cum laude, profeſſus fuit. A quo tempore vertendis de Græco in Latinum, interprætādiſq; probatis auctoribus, & præſertim Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptoribus plurimum inſudauit. Inde Erphordienſi relicta Academia ad Louanienſem longe celebriorem contendit, vbi aliquot annos Iuriſperitorum lectionibus audiendis eos progreſſus fecit, vt mox ad Coloniē- B *ſem euocatus, ad Burſæ coronarum regimen & publicam Iuris profeſſionem à Magiſtratu promotus fuerit. Cui profeſſioni cum hiſtoriæ cognitionem non congruere tantum, ſed & magnam lucem adferre animaduerteret, illius ſtudio quicquid à publicis lectionibus & domeſticis negotijs ſuffurari temporis licuit, adeoſtudioſe impendit, vt ne horam quidē vllam à legēdo ſcribendoue intermiſerit, quemadmodū ſciant & teſtari poſſunt qui cum eo familiariter aliquando vixerunt. Cuius fidem mihi fecit R. D. Guilhelmus ab Omalia in Eccleſia Leodienſi Hannoniæ Archidiaconus eius aliquando conuictor. Quamobrē* C *& huius rei conſcij Friſiæ ordines, ipſum publico Hiſtorici Friſiorum titulo atq; ſtipendio honorarunt.*

Porro inter plurima, quæ circa hiſtorias infatigabili ſtudio cōmentatus eſt, hæc à me in librorum eius lectione reperta fuēre. Appendix ad Chronicō Ioānis de Becka Canonici Vltraiectini, continēs res geſtas Epiſcoporū Sedis Vltraiectinæ & Comitū Hollandiæ, ab anno Domini milleſimo trecēteſimo quadrageſimo quinto vſq; ad annū Chriſti 1574.

Caſtigationes ſiue annotationes in hiſtoriam Eccleſiaſticā Euſebij & conſequentium ſcriptorū, quibus Græcus textus emendatur, & ratio explicatur interpretationis Chriſtophorſonianæ. D

Auctores præcipui de illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus tum antea tū modo per eum recens in lucem editi, ab infinitis mendis repurgati, & annotationibus haud quaquam pœnitendis commendati.

Chronicon Ducum Brabantiæ, de quo mentio fit in geſtis Ioannis de Bauaria Cap. vltimo.

Poſtremo appendix ad Chronicō Epiſcoporū Leodienſiū à Ioanne de Bauaria vſq; ad Erardum à Marcka, quam modo ex ipſius Suffridi autographo exemplari manuſcripto primo typis in lucem emittimus.

Digitized by Google

A

GESTA PONTIFICVM LEODIENSIVM A IOANNE DE BAVARIA VSQVE AD ERARDVM à Marcka.

Ioannes de Bauaria eligitur in Epiſcopum Leodienſem.

B

CAPVT PRIMVM.

IOannes de Bauaria Sedem Leodienſem adminiſtrauit annis 29. ſiquidem anno Domini 1389. Epiſcopatum adeptus, anno 1418. reſignauit.

Quanquam igitur de actis huius præſulis tum in Chronicis Leodienſibus, tum apud Placentium non pauca dicta ſint, tamen quo certius hiſtoriæ conſequētia teneri poſſit, hic paucis ea præmittemꝰ, quę illic vel omiſſa vel minus explicate propoſita ſunt: nam cum ingentes calamitates illius tempore Leodij ſubortæ ſint, facilius de progreſſu, & euentu earum C iudicari poterit, ſi de cauſis & origine conſtiterit.

Ante omnia autem cum in Chronico temporis exactam rationem conſtare oporteat, illud hic lectorem præmonere volumus, Placentium, qui nuſquam fere diligenter obſeruauit calculum, etiam hîc anno vno falli, qui ſcripſit Ioannem de Bauaria natum annos 18. anno Domini 1390. Leodinam adminiſtraſſe Eccleſiam. Cum id eum anno præcedenti, natum ſeptemdecim annos incœpiſſe, non ſolum Leodienſia, ſed etiam Brabantica chronica manifeſte teſtentur. *Placētius corrigitur.*

Vnde & illud conſequenter falſum eſſe depræhenditur, quod idem ſcripſit, hunc Præſulem annis 28. tantum præfuiſſe, qui præfuit 29.

Porrò autem vt in omnibus rebus gerendis, ita in ijs præcipue, D quæ ad ſalutem totius alicuius vniuerſitatis pertinent, momenti plurimum in vtramque partem adferre principium quod habeas aduẽniens, hic Præſul aduentu ſuo luculentiſſime declarauit. Quanquam enim vir natura bonus eſſet, in ipſo tamen ſtatim initio aduentus ſui calumniandi anſam factioſi acceperunt. *Aduentus Ioānis à Bauaria.*

Ex eo primum, quod amicorum fauore & potentia dignitatem Epiſcopalem conſequebatur, præſertim eorũ quorum potentia illis formidabilis erat: Dein quod immaturæ adhuc eſſet ætatis, qui tũ cũ

Digitized by Google

Sycophātæ capiunt occaſionem calūniandi.

eligeretur non niſi ſeptemdecim habebat annos, vt neque ad Eccleſiaſticas neque ad ciuiles functiones idoneum iudicarēt; nam vt Hypodiaconus & Acolythus ordinari poſſet anno proximo demum per diſpenſationem Bonifacij noni impetratum fuit. A

Hæc igitur & ſimilia quædam calumnijs ſuis in deteriorem partē detorquebant Sicophantæ.

Maxime cum etiam diſſimularet quotidianas mercatorum Leodienſium & Dionenſium querelas, cum his opitulari potuiſſe videretur, quos auctoritate regia Bolandus in Francia detinebat, ob id quod Caſtrum eius inique occupaſſent Leodienſes.

Tempus ſchiſmatis ad factiones oportunum.

Erat autem tunc in publico Paparum Schiſmate tempus ipſum ad factiones alendas prorſus oportunum, vt poſtea apparebit, cum Bonifacius nonus ac viciſſim ſucceſſor eius Innocentius ſeptimus Romæ, & Clemens ſeptimus, & qui eum ſequutus eſt Benedictus vndecimus Auinione certatim ſibi Pontificatus auctoritatem vendicarent, & obedientiam Cleri atque populi flagitarent. B

ANNOTATIONES.

1. *De Ioanne Bauaro eiuſq; geſtis & bellis contra Heidrotios & factioſos quoſdam Leodienſes ſcribunt Placentius, Bruſthemius Stabulaus, Zantfliet & alij noſtrates Chronicorum ſcriptores. Scribunt & plures externi, vt Meyerus Flander, Monſterletus, & Oliuerius de la Marche galli, Suffridus quoq; Gelder non hoc loco tātum, ſed & in appendice quam fecit ad Chronica Vltraiectinæ Eccleſiæ. Quos ſi libuerit legere, aduertet lector & mirabitur omnes contra hiſtoriographorum bonas leges aliquid priuatis affectibus indulgere, vno excepto Zantfliet qui ſine paßionibus totam hiſtoriam ſi non elegantius ſane plenius, verius & integrius reliquis omnibus deſcribit. Cuius idcirco ſcripta fideliter ad calcem capitis duodecimi per modum annotationis ſubijci curauimus* C

2. Amicorum fauore & potentia:] *Petentibus Epiſcopatum D. Guilhelmo de Lecka & Ioanne Bauaro, ille fauore Duciſſæ Brabantiæ, hic patris Alberti Ducis Comitis Hollandiæ, Capitulum Leodienſe tertium vniformibus ſuffragijs poſtulauit D. Theodorum de Marcka, illo recuſante, poſtulatus fuit D. Ioannes Bauarus & mox per Bonifacium nonum verum Pontificem confirmatus, receptuſq; ſequenti anno cum ingenti tripudio cleri ac populi gaudentibus vniuerſis, qui tam generoſum virum in ſuum Dominum & Principem adepti fuiſſent. Vide ſcripta Zantfliet in annotatione ad calcem capitis duodecimi §.* Subſequenter poſtquam *&* §. Receptuſque eſt cum ingenti tripudio. D

CAPVT

Digitized by Google

A

Bauarus in ſua Iuriſdictione per Leodienſes impeditus Curiam ſui Officialis transfert Dieſtum.

CAPVT II.

ITaque circa finem anni 1394. cum toto iam quinquennio factioſos vt cumque pertuliſſet, poſtquam communitas, vt vocant, Iuriſdictionem ei palam impedire niteretur, impatiens eius contu-
B meliæ, incanduit, & ſe de Leodienſibus apud amicos ſuos eſſe conqueſturum comminatus eſt, ſimulque vt & præſenti incommodo eos caſtigaret, ipſe Dieſtum amigrauit, eodemque conſiſtorium quoque Eccleſiaſticum tranſtulit. Sed hac diſſenſione per prudentiſſimum virum D. Henricum Peruiſium opera potiſſimum Balduini de Monte Iardino mox conſopita, Epiſcopus vnà cum conſiſtorio ſuo Leodiũ intra menſes 4. eſt reuerſus.

Epiſcopus Leodiũ relinquit, ac mox repetit.

Eodem anno 1394. 16. Calend. Octobris Auinione mortuus eſt Antipapa Clemens 7. & cum ſedes vacaſſet diebus 11. ſucceſſit ibidẽ illi Petrus de Luna Arrago Hiſpanus, dictus Benedictus 13. cum eſſet 11. Hic in ſchiſmate, 3. Calend. Octobris creatus, & 5. idus Octobris
C conſecratus ex Diacono Cardinali S. M. in Coſmedin Antipapa, ſedit annis fere 30.

Clemẽti 7 Papæ ſuccedit Benedictus 13.

Anno ſequenti Hungari cum multis alijs Chriſtianis occiderunt ad centum milia Turcarum, à quibus tunc Ioannes Burgundus captus fuit.

Anno 1396. Ioanna Venceſlai Brabantiæ Ducis relicta vidua apud Compendium in præſentia Regis Franciæ & Comitis Flandriæ Philippi confeſſa recognouit Ducatum ſuum poſt mortem debere Ducis eſſe Burgundi. Quod & factum eſt, nam ipſa defuncta ſucceſſit Antonius Philippi Audacis Filius.

Per hæc tempora Anglorum & Francorum Reges rogauerunt Petrum Lunam, vt papatui cederet, & ſchiſma tolleretur, qui reſpon-
D dit ſe meliori iure Papam eſſe quam Bonifacium. Perſuaſi ergo Reges orant Bonifacium, ſed non exorant, vt iuri ſuo cedat ipſe.

Paparum concertatio.

ANNOTATIONES.

1. Poſtquam comunitas:] *Cauſa huius primæ tranſlationis Curiæ, quæ facta fuit in diſtemium, plenius & particularius exprimitur annotatione ad calcem duodecimi capitis.* §. Anno 1395. occaſione nemoris de Seranio.

2. Sed hac diſſentione per prudentiſſimũ virum D. Henricum Perwiſiũ:] *Aliter paulo annotatio prædicta, quæ tribuit hanc pacem non Pervviſio ſed D. Balduino de Moniardin.* §. Tandem poſt multas dietas & tractatus.

CAPVT

Digitized by Google

A

Bellum Ioannis à Bauaria & fratris ſui VVilhelmi contra Friſios.

CAPVT III.

Epiſcopus Leodienſis in Friſiam.

ANno 1399. Ioannes de Bauaria electus Epiſcopus Leodienſis vnà cum Fratre ſuo Wilhelmo Comite Oeſternandiæ, in Friſiam profectus eſt, quem pater Albertus Dux Bauariæ, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominus Friziæ ad reprimendos Friſios eò miſerat, qui ante triennium ſubacti, nunc rebellabant. B Sed cognitis & boniconſultis rebellionis cauſis, in gratiam recepti ſunt hac vice Friſij, & re ſine cæde tranſacta, multa hinc inde officia, multa beneficia præſtita ſunt.

Conſilium Regis Franciæ de tollendo ſchiſmate Paparũ.

Per hanc igitur abſentiam Epiſcopi, conſiliuṁ de reſtauranda vnione Eccleſiæ, quod Rex Franciæ ſuggeſtione Scholæ Pariſienſis vrgebat, vt omnes Eccleſiæ ex æquo vtrique Papæ, tam Bonifacio, quam Benedicto obedientiam ſubtraherent Leodij propoſitum fuit, & cum ipſo abſente ciuilis Magiſtratus ac populus in id conſenſiſſet, ipſe reuerſus itidem conſenſit vnà cum clero.

Eodem anno Richardum Regem ſuum ceperunt Angli & occiderunt, ob id, quod ſine conſenſu ipſorum fœdus cum Francis pepigiſſet. C

Græcæ literæ ſcholis redditæ.

Eodem anno Chryſoloras Bizantius græcas literas in Italiæ ſcholas reduxit, quæ plurimis annis illinc exulauerant.

Succeſſio Imperatorum.

Rupertus Bauarus Imperator.

Anno 1400. Wenceſlao Cæſari ob ſegnitiem atque luxum 13. Calend. Septemb. Imperium abrogatum eſt: Cæſar Fredericus 4. Rex Romanorum paulo poſt deſignatus, obijt: Cæſar Robertus, ſiue Rupertus Bauarus Rex Rom. creatus 4. idus Septemb. regnauit annis 9. Menſibus octo. diebus 22.

Eodem anno Imperator Conſtantinopolitanus Pariſios venit ad viſitandum Carolum 6.

Bellum in Hollandia.

Anno 1401. Albertus Dux Bauariæ Comes Hollandiæ &c. pater electi Leodienſis crudele bellum inchoauit aduerſus Dominũ Ioannem de Arckel: Et anno ſequenti Ioannes de Arckel cruentum prælium commiſit aduerſus Dordracenſes & Schonhouenſes, alioſque ciuitatum Hollandicarum incolas, in quo ex vtraque parte multi excellentes viri interempti ſunt. D

Anno 1403. Albertus Dux Bauariæ Gorichemium Arckelenſis ditionis metropolim grauiſſima obſidione per duodecim hebdomadas preſſit, quam pace facta tandem ſoluit.

Octo cete capta, miræ magnitudinis.

Eodem anno nocte S. Brixij, quæ fuit 12. Nouembris apud Oſtendam Flandriæ ſimul octo cete capta fuerunt in littore maris, quorum

Digitized by Google

A quorum ſingulorum longitudo fuit 74. vel vt alij referunt 75. pedum, vt adipe ſingulorum impleta ſint pluſquam 24. dolia.

ANNOTATIONES.

De Bellis per Bauaros geſtis, de quibus fit mentio hoc capite, agit fuſius noſter auctor in appendice ſua ad Chronica Vltraiectenſis Eccleſiæ impreſſa Franequeræ per Robertum Doyema anno 1611. proſtant apud Elſeuirium in officina Lugdunenſi.

B

Rurſus Curiam ſpiritualem Leodio transfert partim Hoyum, partim Traiectum.

CAPVT IIII.

HOc anno D. Iohannes de Bauaria Electus Leodienſis Leodij rurſus controuerſiam paſſus eſt.

Erat illic genus hominum factioſorum, qui ob effrenem linguæ petulantiã, qua ſine pudore legitimis ſuis magiſtratibus ad captandam auram popularem obrudebant, Hedroten ſiue Hædrotij vocabantur. *Hedrotij factioſi apud Leodium Epiſcopo negotiũ faceſſunt.*

Hi nunc Epiſcopum adorti vrgebant, vt aut ſacris initiaretur, quo presbyter factus Epiſcopus conſecrari poſſet, aut Epiſcopatum reſig- C narei; eſſe enim eũ iam legitimæ ætatis, qui triginta haberet annos, & ſatis diu Epiſcopatum detinuiſſe ſub nomine Electi; Leodienſes enim non eos eſſe, qui hanc perſonam diutius ferre vellent.

Ad hæc reſpondit Electus, ſe quod huius faceret, cum diſpenſatione ſummi Pontificis facere, illos autem non eos eſſe, quibus ipſe teneretur actionum ſuarum rationem reddere, alium eſſe ſe ſuperiorem, cui reſpondere paratus eſſet.

At vero Hædrotij his auditis, ſe diſpenſationem Pontificis, cui & ipſius quoque Electi calculo obedientia ſubtracta eſſet, nullius ponderis æſtimare clamitantes, effecerunt porro, vt Ciuitas ipſa ſuam quoque obedientiam Electo conſimiliter ſubtraheret.

D Qua re offenſus Electus Curiam ſuam bifariam ita diuiſit, vt Gallicæ linguæ conſiſtorium eſſet Hoij, Officiali & Iudice ordinario ibi conſtituto D. M. Petro Pierſeal Decano Hoyenſi, Germanicæ autem Traiecti ad moſam, conſtituto ibi officiali & Iudice ordinario D. M. Ioanne Hocſem Scholaſtico & Canonico Leodienſi. *Epiſcopus Curiam bifariam transfert.*

Hinc igitur magis commota ciuitas, iiſdem Hædrotijs inſtigantibus, de eligendo aliquo protectore conſultare occepit, qui ipſam aduerſus electum, eiuſque confœderatos, ſi ſit opus, armata manu poſſet defendere. Itaque primores populi cum plebe mox 12. Iulij conuenientes in protectorem Leodienſis patriæ elegerunt virum ſtrenuum

Digitized by Google

D. Henricus Peruiſius eligitur pleſtor.

nuum D. Henricum Peruiſium, qui in eo negotio tanta cum fide, tanta cum prudentia ſe geſſit, vt intra tempus non longum reſarcita pace, Curia Leodium reducta ſit. A

Inquiritur in hedrotios.

Plures exilio mulſtantur.

Tunc 16. viri, octo ſcilicet à parte Electi, & à parte Reip. Leodienſis totidem conſtituti ſunt, qui & auctores huius diſſidij cóquirerent, & occaſiones diſſidiorum in poſterum præciderent: qui quidem Tongros ad conſultandum per dies aliquot digreſſi, & inde Leodium reuerſi, conſtabilitis & publicatis ijs, quæ ad pacem tranquillitatemque pertinebant, duos ex Magiſtratu & 17. priuatos ex populo ſeditionis publice condemnatos, exilio mulctarunt.

Benedictus 11. Bonifacio 9. conditiones pacis proponit.

Anno 1404. Petrus Luna, qui & Benedictus vndecimus, Auinione Romam Legatos miſit ad Bonifacium nonum petituros, vt vel ambo ſimul vſque de pace Eccleſiæ tractarent, vel ipſorum ſoli Cardinales, vel alij vtriuſque partis prælati ſoli. Sed nihil horum impetraſſe leguntur. B

Succeſſio Pontificum.

Eadem autem die Bonifacius ex calculo grauiter laboraſſe memoratur, quo & poſt triduum, hoc eſt ipſis Calendis Octobris, eſt mortuus.

Bonifacio 9. Mortuo ſuccedit Innocentius 7.

Eodem igitur die populus Romanus, correptis armis, Cardinales ad eligendum nouum Pontificem coëgit, qui 15. eiuſdem menſis elegerunt Innocentium 7. qui ſedit ferme biennio: In quem Ladiſlaus Rex Apuliæ Romam veniens populum concitauit. Fugit ergo Viterbium Pontifex, ac poſt menſes aliquot cum honore reuocatus eſt. C

ANNOTATIONES.

1. Offenſus electus Curiam ſuam:] *Cauſa huius ſecundæ tranſlationis Curiæ partim in Hoyum partim in Traiectum non vna fuit. plures illæ fuerunt, eaq́ grauiſſima, quas habes in annotationibus ad calcem capitis 12. §.* Anno 1403. quidam filij iniquitatis.

2. Virum ſtrennuum D. Henricum Perwiſium, qui in eo negotio tanta cum fide:] *Vbiq́ auctor oſtendit ſe valde propenſum in commendationem huius Pervviſii: quod valde mirum eſt, cum reliqui omnes ſcriptores non bene de eo loquãtur, quin vero inſignis ingratitudinis in Bauarum eum accuſent. Itaq́ viros illos ſexdecim pacem feciſſe tumultumq́ hunc ſecundum compoſuiſſe affirmant. nulla Pervviſii mentione facta, vide annotationes ad 12. caput.* §. His igitur ad tempus pacatis, &c. D

CAPVT

A

Caupones, ceruiſiarij & ſimiles heroës Trudonenſes in Monaſterium, in quo diuerſabatur Bauarus Epiſcopus, irruunt, ab eo repelluntur, & puniũtur.

CAPVT V.

IOannes igitur de Bauaria Electus Leodienſis cum primum de Innocentij electione certior factus eſt, ſine mora Viterbium ad illũ legatum ſuum M. Ioannem de Turnhout miſit ac rogauit, vt Diœ-
B ceſim Leodienſem in gratiam recipere dignaretur, cuius precibus Pontifex benigne annuit, vt ex bulla patuit, quæ anno proximo ea de re publicata fuit. *Epiſcopus recognoſcit verũ Pontificem.*

Eodem autem anno pridie calendas Nouemb. cum apud Trudonenſes Electus Leodienſis pernoctaret, caupones & Ceruiſiarij & cõſimiles aliquot Heroës, quibus impoſitum nuper & ab Epiſcopo confirmatum vectigal moleſtum erat, mota ſeditione populum in perniciem Electi concitarunt: cumque tanto cum tumultu in Monaſterium, in quò Electus diuerſabatur, irruerent, vt latere neminem poſſent, electus cum ſuis, quanquam paucis, quos habebat, præparatus facile eos reppulit, atque in fugam vertit, ex quibus etiam multi
C capti, & vnà cum ſeditionis auctoribus puniti ſunt. *Trudonẽſes inſurgunt in Epiſcopum.*

Hoc tumultu ſedato Electus in Franciam profectus eſt, vt ſubortam controuerſiam inter Ducem Burgundiæ, & Ducem Aurelianẽſem componeret, vbi cum per dies aliquot commoratus eſſet, rebus ex animo geſtis Leodium reuerſus eſt. *Puniuntur.*

Eodem hoc anno Philippus audax Flandriæ Comes primogenito ſuo Ioanni data Burgundia, Antonio Brabantia, Philippo Niuernia, defunctus eſt Hallis 26. April. poſt quem Ioannes Comitatum Flandriæ adeptus eſt anno ſequente.

Eodem hoc anno in feſto S. Luciæ conceſſit in fata pater electi Leodienſis Albertus, Dux Bauariæ, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Ze-
D landiæ, ac Dominus Friziæ, cui ſucceſſit filius eius natu maior Wilhelmus.

Tertio Leodium egreditur & Traiectum Curiam transfert: Eligitur à populo Peruuiſius in Mamburnum patriæ, & filius eius in Epiſcopum Leodienſem.

CAPVT VI.

IN principio anni 1405. reuerſo Roma M. Ioanne de Turnhout bulla Papalis Leodij publicata fuit, qua Innocentius 7. declarabat,

 ſe diœ-

ſe diœceſim Leodienſem in gratiam recepiſſe. Quare Clerus, vti par erat, exhilaratus cantabat. *Te Deum laudamus.* A

Origo tertiæ diſſenſionis.

Ciuitas autem & populus Leodienſis in contrarium indignabatur, non modo quod id ſine conſenſu ſuo, quicquid veniæ erat, impetratum eſſet, verum etiam quod in præiudicium libertatis ſuæ tēdere videretur, ſi quid priuilegij Clerus, & præſertim Epiſcopus eſſet conſecutus.

Hinc igitur de integro inſurgentibus Hædrotijs calumniæ, conuicia, conſpirationes, tumultus ac ſeditiones in Ciuitate aduerſus Electum.

Epiſcopus Leodiū relinquit, inſurgentibus in eum Hedrotijs.

Quibus ille offenſus 3. Leodium relinquit, & vnà cum Curia ſua Traiectū emigrat 17. calend. Iulij poſt cuius diſceſſum, Leodij magni B motus ad finem porro eius anni extiterunt, alijs pacem, alijs bellum meditantibus.

Conuentus omnium municipiorum.

Anno 1406. tumultuantibus indeſinenter Hædrotijs Leodij, communitas aduerſus Electum ſuum Ioannem de Bauaria eò veſaniæ proceſſit, vt ad diem 27. Septembris Leodium conuentus indiceretur omnium municipiorum Diœceſis Leodiēſis, vt de Patriæ protectore ac ſimul etiam de nouo Epiſcopo eligendo tractaretur.

Leodienſes legati ad Perwiſium.

Quo cum omnes vnanimiter conueniſſent, qui edicto comprehenſi erant, exceptis Traiectenſibus, & Trudonenſibus, qui Ioanni de Bauaria fidem præſtare volebant, communi decreto electi ſunt legati duo, Ioannes ſcilicet Vanden Schoech ex Magiſtratu Leodiēſi, C & M. Lambertus Gorys, qui Perwiſium profecti, viri ſtrenui D. Henrici Perwiſij animum pertentarent, cum eo mandato, vt communi & publico totius patriæ conſenſu atque decreto Protectorem, & filiū eius natu maximum Theodoricum Epiſcopum Diœceſis Leodienſis poſtulent.

Declarent autem Ioannem de Bauaria non temere hactenus detrectare ſacerdotium, ſed ob id quod ad matrimonium adiecerit animum, & proinde ſui compendij gratia Leodienſium Remp. tantis calamitatibus inuoluere.

Ipſum igitur Perwiſium in tali articulo laboranti patriæ deeſſe non debere, qui & ſine incommodo, & magno cum honore id præſtare poſſet. D

Quæ quidem cum legati D. Perwiſio præſenti præſentes pluribus verbis propoſuiſſent, ille vt vir bonus & integer primum multa de componenda inter communitatem & Electum pace præfatus, vbi ſe his nihil proficere animaduertit, paucis ad communitatem referri iubet, ſibi integrum non eſſe aduerſus Electum Leodienſem inſurgere, cui & ratione Dominij obedientiam, & ratione beneficij gratias deberet. Electum enim ipſi feudum quo vteretur, filio ipſius canonicatum ad S. Lambertum Leodij, & Archidiaconatum Haſbaniæ contuliſſe, vt improbiſſimum ſit horum abiecta memoria, nunc illi qui tam bene fecerit, machinari perniciem.

Legati

Digitized by Google

Legati ergo, cùm illum nullis verbis ad conſenſum flectere A poſſent, vxorem eius blanditijs, magnificis promiſſis, ac muneribus expugnatam ſubornant, quæ inſtare apud maritum non deſtitit, donec eum, quo Legati voluerunt, tandem propulerit.

Legati Perwiſium, quē per ſe non poterant, per vxorem exorant.

Impetrato igitur eius conſenſu Legati Leodium reuerſi acta referunt: Quibus intellectis, omnia municipia Leodienſis diœceſis, præter ea quæ ſupradicta ſunt, communi ſuffragio Henricum Perwiſium Tutorem ac defenſorem patriæ, & Theodoricum Perwiſium eius filium Epiſcopum Leodienſem eligunt.

His ita peractis, pater vnà cum filio multa nobilium equitum peditumque frequentia comitatus Leodium aduenit, vbi ingenti cum B omnium applauſu vterque exceptus eſt.

Communitas verò Leodienſis cum ſciret ſe ab Innocentio ſeptimo Romæ reſidente, qui Ioannem de Bauaria nuper in gratiam receperat, confirmationem pro electo ſuo Theoderico Perwiſio nō eſſe impetraturam, ad Antipapam Benedictum ſeu Petrum Lunam Auenione reſidentem confugit, à quo & confirmationem eius impetrauit.

Schiſma Leodij.

Facto igitur ad hunc modum Leodij ſchiſmate pernicioſiſſimo, quo & Clerus à Populo, & Clerus inter ſe diſtractus eſt, omnes Canonici S. Lamberti Ioannem de Bauaria ſecuti ſunt, vno excepto Guilhelmo de Rupe, qui omnes futurorum metu Leodio clam dilapſi C S. Trudonem confugerunt; conſimiliter & alij plures ſecundariarum Eccleſiarum Canonici, & ad triginta presbyteri parochiarū Leodienſium iſtinc ſe ſubduxerunt.

Ioannes de Bauaria cum Canonicis S. Trudonem ſe confert.

In quorum omnium locum nouus electus mox alios ſubſtituit, fugitiuis exauctoratis. Ex præſidiarijs militibus quanquam pars maior partes Ioannis de Bauaria ſequeretur, pars tamen altera nequaquam contemnenda nouum electum ſecuta eſt, nec difficulter & reliquos in ſuam factionem pertraxit Henricus Perwiſius, artis militaris peritiſſimus, & auctoritate fultus publica.

Cum igitur Leodij omnia pro voto ſuo Perwiſius haberet ſicuti putabat compoſita, & nullum eſſet municipium in tota Diœceſi Leodienſi, quod Ioanni de Bauaria adhæreret, præter Traiectum D & ſanctum Trudonem, hanc ſibi reſtare colligebat belli materiam, vt & Ioannem de Bauaria profligaret, & oppida illa duo in ordinem redigeret.

Itaque coniunctis Leodienſium, Hoyenſium, Dionenſium, & Tongrorum viribus, defenſor patriæ magiſter Henricus Perwiſius pridie Kalendas Nouembris S. Trudonem obſidione cinxit: Cumq; oppidani ſpem ſubſidij à Ioanne de Bauaria non haberent, quod eius copiæ paratæ nūdum eſſent, 9. obſidionis die oppidū deditione facta cepit, atq; ingreſſus eſt, ijs conditionibus, videlicet, vt Trudonenſes

Perwiſius S. Trudonem deditione capit.

Digitized by Google

ipſum vt defenſorem, filium ipſius vt Epiſcopum ſuum agnoſcerēt, ac reciperent, & vtrique fidelitatis iuramentum præſtarent: ipſe viciſſim illis præſtaret incolumitatem vitæ ac bonorum,& Canonicos reliquoſque exules Leodienſes, qui iſthuc ſe contulerant, illæſos, & indemnes, quo vellent, dimitteret, quod factum eſt. A

Dedita igitur hoc pacto Ciuitate Trudonenſi, Clerus Leodienſis, qui illic verſabatur,Namurcum ſe contulit: Quod cum Duciſſa Brabantiæ, eiuſque Tutor Antonius intellexiſſent,Legatis ac literis miſſis Canonicos & omnem Clerum, qui illic exulabant humaniter in Brabantiam inuitarunt, oblata ad placitum quauis eius prouinciæ ciuitate, vbi tranquille, & ſine diſcrimine verſari poſſent:Qua oblatione accepta gauiſi Canonici, cæterique exules Louanium ſe contulerunt, vbi & ad finem vſque belli permanſerunt. B

Amici Ioannis de Bauaria Caſtrū bullonenſe dolo captū Perviſio dedūt.

Interea temporis, eodem ſcilicet menſe,cum caſtrum Bullonenſe per amicos Ioannis de Bauaria dolo captum eſſet,Henricus Perwiſius ipſum quoque duorum menſium obſidione ad deditionem compulit, pluraque feciſſet eo anno ad plenam victoriam pertinētia, niſi eum impedita Papalis bulla retardaſſet, quæ filij ſui confirmationem continebat. Quanquam enim iam priuatis legati tranſmiſſis tabellis conſtaret Theodoricum Peruiſium eſſe confirmatum Epiſcopum Leodienſem, inſtrumento tamen ac ſigillo Pontificio nondum accepto, proclamatio publica, & obedientiæ plenaria exactio fieri legitime non poterat. C

Iacobus Badus captus liberatur.

Fuerat autem ad Impetrandam Electi confirmationem Auinionē miſſus ad Antipapam Benedictum Iacobus Badus, qui cum non ſatis conſultè per Gallias redire tentaret, procurantibus id aduerſarijs, ibidem detentus fuit, qui vt ex ea captiuitate liberaretur,tam à Duce Aurelianenſi, quam ab ipſo Peruiſio multis literis ac nuncijs tranſmiſſis vix tandem impetratum fuit.

Innocentio 7. ſuccedit Gregorius 12.

Hoc anno 8. id. Nouembris moritur Romæ Innocentius 7. vacatque Sedes dieb. 23. ſucceſſor illi electus eſt Angelus Corarius Venetus, qui dictus eſt Gregorius 12. hic ex presbytero tt. S. Marci creatus pridie calend. Decemb. coronatus non. Decemb. ſedit annis octo, menſibus 7. Diebus 5. D

Badus literas adfert confirmationis Perviſij.

Anno 1407. ſub feſtum Paſchatis Leodium reuerſus eſt Iacobus Badus adferens ſecum bullam Pontificiam in confirmationem electi Theodorici Peruiſij, qua mox publicata omnium Collegiorum Canonici, & Eccleſiarum parochi conuocati ſunt, vt Theodorico in Epiſcopum confirmato obedientiam præſtarent,& pariter Chriſma ſub illius nomine acceptarent: quod quidem vt omnes nolentes ac volentes facerent, in multam noctem in palatio detenti præſenti vitæ periculo coacti ſunt.

Quocirca cum poſtridie non pauci tyrannidem exoſi fuga dilaberentur, aliquot ex his retracti capite truncati ſunt inſequenti menſe Iunio;inter quos in primis erant nobiliſſimi equites, Ioannes ab Horion

Digitized by Google

rion, & Guilhelmus eius filius, quibus adiuncti ſunt & familiares eo-
A rum Nicolaus Tector, Ioannes Cœnaremius, & Ioannes de S. Martino.

Nobiliſsimi equites capite truncantur.

Mox etiam edicto publico fugitiui Canonici proſcripti ſunt, conſtituto etiam 20. coronatorum præmio, qui quemque eorum ſeu viuum, ſeu mortuum Leodium deferre poſſet.

Parabat iam expeditionem Peruiſius aduerſus Ciuitatem Traiectenſem, in qua Ioannes de Bauaria morabatur; Sed interceſſit Dux Antonius tutor Brabantiæ, qui partim vt Brabantici Ducatus nomine Traiecti inauguraretur, partim vt Reynoldum Geldriæ ac Iuliæ Ducem compelleret ad præſtanda ſolemnia Duciſſæ Brabantiæ, no-
B mine Grauiæ, quam ab ea obtinebat iure feudali, cum ingentibus copijs in ditionem Falkenburgenſem aduenerat, qui primum per ſe, deinde per Comitem S. Pauli, tandem rurſus per ſe inter vtramque partem ex animo multum laborauit, vt pacem componeret, quod cum plane non ſuccederet, tantum tamen effecit, vt ſex hebdomadarum induciæ fierent, quæ tamen acerbitate partium mox interruptæ ſunt, Leodienſibus Traiectum vſque excurrentibus.

ANNOTATIONES.

1. De integro inſurgentibus Heidrotijs calumniæ, conuicia, con-
C ſpirationes in Ciuitate aduerſus Electum:] *Tertia & vltima tranſlationis Curiæ, Traiectum cauſſas generales recenſet auctor noſter; particulares, multas & graues enumerat Zantfliet in ſuis ſcriptis ad calcem capitis duodecimi.* §. Anno 5. rurſus iteratur ſeditio Leodij.

2. Ille vt vir bonus & integer:] *Qualis vir fuerit quaue beneficia ipſe ab Epiſcopis Leodienſibus, & ſpeciatim à Bauaro accepit recenſetur fuſe & particulatim in annotatione ad calcem 12. capitis.* §. At Henricus ſibilis venenatis inflatus & cupidine regnandi illectus. *Deinde proſequitur concuſſiones, ſacrilegia, proſcriptiones, ſupplicia, quibus Eccleſiaſticas perſonas filio eius intruſo in Epiſcopatum non adhærentes, aliosq; probos & fideles vero Domino ſuo ciues afflixerit. Ex quibus quæ quantaq; dominãdi libido in viro iam ſene fuerit quilibet aduertere poteſt.*

D

Bauarus conuocat in auxilium parentes & amicos, Traiectum munit contra Peruuiſios & confœderatos.

CAPVT VII.

IOannes igitur de Bauaria conſiderans agi de pelle ſua, & hoſtes ſuos in dies incrementum ſumere, neque ſe his diu parem fore, ſollicitat omnes cognatos & affines, omneſque amicos ſuos, vt ſibi aduerſus hoſtes ſuos adſint, à quibus cum benigne ipſi reſponſum eſſet

Digitized by Google

eſſet, ipſe his diem præſtituit aduẽtus, vt copijs paratis mature adſint,
quo poſſit in profeſto S. Michaëlis vnà cũ omnibus auxiliaribus ſuis A
intrare diœceſim ſuam, & omnes eos, qui ſuo nomine exularent, ad
ſedes ſuas reducere.

Sed vt ſunt humana, mox obiecta quadam difficultate præpediti
Rex Franciæ atque Dux Burgundiæ declararunt ſe ad iſtum diem a-
deſſe non poſſe, commodiori tamen tempore non defuturos.

Ioannes igitur de Bauaria quod tunc maxime conuenire iudicauit,
reliquos amicos huius rei certiores mature fecit, & aduentus diẽ his
alium conſtituit: ipſe contracto ingenti militum præſidio Traiectũ ſe
recepit, & aduerſus obſidionem communiuit,

Perwiſius Traiectum obſidet.

Viceſima autem quarta die Nouembris eum conſecutus Henricus B
Perwiſius Traiectum obſidione cinxit, in cuius exercitu erant Leo-
dienſes, Hoyenſes, Tungri, Haſſelenſes, cum quibus eam obſidionẽ
ad ſex hebdomadas continuauit. Sed cum præ inuſitato frigore du-
rare in caſtris non poſſent, tunc ſoluta obſidio, & ſequenti anno
pridie Calend. Iunij rurſus inchoata fuit: erat quippe tunc hyems
tam acerba, vt gelu, quod in feſto S. Martini incipiens, continuis vn-
decim hebdomadis perſeuerabat, multis in locis pecudes, multis in
locis homines extingueret.

Hoc anno Ludouicus Dux Aurelianenſis frater Caroli 6. Franco-
rum Regis conduxerat quendam, vt Ioannem Burgundum prodi-
torie perderet, reſciuit hoc ille, & ait perde illum, qui te miſit, & cõ- C
duplicabo mercedem tuam, & factum eſt ita 22. Nouembris, feria 3.
Pariſijs poſt cœnam, cuius occaſione plus decies centena milia Fran-
corum perijſſe leguntur.

Anno 1408. Ianuarij 28. glacies confracta multis in locis incolas
ac pontes fregit.

ANNOTATIONES.

Ioannes igitur de Bauaria conſiderans:] *De amicis per eum in auxilium
vocatis, & quibus rationibus & modis illi impediti & retardati fuerint, de priore ob-
ſidione Traiectenſi & geſtis illo tempore fuſe agit Zantfliet, quæ conſequenter videre
poteris in annotatione ad 12. caput.* §. Perpendens igitur vir longanimis D
dictus Ioannes de Bauaria.

---

*Victoria Ioannis de Bauaria, mors Pervviſiorum parentis &
filij & triginta circiter milium hominum.*

CAPVT VIII.

Rurſus obſidet Traiectum.

HOc anno pridie Kalend. Iunij Perwiſius contractis iterum
copijs ingentibus Traiectum obſidione cinxit, eamque conti-
nuis

nuis 16. hebdomadis protraxit. Interim verò Ioannes de Bauariā
A ſuos auxiliares exſuſcitare non intermittit, vt Traiectum obſidione liberaret. Interpellat & Perwiſius quoſcumque in ſuas partes propenſuros ſperat. Vtrique autem certatim Legatis miſſis Antonium Brabantiæ Tutorem ſibi cōciliare adnixi ſunt, qui quo tutius ageret, ſe neutrarum partium fore reſpondit, tantiſper certe donec appareret, an frater ſuus Ioannes Dux Burgundiæ ſuppetias laturus eſſet ſororio ſuo Ioanni de Bauaria.

Interea tēporis Ioannes Dux Burgundiæ ſororius, & Wilhelmus Comes Hollandiæ frater Ioannis de Bauaria, itemque Comes Namurcenſis, necnon & alij complures Principes in Hannonia con- *Conueniūt parentes Epiſcopi de Bauaria.*
B iunctis copijs, quas ex Burgundia, Francia, Hannonia, Picardia, Arteſia, viciniſque prouincijs collegerant ducente ipſo Ioanne de Bauaria per Hasbaniam deſcendūnt, vt Traiectum obſidione liberent. Cuius rei nuncio accepto Perwiſius obſidionem ſoluit ac ſe Leodium recipit.

Et quanquam neque Hoyenſium, neque aliarum ciuitatum legiones, quæ Traiecto dimiſſæ domum recta conceſſerant, Leodiū adhuc reuerſæ eſſent, Dionenſes tamen cum Hædrotijs nono calendas Octobris eo conuenientes Perwiſium vrgebant, vt ædicto promulgato in craſtinum omnes tam equites quam pedites obuiam hoſtibus cōuocaret, cumque Perwiſius excuſaret abſentiam copiarum ſuarum, *Perwiſius obſidionē ſoluit.*
C ſimulque hortaretur, vt diei Dominicæ, cui & S. Ceciliæ feſtum eſſet adiunctum, reuerentiā exhiberent, vt eo ſaltem die quietem agerēt, quæ copijs ſuis interea mature aduētantibus facile pēſaretur, Hædrotij palam illi ignauiam ac metum exprobrarunt, qui iam hoſtis opprimendi occaſionem negligeret, dum copijs eius nondum congregatis facile profligari poſſit, qui ſi vires ſuas contraxerit, plus negotij exhibiturus ſit, ideoque & mortem comminati ſunt, niſi poſtridie ſummo diluculo in aciem educeret. *Hædrotij ignauiam & metū exprobant Perwiſio.*

Obtemperat igitur Perwiſius, & poſtridie Leodio relicto cum copijs ſuis intrans Hasbaniam in pago Eichtenſi hoſtes adortus, ipſe cum filio ſuo nouo Epiſcopo interfectus occubit, quo prælio, qui maximum tradunt, triginta ſex milia Leodienſium extincta fuiſſe *Perwiſius vnà cum filio Theodorico in prælio cadit.*
D ſcribunt. Perquam viriliter hi ſe in initio pugnæ geſſerant, ſed quoniam & de via laſſi, & numero hoſtibus inferiores, nec bene armati erant, in fugam verſi, cæſo Duce miſerabiliter oppreſſi ſunt.

Poſtridie Tungrenſes cum falſis rumoribus perſuaſi victoriam penes Perwiſium eſſe crederent, quanta potuerunt feſtinatione ad caſtra contenderunt vt ij reliquijs ſaltem belli conficiendis officio ſuo ſe non defuiſſe declararent. Sed cum victorem exercitum haberent obuiam, qui relictis caſtris Leodium verſus contendebat, præter ſpem inuaſi, diſperſi ac miſere profligati ſunt. *Tungrenſes decepti miſere diſperguntur.*

Digitized by Google

ANNOTATIONES. A

1. Iterum copijs ingentibus Traiectum obſidione cinxit:] *De hac ſecunda obſidione, & tempore illius per Pervviſium & ſuos geſtis inſolentijs ſcilicet contra Bauarum intolerandis: De aduentu copiarum Bauaricorum per ditionem Leodienſem & Loſſenſem, deq́ue eorum varijs expeditionibus: De Leodienſium obſidione ſoluta, de eorum temeraria cum Bauaricis pugna & miſeranda oppreſſione. De Tungrenſium infœlici interitu habes multa in annotatione ad calcem capitis duodecimi à §.* Tandem quotidie ſuccreſcentibus malis,&c. *vſque ad §.* Poſt pauca tres præcipui totius mali promotores.

B

Correctio rebellium & pax poſtea communitati certis conditionibus data.

CAPVT IX.

VTraque igitur hæc victoria Epiſcopo nunciata, qui ne pugnæ intereſſet Traiectum ſe receperat, ingentem lætitiam attulit. Accedebat huc, quod & Leodij quidam ex eorum numero, qui arte quadam ſe ad omnem auram accommodare ſolent, ac ſemper ad fœlicius latus, vt dicitur, ſe inclinant, Epiſcopi negocium agebāt, non alio conſilio, quā vt alieno ſupplicio ſcelera ſua eluerēt; Quippe equites & primi nominis ciues duo Ioannes D. de Rochefort, & de Agimont, & Ioannes Saraing, qui ſe malorum expertes vocitabant, vnà cum alijs veluti ſeditionum pertœſi, vexillo quodam antiquo aſſumpto collegia omnia penetrantes excutiebant, & canonicos à Theodorico inſtitutos, omneſque Hædrotios conquirebant, & in cuſtodiam publicam contrudebant. Quoque maiori Zelo erga Remp. teneri viderentur, viros quoſdam religioſos ac graues deputarunt, qui victorum animos oratione ſua demulcerent, ne in Remp. cuius maxima pars innocens eſſet, nimium ſæuirent, ſed mediocri potius mulcta contenti eſſent. C

Quidam negotium Epiſcopi peruerſe agūt.

Interea temporis, Ioannes de Bauaria ſucceſſu exhilaratus, inſequenti ſtatim nocte amicis obuiā profectus, gratias, vti par erat, pro opera præſtita magnifice egit, ſuumque officium viciſſim promptū atque paratum dies nocteſque fore ſpopondit, ibique tum porro inter principes de reformanda Rep. Leodienſi actum fuit, miſſuſque eſt eorum decreto Leodium eques auratus Ioannes de Ieumont, qui tum captiuos iſtos canonicos & Hædrotios, tum etiam ipſos qui hos cepiſſent, & ſi qui præterea eſſent, vtriuſque ſexus hoſtes Epiſcopi vinctos adduceret, & cæteris tum laicis, tum Eccleſiaſticis diem diceret, quo bini ac bini nudis pedibus procedentes, & flexis genibus veniā ab Epiſcopo rogarent, ac porro conditiones pacis acciperent in cāpo ad Mo- D

Ioannes de Bauaria amicis gratias agit.

Caſtigatio rebellium.

Digitized by Google

ad Moſam, qui dicitur Campele braes.

A Qui quidem legatione ſua rite perfunctus bigis multis & quadrigis complures vtriuſque ſexus captiuos aduexit, qui omnes de Ponte ibidem in moſam proiecti ſunt. Equites tamen iſti duo ab Agimont & à Saraing cum alijs aliquot capite truncati ſunt: Iacobus autē Badus Traiecti in quatuor partes diſſectus eſt.

Reliquis porro, qui nomine Communitatis ſecundum decretum Principum ſupplices Epiſcopo reuerentiam exhibuerunt, pax data fuit, cum alijs quibuſdam, tum in primis his conditionibus.

Communitati par citur his cōditionibus.

Primum vt Electo ſuo fidelitatis & obedientię iuſiurādum de integro præſtarent. Deinde vt priuilegijs ſuis omnibus renunciarēt, eorumque inſtrumenta Electo in manus traderent. Præterea vt in proſcriptionem Hædrotiorum Electo libere ſubſcriberent: Poſtremo vt ſumptus belli Electo refunderent, æſtimatione eorum faciēda ex arbitrio Ducis Antonij Tutoris Brabantiæ.

B

In quas quidem conditiones cum ſupplices ibidem conſenſiſſent, Principes Electum magna ſolemnitate Leodium deduxerunt, & in cathedram Epiſcopalem rurſus collocarunt. Quo facto communitas priuilegiorum ſuorum inſtrumenta Electo tradidit, de quibus ille ex principum conſilio, quod expedire videbatur tum conſtituit: acceptoque fidelitatis iuramento, factaque per Ducem Antonium refundendorum ſumptuum æſtimatione in Ducenta & viginti aureorum milia, & eorum ſolutione per cōmunitatem promiſſa, promulgata pax eſt, Hędrotijs tamen in perpetuum proſcriptis: De quorum etiā rebellione quo ſecurior Electus in poſterum fieret, obſides à cōmunitate quingentos viros accepit, qui ad annos 4. varijs in locis detenti ſunt. Expenſarum autem militarium ſolutio quo fieri commodius poſſet, per Leodienſem Loſſenſemque ditionem vectigalia vetera adaucta, & noua quædam inſtituta ſunt menſibus viginti, & diebus ſex.

C

Communitas pro expēſis belli ſoluit ducēta viginti aureorum milia.
Hydrotij proſcripti
Obſides quingenti.

Menſe Februario Leodienſem diœceſim tanta inundatio Moſæ afflixit, vt vſque ad introitum Eccleſiæ Leodienſis aqua accreuerit, quare & pons archarum lapideus cum multis alijs ædeficijs diſturbatus eſt.

Pons archarū diſturbatur.

D

ANNOTATIONES.

De admiranda correctione rebellium non in Ciuitate tantum Leodienſi ſed in tota patria facta deq́; pacificatione eiuſq́; conditionibus plene & exacte ſcribit Zantfliet quem lege ſi placet in annotatione ad calcem duodecimi capitis à. §. Poſt pauca tres præcipui totius mali promotores. *Vſque ad. §.* Subſequenter D. Ioannes de Bauaria Electus Leodienſis audita morte.

A

Status Ciuitatis & patriæ poſt bellum in melius per complures annos mutatus, cum pluribus alijs externis.

CAPVT X.

REbus igitur ad hunc modum Leodij compoſitis, Principes exercitu dimiſſo ad propria reuerſi ſunt. Redeuntibus igitur vndique canonicis ac cæteris exulibus, Leodij ſtatus Reip. melior apparuit, & ad annos complures perſeuerauit.

Concilium piſanum ad componendũ ſchiſma.

Anno 1409. Benedictus 11. Auinionenſis, & Gregorius 12. Romanus Pontifex, vltro citroque miſſis literis inter ſe mutuum hortati ſunt principatum deponere, vt noua fieret electio, vnitaſque rediret Eccleſiæ, cum neuter haberet propoſitum reſignandi, Cardinales autem videntes colluſionem Pontificũ, ab vtraque parte conuenerunt Piſas, Concilium celebrarunt indict. 2. huius anni. B

Duo colludentes pontifices remouentur.

Erant ibi prælati circiter ſexcẽti, Theologi centũ viginti quatuor, Iureconſulti prope trecenti, qui cum ambos iſtos à poteſtate remouiſſent, poſt 20. dies vnanimiter elegerunt Fr: Petrum Philardi Cretenſem ordinis minorum, qui ex presbytero Cardinali Baſ. SS. 12.

Succeſſio Pontificum.

Apoſtolorum creatus 6. calend. Iulij, coronatus non. Iulij ſedit mẽſibus 10. diebus 8. fuitque appellatus Alexander quintus: Gregorius interim & Benedictus contempto Concilio Piſano ſeſe Pontifices (vt ante) geſſerunt. Subueriti tamen ne caperentur, alter Ariminum, alter Catalauniam diffugerunt. C

72. Hadrotij in rotas ſublimati.

Hoc anno cũ varijs in locis per Leodiẽſem Diœceſim ſeuerè in Hædrotios animaduerteretur, Menſe Septẽbri in Oppido Herkenſi eius hominis ſeptuaginta duo viri profugi capite plexi in rotas ſublimati ſunt. Ioannes de Spane, qui caput his erat, Leodium deductus in partes quatuor eſt diſſectus, alij octodecim ibidem capite ſimpliciter truncati ſunt.

Pontificum & Cæſarum ſucceſſio.

Anno 1410. Alexander 5. Papa obijt 5. nonas Maij. Vacat Sedes dies 15. his elapſis, electus fuit Baltazar Coſſa Neapolitanus dictus Ioãnes 22. qui tamen ab alijs 23 numeratur, qui ſedit annis 5. diebus 15. D

Hoc anno Cæſar Robertus, ſiue Rupertus Bauarus calend. Iunij moritur, fuitque interregnum menſium 3. dierum 19. Iodocus Marchio Brandeburgenſis Rex Romanorum creatus 12. Calend. Octobris. Imperauit 6. menſes. Eo igitur 13. calendas Aprilis mortuo, Sigiſmundus Rex Vngariæ creatus Cæſar menſe Martio, imperauit annis 26. menſ. 8. diebus aliquot.

Eodem hoc anno Antonius Dux Brabantiæ vxorem duxit Eliſabetham Duciſſam Lutzemburgiæ filiam Ioannis Ducis de Gorliez, qui Frater fuit Venceſlai Regis Bohemiæ, & Sigiſmundi Regis

Digitized by Google

Regis Vngariæ atque Imperatoris: quam eandem Eliſabetham mor-
A tuo Antonio vxorem poſtea duxit Ioannes de Bauaria Electus Leodienſis.

Anno ſequenti hoc eſt 1411. Imperator Sigiſmundus cum decem milibus equitum venit Aquiſgranum coronam Imperij accepturus, quò cum Brabantiæ Dux Antonius in primis ob contractam affinitatem honoris gratia vocatus eſſet, inſtructus Lewas vſque profectus eſt. Sed hinc ſuſurrationibus quorundam conſilio mutato mox domum reuerſus eſt, vnde Imperatorem non mediocriter offenſum habuit.

Hoc anno Romæ Synodus à Ioanne Papa celebrata eſt.

Anno 1412. pax inter Wilhelmum Hollandiæ Comitem Electi
B Leodienſis fratrem, & Iuliæ Ducem Reynoldum eſt compoſita, qua Gorichemum ſiue Gorcomiũ Arkelenſis ditionis Metropolis Hollandiæ ditioni adiuncta eſt, neque qui Dominus eius quondam fuerat Dominus Ioannes de Arkel, ea pace comprehenſus eſt.

Anno 1414. Concilium generale Conſtantienſe inchoatum eſt calend. Nouembris, cui interfuiſſe memorantur tria milia nongenti & quadraginta viri prælati prælatorumque Vicarij.

Concilium Conſtantienſe in quo ſchiſma componitur.

In hoc concilio Ioannes Hus, deinde Hieronymus Pragenſis ſectator eius, ambo Diſcipuli Ioannis Vicleff Anglici fuerunt combuſti.

Ioannes Hus & VVicleſ cõbuſti.

Hoc anno Domina Iacoba Bauarica vnica filia Wilhelmi Comitis
C Hollandiæ, cuius Patruus Electus Leodienſis, Auunculus Antonius Dux Brabantiæ erat, deſponſabatur Duci Turonenſi delphino Franciæ, quæ cum iſto mortuo poſtea prædicti Antonij filio conſobrino ſuo Ioanni Duci Brabantiæ poſt patris eius mortem nupſiſſet, Electus Leodienſis illi multas difficultates mouit, non alio propoſito atque conſilio, quam vt illa excluſa, ipſe Wilhelmo fratri defuncto in Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, ac Friſiæ ditiones ſuccederet, vt infra apparebit.

Anno 1415. pridie calend. Iunij Ioannes 23. Papa coactus abdicauit ſe, vacauit ſedes annis duobus, menſibus quinque, diebus decem Gregorius duodecimus Papa per procuratorem abdicauit 4. nonas Iunij.

D Eodem anno ipſo die SS. Criſpini & Criſpiani, qui 25. Octobris fuit in campis Blangianis prope Aſincuriam, quæ eſt Comitatus ſancti Pauli, prælium commiſſum fuit inter copias Henrici 5. Anglorum Regis, & Caroli 6. Regis Francorum: in quo victoribus Anglis maxima fere pars nobilitatis Gallicæ perijt. Occubuit ibidem quoque Brabantiæ Dux Antonius, & frater eius Comes Namurcẽſis Philippus.

Conflictus celebris apud hiſtoricos inter Anglos & Gallos.

Antonio igitur patri ſuo filius Ionnes in Ducatum Brabantiæ ſurrogatus eſt adoleſcens annorum tredecim. Vidua igitur Antonij Eliſabetha Sigiſmundi Imperatoris neptis, huius noui

Braban-

Digitized by Google

Brabantiæ Ducis nouerca cum non ſatis digne ſe haberi arbitraretur poſt mortem mariti irato animo Brabantiam reliquit,& in Lutzemburgiam conceſſit ,cuius querelis Sigiſmundus Imperator aduerſus Ioannem Ducem ita exaſperatus fuit , vt legatos eius Conſtantiam ad ſe miſſos audire noluerit. A

Ioannes de Bauaria ſtudet inire gratiam Imperatoris.

Ioannes etiam de Bauaria , qui ſuum negotium agebat , quo gratiam Imperatoris aliquam captaret , Ducem Ioannem impediturus videbatur, ne ille Traiectum ad inaugurationem ſui proficiſci poſſet. Quod Dux intelligẽs confeſtim exercitu conſcripto accelerauit Traiectum antequam Epiſcopus ſe apparare poſſet, atque ita propoſitũ expleuit.

Imperator Leodium & inde in Angliã proficiſcitur.

Anno 1416. Imperator Sigiſmundus in inferiorem Germaniam venit, ſtudio reconciliandæ vnionis in Eccleſia, Principes exſuſcitaturus ad Concilium Conſtantienſe. Quo tempore & Leodij fuit pridie Natalis Chriſti, & cum poſt cantatas veſperas aduenisset , accito Antiſtite, quia deſiderio audiendi Diuini Officij tenebatur, horæ iterum decantatæ ſunt. Vbi Cæſar ad Electi latus accumbens , multa deuotione ſacros hymnos audiuit. B

Hunc Imperatorem in Angliam eodem ſtudio proficiſcentem frater Electi Leodienſis Wilhelmus Hollandiæ Comes cũ ingenti Principum, Baronum, equitum,ac nobilium caterua comitatus eſt. Vnde tamen Imperator ſpe ſua fruſtratus redijt , quum Rex Angliæ ad concordiam induci non poſſet. C

Carolus Delphinus intoxicatus.

Anno 1417. feria 3. ſacræ hebdomadæ ante paſcha Carolus Dux Turonenſis ac delphinus Franciæ maritus D. Iacobæ Hollandicæ, cum loricam ferream intoxicatam indueret, veneni pernicie per viſcera diffuſa, interijt matrimonij ſui anno tertio.

Iacoba vidua recipitur in Comitiſſam &c.

Eodem anno 4. feria Pentecoſtes eiuſdem Iacobæ pater & Electi Leodienſis frater Wilhelmus Sextus Hollandiæ Comes vita defunctus eſt, relinquens vnicam hanc filiam hæredem Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, ac Friſiæ: quam ſubditi , ſicuti Patri adhuc viuenti ac præſtipulanti volentes ſpoponderant, mox in legitimam principem ſuam inauguratam receperunt.

ANNOTATIONES. D

1. *De ſtatus patriæ in melius commutatione Chronica & ſequentium aliquot Pontificum geſta teſtantur. Externa quæ hic introducuntur partim habes pene apud omnes hiſtoricos huius ſæculi, & præſertim Ioannem de Becka in geſtis Pontificum vltraiectinorum, & in eorum appendice per noſtrum Suffridum.*

2. Anno 1414. Concilium generale Conſtantienſe :] *Per quadriennium celebratum fuit, quo tempore ſublatum fuit ſchiſma & quæſtiones de Pontificatu quæ interceſſerant inter Gregorium 12. diu ante exautoratum, quam Ioannes 22. electus eſſet , & Petrum Lunam cognomento Benedictum tertium Antipapam obſtinatum , illis enim Concilio ſe ſubmittentibus abrogatus eſt omnibus Pontificatus, & ſuffectus Martinus quintus.*

CAPVT

Digitized by Google

A

Ioannes de Bauaria vocatur in Hollandiam.

CAPVT XI.

IOannes autem de Bauaria Electus Leodienſis huius Iacobæ patruus, vt ſupradictum eſt, eodem anno multorum magnatum ſollicitationibus in Hollandiam vocatus eſt, vt fraternarum ditionũ tranquillitatem tueretur.

B Feruebat ea tempeſtate Hollandia inteſtinis factionibus eorum, quos Houy & cabbeliaus, ab hamo piſcatorio, & aſello piſce nominabant: Quorum prioribus iſtis, Hamatis dico, parentem ſuum imitata D. Iacoba ſe antiſtitem præbens, aduerſarios veluti publicos patriæ hoſtes proſcribebat. *Factiões Hollandiæ.*

Hi ergo quo ſe aduerſus iniuſtam vim præmunirent, miſſis literis ac legatis Ioannem de Bauaria rogant vt ipſis & patriæ ſuccurreret, aduerſus eos, qui neptis eius imprudentia in perniciem Reip. abuterentur. Se enim non habere proprius vllum, aut iuſtius refugium, quam ipſum, qui ſi Eccleſiæ votum non feciſſet, legitimus eius ditionis hæres ac ſucceſſor futurus erat. Hollandiæ autem ob factiones C gubernatore, & Iacobæ ob ſexum atque ætatem tutore plane opus eſſe: ipſum patriæ ſuæ ſubſidium, ſalua pietate negare non poſſe. *Bauarus Perſuadetur ire in Hollandiam.*

His igitur ac ſimilibus ille inductus, relicto Leodio menſe Septembri eiuſdem anni Dordracum venit, & cum ibidem ab Aſellatis tantum inauguratus Hollãdiæ, Zelandiæ, ac Friſiæ Tutor, Hamatos obſtinate reluctari cerneret, bellum vltro mouit, vt detrectantes cogeret. *Hamatis bellum indicit.*

Hamati ergo, quo maiori potentia ſua factionem communirent, ſub finem huius anni conſilium ineunt de Iacoba Duci Brabantiæ Ioanni in Matrimonium collocanda, quæ res eo tum deducta fuit, vt inſequenti anno Matrimoniũ inter hos contraheretur per verba de futuro, hoc eſt, vt ita demum ratum foret ſi ſua diſpenſatione id comD probaret Romanus Pontifex, cum hi, qui matrimonium contracturi erant, inter ſe conſobrini eſſent. *Domina Iacoba Duci Brabantiæ Ioanni deſpondetur.*

Ac Ioannes quidem de Bauaria qui moleſtijs hactenus extricari cupiebat, præſens ac volẽs ſuum quoque conſenſum huic matrimonio interpoſuit: expreſſis tamen certis quibuſdam conditionibus, in quas vtrinque tum conuentum eſt. *Etiam conſentiente Bauaro Electo.*

Hoc anno in Concilio Conſtantienſi Otho Coluna Romanus Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro creatus Romanus Põtifex dictus Martinus 3. is creatus 3. idus Nouẽbris conſecratur 11. Calend. Decembris, ac ſedet annis 13. menſibus 3. diebus 10. *Martinus 3. Papa.*

Eodem Conſtantienſi Concilio Benedicto Papæ ſeu Petro Lunæ

7. calend.

Digitized by Google

7. calend. Auguſti pontificatus abrogatus eſt, ſed is non obtemperauit. A

Anno 1418. Ioannes Dux Brabantiæ miſſis legatis Conſtantiam, diſpenſationem impetrauit à Martino Papa, qua ille matrimonium eius cum Iacoba contractum ratificauit.

ANNOTATIONES.

De hac vocatione Bauari & alijs eo pertinentibus plura habes in appendice ad Ioannem de Berg.

Ioannes de Bauaria vxorem ducit, & adminiſtrata ſex annis Hollandia, Zelandia, & Friſia moritur. B

CAPVT XII.

EOdem autem anno Ioannes de Bauaria, cum ab Hamatis ſine intermiſſione contumelijs, & mox etiam à Brabantis bello laceſſeretur, hinc iniuriæ impatientia, illinc regnandi libidine ſtimulante, illis arrigere aures cœpit, qui de Epiſcopatu reſignando, de ducenda vxore, de Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ Comitatu, de Friſiæ dominatu occupando, de Iacoba exturbanda cantilenam occinerent. C

Et quidem cum ad eam rem tentandam titulis, ad obtinendam ſubſidijs idoneis niti ſibi videretur, aleam iaciendam plane exiſtimauit: quæ ſi fœliciſſime, ſummam rerum, ſi mediocriter, gubernationem patriæ, ſi infœliciſſime caderet, aliquam ſaltem conferret portionem ditionis propriæ, quæ charior eſſet frigida Epiſcopatus adminiſtratione.

Animaduertebat autem matrimonium Iacobæ non modo Aſellatis omnibus in Hollandia, ſed & Hamatis quamplurimis diſplicere, propterea quod Duce ipſo nonniſi 16. annos nato Conſiliarij eius pro arbitrio ſuo Brabantos potius quam Hollandos ad functiones publicas illic adhiberent. D

Sciebat inſuper Imperatorem Sigiſmundum ſibi multis de cauſis beneuolum, Brabantis tum ob Antonium Ducem, tum ob hunc ipſum Ioannem eius filium non mediocriter offenſum: Quibus omnibus in ſuam cauſam congruentibus, ſibi compos voti non difficulter fore videbatur.

Epiſcopatum reſignat ad manum Pontificis. Fauentem Im-

Ideoque vt & hæc omnia adaugeret, & maleuolis omnem detrectandi anſam præcideret, menſe Mayo Conſtantiam legatos miſit ad Pontificem & Imperatorem: per quos Pontifici quidem Epiſcopatū Leodienſem in manus reſignauit. Imperatori vero expeditionē propoſiti ſui commendauit.

Huius

Huius primum caput erat, vt Eliſabetham ſuam ex fratre Neptem, Lutzemburgiæ Duciſſam, Antonij Ducis Brabantiæ relictam viduam ſibi in matrimonium traderet; ac ne vel gradus Hypodiaconatus, quo ipſe pridem initiatus erat, vel ſpiritualis cognatio, quod ipſe prolem Eliſabethæ ex Antonio ſuſceptam de ſacro fonte leuaſſet hoc connubium impediret, impetrata diſpenſatione pontificia, procuraret. A

Secundum erat, vt ipſum Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ Comitem, ac Friſiæ dominum declararet, idque vel iure hæreditatis, cuius ipſe velut agnatus proximus, obtẽtą Pontificis diſpenſatione, capax futurus eſſet, vel iure feudi, quo ad Imperium hæ prouinciæ deuolutæ noſcebantur, cum frater huius maſculam ſtirpem nullam reliquiſſet. B

Tertium erat, vt Põtificem induceret, quo ille matrimoniũ Iacobę reuocata diſpenſatione irritum faceret.

Imperator itaque in omnibus ac ſingulis ſe promptiſſimum declarauit, & neptem ſuam ipſi libenter deſpondit, ſubmotis diſpenſatione Pontificia impedimentis vniuerſis. Prouinciarum quoque prædictarum dominatum benigne promiſit, quatenus priuilegijs earum nonobſtantibus præſtare poſſet. Brabantici etiam matrimonij improbationem à Pontifice facile impetrauit, eo colore, quod illud & ſcandaloſum Eccleſiæ, & pernicioſum Reipublicæ futurum diceret. C

Fauentem Imperatorem experitur in omnibus.

His igitur ad eum modum ſuccedentibus Ioannes de Bauaria Eliſabetham vxorem duxit, & conuocatis ſupradictarum prouinciarũ ordinibus palam explicuit, quid poſtularet, & quo minus repugnantem ſibi haberet Ioannem Brabantię Ducem, exemplar reuocationis Pontificiæ, quæ tardius ad illum peruentura videbatur, ab Imperatore ſibi tranſmiſſum, literis ſuis inſertum illi tranſmiſit, vt cito deſperaret.

Ioannes de Bauaria ducit vxorem.

Atque Brabanti has technas ſubodorati, nonobſtante iſta Pontificis reuocatione, Ducem Ioannem Iacobæ mox coniungunt, quod eorum factum idem Pontifex poſtea de integro comprobauit, cauſatus iſtam reuocationem ſibi per Imperatorem fuiſſe extortam. D

Brabãtini Ioãnis de Bauaria conatibus reſiſtunt.

Hollandi verò ac cæteri Prouinciales ſatis liquidis rationibus docuerunt illum ad plenum patriæ dominatum peruenire nequaquam poſſe, quoniam hoc caſu tanquam feudum ad Imperium non deuolueretur, ſiquidẽ & feminæ eius capaces ſunt, & hæres ſuperſtes eſſet legitima patri ſuo Domina Iacoba, cui tota patria & ante, & poſt obitum parentis fidelitatem iuraſſet: Gubernationẽ porro earum prouinciarum illi præſtare, non iam prouincialium, ſed ipſius Ducis eſſe, in cuius matrimonium ipſe etiam conſenſiſſet.

Hac igitur publica prouincialium voce ad hunc modum repreſſus Ioannes de Bauaria, cum priuatis aliquot factioſis aliquamdiu tumul-

Digitized by Google

tuatus eſt, ac facta tandem pace non contemnendam Hollandiæ partem à Domina Iacoba feudali iure obtinuit, quæ illi olim à patre Alberto donata, à fratre Wilhelmo aſſignata, & matrimonialibus demum conditionibus nuper ab ipſa confirmata erat : ac tandem etiam ab ipſo Duce Ioanne Hollandiæ, Zelandiæ, ac Friſiæ gubernationem conſequutus fuit, quem ad finem vſque vitæ obtinuit. A

Concordia Ioannis de Bauaria cum Duce Brabantiæ.

Moritur. Atque ita quidem Ioannes de Bauaria relicto Epiſcopatu Leodienſi, quem continuis 20. iam annis adminiſtrarat, in Hollandiam commigrauit, vbi expletis annis ſex eſt mortuus improuiſa admodum morte, pridie trium Regum anno 1424. de cuius actis plura habentur in Chronico Ducum Brabantiæ, quod breui fauente Deo in lucem daturi ſumus, & nos etiam in appẽdice ad Chronicõ Beckani de Epiſcopis Traiectenſibus & Comitibus Hollandiæ plura diximus: Hæc enim Chronica cum rebus, temporibus, ac perſonis interſe connexa ſunt, mutuã operam interſe tradunt, & ad plenã veritatis cognitionẽ alia alijs lumen præferunt, alia alijs ſuffragantur. B

Scripta auctoris.

Porro autem digreſſo Ioanne de Bauaria, ad conſeruandam Reip. Leodienſis tranquillitatem, quouſque de nouo Epiſcopo conſtaret gubernatio patriæ cõmiſſa eſt præſtantiſſimo viro ac Domino Euerardo à Marcka.

Eodem hoc anno 1418. Concilium Conſtantienſe finitum eſt. C

Dominus Ioannes de Liladam cum 300. viris Pariſios ingreſſus vociferatur, viuat Burgundia, ſtatim ciues multi adhæſerunt ei, & occiderunt ex aduerſarijs Ducis ad tria circiter millia.

ANNOTATIONES.

Inter eos qui ſcripſerunt de geſtis Ioannis à Bauaria, nullus verius pleniusq́; ſcripſit Cornelio Zantfliet, cuius ſcripta idcirco nos hoc loco adſcripturos polliciti ſumus, vt ex eis, ſepoſitis affectibus, quibus fere in aliorum ſcriptis aliquid tribuitur, hiſtoria nuda veritas cognoſci poßit. Si cui forte moleſtum erit ea legere, illa prætereat & tranſeat ad caput 13. & videat quæ auctor noſter de ſucceſſore eius VValenroda 80. Epiſcopo Leodienſi tradit.

D

Scripta Cornelij Zantfliet de Ioanne à Bauaria.

CElebratis D. Arnoldi de Horne funeralibus ſatis eleganter, altera Annuntiationis Beatæ Virginis Mariæ cum multi eſſent anhelantes ad Epiſcopatum Leodienſem, præſertim D. Guilielmus de Lecka Archidiaconus, pro quo interceſſerat Duciſſa Brabantiæ : Sed & Albertus Dux Comes Hollandiæ &c. pro filio ſuo multas inſtantias fecit & preces. Sed per Capitulum vniformiter poſtulatus eſt in Epiſcopum Dominus Theodoricus de Marcka nepos quondam Domini Engelberti de Marcka Leodienſis Epiſcopi frater

Comitis

Comitis de Marcka & Cliuis, qui renuens Epiſcopari, renuntiauit po-
A ſtulationi de ſe factæ, regratians multum Dominis Capituli, qui eum poſtulauerant, ſuper beneuolentia, quam ſibi exhibuerant. Vacante ſede Leodienſi, de communi conſenſu Capituli & populi creatus eſt Mamburnus & protector patriæ Henricus de Perweys nondum miles nepos Epiſcopi tunc defuncti, eo quod ſatis quiete & iuſte præfuiſſet & tractaſſet Loſſenſes, dum eſſet Seneſcallus Comitatus eorum.

Subſequẽter poſtquam D. Theodoricus de Marcka renuntiaſſet ac libere ceſſiſſet electioni ſiue poſtulationi de ſe factæ quo ad Leodienſem Epiſcopatum, & Vrbanus Papa adhuc viuens illam approbaſſet
B & confirmaſſet, Bonifacius 9. dictum Leodienſem Epiſcopatum contulit D. Ioanni de Bauaria filio illuſtris Ducis Bauariæ Alberti Comitis Hannoniæ Hollandiæ & Zelandiæ necnon Domini Friſiæ tunc temporis poſtulato à Capitulo Leodienſi, qui tamen venire tardauit ad poſſeſſionem vel receptionem ſuam, vſque poſt feſtum B. Ioannis Baptiſtæ anno ſequenti, quæ quidem confirmatio fieri practicata eſt per Aegidium Chabot militem nuper à Scabinatu depoſitum, qui ante ſuſceptam militiam & initum coniugium fuerat Magiſter in artibus & canonicus S. Martini Leodienſis.

Eodem anno decima Iulij per portam S. Walburgis intrauit Leodium D. Ioannes de Bauaria Electus in Leodienſem Epiſcopũ, quem comitabatur nobiliſſima comitiua Principum ac Baronum, pro vt
C tam nobilem decebat adoleſcentem. Equitabat à dextris Dux Albertus genitor eius Comes Hannoniæ, Hollandiæ, &c. A ſiniſtris germanus eius Guilermus pro tunc Comes de Oſternant, quem præcedebant & ſequebantur alij innumeri, videlicet Robertus Comes Namurcenſis, Wilhelmus & Ioannes Nepotes eiuſdem Comitis, Henricus Comes de Salmis, Domini de Gaesbeke, de Moreamis, de Steyne, de Dieſt, & alij quorum nomina ſunt ignota.

Receptuſque eſt cum ingenti tripudio cleri & populi, gaudentibus vniuerſis, qui tam generoſum virum in ſuum Dominum ac Principẽ adepti fuiſſent.

Et ſubſequenter in palatio Epiſcopali cunctis volentibus miniſtra-
D ta ſunt fercula exquiſita, vina rubea & alba in copia maxima, & licet populus interdum ſit inconditus moribus & ſermonibus, maxime dum mero redundat, attamen præter ſolitum pauca illinc geſta ſunt correctione digna, excepto quod quidam filius ſacerdotis dum præ ebrietate linguam ſuam nimium relaxaſſet & probra multa quibuſdam Dominis inculcaſſet, ſtatim ad forum deductus, dextrum pugnum perdidit, vt cæteri ſimili caſtigarentur exemplo, & frænos ponerent ori ſuo.

Altera die Albertus Dux releuanit in feudum ab Eccleſia Leodienſi Comitatum Hannonienſem, qui ſibi prouenerat ex morte fratris ſui Gulermi in Furia defuncti, ſicque factus eſt vaſallus filij &

Eccleſiæ Leodienſis præſentibus principibus vniuerſis.
Quarta die aduentus ſui receſſit Leodienſis Electus cum ſua comi- A
tiua verſus Hoyum, & ſubſequẽter ad cætera oppida, villas & caſtra
patriæ totius ab omnibus hilariter & iucundiſſime ſuſceptus. Sicque
genitor & frater eius abierunt verſus Hannoniam.
Dein ſabbatho poſt feſtũ Luciæ D. Ioãnes Leodiẽſis Electus ſuſce-
pit ordinem ſubdiaconatus, & cum eo Abbas S. Trudonis adhuc iu-
uenis filius Domini de Ordinghen ex nobili ſanguine de Duras &
Lintris propagatus.
Anno 1395. occaſione nemoris de Seranio ſuborta eſt grauis con-
trouerſia inter Dominum Leodienſem & Scabinos ac incolas villæ
de Seranio dicente, D. Leodienſi dictũ nemus ſolum ad ſuum domi-
nium ſpectare, nec licere cuiquam arborem abſque ſuo ſcitu & licẽ- B
tia præcidere, dicentibus incolis ex antiquiſſima conſuetudine, quam
pro lege tenebant, id ſibi licere.
Cum igitur aliquanti ex ipſis ligna & arbores pro libito ſuccidiſ-
ſent, D. Leodienſis querimoniam magnam de eiſdem incolis &
Scabinis depoſuit coram Scabinis Leodienſibus, aſſerens ſibi violen-
tiam illatam & contemptum grauem. Scabini Leodienſes audita que-
rela Domini dictos Scabinos ad Peronem proclamari fecerunt, cer-
ta eis iniungentes propter violentiam viagia: Illi e diuerſo Magiſtros
Ciuitatis & Conſules in ſuum ſuffragium requiſierunt, poſtulates vt
eos tanquam ſuos conciues contra Dominũ defenſarẽt. At Burgima- C
giſtri cum cæteris popularibus comminabantur Scabinis Ciuitatis, vt
à cœptis deſiſterent & mandatum reuocarẽt, alioquin eos à ciuitate
proſcriberent: Quod & fecerunt indilate.
Quamobrem D. Leodienſis dictos incolas de Seranio ad annulum
palatij, necnon & ſancti Trudonenſes cum Tongrenſibus, qui pridẽ
ei deſpectum quendam fecerant proclamari fecit.
Vulgares autẽ excitato tumultu clamoribus incõditis prohibebãt
ne forma ſententiæ quouis modo poſſet audiri: inhibebãt inſuper ne
campana banni, vt fieri ſolet in huiuſmodi, pulſaretur.
Ea propter indignatus Dominus Leodienſis ciuitatem ſuam deſer-
uit, & ad Oppidum de Dieſt ſigillum & Officialatum cum Curia ſua
ſpirituali mox transferri fecit. Sed & villã cũ caſtro de Eyke per ſuos D
ſarciri fecit, vt ſi forte bellũ immineret, illic ſe reciperet, & ſuos ad-
uerſarios impugnaret.
Tandem poſt multas dietas ac tractatus promiſſum eſt ei ſubſidiũ
ſiue ſumma pecuniarũ pro damnis ſuſceptis ſoluendis. De qua D. Bal-
duinus de Moniardin miles tanquam arbiter & tractator pacis aſſere-
bat ſibi promiſſam per cõmiſſarios Capituli Leodienſis ſummã qua-
tuor milliũ Francorũ aureorum. Negantibus autem Dominis Capi-
tuli dictus miles tantum practicauit apud communitatem, quod
ab hora maioris miſſæ vſque ad horam ſecũdam poſt mediam noctẽ
dicti Domini in ſuo Capitulo recluderẽtur, donec in craſtinũ vellẽt,
nollent

Digitized by Google

nollent dictam ſummam Francorum ſibi promitterent deliberare.

A Poſt aliquantulum temporis interuallum D. Leodienſis reſtituto caſtro de Eyke cum oppidulo reuerſus eſt ad Ciuitatem ſuam infra octauas Epiphaniæ anni ſequentis.

Per idem tempus Hoyenſes ob ſuos enormes exceſſus frequenter moleſtati & cõuocati ad annulũ palatij, totis viribus inſudabãt, vt illam iuriſdictionem Domino Leodienſi auferrent, & vt id cõmodius efficerent, aliquanta Oppida patriæ apud Waremiam conuocarunt, vbi multis perſuaſionibus præmiſſis, Traiectenſes & Dionenſes in ſuam deflexerunt ſententiam ; At ſancti Trudonenſes, qui proprius ſuum Principem offenderant, datis duobus milibus & quingentis Florenis Renenſibus, animum Principis ad pacem amollierunt;
B Tungrenſes vero cum Haſſelenſibus indiuidue Leodienſibus contra ipſos adhæſerunt.

Cum igitur Hoyenſes certa die Leodium conueniſſent, & cõmunitatem in palatio Epiſcopali conuocaſſent, ſatis humiliter ſe de impoſitis excuſabãt dicentes, ſe nolle Dño ſuo iuriſdictionẽ, quam ſui prędeceſſores vſque tunc inuiolabiliter exercuiſſent, auferre, ſed poſtularent quod illa auctoritas determinaretur & explanaretur, vt ſcirẽt euidẽter ob quos exceſſus ad ipſum annulũ debuiſſent cõuocari, ac de cætero cauerent incidere iterum in labyrinthum, ac Dominũ ſuum offendere: Sed infecto negotio Hoyenſes ad ſua remearunt cum animorum perturbatione non modica ſpe ſua prorſus fruſtrati.

C Anno 1403. quidam filij iniquitatis gallice Heydrois, id eſt, odientes ius & æquum, ciues Leodienſes cœperunt rebellare contra D. Leodienſem Electum inclytum Iohannem de Bauaria; nitentes contra Deum, iuſtitiam, & rationem poſſe tenus deſtruere iuriſdictionem Eccleſiaſticam in pleriſque modis & formis, ipſumque D. Electum priuare, ac alium intrudere in præſulatum Leodienſem, & ſicut inceperunt contra Bonifacium Papam ſuoſque Cardinales, ita & contra ſuum Electum & omnes Eccleſias procedere conati ſunt inconſulte, necnon & omnia bona Eccleſiaſtica ſurripere, & his ſimilia deteſtanda facinora perpetrare moliti ſunt, frangendo vi turrim Officialis, quæ eſt carcer clericorum, captiuos aliquot ſceleratos liberando. Canonicos maioris & ſecundariarum Eccleſiarum proſ-
D cribendo de ciuitate & patria, redditus Epiſcopales ſibicumque vſurpando, & in his & alijs iuriſdictionem Domini enormiter lædebant & infringebant.

Quamobrem idem Dominus hoc amplius conniuentibus oculis diſſimulare non valens, cum ex iuramento ad protectionẽ libertatũ Eccleſiæ teneretur, curiam ſuam ſpiritualem à Leodio Traiectũ tranſtulit pro teutonicis, & in Hoyum pro gallicis.

De quo non immerito indignati qui in talibus lucrari ſolebant in hoſpitijs & foro venaliũ, procurantibus dictis malignis viris, ciues in palatio cõgregati de ſubſtituẽdo Mãburno qui dux belli foret contra

 ſuum

Digitized by Google

ſuum principem de facto concordarũt. Fama ſiquidem vulgari percrebuit inſtinctu malignantium, quod dictus Electus ciues in maximam ſeruitutem redigere proponebat, Franciſias ac libertates eorũ infringere, eos quoque per fas & nefas ſuppeditare, & ante ianuas domorum ſuarum ſuſpendere, quodque idem D. relicto Præſulatu coniugium inire volebat & huiuſmodi mendacia in odium ſui confingebant. A

Deinde rebus labẽtibus ſemper in deterius 12. Iulij Dominum Henricum de Horn Dominum temporalem de Perweys clamore, fremitu, tumultuque ſeditioſo ſubortis, in ſuum Mamburnum ſeu patriæ tutorem fieri acclamabant, aſſerentes quod Dominus Electus patriã ab inimicis viriliter non tutabat, in his omnibus non cauſam pro cauſa ponentes, & quærentes occaſiones in peccatis & calumnijs ſtudioſis. B

Quam quidem creationem Mamburni & ſuam inualidam electionem per Capitulum Leodienſe auctoriſari, confirmari, & ſigillo ſuo roborari requirebant. Quod cum illi præmiſſis rationibus efficacibus facere recuſarent, maxime cum electio Mamburni cauſis iuſtis extantibus nõ ad populum, ſed ad ſolum capitulum ſpectaret de iure & conſuetudine præſcripta; nec hac vice cauſam haberẽt id attemptandi, ſed propter bonum pacis ipſi Domini Capituli libentiſſime de concordia inter Dominum & Ciuitatem facienda ſe vellent intermittere, & ſui principis animũ ad manſuetudinẽ inflectere, nec ſuis ſudoribus ac expenſis omnimodis parcere vellent. C

Populares ſuper his nimium commoti, terribilibus vocibus perſtrepere cœperunt clamantes, quod eſſent traditi ac venditi, ſtatimque dictos canonicos in loco capitulari congregatos, & habitu clericali ſolemniter ſuperueſtitos per ſuos ſatellites & complices illic obſerauerũt & per totã illam diem ac noctem vſque in craſtinum hora maioris miſſæ ſine cibo & potu recluſos cuſtodierunt, caute præcauentes ne quis effugeret, ſicque coacti darent quod pridem ſpõtanee concedere recuſabant. Inſuper & prohibebant ſollicite ne quis de familiaribus propinquis ac amicis Dominorum intraret, aut colloquium cum eis haberet. Parabant ſiquidem dictos Dominos in craſtinum producere populo, vt decollarentur. D

Quamobrem non ſatiati tantis iniurijs, altera die, quæ fuit vltima Iulij, conuocatis in palatio ciuibus, & his etiam qui circumcirca infra banni leucam demorabantur, maior pars populi inſtinctu ciuium proborum & honorabilium, quibus res nimium diſplicebat, dictos Dominos iniuſte recluſos relaxari debere iudicabat, renitentibus tamen Burgi-Magiſtris & cæteris, qui malorum fuerant incentores.

His igitur ad tempus pacatis tandem miſſi ſunt aliquanti probi & honorabiles viri ad Dominum Electum pro tunc in Traiecto reſidẽtem, quorum precibus & prudentijs reperta ſunt certa media rationa-

bilia,

Digitized by Google

bilia, per quæ huiuſmodi deteſtabilis diſcordia inter Dominũ & ſuam A Ciuitatẽ ſuborta fuerat tranquillata. Odium tamen quod in cordibus dictorum Hædrotiorum ſuſcitatum fuerat, nundũ poterat radicitus extirpari ab eiſdem.

Pace igitur aliquantulum reſarcita, & D. Leodienſi ad ſuam ciuitatem reuerſo, de conſenſu vtriuſque partis deputati ſunt 16. viri qui ſe ad locum certum retraherent; inde non receſſuri, quouſque viſis & examinatis cauſis, ob quas huiuſmodi controuerſia ſuborta fuerat, modos & formas ordinarent, per quos tam libertates & Franciſiæ ciuitatis, quam etiam Iuriſdictio Domini temporalis ac ſpiritualis nequaquam imminueretur; & vt ſententialiter per modum inqueſtæ B ſcrutarentur nomina eorum qui dicti diſſidij fomes erant & promotores.

Hi vero deputati libenter onere præmiſſo ſuſcepto ad oppidum Tongrenſe profecti ſunt, vbi tandem certos articulos, auiſamenta, & moderationes rationabiles & congruos in ſcriptis redactos, præhabita matura deliberatione, concluſerunt & ordinarunt, quod tam per Dominum & ſuum Clerum, quam per ciuitatem & patriam viroſque generoſos gratanter & dignanter ſunt acceptati & approbati.

Nomina autem eorum hic libet inſerere. In primis ex parte Do- C mini miſſi ſunt D. Ioannes Ægidij Præpoſitus Leodienſis poſtea Cardinalis, M. Ioannes de Oxhem Scholaſticus & Officialis Leodienſis, Ioannes de Rupe, & Ioannes de Chockier ambo milites & Scabini Leod. Ex parte Capituli Leodienſis D. Waltherus de Momalia Archidiaconus Hannoniæ, Oliuerius de Male Cantor, Ioannes de Haccourt, & Robertus de S. Laurentio Canonici Leodienſes. De parte nobilium D. Wilhelmus de Horion, Ægidius Surlet, Ioannes de Seranio & Wilhelmus de Warous milites. Porro pro parte ciuium deputati ſunt Ægidius de Bierſes, Ludouicus de Ernau, Iacobus de Salmis, & Reynkin, Vrbani viri probi & honeſti.

Præmiſſi pacificatores initis tractatibus & facta inquiſitione diligenti ſuper incentores diſcordiæ prioris; nouiſſime 19. comperer ũt D iniquos & ſceleris reos, quos in ſcriptis nominatim redactos, poſt ſuam regreſſionem ad ciuitatem mox ſeptima die Octobris populo in palatium more ſolito conuocato, de conſenſu ciuium in præſentia Domini & omnium membrorum patriæ publice & manifeſte nominarunt, qui dicti mali radix fuerant & origo. Qui cum nomina ſua coram cunctis legi audirent, ſtatim timentes cuti ſuæ, clam de palatio receſſerunt, & fugam arripiẽtes amplius in publico comparere non audebant.

Inter hos præcipui fuerant Balduinus de Rupe armiger, Laurẽtius Lamberti carnifex, qui eo tempore Burgimagiſtrum fuerat alter. Sed & Iacobus Baddu Paumentator calceatæ, vir doloſus & omnium artium malarum & vetitarum ſectator. Item Lambertus Gregorij Licentiatus

Digitized by Google

centiatus in vtroque iure vir coniugatus, reprobus & omni malitiæ deditus, qui etiam iuxta famam publicam magijs & inuocationibus dæmonum ſe iuuabat, cuius conſilio & ordinatione cuncta diſponebantur iniquorum negotia. Item D. Matheus de Glano canonicus S. Crucis Leodienſis, Helyas & Mathias de Flemalia lathomi fratres. Aliorum nomina breuitatis cauſa aſcribere ſuperſedeo. A

Per hos inquam iniquitatis & ſeditionis alumnos ſæpius commota eſt ciuitas vniuerſa, & idcirco *tradidit eos in reprobum ſenſum, vt facerent ea quæ non conueniunt.* Hi ſimul vna die tam auctoritate Domini Leodienſis quam per communem deliberationem populi banniti ſunt & proſcripti in perpetuum extra patriam ſuis hoc demeritis & culpis exigentibus, ex eo maxime, quod comperti ſunt turbationes cõmotiones & ſcandala contra ſuum Dominũ excitaſſe, & conſpirationes peſſimas attemptaſſe. Rom. 1. B

Quibus ita geſtis mox concurritur ad arma, ne prædicti ſcelerati per ſuos fautores in aliquo poſſent præualere. Domino autem Leodienſi cum ſuo vexillo præcedente ad forum Leodij, confeſtim ſingula miniſteria cum ſuis vexillis circa eum glomerantur, præbentes ſingillatim ſuo Principi debitum obſequium fidelitatis, & adhæſionis contra rebelles ſupradictos. Et cum vſque ad veſperam diei illic expectaſſent armati, tandem ad propria diſceſſerunt, vigilijs & excubijs nocturnis per ciuitatem oportune tunc ordinatis.

Hæc autem bannitio ſiue proſcriptio dictorum 19. impiorum, fuit roborata literis ac ſigillis tam Domini Leodiẽſis, quam ſuæ ciuitatis, ſub ea conditione, quod vna pars ſine conſenſu alterius eoſdem non poſſet reuocare. Et deſuper extitit hinc inde fides data ſeu compromiſſio facta de illis nunquam reuocandis, cum tanquam hoſtes publici, conſpiratores, ac ſeditioſi ciuitatis & patriæ fuiſſent proclamati. C

Verum cum poſt paululum vnus ex prædictis dictus Collardus de Blanc moyne caſu comprehenſus fuiſſet, confeſtim omnium iudicio in foro Leodienſi ſententiam ſubijt capitalem. Sicque pauliſper conquieuit illa turbatio, cum peſtilentes de terra fuiſſent eliminati. D

Anno quinto rurſus iteratur ſeditio Leodij contra Dominũ Ioannem de Bauaria inſtinctu malignorum hominũ, qui nuper proſcripti fuerant culpis, eorum exigentibus, quorum fautores & propinqui Magiſtros ciuitatis cum cæteris primoribus & gubernatoribus miniſteriorum inflammabant contra Principem peiora prioribus accumulantes, & ipſum in ſuis iuriſdictionibus tam temporali quã ſpirituali enormiter iniuriantes & finaliter ipſum dominio ſuo priuare & alium intrudere molientes.

Cumque in primis Electus ſeditiones huiuſcemodi non valeret extinguere, curiam ſpiritualem cum ſuis pertinentijs vniuerſis, ſigillo & Officialatu, ad Traiectum iterato tranſtulit, & actus iudiciales inibi

teneri

Digitized by Google

teneri plenarie voluit & exerceri, vt ſaltem hoc medio ipſos à cœp-
A tis peſſimis reuocaret.

Anno 1406. aliquanti probi & honorabiles viri, quibus Leodienſiũ diſſenſio diſplicebat ex corde, ad D. Ioannem de Bauaria pro tunc Traiecti reſidentem profecti ſunt, vt de pace tractarent inter eum & ciuitatem ſuam, & Curiam ſuam referret ad locum ſuum debitum, ſed habitis & tentis pluribus parlamentis & dietis inter partes, quo ad concordiam perfectam inefficax fuit eorum labor, procurantibus id fautoribus bannitorum, eo fine, vt diſcordia tali vigente, intermedio tempore, factione ſuorum ad Ciuitatem libere poſſent reuocari.

B Excreſcentibus igitur huiuſmodi malis, patria apud Leodiũ cõgregata, per vniuerſos concluſum eſt ſexta die Septẽbris, præter Traiectenſes & ſancti Trudonenſes, creari debere Mamburnũ Ioannẽ D. de Rupeforti & Agymont: Qui tamen onus ſagaciter recuſans, cum Dñis de Capitulo maiori acceſſit D. Electum apud Traiectum, ſi forte pacem poſſet aliquibus modis reformare: ſed nil boni cõcludebatur, vel peragi valebat, niſi prius iuriſdictione debita Dño Electo integraliter & plene reſtituta. Et quamuis pro tunc nihil actum ſit, attamen idem Ioannes à Leodienſibus in Mamburnum poſtulatus ad ciuitatẽ non curauit reuerti, ſed ad terram & dominia ſua ſe contulit, cedens honori & oneri ſibi oblatis.

C Interim Ioannes de calceata pro tunc Burgimagiſter Leodienſis fingens ſe proficiſci ad limina B. Mariæ in Hallis, venit ad Dominũ Henricum de Horn, Dominũ temporalẽ de Perweys, cuius vxor cõthoralis de ſtirpe Dominorũ de Rupeforti fuerat procurata, cui omne virus quod in pectore ſerpẽtino delituit euomens, omnem ei ſtatum & eſſe ciuium Leodienſium denudat, Dñm Electum in multis falſo nimis incuſat, & finaliter ad ſuſcipiendam Mamburniam patriæ & rebellionem contra ſuum principem arripiendam inducit, ſed & filium ſuum Theodericũ Archiadiaconũ Haſbaniæ eo medio in Leodienſem Epiſcopum ſublimandũ excluſo Bauaro indubitanter affirmat, & animos ciuiũ & procerum patriæ ad votum ſuũ inflectendos, vellent nollent Eccleſiaſtici viri, repromittit.

D At Henricus ſibilis venenatis inflatus, & cupidine regnãdi illectus & ingratitudinis macula nimium reſperſus, non recordans, quod tẽpore ſui patrui Dñi Arnoldi de Horn Leodienſis Epiſcopi de facultatibus Leodienſis Eccleſiæ ſuſtẽtatus, in virũ egregium & locupletem excreuiſſet, cum iam ſexagenarius foret & dorſo recuruus, validus & ſtrenuus pridem in armis, ſed iam viribus & facultatibus debilitatus, multis debitis inuolutus, onus Mamburniæ ſe libenter ſuſceptuꝛum repromiſit, & hoc reſponſo Ioannem prædictum lætum ad propria remiſit.

Prænotandũ tamen eſt prædictũ D. Henricũ famam ſui nominis in hac re vltra quam dici poterit denigraſſe; & ſuo Domino qui tot ei

bona contulit, cui etiam iuramentum fidelitatis fecerat, nimis extitit ingratus. Siquidem D. Ioannes de Bauaria in omnibus actibus arduis A eum, vt pote conſiliarium ſuum præcipuum, cęteris nobilibus prætulit, ſuſtentans eum in ſuis expenſis cum ſex equis in ſuo hoſpitio, ſed & ſeneſcallum totius Comitatus Loſſenſis eum conſtituit, in quo officio annis 14. præfuit, & diuitias exinde multas cumulaſſet, ſi rei familiaris curam ſollertius habere ſciuiſſet: Dein filium ſuum Theodericum ad præbendam Leodienſem & Archidiaconatum Hasbaniæ beneuole, liberaliter & gratioſe promouit, quibus omnibus nonobſtantibus, perſuaſione prædictorum iniquorum bannitorum ſuorumque complicum ſe ſeduci permiſit, ita vt contra ſuum principẽ B ſe erigeret, & malo ſuo rebellionem excitaret, vnde, proh dolor, in Pſalm. 7. poſterum *in verticem eius iniquitas deſcendit*, & vltio diuina longius eum viuere non ſinebat.

Igitur rebus in deteriora ſemper & quotidie labentibus iniquitatis alumni ſæpedicti, vt D. Ioãnem de Bauaria à ſuo præſulatu propellerent, & ipſi ad ciuitatem, de qua banniti fuerãt libere poſſent reuerti, indeſinenter per ſe ſuoſque complices practicarunt, vt dictus D. de Perweys & filius eius ad ciuitatem venirent, quibus illic veniẽtibus, mox ad eius aduentum dicti banniti ciuitatem quoque ſunt ingreſſi latenter, & ad ſtatum in craſtino 26. Septembris populo ciuitatis ad palatium conuocato, multiſque in infamiam & accuſationem ſui C Principis illic actitatis, tandem ad inſtigationem dictorum proſcriptorum, necnon & Ioannis & Henrici de calceata fratrum, quorum vnus magiſter ciuium, alter villicus erat, Theodoricum de Perweys tumultu & clamore nimio ſuſcitato in ſuum Epiſcopum elegerunt, & Henricum eius genitorem in patriæ Mamburnum ac tutorem in Dei offenſam perpetuam, Eccleſiæ Leodienſis iniuriam, damnum & moleſtiam ciuitatis & patriæ, Dominorum Eccleſiæ maioris ac totius Cleri vilipendium, populi Chriſti fidelis & catholicorum omniũ turbationem infeſtiſſimam, & in animarum ſuarum periculum ſempiternum.

Inſuper eodem die prædicti banniti per ſequelam totius communitatis à proſcriptione ſunt abſoluti, & ad ciuitatem eodem ſero palam & patenter reuerſi, non obſtantibus iuramentis & ſigillis in cõ- D trarium pridem fabricatis.

Fauebant ſæpedictis iniquitatis alumnis alij in populo præminentiores Theodericus de Ramey, Henricus dictus Malchar, Bartholdus de Cranhen, Henricus Anſelmi, & Ioannes le Maiſtre. Qui ſociata ſibi multitudine furenti, in craſtino ius Epiſcopale, quod prouocatio ad annulum palatij dici ſolet infregerant, & ne quiſquam propter qualeſcumque enormes exceſſus ad illum appellari poſſet ex oppidis & villagijs totius patriæ vetuerunt.

Nec his contenti, ad cumulum ſuæ damnationis Theodericus de Perweys Leodienſium Electus totaque patria, ſummo Pontifici Innocentio

Digitized by Google

nocentio, cui dudum reconciliati fuerant, ſtatim obedientiam ſub-
A traxerunt, & Petro de Luna, qui Benedictus 13. in ſua obedientia vocabatur, adhæſerunt.

Dein idem Th: Ioannem Yſuini Epiſcopũ Tripolitanum, qui nuper Mechliniæ fama vulgante multa commiſerat abſurda, matrimonia diſſoluendo legitima, & alia pleraque contra canones committendo, ſuum ſuffraganeum ſeu vices gerentem in pontificalibus promouit, necnon Magiſtrum Henricum de Loen inueteratum dierum malorum, & focariam publice tenentem, in Officialem ſublimauit.

Denique non ſatiati tantis iniurijs, primores Ciuitatis in Dominos
B Capituli maioris inſurrexerunt, requirentes vt ſuæ factioni conſentirent, & electionem ſui cornuti Epiſcopi approbarent cum Mamburnia patris eiuſdem, alioquin mortem non euaderent. Qui cum tam deteſtabiles & enormes præſumptiones nollent approbare & ſigillare; ſine mora fugæ præſidium quærẽtes vniformiter omnes ad oppidum ſancti Trudonis ſe tranſtulerunt, vno dempto, qui patris ſui Balduini de Rupe monitis & minis contraire non audebat.

Quamobrem efferati populares ſuique primores Dominos Capituli maioris velut transfugas mox proſcripſerunt, domos clauſtrales diruerunt, bona mobilia ſubſtraxerunt, & ad vſum ſui & intruſi in foro vendiderunt plus de hijs offerenti, fructus & emolumenta præbendarum primo vſurpauerunt, & tandem ſuis eos be-
C neficijs priuantes, proles & affines ſuos illis de conſenſu Theodorici prædicti ditauerunt, & nonnulla per Simoniam vendiderunt.

Neque his contenti, omnes decani, prælati, Abbates, canonici & monachi ad præſentiam populi in palatio conuocati, precibus & minis requiſiti ſunt, vt electionem ſui intruſi tanquam iuſte & rite factã iuxta canonicas ſanxiones approbarent & cum iuramentis ac ſigillis ſuis roborarent. Quod cum illi facere recuſarent mox violenter in palatio recluſi ſunt ſpatio 17. horarum, clamante vulgo, quod oporteret cum ſpata noua condere iura, & huiuſmodi probra ac contumelias eis inferentes. Vnde nonnulli metu mortis impulſi contra
D ſuas conſcientias non ſponte ſubſcripſerunt, & intruſi electionem laudauerunt.

In craſtino maxima pars Cleri latenter ſe à ciuitate ſubtraxit, quos ciues locupletes, multi quoque nobiles & generoſi viri relictis domibus & facultatibus à ciuitate digrediẽtes ſubſequuti ſunt. Alij verſus Traiectum, alij verſus Brabantiam, alij verſus Hannoniam aut Namurcum diuerterunt.

Sed & Scabini Leodienſes & feudales viri generoſi ac timorati ſentientes ſe præmiſſa cum honore tolerare non poſſe, nolentes etiam iuramentum fidelitatis præſtitum Domino Ioanni de Bauaria abnegare, & intruſo præſtare, ſe ſuoſque cum facultatibus, periculi eui-

Digitized by Google

dentibus ſubmiſerunt, & in manus diripientium cuncta reliquerũt. Qui poſtquam hoc modo receſſiſſent à ciuitate, ſtatim omnes & ſinguli nominatim tam clerici quam laici voce preconia ad peronem proſcripti ſunt & à patria banniti, præbendis eorũ aut diſtributis, aut venditis, aut alio quouis modo diſtractis, velut proditores & conſpiratores, & hoſtes patriæ. A

Quibus omnibus & ſingulis ad aures illuſtris principis D. Ioannis de Bauaria Traiecti perlatis, ille ſuos ex Alemannia & aliunde vocauit amicos, qui vno animo parique conſenſu Leodienſes diffidarunt, quorum princeps & primicerius fuerat D. Ioannes de Heynsberg & de Lewenberg vir ſtrenuus & in armis experientiſſimus, qui iuxta Viſetum irrumpentes aliquantas illic villas campeſtres incenderunt. B

Quo percepto Mamburnus patriæ Dñs de Perweys in vigilia ſanctorum omniũ cum Ciuium Leodienſiũ copioſa multitudine verſus Viſetum direxit iter ſuum tanquam hoſtes inuaſurus, verum mutato conſilio cum eiſdem armatis ad oppidum S. Trudonis, quod inter cætera Dño Ioanni de Bauaria magis erat fauorabile, ſe reflexit, & inopinatos obſedit, ſciens illic magnam partem Dominorum Capituli Leodienſis cônfugiſſe. At oppidani in arcto poſiti cum longius reſiſtere nequirent obſidentibus, apertis portis ſaluis rebus & corporibus cornutos intromiſerunt. Factaque deditione, canonici qui illic confugerant ad Namurcum & alias partes non ſine metu corporum diſceſſerunt. C

Poſt quæ Mamburnus audiens caſtrum de Bonlom per Bauaros receptum ac ſaiſitum, exercitum adunans caſtrum obſedit. Quod poſtquam duorum menſium ſpatio cum damnis ſuorum circumuallaſſet, tandem illic incluſi penuria victualiũ ingariati, & caſtro ictibus machinarum petrariarum penitus attrito, ſaluis rebus & corporibus abceſſerunt illæſi.

Et quoniã teſte Philoſopho *vno inconuenienti dato multa ſequuntur* poſtquam dictus T. de Perweys ab obedientia Innocentij 7. & Gregorij 12. ſe cum ſuis fautoribus ſubtraxiſſet, miſſo ſpeciali nuntio Iacobo Baddu totius præſentis malitiæ conſultore, bigamo & doloſo verſus Auinionem à Petro de Luna, qui Benedictus 13. in ſua obedientia vocabatur, obtinuit prouiſionem Sedis & Epiſcopatus Leodienſis, tanquam vacantis per obitum Domini Euſtachij Perſandi, qui olim poſt annos ſexdecim poſt mortem Domini Ioannis de Erkel confirmatus fuerat in Epiſcopum Leodienſem per Robertum Gebennenſem, qui & Clemens ſeptimus, prædeceſſorem Benedicti ſupradicti. Qui tamen velut palmes inutilis à patria tota repudiatus eſt cauſis iuſtis ſubſtantibus, & Arnoldus de Horn eidem ſubrogatus, immo verius prælatus, qui & decem annis pacifice & quiete dictum præſulatum obtinuit & gubernauit. Deinde per medium Domini Guidonis Pictauenſis, & Ludouici de Fliſco Cardinaliũ D

Benedicti

Benedicti ſæpedicti clam & ſecreto, neſcientibus cæteris cardina-
A libus, tranſijt hæc expeditio multa ſibi pecunia promiſſa, partim & data. Et poſt hæc Th: ad obtinendum dictam Epiſcopalem dignitatem de plenitudine poteſtatis habilitatus eſt, nonobſtante defectu ætatis, impreſſione populari, ſchiſmatis participatione, Clericorum expulſione, libertatum Eccleſiaſticarum infractione, & alijs multis, quæ longum foret hic interſerere. Obtentum eſt inſuper quod idem Theod: ad omnes ſacros ordines vno die poſſet promoueri, qui nondum erat annorum viginti trium, & quod ſibi ſuoque antipapæ non parentes poſſet iuridice compellere, & omnibus dignitatibus, præbendis, & facultatibus priuare de facto.

B Cum autem Dominus Iacobus Baddu expeditis ad votum cauſis pro quibus Auinionem ierat, rediret, in itinere iuxta ciuitatem Lyngonenſem captus eſt & Pariſios adductus ex mandato Ducis Burgundiæ, ſed procuratione Ducis Aurelianenſis Ludouici (qui Dño Ioãni de Bauaria fuerat cõmotus, pro eo quod in ſuccurſum æmuli ſui Ducis Burgundiæ Pariſios olim cum multo equitatu properaſſet) emiſſus eſt.

Deinde dictus Theod: intruſus Leodienſis ſingulos presbyteros iuramentum fidelitatis ſibi prẹſtare coëgit ſub hac forma verborum. Ego iuro fide media ſtare & firmiter remanere in vera obedientia ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini Benedicti hu-
C ius nominis Papæ 13. vna cum R. in Chriſto patre & Domino Domino Theodorico de Perweys Electo Leodienſi cõfirmato, & venerabilibus viris maioris & ſecundariarum Eccleſiarum Leod. Decanis, vicedecanis, & Capitulis & populo ciuitatis Leodienſis & totius patriæ Epiſcopatus Leodienſis, Ducatus Bullonij, & Comitatus Loſſenſis; Quodque ſi prædictum Dñm Electum Leodienſem ſeu aliquam aliam perſonam de maiori aut ſecundarijs Eccleſijs prædictis propter obedientiam huiuſmodi contigerit in beneficijs vel dignitatibus aut alias quouis modo vexari, turbari, vel grauari, ego illi & illis ſic vexatis turbatis vel grauatis fideliter aſſiſtam in defenſione, conſilijs, auxilijs, & fauoribus oportunis toto poſſe meo, & nihilominus iuro fidelem bonum & legalem ac obedientem ex nunc in antea eſſe me
D dicto Domino Electo Leodienſi, & eius genitori atque eorum amicis fautoribus & complicibus, necnon ciuitati & patriæ Leodienſi cõtra Ioannẽ de Bauaria & eius complices, ſic me Deus iuuet & hæc ſacramenta, &c. Qui autem iuxta hanc formã iurare nolebant, continuo beneficijs dignitatibus & honoribus priuabantur tanquam hoſtes Reip. & ſeditionum auctores.

Anno 1407. mẽſis Iunij die vltima inſtinctu ſemper iniquorũ qui Leodiũ gubernabant in loco cõmuni ſuper forũ decapitati ſunt prẹcipui viri, videlicet Wilhelmus de Horion pater, & Wilhelmus eius filius ambo milites, necnon Nicolaus Tector dudum Burgimagiſter,

Digitized by Google

Ioannes de Corſwarem, & Io: de S. Martino, pro eo quod Ioanni de Bauaria fauere famabantur, & facta reproborum deteſtanda non approbabant aut laudabant, vt ſic cæteris maior incuteretur metus. A

Deinde ſtatuerunt vt iuuenes canonici qui ad annum 23: non peruenerant dimidia præbenda contenti eſſe deberent, antiqui vero plenis præbendis fruerentur, ſed eorum quilibet duos equites decenter prouiſos de ſuis ſuſtentaret contra Dominum de Bauaria & cæteros qui patriam infeſtabant.

Perpendens igitur vir longanimis dictus Ioannes de Bauaria ſine ſuffragio amicorum ſuorum non poſſe ſe ſolum machinationibus iniquorum obſiſtere, perſonaliter iter arripuit verſus Franciam, Angliam, & Alemanniam, vbi à Regibus & principibus præſertim Duce Burgundiæ & ſuo germano Comite de Nyuiers (quibus omnibus in linea affinitatis & propinquitatis attinebat non mediocriter) aſſiſtētia & ſubſidio infallibiliter ſibi promiſſis, ſub tali ſpe redijt ad germanum ſuum Guilhelmum Hannoniæ Hollandiæ, &c. Comitem, virū bellicoſum & auſterum, illic conſilium ſumpſit de loco & tempore quibus commodius patriam Leodiēſem inuadere & recuperare poſſet: & ſtatuta eſt dies certa qua hæc fieri debebant, videlicet vigiliā Michaëlis archangeli in Septembri. B

Quæ cum minime latuiſſent Leodienſes, illi per nuntios mandauerunt Antonio Duci Brabantiæ, quod Rupertus Rex Romanorum Ducatum Brabantiæ ad ſe iure Imperiali deuolutum propoſuiſſet inuadere, & ipſum abinde vi armorum propulſare, quodque ob eam rem facilius obtinendam Dominum Ioannem de Bauaria ad Traiectum occupandum præmiſiſſet, quo ei commodior ingreſſus ad Brabantiam abinde pateret, ipſi quoque Leodienſes dicto Duci Antonio ſuum exercitum libenter commodare vellent, ne talia per Regem prætenta prouenirent, & Bauarus de Traiecto pelleretur. Cum autē hæc veriſimilia viderentur, in primis prædictus Dux mandauit illico fratres ſuos Ducem Burgundiæ & Comitem de Nyuers, & alios quāplures præcipuos magnates Franciæ, vt ſibi in ſuccurſum venirent indilate contra Regem Romanorū, qui ſuam patriam inuadere proponebat. C D

Quibus auditis prædicti Principes per occaſionem quæ ſuperuenerat impræmeditate, verſus Dominum de Bauaria ſe excuſarunt, rogantes vt hac vice patientiam haberet, nam ſine fallo in ſequenti æſtate nullatenus ei deeſſent, ſed cum gente multa certiſſime ſubuenirent. Sicque fruſtratus ſpe ſua Bauarus, aliquantos auxiliares qui venire debebant redire fecit ad propria, gratulantibus ſuper hoc Leodienſibus, quia per eorum cauillationes factum Bauari caſſatum fuit penitus & annullatum. Deinde volentes Duci complacere Leodienſes ſimilabant ſe velle procedere ad cuſtodiam paſſuum in territorio Aquenſi contra Alemannos venturos in ſubſidium Regis Romanorum

manorum

Digitized by Google

manorum, ſub quo prætextu prima die Octobris in vexillis & ar-
A mis proceſſerunt verſus villam de Wonck illic pernoctantes, & e-
xercitum Ducis præſtolantes, credentes firmiter quod Traiectenſes
propter metum Ducis ipſis portas reſerare deberent; *ſed mentita eſt* *Pſalm. 26.*
iniquitas ſibi.

Siquidem Traiectenſes conſulte ſua diſponere cupientes quatuor ſibi capitaneos delegerunt; quibus honorem & ſalutem ſuam integraliter commiſerunt, ſociatis ſibi duobus Burgimagiſtris pro tẽpore videlicet Antonio Yſerman, & Arnoldo de Heere. Nomina Capitaneorum fuerũt hæc, Godenolus de Eldris, Theodoricus de Morberting hen, Ioannes de Cyney & Henricus Vouier.

B At Dux Brabantiæ poſt ſeptimam diem venit ad duas leucas prope Traiectum, vnde perſonaliter inuiſens exercitum Leodienſem gratiarum actiones immenſas de bona affectione & promptitudine obſequij retulit. Et propter hæc famabatur certa pacta cum eiſdẽ inijſſe vt poſtquam Traiecto potiretur, cõfeſtim expulſo Bauaro illos intromitteret.

His ita geſtis mandat Dux Traiectenſibus, vt ſibi ſuoque Comitatui decenter occurrant, portas reſerent, eumque vt Dominum temporalem recipiant, & ad caſtrum Falcomontis exercitui tranſitum parent. Reſponderunt ciues ſe gratiſſime ipſum vt Dominum mediæ
C partis temporalis Dominij feſtinato recepturos, nec tamen propterea D. Ioanni de Bauaria ad quem media iuriſdictio temporalis, & integra ſpiritualis ſpectare dinoſcebatur, cui etiam homagium & fidelitatis præſtiterant iuramentum, velle abrenuntiare, donec ipſemet ceſſerit, aut deceſſerit, nullam ſibi portionem fore cum T. de Perweys intruſo, ſupplicantes Duci vt ſe de Leodienſibus nullatenus vellet intromittere.

Tranſijt igitur exercitus Ducis Traiectum non ſimul & ſemel, ſed per cuneos, ſedentibus ciuibus ad portas cum armis, obſeratis omnibus viculis lateralibus cum vectibus cathenis & repagulis, procedebatque directo itinere de porta Dominorum Montium ad portam de Wyck. Et primo quidem intromiſſi circiter ſexentj currus &
D Rhedæ victualibus oneratæ, & equites aliquanti; deinde circiter ducentæ lanceæ. Altera ſimiliter die cuneus vnus intrauit: Tandẽ poſt prandium Dux ipſe ſcilicet nona Octobris cum ſuis ingreſſus ſuſceptus eſt honorifice cum ſolemnitatibus conſuetis, & facto apud S. Seruatium iuramento ſolito in craſtinum profectus eſt ad caſtrum Falcomontis, ſicque toto triduo non ceſſabant ciues intromittendo & emittendo Ducis exercitum per turmas ſuas.

Audientes igitur Leodienſes Ducem pacifice tranſiſſe Traiectum, indignati ſunt vehementer aſſerentes eum fregiſſe pactum, violaſſe fœdus, mandantque Comiti de Nyuiers, qui in ſuccurſum fratris venerat cum Francis, ne fines ſuos intrare præſumat, alioquin ei occurrerent armati. Qui perpẽdens non eſſe tutum cum eis confligere

verſus

Digitized by Google

verſus Franciam lora retraxit. At Comes S. Pauli cum pacem facere conaretur inter Leodienſes & Traiectenſes nullatenus eſt exauditus, A ſed vt aliquid feciſſe videretur treugas ſex hebdomadarum ſpatio duraturas inter eos impetrauit, quæ tamen male ſunt obſeruatæ. Nam poſt receſſum Ducis Leodienſes mox omnia quæ ad oppidanos Traiectenſes circum circa ſpectabant arreſtarunt, & occuparunt: vnde illi offenſi ſcripſerunt Domino Electo pro tunc in Hollandiæ partibus demoranti, vt in adiutorium ipſorum venire non tardaret. Nam portas ciuitatis ei libenter aperirent, & contra Leodienſiũ inſolentias & iniurias eum totis viribus ſuſtinerent.

Mox Bauarus his auditis cum pulchra comitiua proborum & ſtrenuorum virorum 26. Octobris Traiectum ingreſſus eſt à ciuibus iucũdiſſime receptus, venerunt præterea in eius ſubſidium multi pro- B ceres & præcipui viri ex Alemannia ad bella promptiſſimi: E quibus ſex deputati ſunt capitanei & Duces belli, videlicet D. de Heynsberg, de Rey, de Zeide, de Nienarde, de Elpenſteyn, de Merode, & de Mylendonck omnes milites probatiſſimi. Sed & Traiectenſes veriſimiliter timentes obſidionẽ futuram, manſiones quæ in ſuburbio apud S. Petrum erant fabricatæ incenderũt, ne de eis hoſtes ſibi munimẽta & latibula conficerent.

Tandem non obſtante hyemis aſperitate niuibus & gelu, patria Leodienſis & Loſſenſis cum ſuo Mamburno 24. die Nouembris Traiectenſes obſidione cinxerunt, foſſata, valla, & repagula lig- C nea componentes contra inſultus hoſtium inopinatos, Machinis petrarijs, fundiſque & Mangonalibus circum circa ſagaciter ordinatis.

In qua quidem obſidione vſque ad ſeptimam diem Ianuarij ſubſequentis demorati parum aut nihil deſcriptione dignum peregerunt, niuibus & gelu cogentibus eos ad propria cum confuſione repedare. Et cum infinitos lapides in oppidum cum impetu horriſono proieciſſent, & plurimas domos & tecta comminuiſſent, pauciſſimi exinde homines læſi ſunt, Deo ipſos qui pro iuſtitia decertabãt præſeruante miraculoſe.

Anno octauo regreſſis Leodienſibus ab obſidione Traiecti propter D hyemis aſperitatem, Bauari frequẽtiſſimis vicibus erumpentes damna intolerabilia finitimis intulerunt. Et primo quidem munitiunculam de Wonck cum parte villæ ſuppoſito igne concremarunt, villam quoque de Myllen populoſam, in qua ſtatio cornutorum locata fuerat ſimili modo demoliti ſunt, plurimis illic aduerſarijs proſtratis vulneratis & captiuatis, Eccleſia ſola periculum ignis euadente; dein villas de Houten, Nyuellam, Trexhe, Herderen & alias iuxta Biliſiam oppidum conſtitutas ignis abſumpſit. Poſt hæc Tongrenſes 16. Februarij doloſe per ſtratagemata extra portas allecti, cum iuxta Herderen villam perueniſſent 140. de ſuis amiſerunt. Præterea cum pro cuſtodia Biliſiæ certi ſtipendiarij Anglici deputati

cum

Digitized by Google

cum oppidanis inconſulte fuiſſent egreſſi, centum & quinquaginta
A trucidati vel læthaliter vulnerati ſunt ex illis, & aliquãti ad vincula
minati.

Succeſſu temporis videlicet decima Maij D. Ioãne de Bauaria profecto ad diuerſas regiones pro ſubſidio fortiori contra hoſtes conquirendo, Domini de Reide, de Mylendoncke, & Steyfardus de Merode cum ſuis equitibus Traiectum egreſſi verſus oram gallicam, in qua decem miniſteria Leodienſium adeſſe cognouerãt, profecti ſunt. Hi Leonino more ſuper cornutos irruẽtes plurimos ex fabris & molitoribus fugato Mamburno peremerunt.

Vnum tamen molitorẽ virũ reprobũ & peruerſæ conditionis primiceriũ, vocabulo Michelot de Preal, compræhendentes (cuius hor-
B tatu nuper duo milites de Horion, pater videlicet & filius in Leodio decapitati ſunt) impoſitum dorſo equi iuxta domũ de Luchtẽborch abduxerunt, quem nobilis vir Hermannus de Horion filius & frater dictorũ militum in vltionẽ ſanguinis eorum innocẽter effuſi perſonaliter ad arborem illic ſuſpendit. Qua confuſione perlata Leodij ad cæteros cõminiſteriales, & murmure maximo propter hũc in ciuitate ſuborto, Mamburnus furori populi cedens cum ſex milibus peditũ & trecentis equitibus egreſſus ad locũ de Lichtenborch cadauer iam triduanũ & fœtidũ deponi fecit ab arbore, & ſuper bigam locatũ ad ciuitatẽ reduci, arbitrantibus molitoribus per hoc factũ notam cõfu-
C ſionis & ignominiæ quam pertulerant à frontibus eorum deterſam.

Tandem quotidie ſuccreſcentibus malis, penultima Maij Traiectũ per omnia oppida & villas patriæ Leodienſis & Loſſenſis ſecunda obſidione circũuallatum eſt, putantibus cunctis per abſentiã Principis ciues ad deditionẽ compellẽdos, & proceres Alemanniæ receſſuros. Diſtinctis igitur aciebus circumcirca citra & trans Moſam iuxta exigentiã pluritatis vel populoſitatis oppidorũ, pontes ex nauibus cõpactis ac tabulatis ligneis transmoſam fabricati ſunt, per quos ambo exercitus ſe mutuo poſſent inuiſere, & ſi opus foret contra inſultus hoſtiles ſubuenire. Iecoram præterea fluuiolum per alueos & foſſas illic factas ad alia loca deriuantes, Traiectenſibus ſubtraxerunt, vnde molendinæ molere conſueuerunt. At oppidani noua practica cõper-
D ta molas alias ſuper decurſum moſæ fabricari fecerũt cum cathenis ferreis illas colligantes, per quod ingeniolum fruſtrati ſunt conatus Leodienſium, nec vnquam oppidanis defecit farina.

Edoctus autem Bauarus de ſecunda ſuorum obſidione continuo ſeptima Iunij per medium cuneorum hoſtilium, qui viderant, & inuiderant, nec impedire tranſitũ poterant, ingreſſus eſt Traiectum: de cuius reditu ſuis maxima ſuccreuit iubilatio, & contra Mamburnum Leodienſium murmur inualuit, cauſantium in vacuum tempus conſumi propter firmitatem loci. Creuit autem quotidie numerus ſtipendiariorũ procerum ex Alemannia qui ſuperuenerant in ſubſidium obſeſſorum.

Digitized by Google

Porro die decima Iunij cum Domini de Vernenborch, de Heynſberg, de Huſpalize, de Riueſtheyt, de Reyda cum mille centum equitibus Comitatum Loſſenſem aggreſſi prædam ingentem Boum & ouium reducerent verſus oppidum, ſuperuenêre Dionẽſes, Hoyẽſes, Tongrenſes, Haſſelenſes, tranſitum eis intercludere molientes, habitoque permaximo conflictu, cum magna tandem difficultate per medium vnius foſſati profundiſſimi tranſierunt, vno ſolo armigero Ligero de Deſſelt ex fautoribus Bauari illic ſpeciatim obtruncato. A

His ita geſtis, Dominus Leodienſis dolens ſuos ſubditos licet rebelles & obſtinatos dietim ita perire, nec hoc modo bellũ terminari, ſingulis oppidis ſigillatim ſingulas ſcripſit epiſtolas dulces & deprecatorias, exhortans eos vt ſe melius auiſarent, ipſumque ad iuriſdictionem priſtinam vellent reſtituere, ſed & aliquantos iniquitatis alumnos, qui mali totius ac diſſidij fomites erant, à ſuo cœtu propellerent, ac obedientiam debitam ſibi conſulte preſtarent parato poſt omnes iniurias & contumelias ipſos ad veniam recipere, & beneuolum ſe cunctis exhibere, libertatibus & priuilegijs ſemper in primæuo robore duraturis, quas quidem ſoluere nolebat, ſed adimplere. B

At Leodienſes malignorum qui inter eos verſabantur inſtinctu, ad inſtar Leopardorum magis ex oblato crudeſcentes, poſt triduũ quo reſponſum expectabatur, corticem arboris ad ſimilitudinem literæ miſſiuæ præciderunt, & complicuerunt, cui ſeptem cordulas appendentes 7. ſigilla de ſtercoribus boum impreſſerunt, & tanto principi hoc modo tranſmittere in ſui vilipendium non erubuerunt. Quibus ille non immerito ſuper modum efferatus, præhabita deliberatione cum ſuis optimatibus, pleroſque ex his, quos captiuos tenebat, in oculis exercitus hoſtilis ad furcas iuſſit ſuſpendi, deinde ſex aut ſeptẽ alijs oculos erui & monoculũ vnum eos præcedere, qui in vltionem contumeliæ prætactæ ſocios cœcatos ad exercitum ductitaret. Inſuper & cunctis amicis ac conſanguineis ſuis literas de his omnibus querimoniam faciens deſtinauit, ſupplicans quatenus ſibi ſubſidium ferre maturarent: Nam *ſuperbia eorum qui oderunt eum aſcendit ſemper*. C D

Pſalm. 73.

Nec hoc prætereundum arbitror, quod quinta die menſis Iunij & per menſem totum Leodienſes innumerabiles lapides ſpericos ad conquaſſationem Traiecti ſuis fundis petrarijs ac bombardis iactare non ceſſabant, quibus culmina & parietes domorum reuera magnũ pertulêre diſpendium, ſed de hominibus (quod mirum eſt dictu) pauciſſimi ex his interempti ſunt, omnipotentis Dei benignitate ipſos miraculoſe ſemper præſeruante. De quibus longum poſſem texere ſermonẽ, niſi lectoris animum ad tœdium per multiloquia me prouocare timerem, & tragoediam potius, quam hiſtoriam veraciter enarrare.

His

Digitized by Google

His ſuccinctim & vix ſuperficie tenus explicatis, pedetentim reſtat progrediendum. Siquidem vix vna dies interfluxit, qua partes vtræque non ſe viſitarent hoſtiliter alterutrum iugulantes, & nunc vna, nunc altera pars de ſuis aduerſarijs triumpharet. Nam iuxta dictum Pſalmographi, varius eſt euentus belli, & nunc hos nunc illos conſumit gladius.

Nouiſſime 16. Aug. fama volante cunctis innotuit multos principes regionum, Duces, Comites, Barones, & militares viros contra Leodienſes fœdus inijſſe paratos ad ſoluẽdam obſidionem, videlicet Burgundos, Flamingos, Picardos, Arteſios, Hannonienſes, Hollandrinos, Friſones & cæteros præcipuos belligeratores. Vnde nimium conſternato Leodienſium exercitu mox 22. Auguſti Dionenſes, Tudinenſes, Foſſenſes, & Couinenſes ad ſua repedarunt, ſatius ducentes ſua protegere, quam aliena inuadere. Nam paulo poſt Dux Guilelmus Comes Hannoniæ vir acerrimus & bellicoſus cum infinita ſuorum caterua procedens ab Hannonia, oppida ſuæ terræ vicina Florins, Foſſz, Couinum ſolo tenus demolitus eſt, dein progrediens ad Sambram fluuium, Fontanis, Marchinez, Iemeppiam in ſpiritu vehementi contriuit, caſtrum Tudinenſe propter loci firmitatem relinquens intactum.

Interim rem in deſperato ponentes Leodij quoddam inſtrumentum ligneum ex trabibus immenſæ magnitudinis inſtruentes, quod cattum nuncupabant, ſubſtratis artificioſe rotis ligneis ad diruendũ muros Traiecti & oppiduli de Wick minare cœperunt. At Traiectẽſes machinis & petrarijs ſuis frontem Catti continuo lapidibus ſpericis omnino contriuerunt, aliquantis, qui ipſum introrſum cuſtodiebant, trucidatis; in quo fruſtrata eſt potiſſima ſpes cornutorum.

Itaque nouis rumoribus de ſuperuentu magnorum principum & exercitus innumerabilis ad mamburnum perlatis, ſoluta eſt obſidio 21. Septembris, poſtquam diebus 113. miſerabiliter extitit continuata, ſuccenſo clam igne in caſtris. Sicque Leodienſes cum Hoyenſibus, qui ſibi inſeparabiliter adhærebant, ad Leodium remearunt.

Subſequenti nocte circa auroram, ſignis tubarum datis, rurſum omnes conglobati portam S. Walburgis egreſſi exercitum Comitis Hannoniæ circa Herſtaple & Rutten cum Comite Namurcenſi adunatum ac ſoporatum inopinate decreuerunt inuadere, priuſquam Dux Burgundionum cum ſuis turmis illi poſſet ſociari.

Igitur vexillo maiori tradito Domino Henrico de Salmis, præcedentibus ſagittarijs, aciebuſque diſerte diſtinctis in campis iuxta villam de Othey ſua fixerunt tentoria. Confeſtim innotuit res ambobus principibus ſeparatim caſtra metatis, & verſus locum prædictũ in hoſtes ambo iam ſimul conglobati proceſſerunt.

Porro in Comitatu Ducis Burgundiæ fuerunt Comes de Marre

O 2 Princeps

Princeps Oringiæ, Domini de Virgiaco, de Cabilone, de Belloioco, de S. Georgio, de Latremogne, de Ghiſtel, de Gruthuys, de Bealmanoir, & alij multi viri nobiles, quos hic interſerere ſingillatim longum foret, ac tœdioſum cum ſagittarijs circiter quinque millibus. A

Ex his idem Dux tres acies diſtinxit, primæ aciei præfecit Dominũ de Vergy: ſecundã ijdem Dux cum Baronibus Franciæ, Normanniç, Flandriæ, Burgundiæ, & Arteſij gubernauit, Tertiæ aciei præfuit Dominus de S. Georgio princeps ſtrenuiſſimus & in bellis experiẽtiſſimus. At in exercitu Dñi Wilhelmi fuere Wilhs & Ioannes Namurci Comites. Comes de Salmis, Domini de Lingny, de Angia, de Egmunda, de Borſalia, de Hauereche, de Ieumont, de Galley, del Hameyd, de Tranſegny, Burgrauij de Leydis & de Monfordia cum aliquantis militaribus viris ex patria Leodienſi qui per Mamburnũ ſuis facultatibus fuerant ſpoliati & exhæreditati; æſtimatus eſt exercitus integralis ad 35. millia virorum electorum. B

Verum Leodienſes viſis his in loco eminenti, penes tumbas de Othey ſuas acies ſtatuerunt, radios ſolis, & deſcenſum monticuli pro ſe nitentes accipere. Sed ſicut ſcriptum eſt cum *diſponere nititur bellũ Dominus autem ſalutem tribuit.* Siquidem Domino contra impios dimicãte nubes obſcura ſuperueniens ſolares radios obumbrauit, ita vt oculis intuentium prorſus non noceret. Deſcendentes igitur ab equis ſinguli, factique pedeſtres præmiſſis ſagittarijs & aciebus ſollerter ordinatis pedetentim & proinde verſus exercitum Leodienſium proceſſerunt. Prius tamen quam bellum inchoaretur, per hiſtrionem mandatum eſt Leodienſibus, vt ſi à cœptis iniquis vellent deſiſtere, & ſeſe Domino Ioanni de Bauaria ſubdere, ac in ſuum Principem & Dominum recipere, repulſis tamen & excluſis mamburno & filio eius intruſo cum cæteris iniquis pridem bannitis, adhuc libenter eos ad miſericordiam acceptarent. C

Spretis his omnibus formis pacis, quæ liberaliter offerebantur in ſua pertinacia permanentibus Leodienſibus æſtimatis ad numerum 15. millium cum equitibus fere ſeptingentis commiſſum eſt præliũ, ſed ferientibus à tergo Namurcenſibus, de quibus ſibi non præcauerant, & ſagittarijs tela iacientibus à dextro & ſiniſtro, Leodienſes ſe viriliter & animoſe vindicantes aliquamdiu perſtiterunt, verum pauperes quorum illic cõpia fuerat inermes & debiliter loricati cum à dorſis ferirentur primos oppreſſerunt, & in globum magnũ exaggerarunt, adeo vt non tam haſtis & ſagittis, quam preſſuris ſuorum morerentur. D

Sicque ceſſit cuncta victoria Principibus, & de exercitu Leodienſium & Hoyenſium perierunt illic circiter 13. millia.

Sed & mamburnus cum multis nobilibus in eadem acie cum ſignifero de Salmis illic occubuit. Intruſus etiam Leodienſium Epiſcopus mortem non euaſit, impletumque eſt in eis vaticinium prophe-

Digitized by Google

propheticum cum dato annorũ. *Ibi ceciderunt qui operabãtur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.*

A Necdum Principes exuerant arma, & ecce Tongrenſes ignorantes vſque in eam horã quod ſuis contribulibus euenerat, & quam infauſte ſucceſſiſſet eiſdem, portas egreſſi cum ſuo capitaneo Ioanne de Perweys filio Mamburni ſæpefati, verſus locum certaminis proceſſerunt. Quo viſo, captiui vniuerſi qui reſeruati fuerant iugulantur pene omnes indifferenter. Sed cum Tongrenſes clare cognouiſſent quod aduerſarij victoriam obtinuiſſent verſus oppidũ lora retraxerunt, Ioanne prædicto verſus Brabantiam conſulte fugam arripiente.

B Nuntiantur eadẽ nocte quæ miſerabiliter geſta ſunt de ſtrage Leodienſium D. Ioanni de Bauaria reſidenti apud Traiectum, & nihil eorum ſperanti. Qui mox die ſequenti ſociato ſibi fratre Ducis Cleuenſis, Domicello de Arckel, & cæteris equitibus, quos adunare poterat ad ſummã 1300. lancearũ venit ad Wihoniam munitiunculã, ad quam Principes præfati bello peracto ſe retraxerant, omnipotenti Deo, & ipſis de perpetratis referens gratias immenſas.

Caput autem Mamburni præciſum & ſuper acumen haſtæ defixũ, Bauaro in ſignum victoriæ tunc eſt præſentatum.

Poſt horam verò prandij tres Principes cum ſuis Baronibus redeũt ad locum certaminis, viſiſque cadaueribus occiſorum Bauarus quãquam de victoria lætus, pietate tamen victus, ex imo cordis longa

C trahens ſuſpiria ſuper tanta ſuorum ſtrage condoluit.

Poſt pauca tres præcipui totius mali promotores viui compræhẽſi ſunt, & Bauaro præſentati. Quorum primarius Iacobus dictus Baddou in quatuor portiones apud Traiectum extitit depeciatus & exentoratus, Helyas de Flemalia in agro decollatus, Ægidius Lamberti ad arborem ſuſpenſus.

His quoque rumoribus perlatis ad Leodium, mox comprehenſi ſunt Ioannes Dominus de Rupeforti & Agimont craſſus & obeſus nimis, Ioannes de Seranio miles, & Arnoldus agnomento Iuuenis faber ferrarius illic relicti eo fine, vt fautores Bauari moleſtarent & caſtigarent.

Captus eſt etiã inibi legatus Petri de Luna ab Auinione illic pro

D ſubuerſione ciuium tranſmiſſus, necnon & Ioannes Iſwini ſuffraganeus intruſi, & alij intruſi in præbendas & officia Dominorũ abſentium numero 26.

Porro ciues reſidui qui manus gladij euaſerant arrepto vexillo vetuſto quod à caſu reppererant ad principes ſunt profecti veniam ſuper commiſſis implorantes, & dictamini eorundem ſemet integraliter offerentes, claues quoque ciuitatis & portarum in recognitionẽ ſubiectionis præſentãtes: quorũ exemplum ſequuta ſunt cætera oppida patriæ ſigillatim.

Tandem 28. Sept. ex mãdato Principũ Clerus Ciuitatis & populus

vniuerſus cum ciuibus & vexillis proceſſionaliter ierunt ad præſentiam Principum in campis caſtra metãtium inter villas dictas Graes A
& Bolſees bini & bini, tam religioſi quam cæteri nudis capitibus & flexis genibus obedientiam veram & humilem demõſtrantes, & veniam de commiſſis ante Principem lachrymoſe flagitãtes, & nihilominus 26. captiuos eiſdem præſentarunt, qui omnes illic eadem die ſunt decapitati, ac per prona præcipitati.

Præterea eodem veſpere Legatus & ſuffraganeus præmiſſis cũ alijs 24. de ponte archarum proiecti in Moſam ſunt ſubmerſi.

Deinde Principibus ingreſſis Hoyum pro complendis tractatibus, qui interuenerant de emenda ſoluenda, collecti ſunt obſides circiter quingenti de principalibus. Qui partim ex iuſſu principum ad Inſu- B
las oppidum Flandriæ, partim ad oppidum Montenſe in Hannonia ſine dilatione ſe tranſtulerunt illic ſpatio trium annorum & ſex mẽſium, quouſque compromiſſa fuiſſent adimpleta, demorantes.

Nundum ſatiati ſunt hac cæde ſuorum hi, qui pridem expulſi fuerant, & ſua amiſerant, quin diſſimulante, imo verius iubente Bauaro, de ſuis aduerſarijs ſe circumcirca vindicarent.

Erat hoc autem videre miſeria: nam in omnibus pene villis & oppidis innumerabiles pene occiſi ſunt atque ſubmerſi bonis & facultatibus eorundem confiſcatis.

Paulo poſt Dominus Leodiẽſis ad Ciuitatem poſt receſſum fratris & ſororij ſui regreſſus, iuſſit ſibi deferri omnes & ſingulas literas, C
chartas, inſtrumenta, regiſtra & munimenta confecta ſuper libertatibus, priuilegijs & franciſijs ciuitatis & miniſteriorum, quæ omnia cum vexillis miniſterialium igne concremata ſunt & annullata.

Qui vero Leodium non exierant tempore diſturbij clerici & canonici tanquam rebelles & fautores ſchiſmatis vel diuiſionis ſuis beneficijs vel dignitatibus ſunt priuati, & alij in eorum locis ſtatim ſubſtituti auctoritate apoſtolica, omni appellatione ſemota.

Eodem anno fuit maxima Leodij aquarum inundatio, & ſubſequente gelu pons archarum lapideus ex impetu glaciei ſubuerſus eſt & omnino confractus. Sed & pro emenda condigna facienda Domi- D
no Ioanni de Bauaria patria Leodienſis talliata eſt & condemnata ad ſummam ducentarum & viginti millium coronarum Franciæ, adeo vt pro hac ſoluenda neceſſe fuerit Leodij contra conſuetudinem antiquam reponi malatoutam ſiue gabellam ſuper venalibus, prohibita tamen ſuper hac re diſpenſatione Apoſtolica, & leuata eſt hæc aſſiſia duntaxat ſpatio 20. menſium, & quinque dierum, & mox ſublata, debitis ſolutis.

Itaque ea tempeſtate penultima Septembris oppidulum dictum Herck, ſitum in confinio Brabantiæ per aliquantos cornutos, qui remanſerant, & pro ſalute tuenda fugerant ad exteras regiones, captum eſt, & in craſtino iterum per Godenelum de Aldris Seneſcallũ

Comita-

Digitized by Google

Comitatus Loſſenſis expugnatum, compræhenſis fere omnibus, qui A illud inuaſerant. E quibus 72. mox in ſtrata publica illic decollati ſunt & rotati, & alij octodecim Leodium adducti, & illic ſimiliter capitibus amputatis mortui ſunt; verum vnus ex ipſorum cuneo Ioannes de Spaes viuus in foro Leodienſi extitit quarteriatus, cuius quatuor partes alij quatuor flagitioſi detulerunt cum capite extra portã S. Walburgis vſque ad locum ſupplicij, & ibi quoque ad rotas ſinguli ſunt alligati.

Deinde etiam ad Hoyũ triginta burgenſes de rebellione præmiſſa compræhenſi, in Moſa flumine ſunt ſubmerſi. Interea eodem anno ſucceſſit peſtilentia grauis, quæ innumerabilem populum Leodij & B in vicinia tulit de medio. In campis etiam naſcebantur mures magni & rubei, qui vniuerſa ſata depaſcebant. Sicque patria Leodienſis varijs modis eſt afflicta propter inſolentiam & rebellionem incolarum contra ſuum Dominum Electum, ab anno tertio vſque decimum abſque interpolatione qualicumque.

Subſequenter D. Ioannes de Bauaria Electus Leodij, audita morte fratris ſui, proceſſit verſus Hollandiam ſub ſpe ipſam patriam poſſedendi & obtinendi, excluſa nepte ſua Iacoba, ſtatimque intromiſſus eſt per Dordracẽſes, & in ſuum dominium temporale tanquã proximiorem hæredem maſculum iucunde receptus, reclamante ac reniC tente alia partialitate, quæ fauebat Duciſſæ.

Poſt hæc in menſe Nouembri per Bauaros & Geldrenſes captum eſt oppidum Hollãdiæ vocabulo Gornichem, fortalitio tum ſaluo & impugnato.

Sed non longo tempore gauiſi ſunt hac vſurpatione violenta, quia non poteſt eſſe diuturna ſcelere quæſita potentia. Siquidem Iacoba Duciſſa adhuc vidua cum maxima claſſe fautorum ſuorum, & ſubſidio Vltraiectenſium per medium præfati fortalitij oppidum de Gornichem viriliter irrupit, & cæſis hoſtibus potẽter de ijſdem triũphauit. Ceciderunt in hac irruptione ac conflictu de parte Bauarorum domicellus de Arckel, Ioannes de Peterſem, Raſo de Odinghen, & alij plerique quorum nomina ſubticemus. Captus eſt illic Comes de Vernenborch, & alij nobiles in numero copioſo. De parte Duciſſæ D cecidit Dominus de Brerode, &c. Factus eſt conflictus iſte prima mẽſis Decembris.

Anno 18. Dominus Ioannes de Bauaria Electus Leodienſis pro tunc reſidens in Dordraco per procuratorem ſuum in concilio generali Conſtantiæ ceſſit & renuntiauit pure ac libere omni iuri, quod ſibi in Epiſcopatu Leodienſi iam per annos viginti & octo poſſeſſo poſſet competere.

Quo facto ſtatim matrimonialiter ſibi traduxit in vxorem illuſtrẽ feminam Eliſabetham Duciſſam Lutzemburgenſem relictam Antonij Ducis Brabantiæ, filiam quondam Wenceſlai Regis Romanorum atque Bohemiæ, cum qua etiam ſuſcepit dominium Ducatus

Lutzem-

Digitized by Google

Lutzemburgenſis, Comitatus de Chygny, & Marchionatus de Arlon, &c. A

Sic quod idem Dominus Ioannes ſuis fautoribus in patria & Diœceſi Leodienſi conſtitutis, qui ſe ſuaque periculis extremis pro ſuo iure defendendo ſubmiſerant, paruum ſolatium & flebile reliquerit teſtamentum.

DE IOANNE DE VVALENRODA LXXX. EPISCOPO LEODIENSI.

Ioannes de VValenroda beneficio Martini quinti Pontificis fit Epiſcopus Leodienſis & Conſtantia conſecratur. B

CAPVT XIII.

IOanne de Bauaria ad hunc modum Epiſcopatu defuncto, idem Pontifex Martinus quintus Conſtantiæ durante Concilio, magis idoneum Paſtorem Leodienſi populo non inuenit, quam Dominum Ioannem de Walenroda, quem multis experimentis habebat exploratiſſimum. C

Quis & qualis fuerit. Erat hic natione Germanus, patria Franco, profeſſione Doctor vtriuſque Iuris, dignitate verò Archiepiſcopus Rygenſis, cuius pietate in Eccleſiaſticis, prudentia in ciuilibus, dexteritate in vtriſque negocijs pertractandis, magno Reip. compendio ibidem vſus erat.

Is igitur mox legitime conſecratus, ſalutato Pontifice Conſtantia decedens, quarta die Iulij eodem anno 1418. Leodium cum decenti comitatu ingreſſus eſt, ibidéque ab initio ſtatim ad finem vſque vitæ tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus negotijs ita ſeſe geſſit, vt cum priſcis iſtis Eccleſiæ Leodienſis fundatoribus Epiſcopis facile comparari poſſet. *Magna laus Epiſcopi.* Præterquam enim quod Clerum diligenter in officio contineret, ipſe etiam per ſe obire ſolebat, quæ ſui prædeceſſores per ſuffraganeos expedire conſueuerant. D *Per ſe cõſecrat & ſacramẽta miniſtrat.* Tonſuras enim clericales, Sacramenta Confirmationum, & Sacerdotum ordinationes ipſe per ſe adminiſtrabat; eratque in diuinis officijs aſſiduus, nec ſacras preces, aut ſacrificia vnquam in humeros alterius reijciebat.

Iuſtitiæ quoque ciuilis diligentiſſimam agebat curam, ideoque publicas Reip. functiones, *Quibus cõfert officia publica* veluti Præturas, Conſulatus, quæſturas & conſimiles, non precibus aut precio, ſed meritis tribuebat, ad quas neminem admittebat, qui non ſingulari prudentia atque iuſtitia probatus eſſet, quoque minus abuſuum in dicaſterijs inoleſceret, ipſum non piguit interdum intereſſe ac præſidere iudicijs, *Præeſt iudicijs.* exemploque ſuo docere Iudices, ne perſonarum reſpectu iuſtitiam proderent.

Eſt enim

Eſt enim & hoc memoriæ proditum, ipſum quodam tempore cum pro tribunali ſederet, audiretque equitem quendam cum vidua quadam contendentem, quam ipſe multo potentior obruturus gratia videbatur, aut pretio, corruptis Iudicibus, palam redarguiſſe ibidem ſeueriſſima oratione equitem, quod cum non oppreſſionem ſed protectionem viduarum ac pupillorum moliri debere diceret.

Increpat nobilem viduam opprimere volentem.

ANNOTATIONES.

1. Quam Ioannem de Walenroda:] *De hoc Epiſcopo præter noſtratia Chronica meminerunt Hermannus Crantz & Meyerus, quorum iſte hoc elogio eum exornat.* Vir (*inquit*) erat ſanctus dignus ſane ſæculo meliore, ac priſca illa ſanctorum virorum ætate.

2. Ipſe per ſe obire ſolebat quæ ſui prædeceſſores per ſuos Suffraganeos expedire conſueuerant:] *Bruſthemius, præter ea officia quæ VValenroda per ſe dicitur hic exercuiſſe, dicit illum Concilio Conſtantienſi interfuiſſe, ibiq; luculentam aduerſus VVyclef hæreticum orationem habuiſſe. Magnũ Chronicon Belgicum in concionando voce elata vſum fuiſſe, & venerandam perſonam fuiſſe aſſerit.*

Reſtituit priuilegia Leodienſibus.

CAPVT XIIII.

Priuilegia etiam Ciuitatis, quæ per Ioannem de Bauaria populo adempta fuerant, reſtituit. onera quæ impoſita fuerant relaxauit. Itaque Leodienſes conſuetudines veteres, quas in ordinãdis miniſterijs vſurpare ſolebant, in vſum reuocarunt.

Priuilegia reſtituuntur.

Ac primum quidem pro ſolito more ex conſenſu Epiſcopi viginti quatuor miniſteria cum vexillis, tentorijs, papilionibus alijſque ſolemnibus ſibi refecerunt: & poſtea eodem antiſtite permittente adhuc octo miniſteria ſuperioribus addiderunt, vt eſſent ſimul 32.

24. Miniſteria poſtea 32.

Anno 1419. Ioannes Dux Burgundiæ patruus Ioannis Ducis Brabantiæ in caſtro Monſtrelienſi, quo ad Concilium Francorum vocatus erat, coram Delphino Franciæ proditorie occiditur, cui ſucceſſit filius eius Philippus, qui patrem multis Francorum calamitatibus vindicauit, ac poſtea Dux Brabantiæ factus, filium reliquit Carolum Burgundum, ex cuius filia vnica Maria Maximilianus 1. Imperator Philippum Hiſpaniarum Regem procreauit, qui Caroli 5. Pater fuit.

Digitized by Google

ANNOTATIONES. A

Priuilegia etiam Ciuitatis, quæ per Ioannem de Bauaria adempta erant, reſtituit:] *Ioannes Stabulaus ſic exprimit:* Huius temporibus populus Leodienſis iterum recepit mores priores in miniſterijs ordinandis, facientes ſibi primo de conſenſu Epiſcopi 24. miniſteria dũtaxat in Ciuitate, ſed hoc modico tempore durauerat. Nam depoſt ſpacio trium menſium vel quatuor, prout res de facili reuertitur ad ſuam naturam, ordinauerunt trigintaduo miniſteria, cum vexillis, tentorijs, pauilionibus ac alijs cæremonijs priſtinis, prout ante bellum in Othey prius habitum faciebant; ac etiam congregationes ac B conuocationes eorum fecerunt in palatio Epiſcopali, quæ à tempore belli citra in foro porcorum dicto Verkourt fieri cõſueuerunt. Proceſſerunt inſuper ciues ad electionem Magiſtrorum & officiatorum Ciuitatis in omnibus & per omnia, prout ante diſturbium belli prædicti facere conſueuerant, omni impedimento ceſſante.

Mors eius & ſepultura.

CAPVT XV. C

Virtus multis exitium parit.

HOc anno mortuus eſt egregius Antiſtes Leodienſium D. Ioannes de Walenroda, cui, vt pleriſque omnibus pijs, virtus ſua exitum peperit. Nam cum nihil mirum ſit, eum improbis inuiſum eſſe, qui charus eſt probis, non defuerunt, qui huius vitæ inſidiarentur, quo ſuperſtite ſuis cupiditatibus ſatisfieri non poſſe facile videbant: Itaque cũ iuſtis de cauſis in pagũ Alkenſem profectus eſſet, bibiturus, venenum, dolo hoſtium, poculo immixtũ imprudẽs hauſit, quo mox eſt mortuus.

Ab improbis veneno enecatur.

Perijt autem circa meridiem Dominica prima poſt Aſcenſionem Domini, hoc eſt 28. May præſentis anni 1419. poſtquam Epiſcopatũ adminiſtraſſet menſes 10. dies 24. cuius lectorem memorem eſſe velim propter Placentium Trudonenſem, qui ſcribit ſequentem Epiſcopum huius ſucceſſorem præcedenti anno 1418. cœpiſſe, cum hic error ipſo teſte conuinci poſſit: nam ſi Ioannes de Bauaria menſe Mayo, ſicuti ſcripſit Placẽtius, anni ſuperioris 1418. Epiſcopatum reliquit, & hic Ioannes de Walenroda ex interuallo ſatis dilucido eum ſequutus menſes decem ſedit, neceſſe eſt eum perijſſe hoc præſenti anno 1419. vt ſucceſſor eius ante hunc annum incipere non potuerit. D

Placẽtius corrigitur.

VValẽroda ſepelitur ãte Sũmum altare.

Sepultus porro eſt hic Præſul in Eccleſia Leodienſi ante ſummum Altare: Euerardus autem à Marcka rurſus ad noui vſque Epiſcopi Electionem Patriæ tutor inſtitutus eſt.

Hoc

Digitized by Google

Hoc porrò Epiſcopo ſedente Monialium Regularium, quæ ſe canonicas appellant, monaſterium extruitur in ſuburbio D. Trudonis.

A

ANNOTATIONES.

1. Hoc anno mortuus eſt egregius Antiſtes:] *De genere mortis an veneno periÿt nec ne, non ita conſtat. Auctor noſter aſſerit veneno illi ab improbis porrecto obiÿſſe. Meyerus dubitanter loquitur: ſic enim ille.* Leodienſes venenum illi miſcuiſſe dicuntur. *Zantfliet & Stabulaus, qui particularia quæq; vt ſibi nota ſcribunt, veneni non meminerũt: Sic enim Zantfliet de eius morte loquẽs.* Anno, *inquit,* 1419. præfatus ſcilicet Walendorius, inuitatus ad Villam ſuam dictam Alcken ad domũ Cellarij ſeu Ioãnis Bareti ipſo Aſcenſionis Dominicæ, valde iucundus fuit & hilaris. In craſtino inuaſit eum læthalis infirmitas, & Dominica ſequente de hac vita ſubſtractus eſt, ordinatis certis executoribus teſtamẽti ſui, qui tamen certas ob cauſas onus executionis in ſe recipere recuſabãt. Sicque corporalia eius veſtes, equi, libri, cæteraque mobilia pretioſa magnique valoris, paſſim & inutiliter diſtracta ſunt & diſpertita. Quamobrem ſanè propinqui, præſertim Marchio de Baden, male fuerunt cõtenti, & patria Leodienſis per eum alioſque nonnullos eſt diffidata, & mercatores peregrinique ſpoliati. Inter quos capti ſunt Honorabiles & Nobiles viri de patria Leodienſi, D. Walterus de Momalia Archidiaconus in Eccleſia Leodienſi. Item nepotes eius D. Theodoricus de Momalia, & D. Theodoricus de Elderis milites; qui rem ignorantes redierant de peregrinatione Hieroſolymitana per decurſum Rheni, & ceciderunt in caſſes, quas non putauerant.

B

C

DE IOANNE DE HEINSBERGIO LXXX. EPISCOPO LEODIENSI.

Electio, confirmatio & introitus Ioannis Heinsbergÿ cum quibuſdam alÿs.

D

CAPVT XVI.

EOdem igitur anno 1419. menſe Iunio concordibus capitularium votis Electus fuit in Epiſcopum Leodienſem D. Ioannes Heinsbergius Archidiaconus Hasbaniæ, filius excellentiſſimi Principis Domini Ioannis Heinsbergij ac Leuuenbergij, adoleſcens annorum 23. Qui Florentiæ à Martino 5. Pontifice confirmatus 4. idus Septembris Leodium cum ingenti Principum, Baronum, Equitum ac nobilium Comitatu, inter parentem ſuum & Cliuiæ Ducem medius aduenit: vbi ingenti lætitia tum cleri tum populi, in Epiſcopalem Cathedram collocatus inauguratur. *Inauguratio Epiſcopi.*

Digitized by Google

In quo introitu cum à ſubditis vario ludorum ſpectaculorumque genere honoraretur, ipſe viciſſim, quo ſuam illis futuram liberalitatem munificentiamque veluti præſenti quodam præſagio declararet, ante palatium Sirenis imaginem ſtatuit, ex cuius altera mamilla vinum album inſtar lactis, ex altera rubrum emanaret, per totum triduum. A

Creatur ſacerdos.

Hic proximo Decembri eodem anno Leodij ordinē ſacerdotalem accepit, quæ res Leodienſibus magnæ voluptati fuit.

Eodem menſe præſentis anni, ſecundo ſcilicet die calend. Ianuarij, Florentiæ mortuus eſt Balthazar Coſſa, olim Ioannes Papa vigeſimus tertius.

Anno 1420. in quadrageſima D. Ioannes Heinsbergius Leodij in Epiſcopum conſecratus eſt. B

Chronicon Ducum Brabātiæ Suffridi.

Anno 1421. Ioannes Heinsbergius cum filijs ſuis, inter quos & Epiſcopus Leodiēſis fuit, pacis tractatum inijt cum Brabantis, de quo in Chronico Ducum Brabantię copioſius dictum eſt.

Hoc anno circa feſtum Viti, & Modeſti, Martinus Papa in Germaniam ac Belgium miſit Brandonem Cardinalem Placentinum, ad prædicandam Crucem aduerſus Huſſitas in regno Bohemiæ, quo hortatore magna expeditio à fidelibus aduerſus eos eſt ſuſcepta.

Expeditio cōtra Huſſitas.

Fuerunt eius Duces conſtituti Archiepiſcopi Electores duo, Colonienſis, ac Treuirenſis, & cum his Comes Miſienſis. In quorum auxilium etiam Epiſcopus Leodienſis cruce ſignatus adſcribi voluit. C

Non magno fructu.

Cæterum cum nihil admodum ea expeditione proficerent, præterquam quod tria quatuorue caſtra, duaſque ciuitates tantum caperent, Bohemia relicta circa feſtum omnium Sanctorum, omnes reuerſi ſunt.

Mors Ioannis à Bauaria q. Electi Leodiēſis.

Anno 1424. in feſto Epiphaniæ obijt tutor Hollandiæ, idem qui quondam Electus fuit Epiſcopus Leodienſis Ioannes de Bauaria, veneno ſublatus per equitem Ioānem de Vlyet, qui ad hoc à Duce Gloceſtriæ inductus ferebatur, ne Ioannes de Bauaria ſuppetias, quas promiſerat, Duci Brabantiæ ferret aduerſus Iacobam, qui quidem Ioannes de Vlyet ob hoc facinus in haga Comitis decollatus, & quadripartito diſſectus eſt. D

Eodem anno inſtante Paſchate Dominus Ioannes Heinsbergius Coloniam profectus Metropolitani ſui ſynodo interfuit, & cum ſtatuta eiuſdem ſynodi Leodium reuerſus attuliſſet, publiceque propoſuiſſet, omnia collegia vltro ſe ei conformarunt, ita vt exigua admodum fuerit ſubeunda moleſtia Epiſcopo in emendandis Cleri ſui moribus.

Hoc anno menſe Septembri mortuus eſt Petrus Luna, qui & Benedictus 13. in cuius locum in ſchiſmate ſuffectus eſt Ægidius Munionis.

Digitized by Google

nionis Canonicus Barchionenſis, dictus Clemens octauus, ſeditque
A annis quatuor.

ANNOTATIONES.

1. De Heinsbergio Epiſcopo ſcribunt Stabulaus, Zantfliet, Placentius, Bruſtemius & noſtratia Chronica, inter externos meminerunt Engerranus, Meyerus, & Chronicon Belgicum.

2. Eodem anno inſtante Paſchate :] *Quæ de hac Synodo prouinciali illiuſque fructu ſcribit Suffridus, paulò aliter Zantfliet & Stabulaus referunt. Sic ergo dicit Stabulaus.* Anno 1423. cùm circa feſtum Paſchæ celebraretur Concilium Prouinciale in Colonia, vocatis ad hoc Epiſcopis Suffraganeis & alijs vocandis: fuiſſentque ibi certa Statuta Prouincialia
B emanata, & in Leodio per Ambaſiatam Epiſcopi & Capituli reportata, ac in maiori Capitulo, vt fertur, publicata, quorum aliqua prima facie videbantur libertatibus & exemptionibus Eccleſiarum Leodienſium præiudicialia & in grauamen earundem redundantia. Ob hoc tam maior quam aliæ Eccleſiæ ſecundariæ Leodienſis malentes ſeipſas corrigere, quam ab alijs in præiudicium huiuſmodi libertatum corrigi, per ſuos ad hoc deputatos, certas & laudabiles reformationes & ordinationes de & ſuper vita, ſtatu, & honeſtate perſonarum dictarum Eccleſiarum ordinauerunt, & approbauerunt, publicauerunt, & ſigillauerunt, quarum copiæ in locis Capitularibus cuiuſlibet Eccleſiæ fuerunt & ſunt notabiliter affixæ.

C *Fuerunt etiam hoc anno 1424. per tres ſtatus patriæ quædam Statuta facta, quæ nouum regimen appellantur, de quibus ſic loquitur Zantfliet* : Eodem anno 1424. In Ciuitate Leodienſi pro ſalubri ſtatu patriæ, per vnanimem concordiam trium ſtatuum patriæ, factæ ſunt aliquantæ conſtitutiones & decreta, & continuo ſigillata multis ſigillis, necnon & repoſita ſub clauſuris ferreis ad pilariũ vnum Eccleſiæ ſancti Lamberti. Quæ quidem Statuta vulgariter nuncupantur nouum regimen.

Eodem anno fuerunt quoque per D. Ioannem de Heinsberch facta ordinationes & Satuta ad modificationes Adulphi, vt patet in exemplaribus impreſſis.

3. Anno Domini 1426. In feſto Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ promotione Domini
D Ioannis quarti Ducis Brabantiæ inſtitutum eſt vniuerſale ſtudium Louanienſe, actaq; fuit prima promotio anno 1429. pridie Conuerſionis Pauli, Domino Ioanne à Groeſbeeck legum doctore eximio Canonico Eccleſiæ ſancti Seruatij Traiectenſis facultatis ordinario, collationem faciente, ac Domino VVilhelmo ab Aſcha Præpoſito ſancti Petri Louaniẽſis, tanquam Vniuerſitatis Cancellario, huiuſmodi promotionem impendente. Erectionem hanc Vniuerſitatis libet hic preferre ropter ea, quæ hodie de eius gratijs & priuilegijs controuertuntur. Sic igitur Martinus quintus Papa de ea loquitur.

Digitized by Google

MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sapientiæ immarceſſibilis, cuius inextinguibile irradiat lumen, cuiuſque infinitus eſt theſaurus, omnem habens vigorem, & virtutis altiſſimi diſpenſator, omniumque chariſmatū elargitor ipſe Dn̄s ad hoc ſuæ miſerationis dignatu, nobis licet immeritis ſponſæ ſuæ vniuerſalis Eccleſiæ regimen pia diſpenſatione commiſit, & noſtræ debilitatis oculo iugum impoſuit Apoſtolicæ ſeruitutis, vt in Petri ſpecula poſiti, tanquam de ſupremo vertice ad infima mundi prothoplaſtique, poſteris qui non natiuitatis fructus depoſcunt, ſed intelligentiæ ſpiritu eadem cuius initium veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia perſtringendi ſapientiam diuinis educantur eloquijs reflectentes intuitum, quid pro indiſciplinatis errantium curandum mentibus, pro huiuſmodi illuſtranda Eccleſia ad fidei propagationem conferat orthodoxæ, quid ſtatui conueniat fidelium quorumlibet proſpiciamus attentius, & qualiter à fidelibus ipſis profugatis ignorantiæ tenebris, illi poſt ſupereminentiſſimam ſummi opificis notionem, per eiuſdem ſapientiæ donum in via mādatorum directi veri luminis pertingant claritatem ſolertia intendentes, & ad quærendum ipſius ſapientiæ alimenta, literarum ſtudia per quæ diuini numinis & eiuſdem fidei cultus protenditur militantis Eccleſiæ Reſpubl. in Spiritualibus & temporalibus cum animarum ſalute geritur, pax & tranquillitas vbilibet ſolidantur, omniſque conditionis humanæ dilatatur proſperitas, noſtræ prouiſionis ſollicitudinis ope, Apoſtoliciſque fauoribus propenſius excitemus. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Ioannis Ducis Brabantiæ, ac Præpoſiti, Decani, Scholaſtici, & Capituli Eccleſiæ ſancti Petri, necnon Burgimagiſtrorum, Scabinorum & communitatis oppidi Louanienſis, Leodienſis Diœceſis nuper exhibita petitio continebat: Quod licet in Ducatu Brabantiæ, & alijs dominijs ipſius Ducis, necnon etiam in Leodienſi, Cameracenſi, Traiectenſi, Morinenſi, & Tornacenſi Diœceſibus, cæteriſque ibidem circumuicinis partibus & dominijs, multa famoſa & inſignia loca populo Chriſtiano, & rerum copia admodum opulenta exiſtant, nullus tamen in illis locus eſſe noſcitur in quo ſaltem generale vigeat ſtudium literarum, vnde partium illarum plerique commodo & vſu literarum carentes, vel huiuſmodi literarum imperitiæ ſubiacent, vel in remotis partibus degere habent ſcientiæ huiuſmodi in eis ſectantes incrementum. Verum oppidum præfatum, quod de temporali Dominio ipſius Ducis exiſtit, adeò rerum copia, aëris temperie, multitudinis capacitate, atque domorum & aliarum rerum neceſſariarum commoditate per Dei gratiam eſt refertum, quod ad huiuſmodi receptandum refouendumque ſtudium aptum plurimum & idoneum exiſtere perhibetur. Quapropter ipſi Dux, Præpoſitus, & Decanus, Scholaſticus, Capitulum, Burgimagiſtri, Scabini & communitas conſiderantes attentius, quod inter cæte-

ra vir-

ra virtutum opera, quæ tanquam accepta ſummo rerum auctori A ſacrificia, quæ per manus offerũtur humanas, illa diuinæ Maieſtati grata plurimum nullatenus ambigentur, per quæ ad ſuſcipiendum ſingulare virtutum diadema illis qui ſcientiarum earundem ſitiunt acquirere margaritam oportunis remedijs & auxiliaribus commodis ſubuentionis præſidium efficaciter impartitur generale, literarum ſtudium in eodem oppido ordinari deſiderant, vt inibi diſciplinæ atque ſapientiæ ſe ſtudijs exercentes, ſibi & alijs meliores effici valeant, & partium illarum proſperitatis auctori Domino incremẽtum ſequatur. Et nihilominus Dux ipſe vna cum Burgimagiſtris Scabinis & communitate huiuſmodi domos aptas & loca conueniẽ-B tia illic cum ſcamnis & alijs neceſſarijs officinis pro Magiſtris, Doctoribus, & ſcholaribus, ac alijs pro tempore legentibus, docentibus diſputantibus & audientibus, deputare, necnon eiſdem Magiſtris, Doctoribus & legentibus de ſalario competenti annis ſingulis, vel alias de beneficijs Eccleſiaſticis prouidere. Necnon quod rector vniuerſitatis ſtudij huiuſmodi pro tempore exiſtens ſuper omnia membra vniuerſitatis eiuſdem, & illorum ſeruitores, tam in ciuilibus quã criminalibus & alijs quibuſlibet cauſis, negotijs & exceſſibus, ſiue impedimentis quibuſuis iuriſdictionem cohortionem & emendationem dictis Duci, Præpoſito, Decano, Scholaſtico, Capitulo, Burgima-C giſtris, Scabinis, & communitati communiter, vel diuiſim in eodem oppido quomodolibet competentes, exercere valeat concedere, & iuriſdictionem cohortionem & emendationem huiuſmodi à ſe penitus abdicare, & in rectoribus Magiſtris & ſcholaribus cauſa ſtudij ad ipſum oppidũ accedentibus, vel de illo recedentibus pro tempore, quæcũque ſuas res & bona ſecum apportandi, & ea pro ſuæ volũtatis libito reportandi, ſiue ibidem vendendi libertatem tribuere intendunt pariter & proponunt. Quare pro parte dictorum Ducis & Præpoſiti Decani, Scholaſtici, Capituli, Burgimagiſtrorum, Scabinorum & communitatis deſiderantiũ etiam quod Magiſtri doctores & ſcholares ſupradicti pro potiori ſtudij incremento condignis priuilegijs ſe cõmunitos ſentiant, quibuſlibet priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus aliorum generalium ſtudiorum, quantum in ipſis D Duce, præpoſito, Decano, Scholaſtico, Capitulo Burgimagiſtris, Scabinis & communitate, & alijs ipſius Ducis ſubditis fuerit, gaudeant & vtantur nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in dicto oppido generale literarum ſtudiũ in qualibet licita facultate erigere & ordinare de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui relatiõe fideli poſt informationem diligentes ſuper habilitate loci & alijs circumſtantijs præmiſſis de mandato noſtro receptam, oppidum ipſum aëris temperie politum, ſingulariumque rerum humano vſui neceſſariarum vbertate refertum, & alias pro huiuſmodi ſtudio locum aptum didicimus, pium, meritorumque eorundem Ducis, Præpoſiti, Decani, Scholaſtici, Capituli, Burgimagiſtrorum, Scabinorum & cõmunitatis deſiderium

Digitized by Google

deſiderium, per quod ſcientiarum fons, ex quo ad Dei laudem & gloriam haurire poſſint ſinguli viri conſilij maturitate perſpicui, virtutum & dogmatum ornatibus redimiti ſuccedant, plurimum commẽdantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie ſtatuimus & ordinamus. Quod à modo in dicto oppido generale in facultate qualibet, præterquã in Theologia, ſit ſtudium. Illudque perpetuis futuris temporibus ibidem vigeat & obſeruetur: Quodque omnes & ſinguli doctores, magiſtri & ſcholares inibi omnibus & ſingulis libertatibus, immunitatibus, & indulgentijs quibuſuis doctoribus Magiſtris & ſcholaribus Coloniæ, Viennæ, ac Lipſenſis, Patauienſis, ac Merſeburgenſis Diœceſium oppidis ſtudij cauſa commorantibus, per ſedem Apoſtolicam, vel alias qualitercumque conceſſis gaudeant, pariter & vtantur. Singuli vero qui curſu fœliciter conſummato, in ea facultate, qua huiuſmodi inhæſere ſtudio, brauium obtinere meruerint, ſibique etiam pio aliorum erudimento docendi literarum, ac doctoratus ſiue Magiſterij honorem petierint, elargiri, per ipſorum inibi doctores ſiue Magiſtros, præpoſito, quem cancellarium ſtudij in oppido huiuſmodi eſſe perpetuo volumus, ſi illic præſens fuerit, alioquin Decano dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentibus, ſiue alijs ab eis deputandis præſententur, vt ab illis ſi conſeruatis cõſuetudine & modis ſuper talibus in dictis ſtudijs generalibus obſeruari ſolitis ad hoc extiterint idonei, ſufficienteſque reperti, licentiam & honorem ſortiantur antedictos, & qui quidem præſentati quamprimum illos adepti fuerint, abſque vlterioribus ab eis habendis examine & approbatione in ipſa facultate qua licẽtiam & honorem attigerint, in eiſdem legere, & docere libere & licite vbique poſſint & valeant. Rurſus quoque omnium & ſingulorum cauſarum & negotiorum cognitio atque deciſio Doctorum Magiſtrorum ſcholarium membrorum atque ſeruitorum eorundem ſiue clerici, ſiue laici fuerint, & etiam de quibuſcumque criminibus & exceſſibus correctio & punitio, ac omnimoda ſuper illis iuriſdictio ad Rectorem ſtudij in eodem oppido, quem dictum ſcholaſticũ per dictum quinquennium eſſe, & ex tunc annis ſingulis inibi iuxta conſuetudinem ſtudiorum huiuſmogi eligi volumus, & non ad Ducem, ſeu eius ſucceſſores Duces Brabantiæ, Præpoſitum, Decanum, Scholaſticum, Capitulum, Burgimagiſtros, Scabinos, & communitatem præfatos, aut aliquem ex eis, ipſorumue officiales pertinere omnimode dinoſcuntur, præfatiſque Duci, ſucceſſoribus, Præpoſito, Decano, Scholaſtico, Capitulo Burgimagiſtris, Scabinis, cõmunitati, & officialibus, & alijs quibuſcumque de cauſis & negotijs huiuſmodi cognoſcẽdi, ſiue illa dirimendi, aut membra & ſeruitores huiuſmodi vel ex eis aliquem pro criminibus & exceſſibus eiſdem aut quomodolibet corrigendi vel puniendi, ſeu aliquam in eis ſuperioritatem vel iuriſdictionem exercendi facultate & auctoritate penitus interdictis, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contra-

contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod niſi à data præſentium infra annum computādum, Dux & Præpoſitus, Decanus, Scholaſticus & Capitulum, ac Burgimagiſtri, Scabini, & cōmunitas ſupradicti, prout eos communiter vel diuiſim contingere cenſetur, priuilegia & libertates conceſſerint, aut iuriſdictionem à ſe abdicauerint, ac eam in rectorem ac vniuerſitatem prædictos trāſtulerint, antedicta realiter & cum effectu, præſentes literæ, & quæcumque inde ſequuta nullius exiſtant roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā noſtræ conſtitutionis ordinationis & volūtatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attemptare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos 5. idus Decemb. Pontificatus noſtri anno 9.

Grande & Diuturnum bellum Leodienſium, contra Namurcenſes, cum alijs externis.

CAPVT XVII.

ANno 1429. Philippus Burgundio Dux Brabantiæ, Comes Flandriæ &c. Comitatus Namurcenſis poſſeſſionem accepit defuncto Ioanne Namurcenſi Comite, qui quod legitimo hærede careret, eum Philippo certa pecuniæ ſumma vendiderat. *Philippus Burgundus Comitatum Namurcenſem adipiſcitur, ob quem illi Bellū Leodienſes mouit.*

Hæc res cum Leodiēſibus moleſta eſſet, inſtigante potiſſimū Delphino Franciæ, Duce Euerardo de Marcka agros Namurcenſium populantur, exercitu collecto armatorum quinquaginta milium: Bellofordium capiunt, & cremant, Poluacham capiunt, occiſo eius præfecto; Goleſmam captam, direptamque incendunt: Bouinas oppidum obſident, cui rei illis accommodatiſſima erat turris ad Dionantum, ſita nomine turris ſuperbiæ, ex qua quid Bouinis fieret facile ſpeculabantur.

Aduerſus Leodienſes Philippus, qui tum Compendium obſidione premebat, cum ſatis magnis copijs miſerat Antonium Croiacum, qui Foſſas oppidulum, ſeruato dumtaxat tēplo, exuſſit, aliaque Leodienſibus incommoda multa intulit.

Atque hæc quidem cum reluctante Antiſtite ſuo facerent, cui cum Philippo optime conueniebat; Philippus, intercedente præſertim Archiepiſcopo Colonienſi, hoſtibus certis quibuſdam conditionibus pacem conceſſit, inter quas & vna fuit, vt Turris illa Superbiæ deſtrueretur, neque vlla deinceps alia inter Dionantum & Bouinas extrueretur. *Turris ſuperbiæ deſtruitur nunquam redificanda.*

Anno 1431. Concilium Baſilienſe inchoatum eſt.

Digitized by Google

Succeſſio Pontificum. Eodem anno Martinus Papa defunctus eſt 18. Februarij die Dominica, vacauit ſedes diebus 12. Succeſſor eius Eugenius 4. cœpit 3. Martij Sabbatho, ſedit annis 15. menſi. 11. diebus 28. A

Anno 1432. Sigiſmundus Imperator Romæ in baſilica vaticana ab Eugenio 4. Papa 15. calend. Iunij coronatus eſt.

Carolus Burgundus naſcitur. Anno 1434. pridie ſancti Martini natus eſt Carolus Martinus Philippi Burgundi filius, qui poſtea Leodium deſtruxit, ac reparari iuſſit.

Pax inter Francos & Flandros. Anno 1435. Septembris menſis 21. die, Atrebati inter Francos & Flandros poſt 20. annorum bellum pax eſt compoſita, & recõciliatio facta ſuper morte Ducis Burgundiæ Ioannis, ad quam pacem vna cum alijs principibus allaboraturus acceſſerat Dominus Ioannes Heinsbergius; Cuius comitatus albis equis ducentis, albiſque veſtimentis rubro variegatis inſignis erat. B

Imperatorum ſucceſſio. Anno 1437. Sigiſmũdus Imperator obijt 5. idus Decembris interregnum dierum 22. fuit.

Anno 1438. Albertus Iunior Auſtriacus Rex Romanorum creatus calend. Ianuarij, imperauit annum vnum, menſes nouem, dies 27.

Hoc anno Concilium Florentinum Ferrariæ inchoatum eſt.

Anno 1439. Concilium Florentinum eſt finitum: eodem anno 6. calendas Nouembris Albertus Rex Romanorum obijt, interregnũ fuit menſium 2. dierum 4. C

Eodem anno vir illuſtris & Dux Sabaudiæ Amædeus, qui Ducatu filio tradito vitam ducebat eremiticã, in locum Eugenij 4. ſurrogatus eſt. qui dictus eſt Felix 5. is in Concilio Baſileenſi nonis Nouembris creatus, anno ſequenti coronatus fuit 9. calend. Auguſti, ſedit annis 9. menſ. 5. diebus aliquot.

Fredericus Imp. Anno 1440. Fredericus tertius Erneſti filius Archidux Auſtriæ Romanorum Imperator creatus eſt calendis Ianuarij, imperauitque annis 53. menſibus 7. diebus 19.

Typographia inuenta. Eodem anno ars typographica Moguntiæ à Ioanne Fauſtio reperta dicitur de cuius tamen inuentione plures nationes inter ſe cõtendunt.

ANNOTATIONES. D

1. *Quia durante hoc bello, quod hic à Suffrido breuiter & compendio quodam deſcribitur, plurima miranda & memoria digna in patria & Diœceſi Leodienſi contigerunt, non inutile erit illa paulo explicatius ex Ioanne Stabulaus huius temporis ſcriptore recenſere. Sic igitur ille.*

Interim ſurrexit guerra inter Leodienſes & Namurcẽſes propter turrim, quæ dicebatur mons ſuperbiæ ſiue Mont orgueille, quã Dionantenſes conſtruxerant ante Bouiniam.

Anno Dominicæ Incarnationis 1429. menſe Septẽbri Miles quidã dictus Dñs Ioannes du Blondeau Capitaneus delle Malmanſon in

Cambreſy

Cambreſy fecit curſum & accepit ſpolia ſuper patria Leodiēſi. Qua-
A propter patria Leodienſis Leodium demandata ordinauit, quod Dominus Leodienſis aliquem Capitaneum ordinaret in Tudino cum aliquibus armigeris, ad defendendam patriam ſuam. Quod & factū eſt 22. Septembris, & ceſſauit impetus prædictus.

Anno vero 1430. in Carinſpriuio facta ſunt haſtiludia Bruxellæ ſexta Februarij, & erant ibi Dominus Philippus Dux Burgundiæ, & Dominus Ioannes de Hinsberch Epiſcopus Leodienſis, & Dominus Ioannes Comes Namurcenſis cum multis alijs principibus in præſentia Domini Philippi Ducis Brabantiæ. Quo tempore magiſtri de Dionanto venerunt ad Leodium & expoſuerunt coram Dominis de
B capitulo maiori, & conſulibus Ciuitatis, quomodo quinta Februarij præterita Dominus Ioānes Blondeau cum 20. armigeris nocturno tempore exiſſet de Bouinia & niſus fuiſſet capere turrim dictā Mont orgueille & iam quidam ſcalas aſcenderant, ſed expergefactis cuſtodibus, & ad arma vociferantibus aliqui inde ceciderūt mortui, aliqui fuerunt vulnerati, & interim Bouiniam per Nauiculam omnes reintrauerunt.

Miſſum igitur eſt ad Dominum Leodienſem, qui rem ad ſe delatā, aperuit Domino Duci Burgundiæ. Qui Dominus Dux reſpondit ſe de hoc non mirari, eo quod Dionantenſes iam dictam turrim ædificauerant contra ſententiam per piæ memoriæ Dominos, ſcilicet Dominum Ioannem patrem ſuum, & Dominum Wilhelmum Auunculum
C ſuum latam poſt bellum de Othey, quod fuit anno 1405. & quod ipſe ſæpe miſiſſet ad eos pro cauſa iſta quod ceſſarent, & reſponderāt verba deſpectabilia & incongruentia.

Reuerſo igitur Domino Leodienſi, & demandata patria concluſum fuit, quod mitteretur Dionantum, ad inquirendum ſi haberent iuſtam cauſam vel non. Similiter ad Dominū Ducem Burgundiæ, ad ſciendum intentionē ſuam, & ad Dominum Comitē Namurcenſem ſimiliter.

Comes Namurcenſis reſpondit quod de facto prædicto nihil ſciret, ſed poſtquam vendiderat Comitatum Namurcenſem, Dominus Dux acceptauerat tria loca pro ſe, in quibus poſuerat fideles ſuos & ſibi
D iuramento conſtrictos, videlicet Bouiniam, Caſtrū quod Pilans vacca dicitur, & Caſtrum de Sampſon, & infirmari cœpit & obijt eodem anno prima Martij prædictus Comes: & ſic Comitatus Namurcenſis peruenit ad Ducem Burgundiæ, inquantum Comes Flandriæ.

Qui Dominus Dux Burgundiæ legatis Leodienſibus ad ſe miſſis reſpondit, quod quamuis male contentaretur de his, quæ Domicellus Euerardus de Marcka perpetrauerat in Chiny, & de Dionantenſibus, qui prædictam turrim ædificauerant, in deſpectū ſuum, & quod non ſoluerant ſibi penſionē debitam Auunculo ſuo Domino Ioanni de Bauier, & de mille coronis hæreditarie in quibus obligabantur Auunculo ſuo Comiti Hannoniæ, tamen contentus eſſet rem iſtam

Digitized by Google

ponere in dilatione, ſub ſaluo conductu, ad certum terminum ad inueniendum medium pacis. Fuitque dieta tenta in Namurco 13. May, A quando Dominus Dux Burgundiæ fuit ibi ſolemniter receptus, & initus ibidem tractatus quod eligerentur probi viri de patria Flandrenſi & de patria Leodienſi, qui ſi non poſſent eſſe concordes poneretur cauſa tota ad arbitrium Domini Papæ Martini.

Electique fuerunt & nominati aliqui Barones & nobiles ad tractandum de pace modo præſcripto, & fuerunt miſſi honorabiles viri de Gandauo militares, Magiſtratus & Conſules ad tractandũ de pace, vel accipiendum vel dandum treugas ad tempus.

Interim Hoyenſes miſerunt exploratores circa caſtrum de Beaufort, & comperto quod eis victualia mitterentur, ceperunt nauim & quæ intus habebantur, & miſſis occulte aliquibus in inſidijs, tantũ B ſecerunt quod intrauerunt caſtrum, fugatis & dimiſſis his, qui intus fuerant. Quod cum Leodij nunciatum eſſet, concluſum fuit quod bene cuſtodiretur, ſed Hoyenſes hoc comperto cœperant ſpoliare & deſtruere ipſum & incendio tradere, aſportatis omnibus quæ repererant.

Prædicti igitur Ambaſiatores Gandauenſium ad nullum potuerunt pacis peruenire tractatum, quia Leodienſes aliqui malam ſuſpicionem habebant de Domino Leodienſi, propter magnam familiaritatem quam habebat cum Domino Duce Burgundiæ, & dicebãt inter ſe ſi Dominus noſter vellet, bene haberet pacem: Et hæc fuit C ſemper peſſima paſſio populi cõmunis, malũ ſuſpicari de Principe, & maiorum ſuorum obtrectare decretis.

Miſſi ſunt igitur Armigeri in Namurco per Dominum Ducem Burgundiæ, quorum Capitaneus erat Dominus de Croy, & cum eo Dominus de Ghyſtel, & Dominus de Mamine cũ alijs multis equeſtribus, qui decima Iulij inceperunt comburere patriam Leodienſem incipientes à Prioratu S. Seueri in Meſſia ordinis S. Benedicti, qui ſubeſt monaſterio S. Laurentij prope Leodium in temporalibus, & cõbuſſerunt totam villã, cũ tamen ſtatio Balliui de Hasbania & Balliui de Mouha eſſet in cæmiterio Meſſienſi & in Eccleſia cum 140. equitibus, & illi qui combuſſerunt villam fuerunt tantum 80. ſed arbitrati fuerunt plures extitiſſe, nec exiuerunt clauſuram atrij Eccleſiæ, quod fuit magnum ſcandalum pro eis. D

Eodem die fuit cantata ſpecialis miſſa Leodij pro populo, qui exiturus erat ad bellum contra Namurcenſes.

Quarta die ſequente, hoc eſt in die S. Margaretæ, quo die exiuit exercitus Leodienſis contra Comitatum Namurcenſem, incendendo, diripiendo, & deſtruendo omnia, quæ inuenire poterant. Et primo diſpoſuerunt ſe ad obſidendum villam & caſtrum de Helzim, ſed illi de caſtro & de villa reddiderunt ſe Domino Leodienſi ſalua vita & corporibus, quos Dominus Leodienſis ligatos accepit captiuos, & miſit in tentorium ſuum.

Interim

Digitized by Google

Interim cum clamaretur ad arma, quia Namurcenſes equites
A nunciabantur aduenire, conuerſus populus Leodienſis occidit in impetu omnes, quos Dominus Leodienſis ſalua vita & corporibus ſuſceperat captiuos, vnde Dominus Leodienſis vſque ad lachrymas doluit, ſed non poterat reſiſtere. Igitur direptis & incendio traditis caſtro & villis circumiacentibus, Leodienſes redierunt ad Hoyum.

Tongrenſes autem, & Loſſenſes, & Trudonenſes ſederunt in Thinez, & incendio tradiderunt villas circumiacentes ad Comitatũ Namurcenſem pertinentes, ſcilicet Waſegiam, Mierdop, Branchon, & Boneffe.

B Hoyenſes exierunt verſus Condroſiam; quorum voluntati Dominus de Bene tradidit fortalitium ſuum, ſimiliter Domina d'Emptine, & Domina de Spontin: Similiter illi qui erant in fortalitio Des ſe dediderunt Domino Leodienſi, & Hoyenſibus,

Traiectenſes vero miſerant in auxilium Domino Leodienſi circiter trecentos armigeros notabiliter bene armatos: Qui cum veniſſent ad Hoyum vbi Leodienſes dormierant, putantes quod Leodienſes eos in inſtanti ſequi deberent, exierunt per Condroſiam nihil metuentes, ſed confidentes in armis & virtute ſua. Cumque veniſſent iuxta Perwez, inuaſi ſunt à Namurcenſibus ab omni parte, & multi occiſi fuerunt, multi vulnerati, aliqui captiui, reliqui fugerunt.

C Quibus auditis, Dionantenſes & Hoyenſes venerunt in ſuccurſum eorum, ſed nimis tarde, quia Namurcenſes iam ſe retraxerant. Illi de Chynei audita cæde Traiectenſium veniunt cum bigis & curribus adducentes victualia vulneratis & infirmis, & auferentes corpora mortuorum. Igitur Dominus Ioannes Epiſcopus cum patre ſuo Domino de'Hinsberck deducebant exercitum Leodienſem in duobus ordinibus. Quibus occurrerunt illi de Hoyo & de Dionanto; & poſuerunt ſedem ante fortalitium de Poileuache. Quibus viriliter ſe in primis defendentibus, contigit quod magna Bombarda de Hoyo caſu percuteret antiquum murum de ciſterna fortalitij, qui cadendo in aquam infecit & turbidam reddidit valde propter calcem antiquam.

D Item in alio ictu venit Bombarda contra antiquum murum, & pertranſiuit lapis per totum fortalitium vſque ad vltimum murum. Tunc illi qui intus erant reddiderunt fortalitium in manus Domini Leodienſis ſalua vita, corporibus, bonis ipſorum, & permiſſi ſunt abire quinta obſidionis die; & fuit ipſum fortalitium deſtructum & demolitum ſicut cernitur.

Tunc pater Domini Epiſcopi de Hinsberck indignatus quod tam pulchrum caſtrum deſtructũ eſſet, receſſit cum armatis Alemannis, quos ſecum duxerat, ad terram ſuam.

Digitized by Google

Dominus vero Epiſcopus Leodienſis obſedit cum exercitu ſuo Bouiniam, multos faciendo inſultus, ſed Bouinienſibus viriliter ſe defendentibus parum profecerunt. Tandem fecerunt Cattum de lignis ad deſtruẽdum antemurale Bouiniæ, quod erat valde forte, Cumque Leodienſes Cattum applicare vellent, multi eorum fuerunt occiſi & vulnerati. A

Interim Dominus de Croy Capitaneus Namurcenſis venit ad colloquium cum Domino Leodienſi extra & prope exercitum: vnde Leodienſes ſtatim male ſuſpicabantur, dicentes inter ſe quod animus Domini Leodienſis eſſet emollitus.

Famatum etiam fuit quod Dominus Philippus Dux Brabantiæ eſſet defunctus, & Dux Burgundiæ in Ducem receptus. Tunc Leodienſes cum impetu inſultum facientes contra bouiniam, cum occiſis & vulneratis multis ex ipſis, per totum diem, quia Cattus eorum erat nimis breuis, nihil profecerunt, poſuerunt ignem in caſtris eorum, & receſſerunt ab obſidione. B

Quod cum Namurcenſes cognouiſſent, fecerunt inſultum contra illos de Comitatu Loſſenſi & alios qui erant cum eis, & occiderunt vltra ducentos quorũ maior pars erat de S. Trudone: Occiſus etiam tunc fuit Dominus de Chytel.

Illi de Tudinio & Dionanto cum alijs ſupra Sambram commorantibus facto impetu iuerunt contra villam de vualcourt; At illi qui erant intra villam putantes totum exercitum Leodienſem adeſſe relicto oppido fugerunt, & ſic villa omnino cum caſtro ſpoliata & incendio tradita fuit, excepta Eccleſia, quæ repleta fuit omnibus bonis villarum circumiacentium. Et facta eſt guerra crudelior quam prius fuerat. C

Nam Namurcenſes è conuerſo incenderunt & ſpoliauerunt villam de Chaſtilueau, & Eccleſiam combuſſerunt, cum omnibus qui intus erant, aſportantes etiam campanas. Similiter fecerunt in Foſſe & in Condroſia, & in Comitatu de Moha, diripientes & deſtruentes omnia.

Hoyenſes etiam combuſſerũt ex vtraque parte Moſæ villas ad patriam Namurcenſem pertinentes, & quadam die mane exeuntes poſuerunt inſidias ante caſtrum de Sampſon æſtimantes latenter quando greges ducũtur ad paſcua ſe intraturos; ſed res innotuit cuſtodibus & diſſipatum eſt conſilium eorum. D

Similiter Dominus de Plateal tẽpore obſidionis Bouiniæ, aſſumptis ſecum armigeris venit vſque ad Hoyum, ſed fugatus eſt ab Hoyenſibus & Bailliuo de Hasbania.

A ducẽtis annis & circiter non fuit viſa tam lõga & crudelis guerra inter Leodienſes & Namurcenſes, nam Leodienſes exiuerant in die S. Margaretæ & rediuerãt circa feſtũ S. Ægidij, & deiceps vna pars cõtra aliam ſemper ad malum procedebat. Incenderunt Leodienſes ſicut dicitur in terra Namurcenſi trecentas villas campeſtres, & fortalitia

Digitized by Google

talitia ſiue turres & domos defenſales triginta tres, & ſeptemdecim
A molendina: è conuerſo Namurcenſes quaſi tot villas combuſſerũt
in patria Leodienſi.

Tandem acceptæ & datæ ſunt treugæ duorum annorum inter partes, tali conditione quod ſi vna pars vellet guerram reincipere deberet ſignificare parti aduerſę per tres mẽſes antequã reinciperet. Datum anno 1430.

Interim mediãte Comite de Moors fratre Domini Archiepiſcopi Colonienſis tentæ ſunt multæ dietæ, tam in Flandria quam in Brabantia: Tandem ventum eſt ad medium pacis.

Primo quod Dominus Epiſcopus Leodienſis & Dominus de Hinſ-
B berch pater eius & electi de tribus ſtatibus Patriæ Leodienſis ad numerum 20. perſonarum venirent coram Domino Duce, & proſternerent ſe vno genu ad terram, & facerent Domino Duci honorabilem emendam, dicendo per aliquem virum notabilem ex ipſis, quod dolerent de his quæ facta fuerant, & peterẽt veniam, & deinceps vellent eſſe vicini, & quod ſeruirent Domino Duci contra Pragenſes, Dominus Leodienſis in propria perſona cum trecentis armatis, ſpatio ſex menſium, dummodo moniti eſſent ante per duos menſes.

Item quod facerent vnam capellam prope Caſtrum de Golzin
C redditus aſſignando pro quotidiana miſſa in perpetuum celebranda pro animabus ibidem interfectorum.

Item quod ipſi expenſis ſuis infra menſem à data præſentiũ demolirentur & deſtruerent turrim dictam Montorgeuille, quæ fuit origo & cauſa omnium malorum, ſic quod infra quatuor menſes eſſet omnino demolita, & quod nunquam poſſit fieri aliqua turris vel fortificatio inter Dionantum & Bouiniam, quam ſit porta S. Andreæ, nec de conſenſu Domini Comitis Namurcenſis.

Item pro reparatione caſtrorum & fortalitiorum, & damnorum recompenſatione ſoluerent Domnio Duci centum millia nobilium Angliæ infra biennium, ſic tamen quod 25. millia nobilium poſſent redimere mediantibus ſexaginta millibus florenis Rhenenſibus.

D De alijs quęſtionibus & captiuis hinc inde fieret recompenſatio. De ſeptemdecim villulis, quæ Dominus Dux repetebat, vna queque pars produceret iura ſua; & cui competerent de iure eas poſſideret. *Data 15. Decembris anno 1431.*

CAPVT

A

Ioannes Heinſbergius peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcipit, infecto itinere reuertitur, cum quibuſdam alijs.

CAPVT XVIII.

Turcæ nomen Bullonij timēt

ANno 1444. Dn: Ioannes Heinsbergius Epiſcopus Leodienſis, peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepit, ſed cum venetijs libello ſupplici, quo ſaluum conductum à Turcis petebat, inter cæteros etiam titulum Ducatus Bullonēſis admiſcuiſſet, Turcæ B perterrefacti ſaluum conductum negauerunt. Suſpenſa igitur peregrinatione domum reuerſus eſt.

Tēduntur inſidiæ Heinsbergio.

Cui redeunti improborum quorundā conſpiratio ſtruxit inſidias in itinere ſubornato monacho quodam Franciſcano, qui cum ex occulto præſulem traiecturus arcum tenderet, ipſe metu ſubito correptus ſeſe prodidit, qui mox apprehenſus, & coniurationis ſocios confeſſus, primum ſacerdotali dignitate ac gradu priuatur, deinde ſecuları manui traditus decollatur, & in rotam ſublimatur, reliqui viuentes in partes 4. diſſecti, & ad portas ciuitatis exemplo omnibus fruſtulatim diſpoſiti ſunt.

Pontificū ſucceſſio.

Anno 1447. Eugenius 4. Papa obijt 7. Calend. Martij, vacat Sedes C dies 10. Succeſſit illi Thomas Lucanus Cardinalis tituli S. Suſannæ dictus Nicolaus 5. hic creatus pridie non. Martij, coronatus 15. Calend. Aprilis, ſedit annis octo, diebus 19.

Anno 1448. Philippus Burgundus Brabantiæ Dux, Flandriæ Comes &c. vectigal ſalis omni populo conatus eſt imponere, ſed quo minus obtineret Gandenſes obſtiterunt.

Anno 1449. Amedeus Sebandus qui & Felix 5. Papa Calendis Maij amore pacis, & vnionis ceſſit omni iuri ſuo, quod habere potuit in ſummo ſacerdotio; Deinde monaſterium Ripalenſe mirifice inſtaurauit, ibique ſepultus in pace requieſcit.

Eodem anno magnus terræ motus erat in Flandria 23. Aprilis Feria 4. D

Anno 1450. Romæ propter Iubilæum tanta cōpreſſio populi fuit, vt ſe mutuo in magno numero ſuffocarent.

Anno 1451. Fredericus 3. Imperator Romæ in Baſilica Vaticana 19. calend. Aprilis à Nicolao 5. Papa Coronatus eſt.

Anno 1452. 4. calend. Iunij Conſtantinopolis à Turcis capta eſt Conſtantinus Imp. occiſus eſt, Mahometes autem Othomannus Amorathis filius primus Turcarū Orientis Imperator, Imperauit poſt captam Conſtantinopolim annis 27. menſ. 11. diebus 25.

Anno 1453. D. Ioannes Heinsbergius Epiſcopus Leodienſis, Ci-

Digitized by Google

uitati Traiectinæ offenſus minabatur bellum, ob id quod Traiectēſes
A Odulphum N. conſtitutum ſibi ab Epiſcopo præfectum non modo non admiſerint, ſed etiam publico edicto ſua ditione expulerint.

Sed hæc res tandem per Philippum Burgundum Brabantiæ Ducem compoſita fuit, ad quem Traiectenſes, velut ad præſentem Mæcenatem confugerāt. Nam cum Epiſcopus inter primos huius Principis Conſiliarios primum locum obtineret, intercedenti Philippo Epiſcopus hoc negare non voluit.

Anno 1455. Nicolaus 5. Papa obijt nono calendas Aprilis, vacauitque ſedes dies 14. Succeſſit Alphonſus Borgia Valentinus Hiſpanus, dictus Caliſtus 3. Hic creatus 6. Idus Aprilis, coronatus 12. cal.
B Maij ſedit annis 3. menſibus 4. *Succeſſio Pontificum.*

ANNOTATIONES.

1. Peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepit:] *De hac peregrinatione ſuſcepta omnes conueniunt, ſed non omnes concordant in cauſa intermiſſa peregrinationis, de qua re vide Zantfliet.*

2. Anno 1444.] *Anno hunc inſequente D. Ioannes Heynsberch celebrauit Synodum, in qua ſtatuta tam prædeceſſorum ſuorum, quam ſua in vnum corpus redacta publicauit, quæ multorum manibus adhuc hodie teruntur.*

3. Cui redeunti improborum:] *De his inſidijs & ſupplicio de monacho & alijs ſumpto agit conformiter ad auctorem noſtrum Ioannes Stabulaus, qui amplius à nobis nō allegabitur, quia deſijt ſcribere anno 1449. quo anno ſcribit has inſidias ſtrū-*
C *ctas Heynsbergio, non 1444. vt auctor noſter ſcribit: Citabitur illius loco Adrianus de veteri buſco religioſus monaſterij S. Laurentij prope Leodium, qui proxime Ioannem Stabulaus in ſcribēdo ſequutus eſt, & ſcripta ſua protrahit vſq; ad annum 1483. Horum exemplū autographum ſuppeditauit nobis R. D. Ogerus Loncinus dicti monaſterij Abbas optime meritus, ſicut & alia ſcripta Reneri & Stabulai Hactenus à nobis fideliter citata. Quo nomine lector illi gratiam habe, & bene precare.*

Reſignat Epiſcopatum, & inſequenti anno moritur.

D

CAPVT XIX.

EOdem anno mortuo Rodolpho Diepholdio Epiſcopo Vltraiectino, concordibus Capitularium votis ſucceſſor electus eſt Gisbertus Bredenrodius: ſed factioſi, qui hunc non ferebant, mox ſpecioſis titulis effecerunt, vt per aliquos eligeretur etiam Dauid Burgundio Morinenſium Epiſcopus, filius Philippi Burgundi: quam electionem cum importune vrgeret Philippus, multi nomine Bredenrodij apud Philippum inſtiterunt, vt hac petitione deſiſteret, ac Bredenrodio legitime electo Epiſcopatum relinqueret, inter quos & Epiſcopus Leodienſis erat: *Simultas inter Epiſcopū Leodienſem & Philippū Burgundum.*

qui cum acrius aliquoties, ſed fruſtra, hanc cauſam apud Philippum egiſſet, Giſberto tandem, quem cognationis affectu diligebat, promiſiſſe fertur, ſi minus obtineret quod peteret, ſe relicto Philippo, Giſberto ad ſuſcipiendum bellum, mille equitum ſubſidio adfuturũ. Quo cognito, Philippũ adeo dicunt fuiſſe offenſum Epiſcopo Leodienſi, vt multo tempore eum alloquio ſuo dignatus non ſit. A

Epiſcopus Leodienſis Philippo recõciliatus Ludouico Borbonio Epiſcopatũ reſignauit.

Eodem tamen anno reſarta gratia, Ludouico Borbonio Caroli filio, ad inſtantiam eiuſdem Philippi, Leodienſem Epiſcopatum reſignauit. Qui quidem Ludouicus filius erat ſororis Philippi, adoleſcens natus annos octodecim, qui tunc temporis ſtudiorum gratia Louanij agebat.

Cauſa huius reſignationis varie refertur; Placentius videtur innuere, Philippum obtinuiſſe eam in præmium operæ cuiuſdam præſtitæ. In vetuſtis quibuſdam commentarijs ſcriptum reperio, Epiſcopum curis defatigatum, & ætate iam confectum priuatam vitam publicæ præpoſuiſſe, & proinde accepta octo miliũ Rhenenſiũ penſione annua, ſe ab Epiſcopatu ſubduxiſſe. Nec deſunt, qui aſſerant, Epiſcopum importunitate Leodienſium offenſum, velut in vindictã factæ ſibi contumeliæ, hunc ſucceſſorem illis ſuppoſuiſſe. Nam cum politici Magiſtratus Leodienſium non ſolum magna ex parte Regalia Epiſcopi ſibi arrogarent, ſed etiam literis ſuis ipſum ex Brabantia, vbi libenter verſabatur, imperioſius domum crebro reuocarent, ea adiecta clauſula, vt aut lectis literis e veſtigio rediret, aut in æternũ maneret extra Leodium, indignatum dixiſſe, ſe talem eis paſtorem eſſe procuraturum, qui eos virga ferrea regeret, atque literas tam procaces ſcribere dedoceret. B C

Mors Heinsbergij & ſepultura.

Vtcumque ſit, illud euentus docuit, illum reſignaſſe Epiſcopatum ſuum Borbonio, & Leodium reuerſum, compoſitis rebus omnibus, Clero valedixiſſe, & priuatum, relicta Diœceſi, Heynsbergium conceſſiſſe, ibidemque ſequenti anno 1456. eſſe Mortuum ac ſepultum, anno ætatis ſuæ 59.

Quanquam autem totum negotium inter illum & Philippum Ducem ſecreto & pauciſſimis quibuſdam, iiſdemque fideliſſimis teſtibus ageretur, donec Romani Pontificis conſenſus Borbonium in Epiſcopatu confirmaſſet, tamen antequam diploma ex vrbe allatum eſſet, ipſe Epiſcopus factum ſuum vltro confeſſus in pleno conſeſſu ordinum Patriæ Leodienſis eliminauit: cumque contriſtatis omnibus rogaretur, eſſet ne huc vi, aut metu adactus, offerentibus vindictam ſubditis certatim vniuerſis, reſpondit ſe & feciſſe quod actum eſſet libero arbitrio, & facti necdum pœnitere. D

Præfuit annis 36.

Præfuit igitur hic Præſul Epiſcopatui annis 36. ac ſatis fœliciter officio ſuo functus eſt.

Huius memoria, cœnobium Regularium apud Tongros inſtitutũ eſt anno 1424. & Collegium virginum tertij inſtituti D. Franciſci, anno 1448.

ANNO-

A

ANNOTATIONES.

1. Cauſa huius reſignationis:] *Illam ſic refert Zantfliet.* Eodem anno 1455. Ioannes de Heynsberch, qui Epiſcopatum Leodienſem prudenter & magnifice rexerat annis circiter triginta ſex, neſcio quo tactus inſtinctu, an ſponte vel coacte, pertæſus (vt aiebat) curarum quas in præſulatu ſuſtinebat, & quia populus Leodienſis in multis nolebat obtẽperare, reſignauit & reportauit in manus D. Ludouici de Borbon pro tunc præpoſiti S. Domitiani Brugenſis, ætatis pro tunc circiter annorũ octodecim, præſulatum ſuum, ådmirantibus multis. Cui tamen reſignationi Summus Pontifex prima facie præbere nolebat B aſſenſum. Tandem per medium Regis Arragonum, vt famabatur, pro tunc reſidentis apud Neapolim, approbauit quod factum fuerat.

2. Ibidemque ſequenti anno 1456. eſſe mortuum ac ſepultum ;] *Zantfliet fideliſsimus & diligentiſsimus ſcriptor dicit obijſſe demum anno 1459. die Octobris 18. vt infra notabimus.*

DE LVDOVICO BORBONIO LXXXII. EPISCOPO LEODIENSI.

C

Ludouicus, ex reſignatione Heinsbergij, Epiſcopus confirmatur à Summo Pontifice.

CAPVT XX.

QVanquam igitur Leodienſes tam inexpectata Epiſcopi ſui reſignatione non mediocriter eſſent conſternati, tamen poſtquã de ſucceſſore eius eſſent facti certiores, triſtitiam ſuam nouo concepto gaudio facile diſcuſſerunt: gratulabantur enim ſibi mirum in modum, quod talis iam contigiſſet Antiſtes, cui neque potentia, D neque nobilitate par hactenus Leodij quiſquam fuiſſet.

Nullus Epiſcopus Leodienſis Borbonio potentia aut nobilitate maior.

Hunc enim, ſi non proprijs opibus, attamen amicorum ſubſidio fultum ditionem ſuam lautiſſime poſſe tueri, qui non modo innumerabiles tam intra, quam extra Galliã Principes ſanguine contingeret, ſed & vicinum quoque Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Comitem Hannoniæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zelandiæ &c. Philippum Auunculum haberet. Hunc etiam non Comitibus, non Ducibus, non Regibus modo, ſed ipſi etiam priſco Galliarum Regi Sancto Ludouico ſanguine eſſe coniunctum. Quæ cauſa nos in præſenti mouet, vt eius genealogiam paucis hic proponamus.

Digitized by Google

Genealogia Ludouici Borbonij à S. Ludouico Rege Franciæ deducitur.

Sanctus enim Ludouicus Rex Franciæ genuit Philippum 3. Regē Franciæ, & Robertum Comitem Claromontenſem. Robertus iſte Comes genuit Ludouicum primum Ducem Borboniæ, Ludouicus iſte genuit Petrum Ducem Borboniæ, Petrus genuit Ludouicum ſecundum Ducem Borboniæ, Ludouicus Secundus genuit Ioannem Ducem Borboniæ, Ioannes genuit Carolum Ducem Borboniæ, Carolus iſte Dux Borboniæ habuit in vxorem Agnetem filiam Ioannis Ducis Burgundiæ, Cuius Agnetes Frater erat Philippus Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Comes Hannoniæ Flandriæ &c. Prædictus autem Carolus Dux Borboniæ ex Agnete genuit filios quinque & filias quatuor, inter filios autem tertio genitus fuit hic Ludouicus Epiſcopus Leodienſium, ſic, vt hic à S. Ludouico ſeptimus numeretur. A B

Philippus autem Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Comes Flandriæ &c. hunc Ludouicum & Iſabellam ſororem eius ad ſe recepit, & educauit, Iſabellam tādem filio ſuo vnico & ſucceſſori Carolo in matrimonium collocauit, qui ex ea genuit filiam vnicam nomine Mariam, ex qua Maximilianus Auſtriacus ſuſtulit Philippum Hiſpaniarum Regem Caroli 5. Imperatoris patrem.

Educatio Ludouici Borbonij, & ſtudia.

Ludouicus autem Borbonius ad Auunculum ſuum Philippum Bruxellas vocatus ex Borbonia venit anno 1445. natus tunc annos ſeptem, & non multo poſt ad ſtudia Louanium miſſus eſt, ibidemque in excelſa arce adiuncta honeſtiſſima familia habitauit, C liberaliterque inſtitutus eſt expenſis auunculi, vſque ad annum ætatis ſuæ decimum octauum: tempore tamen intermedio in ſubſidium illi collata fuit Præpoſitura ad S. Donatianum Brugis, & altera apud Inſulas.

Accipit diploma pontificiæ cōfirmationis.

Impetrato igitur & accepto confirmationis diplomate, Dux Philippus Ludouicum Borbonium, qui hactenus huius negocij prorſus ignarus fuerat, certiorem facit collatæ dignitatis nouæ per eundem nuncium, qui Roma diploma attulerat. Quo intellecto, ille ex conſilio ſuorum, mox è Doctoribus Louanienſibus, alijſque præſtantiſſimis viris delectos aliquot legatos Leodium miſit, vt & confirmationem ſuam ibi publicarent, & porro agerent, quæ ad præſens negocium rite perficiendum neceſſaria forent: qui quidem cum Leodienſibus, & cum Patriæ ordinibus fœlici ſucceſſu rem tractarunt, eoque deduxerunt, vt omnes aduentum confirmati Epiſcopi magno cum deſiderio expectarent, fuitque conſtitutus aduentus eius dies, feſtum ſanctæ Margaretæ, quod in 6. diem Iulij tunc incidebat: vt interea temporis ea, quæ ad celebritatem feſtiuitatis pertinerent, vtrinque mature præparari poſſent. D

Mittit Doctores Louanienſes qui illud Capitulo & Leodienſ. inſinuēt.

ANNO

A ANNOTATIONES.

1. *De Epiſcopo Borbonio ſcribunt inter noſtrates Zantflietz, Adrianus de veteri buſco, Placentius, Bruiſtheimius, & vulgaria Chronica: Inter externos meminerunt Nauclerus, Gaguinus, Philippus Cominaeus, Cardinalis Piccolominaeus, Barlandus.*

2. Attamen amicorum ſubſidio fultum:] *De amicis, eorum nobilitate & potētia habet quoq; quædam Zātflietz, qui amplius à nobis non allegabitur, quia circa hoc tempus deſiit, igitur ille.* Ludouicus deſcendit de recta linea Francorum, filius Ducis Borbonij: Mater autem eiuſdem ſoror erat Philippi Ducis Burgundionum, pro tunc potentiſſime & latiſſime dominantis in Europa. Habebat inſuper fratrem idem Ludouicus, qui B tunc erat Archiepiſcopus Lugdunenſis. Secundus frater habebat in coniugem filiam Caroli Regis Franciæ: qui tunc quietiſſime poſſidebat totum regnum ſuum, ſecluſis vbique Anglicis, præter Caleſiam.

Inauguratio & ingreſſus eius in Ciuitatem & reliqua oppida patriæ Leodienſis, & quædam externa.

CAPVT XXI.

C His ita conſtitutis, D. confirmatus ipſo die S. Ioannis Baptiſtæ Louanio relicto Thenas profectus eſt, vnde poſtridie in conuentum Heileſenſem, & inde porro Curingam iter fecit; vbi multorum nobilium ac magnatum gratulationibus humaniſſime exceptus fuit.

Hic, vbi apparatus inſtantis gratia aliquamdiu ſubſtitiſſet, quatriduo ante introitum Leodienſem, Traiectum ſe contulit, vt iſthinc Leodium ſplendidiore tum equitum, tum peditum comitatu deduceretur, vbi ingens iam fiebat apparatus.

Itaque ergo ipſo tandem die S. Margaretæ anno 1456. Electus & confirmatus D. Ludouicus Borbonius, Leodienſibus ſolemniter obuiam procedentibus, Leodium honorificētiſſime ingreſſus eſt, magna Principum caterua ſtipatus, eſtque tum ibi ſumma cum omnium D ordinum gratulatione exceptus, ſine vllius contradictione. *Ingreditur Leodium ipſo die S. Margareta.*

Huic autem ſolemnitati neque Dux ipſe Philippus, neque filius eius Carolus præſens intererat: vterque enim tum temporis in expeditione erat ſuſcepta contra Dauentrienſes, vt Dauidem Philippi filium Epiſcopum conſtituerent Vltraiectinum, cui ciuitates Tranſiſulanæ potiſſimum reſiſtebant. Interim tamen miniſteria ſua omnia, quæ ad huiuſmodi ſolemnitatem pertinent, Philippus iſthuc mature tranſmiſerat, vna cum œconomo, & rerum aulicarum cenſore.

Digitized by Google

Eo igitur die Ludouicus Borbonius in Cathedram collocatus, & Leodienſium Epiſcopus inauguratus eſt à Capitulo S. Lamberti, aſtipulantibus Leodienſibus vniuerſis, & cunctis Patriæ ordinibus, quibus ille deinde pluſquam regali apparatu epulum per continuos 3. dies exhibuit, ad quod omnibus tam plebeis, quam patricijs, tam pauperibus, quam diuitibus admiſſis, nulla querela, nulla ſimultas audita fuit: tanta omnes occupauerat reuerentia noui Epiſcopi. A

Ingreſſus in reliqua oppida patriæ.

Quarto igitur die conſimiliter Hoy, & mox Dionanti inauguratus eſt, ipſoque feſto S. Mariæ Magdalenæ Traiecti, & poſtridie Tongris, Barcilonæ, & apud S. Trudonem inauguratus fuit: Inde Haſſelam venit, & hinc Moſacam, & ex hac reliquas tum Leodienſis, tum Loſſenſis ditionis vrbes pari ſolemnitate viſitauit; in quibus omnibus ac ſingulis ingenti cum applauſu exceptus, & cum decenti reuerentia inauthoratus fuit. B

Donaria Epiſcopo facta.

Alibi autem aliud, nuſquam illi nihil donatum fuit; alij enim vina, alij ſaginatos boues, alij cyathos & crateras argenteos atque aureos, alij alia ſimilia conferebant.

Ludouicus Delphinus Frãciæ exterminatus à Patre ad Philippum venit.

Eodem hoc anno Ludouicus Delphinus, quem pater ſuus Carolus Rex Franciæ exterminauerat, profugus Bruxellas ad Ducem Philippum venit, quem Philippus Honorificentiſſime excepit, integriſque annis quinque liberaliſſime ſuſtentauit, & mortuo tandem eius patre, ſuis expenſis, ſuoque periculo in Regnum Paternũ reduxit, patrique ſucceſſorem conſtituit. C

Ad hunc igitur Electus Leodienſis, quoniam ſuſceptor ſuus ille erat, gratulandi ergo Bruxellas cum ſplendidiſſimo Comitatu aduolauit; vbi aliquamdiu verſatus, Leodium tandem reuerſus eſt.

Pontificũ ſucceſſio.

Anno autem 1458. menſis Auguſti die 6. defunctus eſt Papa Calliſtus vacauitque Sedes diebus 13. ſucceſſit Aeneas ſyluius poëta doctiſſimus viceſima eiuſdem menſis die, dictus Pius 2. Is ſedit annos 5. Menſes 10. dies 27.

Leodienſes obliti conditionis ſuæ vſurpant multa, quæ ad Iuriſdictiones Principis pertinent. D

CAPVT XXII.

Leodiẽſes plurima vſurpãt quæ ad Principis Iuriſdictionem pertinent.

LEodienſes autem non multo poſtquam Electum ſuum Ludouicum Borbonium ſumma cum reuerentia excepiſſent, obliti conditionis ſuæ, ſibi arrogare paulatim cœperunt ea, quæ ad ſupremam & Principis tantummodo iuriſdictionem pertinebãt; neque legem reputabant eſſe vllam maieſtatis. Planeque ſe ita gerere aduerſus hunc cœperunt, ac geſſerant aduerſus Ioannem Heynsbergium.

Namque

Digitized by Google

Namque populus Leodienſis auctoritate ſua, citra conſenſum
A Epiſcopi, Sarzinum Francimontis pagum immunitatis, ac iuriſdictionis, & aliorum priuilegiorum prærogatiua donare conati ſunt, eiuſque propoſiti ſui teſtem iam in foro ibidem Peronam, hoc eſt Columnam, in ſignum libertatis collatæ erexerant.

Collegia etiam opificum ibidem Colarti Flocqueletij vxorem, quæ maritum priorem interficiendum procurauerat, à Magiſtratu captam & publicæ cuſtodiæ mancipatam vi liberarunt; quam tamen poſtea Magiſtratus denuo apprenſam publico iudicio condemnatã in propatulo flammis abſumpſit.

Conſules itidem miro modo vſum tubæ ſibi arrogarunt: ſed e-
B tiam publice Traiecto profecti Buchoutum Kempiniæ pagum, Brædæ vicinum, ignorante Epiſcopo, cuius id feudum eſt, quaſi ſuo iure Ioanni de Vilde contulerunt. Conſimilia, & alia tum multa perpetrarunt, vt querelæ ad 28. capita excreſcerent.

Vt igitur his remedium adhiberetur, ſæpe comitia omnium ordinum totius patriæ alias Leodij, alias apud S. Trudonem, alias Hoy, alias Traiecti, alias alibi celebrata ſunt: ad quæ & Dux Philippus ſuos quoque legatos miſit. Sed Leodienſibus nihil aliud quam verba dantibus, Epiſcopus progreſſu temporis magis ac magis regalibus ſuis priuatus fuit. *Celebrantur contra vſurpationes Comitia.*

C Tandem eo res redijt, vt per vniuerſam ditionem Leodienſem atque Loſſenſem exorti congregarentur fuſtigatores, quos vocant, Duce potiſſimum Raſone Herenſi equite aurato. *Fuſtigatores.*

Horum Prætextus erat emendare iudicia, potiſſimũ Eccleſiaſtica, cum populus conquereretur, ſe callida aduocatorũ praxi extenuari, ipſorumque iudicum auaritia prorſus exhauriri.

Hi ergo ſub hoc titulo iudicia non corrigebant, ſed frangebant, abolebantque: conſiſtoria enim Iuris Eccleſiaſtici tollebant, Iuris ipſius vſum prohibebant, Iudices, Conſiliarios, & Aduocatos capiebant, bonis exuebant, proſcribebant, exterminabant, occidebant; Nec à liberis quidem interim, nec ab vxoribus eorum ſibi temperantes.

D Quæ quidem licentia cum nimis diu diſſimulata grauiores quoque iniurias minaretur, Electus tandem auctores huius motus, pulſata banni, vt vocant, campana, Leodium ad palatium citauit; quod cum ſemel atque iterum factum eſſet fruſtra, tertio tandem vocati comparuerunt. *Citantur Leodium.*

Cumque omnibus modis ad intermiſſionem violentiæ ſuæ ibi humaniſſime inuitati non obtemperarent, Electus quo minus tum temporis aliquid grauius aduerſus illos molitus ſit, prudentum quorundam conſilio mitigatus fuit. *Moderatio Epiſcopi.*

Hortabãtur enim, vti maturiori deliberatione viam inueſtigaret, qua citra tumultum populi, ſine armis, iuridice iudicia ſublata reſtitui poſſent. Facta ſunt hæc anno 1460.

Sequenti

Sequenti anno 22. Iulij obijt Carolus ſeptimus Rex Francorum. Cuius rei nuncio accepto Philippus Burgundus Brabantiæ Dux defuncti Regis filium Ludouicum Delphinum, quem hactenus liberaliſſime fouerat, patri ſucceſſorem conſtituere propoſuit. A

Philippus Burgũdus Ludouicum delphinũ in regnum paternum introducit.

Fit igitur ingens ad eam rem apparatus, accitis, & euocatis omniũ Prouinciarum Principibus ac nobilibus, vt collectis vniuerſis Imperij ſui viribus, vim vi, ſi qua conatibus eius obijceretur, repellere poſſet. In primis itaque ſe in hunc Comitatum adiunxit cum apparatu quam potuit ſplendidiſſimo Electus Leodienſis, vt præſentia ſua Delphini ſuſceptoris ſui pericula propulſaret, feſtiuitatem celebraret.

Adeſt Electus Leodienſis.

Atque eſt quidem tum fęlici ſucceſſu Delphinus ipſo die Aſſumptionis Remis in Francorum Regem coronatus. Vnde Pariſios cum omni comitatu ſuo profectus, ſummo cum honore exceptus eſt. B

Hic Electus Leodienſis in morbum incidit, cum quo ſatis periculoſe per dies aliquot eſt conflictatus: Deo tamen diſponente, priſtinæ valetudini reſtitutus, finita ſolemnitate, vna cum Duce Philippo auunculo ſuo incolumis in Brabantiam reuerſus eſt.

ANNOTATIONES.

Leodienſes autem non multo poſtquam:] *Bruſthemius aliam diſſenſionis & motus inter Leodienſes & Epiſcopum cauſam adfert, ſic enim ille,* Igitur non conſiderans electus quale & quantum onus ſuſcipiat, non dedit cor ſuum ad inquirendam ſapientiam, ſed derelinquente eum Deo, in manus praui conſilij ſui euanuit in vanitate ſenſus ſui. Nam cum multas hinc inde pecunias mutuo accepiſſet, & omnes qui cum eo erant, quærentes ſolummodo quæ ſua ſunt, voluiſſent ditari. Ideo de die in diem iuſtitia pereunte cœpit cupiditas & iniquitas frondeſcere & calumnia ampliari. C

E conuerſo Magiſtri & conſules ac miniſteriales cœperunt ſe erigere ad obuiandum exurgentibus abuſibus, & Franciſias ſuas ad ampliora ex tẽdere. Vnde ſtatim in mẽſe Auguſto, quia Magiſtri & Conſules intellexerant quod Dominus Electus intendebat pecuniã mutuatam accipere à Lombardis, ipſi præuenerunt, & ſtatutũ fecerũt de huiuſmodi fœneratoribus, traxerũtq; pro meliori parte emolumẽta ad ſe, quæ ad Fiſcum Epiſcopi ſolebant antea pertinere: Aliaque nõnulla ordinauerunt Magiſtri pro libitu ſuo. Vnde oriri cœpit cõtrouerſia inter Electum & Conſules Ciuitatis. D

Electus etiam, neſcitur cuius vſus conſilio, cœpit facere monetam cupream dictã brule, faciens ſuos proclamari in maiori valore, quam olim Domini de Heynsberg, factumque eſt populo in deriſum.

CAP. VI.

Digitized by Google

A

Controuerſia inter Epiſcopum & Leodienſes. Leodium Eccleſiaſtico ſupponitur interdicto.

CAPVT XXIII.

Cõſultatio Ludouici Borbonij de puniẽdis Leodienſibus.

NOn oblitus autem iniuriæ ſibi à Leodienſibus illatæ, vti du-
dum Pariſijs & Cameraci, ita etiam nunc Louanij conſuluit
Iureconſultos, qua via potiſſimum ſubditos ſuos in ordinem
redigeret: qui reſponderunt vnanimiter eam eſſe rationem com-
B modiſſimam & efficaciſſimam, vt ditionem vniuerſam, tam Leo-
dienſem, quam Loſſenſem Eccleſiaſtico interdicto ſubijceret.

Humaniter admonet Leodiẽſes

Electus igitur Leodium reuerſus ſecundo Rectores Ciuitatis &
ordines patriæ conuocatos, quam potuit humaniſſime exhortatus
eſt, vt ab huiuſmodi vi & iniuria deſiſterent, quam & priuatim, &
publicè, tum ipſi, tum ſubditis ſuis inferrent. Et cùm nihil pro-
ficeret, iratus Traiectum conceſſit, vbi per tempus aliquod man-
ſit.

Ad extremum verò fractus aſſiduis afflictorum querelis, cum
omnia videret in peius ruere, Leodium reuerſus, tertio conuoca-
tis Rectoribus & ordinibus, adniti omni clementia atque manſue-
C tudine cœpit, vt eos ad rectam iuſtitiæ normam in Iudicijs obſer-
uandam, & abuſus relinquendos induceret. Qua ratione cùm nihil
proficeret, præcepit eis tandem ſtricte vigore iuramẽti ac fidelitatis
promiſſæ, vt mature de corrigendo Reipub. ſtatu deliberarent, niſi
cogi ad officium faciendum ab ipſo vellent.

Serio monentur.

Illi verò his dictis offenſi, communicato inter ſe conſilio, reſpon-
derunt, ſe ijs moribus, eoque iure, quibus & nunc, & ante Electi ad-
uentum vixiſſent, porro victuros, neque ſe leges alias, aliamue con-
ſuetudinem vllam recepturos eſſe.

Inſolens reſponſio.

Electus igitur mox ditionem vniuerſam Eccleſiaſtico interdicto
ſubiecit per Officialem ſuum. Leodienſes verò ad conſiſtorium
D Colonienſe facta prouocatione, per eius Sedis Officialem ab in-
terdicto abſoluti ſunt, qui Leodienſem Officialem perperam iudi-
caſſe, & Leodienſes iuſte appellaſſe pronunciauit anno milleſimo
quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo.

Cõtrouerſia inter Epiſcopum & Leodienſes.

Electus igitur ad Sedem Apoſtolicam appellauit: quo facto Pon-
tifex Legatum miſit Cardinalem quendam nomine Magiſtrum
Petrum Ferricium, qui de cauſſa legitime cognoſceret, & partis
vtriuſque inſtrumenta fideliter Romam tranſmitteret: Qui qui-
dem cùm Aquiſgranum veniſſet in Conuentum Regularium par-
tes ad ſe vocatas diligenter audiuit, & bonis rationibus in mutuam

Interdictum.

Quæ Leodienſes habent cum legato Apoſtolico.

gratiam redigere conatus fuit. Sed cum Leodienſes importunius reſponderent, ſe quæ ad pacem componendam pertinerent audire non velle, antequam interdicto liberati eſſent, Legatus offenſus, ſi vos (inquit) tantum pro voluntate veſtra agitis, ego vos iuuare non poſſum. A

Itaque cum viderent tandem Leodienſes ſe importunitate ſua nihil efficere, inito conſilio legatos ordinarunt vrbis Leodienſis Conſules duos, & Dominũ Raſonem Herenſem, & alios ex tribus patriæ ordinibus plures, vt hi bonis rationibus ab Epiſcopo interdicti abolitionem impetrarent, quod quidem cum experti, non poſſent, releuationem tandem, & velut inducias interdicti obtinuerunt ad ſeptimanas ſex, polliciti ita ſe acturos eſſe interea temporis cum Electo, vt eum relaxati interdicti pœnitentia nunquam eſſet ſubitura. B

Tollitur interdictum ad ſex ſeptimanas.

Itaque legati gaudio perfuſi Leodium properarunt Raſone Traiecti relicto, qui, quod Dominũ Ioannem Hamelium timeret, cum exiguo comitatu ſe itineri committere non auderet, ideoque collegis abeuntibus mandarat, vt Leodio ſibi vnum aut alterum virum ſtrennuum ex ſingulis collegijs ac ſocietatibus præſidio mitterent.

Raſo nõ audet ſe itineri Leodienſi committere & quare.

Legatis igitur Leodium reuerſis, mox Leodienſes naues implent armatis, qui Traiecto Raſonem deducant Leodium; qui cum poſtero die ante lucano Traiectum appellerent, vigiles, qui rem ignorabant, rati hoſtes eſſe, ad arma conclamarunt: Quorum clamoribus ciues inter duodecimam horam & primam intempeſta nocte exciti, mirũ in modum trepidarunt, proditionem ſuſpicati latere ſub frequẽtia aduenarum, qui pridie cum feſtum S. Seruatij & templi dedicatio eſſet, ad nundinas confluxerant, & intra vrbis mœnia adhuc maxima ex parte verſabantur. C

Electus prouidet.

Errore tandem diſcuſſo, non paruo in diſcrimine verſabatur Raſo, cuius nomine conſultus Electus Leodienſium, reſpondit, ſe velle, vt ſine noxa ſuis reſtitueretur reſpectu ſalui conducti, quod ipſe tum illi, tum alijs legatis conceſſiſſet; quanquam illi quidem ſe factis ipſis indignos iam declararint.

Itaque Raſo per Doryphoros Electi ad naues ſuorum deductus multum indignantibus Traiectenſibus, qui hunc vti totius rebellionis vniuerſæ patriæ, ita & præſentis trepidationis vrbi ſuæ auctorem merito de medio tollendum eſſe clamitabant. Raſone itaque recepto Leodienſes læti domum abnauigarunt. D

Porro autem pridie Pentecoſtes Aquiſgrani partes coram legato comparuerunt, tantumque impetrarunt, vt ille ſecundum conſenſum Electi interdictum ad ſeptimanas 6. relaxaret, quod poſtquam factum eſſet, ipſe Electus poſtridie Sacramenti clam Traiecto profectus Leodium intrauit, antequam Conſules de aduentu eius certiores fierent, qui alioqui forte ſimulata gratulatione ſe illi ſatisfacturos

Ludouicus Borbonius Leodiũ clam intrat & quare.

Digitized by Google

facturos pro admiſſis fuiſſe putauiſſent.

A Cum autem ſatis multum temporis Leodij contriuiſſet Electus, neque præſtarent quicquam eorum Leodienſes, quæ ſe intra tempus edicti relaxati cum Electo tractaturos dudum fuerant polliciti, inſuperque Conſul Wilhelmus cum alijs Dionantum ad Comitia ſe cōtuliſſet, Electus relicto Leodio Traiectum reuerſus eſt. Interim vero tempus Hebdomadarum ſex elapſum eſt ſine fructu, cœpitque patria rurſus interdicto ſubijci. *Leodiēſes rurſus ſubijciūtur interdicto.*

Cæterum Leodienſes & Loſſenſes omnes interdicto contempto ſacra omnia ſine diſcrimine peragebant: Quæ cauſa fecit, vt Aquiſgranum de integro citarentur ad conſiſtorium Legati, vbi lis inſtiB tuta fuit inter partes, quibus viciſſim ad proſequendum iudicij proceſſum ſingulæ ſunt præfixæ hebdomadæ. Vnde factum eſt, vt contentione in dies creſcente, res in longum protraheretur. *Contēptus Interdicti.*

Noua occaſio rebellionis: Aduocatur Marchio Badenſis in protectorem patriæ.

CAPVT XXIIII.

INcepta autem, & pendente hac lite accidit, vt boni quidam viri C duo à militibus Ioannis Arendalenſis Domini de Reya caperentur in Comitatu Loſſenſi: cuius facti querelæ mox ad Leodienſes & ad Electum conſimiliter delatæ ſunt. *Lis in longum protrahitur.*

Ioannes vero Arendalenſis acceptis hac de re ab Electo expoſtulatorijs, mox captiuos incolumes, & indemnes Traiectum aduectos Electo præſentauit, & admiſſi delicti mulctam pro illius arbitrio obtulit, eoque facto veniam impetrauit: Leodienſibus ad arbitrium conſulum ipſorum idem obtulit, ſed illi non ſolum his acquieſcere non voluerunt, ſed etiam Electum ſollicitarunt, vt ſibi ſubſidio eſſet, dum armata manu vindictam de Ioanne Arendalenſi ſumerent. Quod Electus ſe facturum eſſe negauit, partim ne ipſorum iniquitaD tem contra iuſte deprecantem adiuuaret, partim ne cauſæ ſuæ præiudicaret, ſi pendente interdicti lite cum aduerſarijs ſuis communicaret. *Duo capiūtur à militibus de Reya.* *Dominus de Reya offert ſatisfactionem.*

Leodienſes igitur contractis omnibus tum Leodienſis, tum Loſſenſis ditionis viribus, Caſtrum Reyenſe obſidione cingunt, expugnāt, & euertūt anno 1464. indeque Leodium reuerſi, quaſi de celebri victoria triumphum agunt. *Leodienſes euertunt Caſtrū Domini de Reya.*

Raſo autem Herenſis, qui horum caput erat, inde Coloniam clam profectus eſt, vnde porro ſe recepit ad Carolum Marchionem Badenſem; cui & Leodienſium conſilium expoſuit, qui de reijciendo Ludouico Borbonio Electo ſuo iuſtas ob cauſas cogitarent, ſi quem *Conſpiratio aduerſus Epiſcopum.*

 reperire

Digitized by Google

reperire poſſent modo Principem, qui ipſos vel opibus ſuis, vel amicorum ſubſidijs defendere poſſet aduerſus impetum Philippi Ducis A
Burgundiæ, atque Brabantiæ.

Leodienſes ſollicitant Marchionem Badenſem.

Cumque ipſum Marchionem ab huiuſmodi occaſione non prorſus abhorrere animaduerteret, quo ad ſuſcipiendam prouinciam redderet propenſiorem, addit ſe non modo ipſum Epiſcopatus Leodienſis protectorem, ſed etiam Marcum eius filium (quem tamen alij fratrem eius fuiſſe aſſerunt) Epiſcopum Leodienſem effecturum.

Iubent Regem Franciæ pro ſe ſtare.

Ac ne diffideret Leodienſium viribus, ſciret hanc rem voluntate & conſenſu Ludouici Francorum Regis geri, qui in ſingulos annos ipſi tria ſcutatorum milia ſtipendij nomine, & ſuppetias præterea ſufficientes miſſurus eſſet, ad bellum Philippo Brabantiæ Duci B
indicendum.

Marchio audit Leodienſes.

Marchio igitur his acceptis libenter aſſenſit, & ſe mox filium ſuũ Marcum protectorio nomine quoad Epiſcopatus confirmatio ſuccederet ad regendum Epiſcopatum eis eſſe miſſurum promiſit, quamprimum de ſuppetijs ac ſtipendijs Gallicis ipſum Raſo Leodiũ reuerſus per literas certiorem reddidiſſet.

Raſo igitur Leodium reuerſus communicato clam cum ſuis cõſilio, poſtquam acta retuliſſet; ad Regem Franciæ Ludouicum literas ac legatos mittit, indicatque Leodienſes Electum ſuum Ludouicum Borbonium expuliſſe, propterea quod is inſtinctu Philippi Ducis C
Brabantiæ diœceſim Leodienſem magna cum diſcordia & proinde ingenti cum detrimento ſubditorum adminiſtraret. Quocirca cum ſibi cum Philippo bellum gerendum ſit, ſe ad ipſum confugere, ac pecunias ab eo & milites ſubſidio petere. Ducem porro huic bello gerendo non defore Carolum Badenſem, quo minori cum Regis inuidia geri poſſet, ſed tribus coronatorum milibus ſtipendij nomine opus eſſe. Rex igitur gauiſus ſuppetias petitas benigne promiſit, & tria coronatorum milia legatis mox adnumerari iuſſit.

Rex audit Leodienſes & fert ſuppetias.

Legatis igitur Domum reuerſis, Raſo ex compoſito ſuorum coram Magiſtratu retulit, ſe reperiſſe tandem, qualem ipſi diu iam D
deſideraſſent, Principem potentiſſimum, qui patriæ defenſor conſtitutus Philippo Burgundo Duci Brabantiæ facile par futurus ſit: ibi ergo tum conſtituitur dies, quo omnium ordinum comitijs indictis ea res publicanda eſſet.

Quo quidem die congregatis omnibus, ait Raſo, ſe repperiſſe inſignem quendam atque potentem Principem, qui ſi protector patriæ ab ipſis conſtitueretur, facile ipſos ab iniurijs Philippi Burgundi poſſet vindicare.

Raſo legationem ſuam exponit populo.

Vociferantibus itaque vnanimiter vniuerſis, vt huius Principis nomen ederet, Reſpondit Raſo, ſe eum nequaquam eſſe nominaturum, antequam ipſi iureiurando ſibi affirmaſſent, ſe illi, tanquam legitimo

Digitized by Google

legitimo Defenſori ſuo, debitam fidem atque obedientiam eſſe præ-
A ſtituros, quem nominaturus eſſet, hoc autem nunc dicere, hunc ipſum, quem ſentiret, amicorum ſubſidio non minus eſſe potentem, quam Philippum Burgundum. His ita controuerſis in diem ab hinc octauam eodem conuentus aſſignatur, vt iureiurando præſtito nominetur tandem futurus defenſor patriæ.

Poſtquam igitur elapſis diebus octo ordines patriæ vniuerſi congregati eſſent, Raſo viritim collegit vota: vbi ſingulis metu mutuo conſentientibus omnes iurarunt in verba Raſonis.

Lamberti Cannij ſententia de eligendo protectore patriæ.

Vnus tamẽ repertus fuit Lambertus Cannius, Dominus in Mobertigio Conſul eo tempore Traiectinæ Ciuitatis ad Moſam, qui ſibi cauſam protectoris, & hoc conſilium, quod de protectore eligendo agi-
B taretur, non placere diceret, ob id, quod ſæpius iam euentus docuiſſet, inauſpicatos ac funeſtos fuiſſe patriæ protectores eos, qui contra verum Dominum à populo creati eſſent. Quo dicto ille ſummo in diſcrimine vitæ fuit, vix manum continentibus his, qui diuerſum ſentiebant, quorum tamen furoribus amicorum interuentu ereptus, & Traiectum remiſſus fuit.

Recipitur protector.

Quanquã igitur in eo conceſſu non pauci præterea adeſſent, quos aduenisse pœniteret; tamen eo tunc res producta eſt, vt vnanimi conſenſu reciperetur, & primo quoque tempore accerſeretur protector. Tum denique Raſo Herenſis protectorem patriæ futurum nominauit Marcum Marchionem Badenſem, cuius pater Carolus in
C vxorem habebat Frederici 3. Imperatoris ſororem.

Arenbergenſes patriæ Leodienſis protectores.

Cæteris igitur acquieſcentibus D. Euerardus de Marcka Arenbergẽſium primogenitus, ad primores cõuerſus, Viri Principes (inquit) non latet vos noſtram progeniem ab auis & Atauis hactenus Reip. Leodienſi atque Loſſenſi fidelem ſemper operam nauaſſe, noſtræque familiæ hæreditariam fuiſſe totius patriæ defenſionem: ideoque nos rebus exigentibus genuinos eius eſſe protectores. Ideoque & ego in præſenti vobis operam meam paratam atque expromptam offero; ac rogo vt Badenſem hũc miſſum faciatis, qui vt ipſe mihi, ita & ego viciſſim ipſi capitalis hoſtis ſum.

Euerardus Arensbergius ad partes Epiſcopi tuendas ſe confert.

His atque alijs dictis cùm nihil proficeret Euerardus, relictis Leodienſibus ad Electũ ſe contulit, eiuſq; partes dein eſt ſequutus.

Raſo Marchionem aduocat.

D Raſo igitur cùm huc iam rem deduxiſſet, miſſis literis, vt promiſerat, de promiſſis Regis Franciæ, de voluntate Leodiẽſium certiorem fecit Marchionem Badenſem; eumque porro hortatus eſt, vt quæ ad expeditionem neceſſaria eſſent, mature præpararet, ſe iſthuc mox adfuturum.

Traiectẽſes ſibi prouident.

Porro autem Traiectenſes, quamprimũ certiores eſſent Leodienſis conatus in adſciſſendo patriæ defenſore ſucceſſum ſortiri, facile coniectantes quid futurum hinc eſſet, arbores omnes ſucciderunt, quæ intra teli iactum in circuitu ciuitatis erant, ne quid impedimẽti ſibi eſſet ad arcendos, & repellendos hoſtium aſſultus.

Digitized by Google

Poſtquam autem Aquiſgrani coram legato in cauſa interdicti auditis vtrimque teſtibus partes vlteriori teſtium productioni renunciaſſent, & proinde concluſum eſſet; Legatus, vt ad ſententiam definitiuam obtinendam proceſſum offerret Pontifici, Romam ſe recepit, cui & vtriuſque partis legati adiuncti ſunt, vt ad ſententiæ pronunciationem & ad cætera, quæ expediebant vrgenda præſto eſſent. A

Sentētia de cōtrouerſia inter Epiſcopum & Leodienſes.

Cumque Leodienſium legati, qui litis euentum pro ſe non fore facile proſpiciebant, varijs technis diu impediuiſſent ſententiæ pronunciationē, tandem tamen aduerſæ partis diligentia inſtante, Pontifex vna cum Cardinalibus pro tribunali ſedens definitiuam ſentētiam ipſe pronunciauit, cuius & alia plura, & hæc interim erant præcipua capita. B

1. Dn: Ludouicum Borbonium Leodienſis Loſſenſiſque patriæ legitimum eſſe Dominum, Leodienſeſque illi delictorum nomine debere mulctas, deinde 22. patriæ rectores exauctorandos eſſe, Iuriſdictionem ſuperiorem penes ſolum Epiſcopum eſſe debere.

Huius igitur ſententiæ inſtrumenta tria authentica eodem exemplo conſcripta ſunt, & per Legatum peculiarem tranſmiſſa, quorum vnum Capitulo S. Lamberti, alterū Ciuitati Leodienſi, tertiū Electo traditum fuit, quo ipſe aduerſus rebelles inſtrueretur.

Epiſcopus conſulit Philippū Ducem Brabātiæ.

Interea temporis dum hæc aguntur, Electus poſtquam intellexiſſet Marcum Badenſem electum eſſe in tutorem Leodienſium, Bruxellas ad Auunculum ſe contulit Philippum, vt illius conſilio quid agendum eſſet, diſpiceret: Cui Philippus conſuluit, vt exitum pendētis litis præſtolaretur; omnia iure, nihil armis attentaret, niſi forte aduerſarijs bellum inchoantibus vis vi repellenda foret, eo caſu ſuū illi auxilium non defuturum. C

Hoyenſiū humanitas erga Epiſcopum.

Aderant ibidem tum forte fortuna legati Hoyenſium, qui Electum humaniſſime inuitabant, vt ad ſe concederet, ſibi enim hactenus conſtitutum non eſſe Badenſem iſtum tutorem recipere, ſed tantiſper illi fideliter adhærere velle, donec de ſententia Pontificis certiores facti eſſent.

Itaque ille cum his Hoyum profectus conuocatis in conuentu minorum omnibus, quorum intererat, Electus declarauit palam, ſe nō armis, aut vi præſens negocium, ſed iure terminaturū, expectareque breui fauorabilem Pontificis ſententiam, qua ſe in vtramuis partem ſtaturum aſſeuerauit. D

Quibus auditis Hoyenſes omnes vnanimiter, & ſine vllius contradictione ſuam fidem defenſionemque illi addixerunt, non modo lite pendente, ſed etiā definita, & ſi forte contra Electū iudicatū eſſet, ſic vt ille exauctoratus alteri cogatur cedere, ſe tamen nihilominus eadē honorificētia ipſum, quo vellet eſſe deducturos, qua vocauerāt.

Succeſſio Pontificum.

Hoc anno 19. calend. Septembris obijt Papa Pius 2. & vacat ſedes diebus 16. Succedit Paulus 2. ſeditque ānis ſex, mēſibus 10. diebus 26.

ANNO-

Digitized by Google

A. ANNOTATIONES.

1. Ac ne diffideret de Leodienſium viribus :] *Ludouicum Regem Franciæ odio Burgundionum fœdera cum multis & regibus, & prouincijs, & inprimis Leodienſibus iniſſe prolixe, oſtendit Meyerus ad hoc tempus.*

2. Et hæc interim erant præcipua capita:] *Quia multum intereſt ipſam ſententiam habere, illam hic ſubijcimus, ſic igitur habet.*

PAulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

B Paſtoralis cura ſollicitudinis diuinitus nobis ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes iniuncta, nos inuigilare ſaluti fideliũ, eorũque periculis obuiare, & ſcandala remouere compellit.
Sane cum nobis diuerſa grauiſſimarum differentiarum diſſidiorũque inter dilectos filios Ludouicum Electum Leodienſem ex vna, & Magiſtros Ciuium, Scabinos, Burgimagiſtros, Rectores, Iuratos, ac communitates Ciuitatis Leodienſis, & oppidorum de Tongris, & de S. Trudone Patriæ Leodienſis, necnon Loſcaſtri, Haſſelt, Beringhen, Eyck, Stockheim, Brede, Herke, & Bilſen Comitatus Loſſenſis, & loca alia ipſis adiacentia, alioſque omnes & ſingulos in hac lite conC ſortes ex altera partibus, commotio animum fel. rec. Pij ſecũdi Prædeceſſoris noſtri ſæpe pulſaſſet, intellexerat enim quod propter varios & diuerſos exceſſus ibidem perpetratos, ordinaria fuerat in dicta Ciuitate, oppidis & locis ſupradictis ab ipſo Electo primum, & ſucceſſiue Apoſtolica auctoritate etiam appoſitum & obſeruatum aliquãdiu interdictum, à quo quidem Apoſtolico interdicto huiuſmodi fuit etiam ad Sedem Apoſtolicam appellatum; Idem prædeceſſor noſter non immemor quod inter Principes & ſubditos nonnunquã exortæ diſcordiæ diſcrimina attuliſſent, & prouidere cupiẽs, vt prætactorum Leodienſium Ciuitas & diſtrictus, ſedata huiuſmodi commotione, fœlicis ductu regiminis à noxijs præſeruarentur, ac optatis ſemper proficerent incrementis, dilectum filium Petrum Tyraſonẽſem Electum, tunc cauſarum Palatij Apoſtolici Auditorem, de cuius D fide & probitate non immerito confidebat plurimum, ad inueſtigandum, & quoad poſſet componendum, ac tollendum ipſas differẽtias & diſſidia, interdictumque huiuſmodi, ſub modis & formis per eundem prædeceſſorem noſtrũ in certis inſtitutionibus ſub annulo piſcatoris ſibi datis, relaxandum, alioquin ad audiendum cauſam in iuſtitia, & proferendum, eo deſtinauit.

Qui quidem Petrus Electus, quamuis multiplicibus & varijs modis concordiam inter partes prædictas prius ſuadere, & efflagitare, ac pacis & tranquillitatis conditiones inducere conatus eſſet, turbante tamen & impediente iniquo ſatore Zizaniæ humani generis inimico, nihil proficere valuit: Sed opus fuit ipſorum diſſidentium cauſas in par-

Digitized by Google

in partibus illis æquo librare libramine.

In quibus cum tam Magiſtri Ciuium, Scabini, Burgimagiſtri, Rectores, Iurati, communitateſque, & alij ſupradicti, quam eorum, qui in ipſa lite conſortes, & literatorie, & iuratorie dictæ Sedis Apoſtolicæ iuriſdictioni ſe ſubmiſiſſent, obtinuerunt interdictum prætactũ ſibi relaxari, atque ab Eccleſiaſticis, quibus innodati fuerant, etiam cenſuris abſolui. A

Quibus ſic peractis, dictus Petrus Tyraſonenſis, cum inter partes præmiſſas, vigore cõmiſſionis ſibi factæ, judicialiter audiuiſſet, proceſſum inſtruxit, & ipſa per obſeruationem tam terminorum temporalium, quam aliorum in eadem occurrẽtium, & ſingulis, necnon iuxta tenorem commiſſionis ipſi Electo factæ, & naturam cauſæ huiuſmodi obſeruandis obſeruatis, per hinc inde partes, & ipſum Petrum Electum rite inſtructa; Idem Petrus Electus cauſa antedictorum pro parte Ludouici Electi præfati coram ſe introducta, prius in partibus ſententialiter rite terminata, partibus eiſdem, ſeu verius earum procuratoribus ſiue ſyndicis ad comparendum Romæ cum ſufficientibus mandatis, ſeu vbi Romana pro tempore foret Curia cum Romano Pontifice, ſeu illo, vel illis, cui, vel quibus ipſe Pontifex huiuſmodi cauſam expediendam, & iuſtitia muniendam cõmitteret, certum peremptorium præfixit terminum. B

Verum dicto Pio poſtea, ſicut Deo placuit, viam vniuerſæ carnis ingreſſo, & nobis ad ſummi Apoſtolatus apicem, diſponente Altiſſimo, aſſumptis, eodem Petro ad nos cum inſtructo proceſſu redeũte, ac oratoribus etiam partium ipſarum coram nobis, indicto eis per ipſum Petrum Electum præfixo termino comparentibus, illiſq; per ius plene hinc inde auditis & intellectis dictæ cauſæ expeditionem ad menſes quatuor per noſtras Apoſtolicas literas ſub ſpe pacis componendæ differendam duximus, partibus ipſis nihilominus iniungentes, vt ſi infra dictum terminum concordes fieri non poſſent, lapſo ipſo termino, per eorum ad id legitime conſtitutos Procuratores apud Sedem Apoſtolicam pro conficienda huiuſmodi cõcordia, vel vbi id fieri nequiret, pro cauſa & lite huiuſmodi continuanda & finienda omninò comparere curarent; certificantes eoſdem, quod lapſo huiuſmodi termino, earum abſentia nonobſtante, ad partis cõparentis, & iuſtitiam petentis inſtantiam, in cauſa & lite ipſa, iuſtitia præuia, omnino procederemus, vſque ad ipſam ſententiam audiendam, per eaſdem litteras monentes eos atque citantes, ac nullam deinceps citationem vel monitionem neceſſariam decernentes, ac pariter declarantes ac inhibentes partibus eiſdem, ſub excommunicationis, anathematis, interdicti, ac quinquaginta millium florenorum auri de camera in ſubſidium fidei aduerſus infidelium conuertendorum pœnis, ne aliqua partium prætactarum in alterius præiudicium aliquid præſumeret attemptare, & ſi ſecus fieret, extunc irritum decreuimus & inane, prout in literis noſtris tunc in conſiſtorio noſtro C D

ſecreto

Digitized by Google

ſecreto Venerabilium Fratrum noſtrorum Romanæ Eccleſiæ Cardi-
A nalium oratoribus vtriuſque partis, & etiam quibuſdā canonicis Leo-
dienſibus Nuncijs ex parte Cleri Leodiēſis deſtinatis, in abſentia no-
ſtra traditis plenius continetur.

Cum autem ſicut fidedigna relatione informati fuimus, & facti euidentia manifeſtat, ipſi Magiſtri Ciuium, Scabini, Burgimagiſtri, Rectores, Iurati, ac communitates, alijque præfati in ipſa lite conſortes poſt huiuſmodi acceptum mandatum non modo non obſeruauerint illud, quod ipſos facturos etiam oratores ſpoponderant, verum etiam contemptis per eos Apoſtolicis mandatis, iureiurando neglecto, & alijs quampluribus enormibus & nefan-
B dis commiſſis exceſſibus, eorum proprium paſtorem & Præſulem à Ciuitate Leodienſi & ipſius Dominio excluſerint, & temeritate propria alium quendam Gubernatorem, cuius cœcitate ipſi quoque cœci ducerentur, euocauerint, ſeu aſſumpſerint: Ideo lapſo termino antedicto, & ipſis Magiſtris Ciuium, Scabinis, Burgimagiſtris, Rectoribus, Iuratis, & communitatibus alijſque præfatis & in hac lite conſortibus neque per ſe, neque per procuratores ſuos, vt præfixum fuerat comparentibus, ſed neglectis noſtris, quod minime putabamus, profecturis monitis, quamuis de iure potuiſſemus in cauſa ipſa procedere, & iuſtitiam iuxta iuris ordinem partibus miniſtrare, ex parte præſertim ac vrgentibus an-
C tedicti Leodienſis Electi ſupplicationibus inſtātiſſime requiſiti, præcipue facta nobis in præſentia fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium iterum atque iterum per Electum Tyraſonenſem antedictum ſupplicatione, iudiciū adhuc longius differentes, Magiſtros Ciuium, Scabinos, Burgimagiſtros, Rectores, Iuratos, & communitates, alioſque præfatos in lite conſortes antedictos, ſeu eorum procuratores per alios quatuor menſes & vltra expectauimus.

Nunc ergo attendentes quod hæc tanta dilatio admodum tendit ad noxam, illiſque ex vlteriori mora maior audacia, & Apoſtolicæ Sedis contemptus accreſcit, conſiderantes quoque, quod tam per appellationem & ſubmiſſionem partium prædictarum antedictam,
D quam etiam præfixionem termini per memoratum Petrum Electum prius adiectam, & per nos poſtea prorogatam, ac alias multipliciter cauſarum ipſarum cognitio & deciſio ad nos atque Sedem Apoſtolicam iure merito eſt deuoluta; idcirco præmiſſis citationibus ſolemnibus, tam per audientiam noſtram literarum contradictarum, quam duos curſores noſtros in palatio Apoſtolico infraſcripto publice factis, licet eis minime neceſſarijs, ſed vt magis magiſque abſentiū cōtumacia deprehēdatur, meritis cauſarū huiuſmodi, omniūq; & ſingulorū quę in eis tam corā eodem Petro Electo, quam poſtea hinc inde per partes acta deducta atque facta fuerunt, cum matura deliberatione debite recenſitis, ſeruatiſque omnibus & ſingulis oportune ſeruandis. In nomine Domini cum Apoſtolo con

Digitized by Google

tumaciam vlciſcentes, de ſupradictorum fratrum noſtrorum conſilio, vt noſtrum de vultu Dei iudicium prodeat, ad hanc noſtram irrefragabilem, perpetuoque valituram ſententiam, ex certa noſtra ſciẽtia procedendum duximus, & eundem in contumaciam dictorum citatorum, id iuſtitia digne ſuadente, in his ſcriptis ferimus, atque in hunc qui ſequitur modum pronunciamus, decernimus & declaramus. A

Chriſti nomine inuocato, pro Tribunali ſedentes, & Deum ſolum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de eorundem fratrum noſtrorum Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ferimus in his ſcriptis, pronuntiamus, decernimus, & declaramus, verum & plenum dominium, omnimodam Iuriſdictionem in ſpiritualibus & temporalibus, ac merum & mixtum Imperium per Ciuitatem Leodienſem, ac oppida de S. Trudone, de Haſſelt, Loſcaſtri, Beringhen, Eyck, Stockheim, Brede, Bliſia, Tõgris, Herck, & alia locatotius Comitatus Loſſenſis, & Patriæ Leodienſis, inſtitutiones Villicorum, Scabinorum, cæterorumque officiatorum Iuriſdictionis temporalis, ad Epiſcopatum ſiue Electum pro tempore ex nunc ad præfatum Ludouicum de Borbonio modernum Electum confirmatum, & Eccleſiam Leodienſem ſpectaſſe & pertinuiſſe, ac ſpectare & pertinere. B

Quodque ipſa Ciuitas & Patria Leodienſis, Comitatuſque Loſſenſis ſupradicti ſunt ſub Dominio & Iuriſdictione ſpirituali & temporali Epiſcopi pro tempore ſiue Electi dictæ Eccleſiæ Leodienſis, ac iiſdem ſubijciuntur, eaque omnia & ſingula prædicto Electo ſuiſque ſucceſſoribus, atque prædictæ Eccleſiæ Leodienſi adiudicanda fore, & adiudicamus, necnon Magiſtris Ciuium, Rectoribus, Iuratis, Cõſiliarijs, & Commiſſarijs quibuſcumque, & toti communitati Ciuitatis Leodienſis, & Burgimagiſtris, Scabinis Rectoribus, Iuratis, & Conſulibus dictorum oppidorum & locorum aduerſarijs, tam communiter quam diuiſim, tanquam talibus nullum penitus ius in eiſdem Dominijs, Imperijs & inſtitutionibus, ſeu ad ea competijſſe vel competere, ac exactiones promiſſionum de præbendis vacaturis in introitu ipſius Electi ad Ciuitatem, portarum Ciuitatis clauſuras, iniurias, inhibitiones, comminationes & præcepta ſub pœna indignationis etiam in capite ſe inſcribendum Officialis iuriſdictionis temporalis & ſpiritualis, ſiue ipſius Electi ſeruitoribus aut ſubiectis, Procuratorum, Aduocatorum, & aliorum in Curia Eccleſiaſtica procedentium bannitiones, ſeu abbannitiones cauſarũ ad eandem Curiam Eccleſiaſticam pertinentium, cognitiones apparitorum ſeu exequutorum eiuſdem incarcerationes, percuſſiones, ad renuntiandum exequutoribus coactiones, literarum & mandatorum eiuſdem detentiones, lacerationes, congregationes, & ſequelas populi in palatio contra officiatos ac Fiſcales & ſeruitores ipſius Electi, ac contra procurantes C D

Digitized by Google

curantes reuocationes condemnatorum, eorum compulſiones ad re-
A ſtificandum contra Fiſcales & officiatos, & proclamationes ad con-
querendum de ipſis ad populum, & officiatorum & perſonarum
dictæ Curiæ priuationes, proclamationes, pœnarum taxationes, ex-
actiones, & non ſoluentium relegationes, bonorum ſuorum vendi-
tiones; Commiſſariorum ipſius Electi repulſiones, compulſiones
ad dimittendum iudicium annuli, bannitiones quorumcunque offi-
ciatorum & ſeruitorum dicti Electi in actis cauſæ compræhẽſorum,
eorundemque & Vxoris Alexandri Berart abbannitiones, tanquam
Iuris ordine non ſeruato, nec rite, dimolitiones domorum & ædifi-
ciorum bonorumque ſpoliationes & vaſtationes, monopolia, & mi-
B niſteriorum interdictiones, cõgregationes trium ſtatuum ſeu mem-
brorum Patriæ, contra ſtatum Electi ſeu Epiſcopi pro tempore, vel
contra eius voluntatem, inuaſiones contra ſubditos ipſius Electi,
eorumque captiuationes, proclamationes, & ad peronem inhibitio-
nes, feudorum intruſiones, & verorum Vaſallorum extractiones,
columnæ eleuationem & priuilegiorum deſuper, necnon ſecurita-
tum & ſaluorum conductuum conceſſiones contra eiuſdem Electi
vel Epiſcopi pro tempore voluntatem, rupturas carcerum, & car-
ceratorum eductiones, receptiones foraneorum in ciues contra Ele-
cti vel Epiſcopi pro tempore inhibitionem, talliarum impoſitiones
& exactiones in ſubditos Electi contra ipſius voluntatem, electio-
nes officiatorum ipſius Ciuitatis per preces & munera, vſurpationes
C ſeu occupationes bonorum ad ſubditos Electi pertinentium, tan-
quam confiſcatorum pœnarumque & emendarum appropriationes
& pecuniarum exactiones, extorſiones, & damnificationes, & cu-
iuſlibet alteriuſmodi vſurpationes, nominationes, & ſuſtentatio-
nes baculiferorum, ipſorum inuaſiones, obligationes ad arbores,
immerſiones in aquas, in carceres intruſiones, detentiones, vul-
nerationes, effracturas & combuſtiones domorum, & lacerationes
literarum, regiſtrorum, excommunicationum combuſtiones, re-
poſitorum & rerum ſacrarum fracturas, fictorum conſiſtorij & Iu-
dicij erectiones, & officiatorum ad Epiſcopum vel Electum perti-
nentium electiones, comminationes ad adminiſtrandum corpus
D Domini excommunicatis, & ne denuntiarentur aut vitarentur ex-
communicati inſtalationem, & ad publica loca legationes eorum,
in quos nulla eis competit Iuriſdictio, conſpirationes, exhortatio-
nes contra Iuriſdictionem Eccleſiaſticam & ipſius officiatos, colli-
gationes inter ſe & alios contra ſtatum Epiſcopi & Electi, contra
eius voluntatem, & requiſitiones vt Clerus prophanaret interdi-
ctum, extenſiones & erectiones vexillorum, & cum illis egreſſus
in armis contra Domini voluntatem, conuocationes nobilium &
incolarum patriæ, & comminationes vt in armis egrederentur, ac
compulſiones non euntium, vt contribuerent pro expenſis, ac in-
 ductionos

ductiones ad Capitulum Leodienſe vt requirerent ipſum Electum ad eundum cum ipſis in armis, vel ſubſtituendum aliquem loco ſui, ſiue ad ſubſtrahendum ei fructus ſuæ menſæ, ſi id non faceret, per ſupradictos aduerſarios, & eorum qui in lite conſortes communiter vel diuiſim factas, & inſuper omnia alia & ſingula impedimenta per aduerſarios ac in cauſa & cauſis conſortes, & baculiferos, aut nouos procuratores ſupradictos, tam communiter, quam diuiſim contra dictum Electum, Eccleſiam & Clerum Leodienſem, eiuſque Eccleſiaſticam & ſæcularem iuriſdictionem, ac merum & mixtum Imperium huiuſmodi, & Eccleſiaſticam libertatem in ipſius Electi & ſuorum offenſam, iniuriam & iacturam in præmiſſis circa ea, ac etiam poſt & contra inhibitiones & reintegrationem ſupradictas pendente huiuſmodi lite, & de quibus in actis huiuſmodi attentata & innouata, facta & perpetrata fuiſſe & eſſe temerarias, illicitas, iniquas, indebitas & iniuſtas, temerariaque & illicita, iniuſta, iniqua & indebita, & de facto præſumptas & præſumpta, illaſque & illa dictis aduerſarijs, tam communiter, quam diuiſim minime facere licuiſſe, neque licere, necnon omnia & ſingula prædicta, ſicut in eiſdem actis deducuntur, de facto perpetrata & commiſſa reuocanda, caſſanda, euitanda & annullanda, & in priſtinum ſtatum reponenda, ac etiam hactenus per eos ſeu alterum eorum quomodolibet extorta, ſeu indebite exacta reducenda, reparanda, reſtituenda, & reintegranda fore, ac reuocamus, caſſamus, irritamus, & reſtitui mandamus, & inſuper prædicto Electo per dictos aduerſarios eorumque conſortes adhærentes & complices in præmiſſis, tam communiter quam diuiſim per præmiſſa multipliciter & enormiter fuiſſe iniuriatum, ipſumque Electum & ſuos ex hoc multiplicia damna, expenſas & intereſſe ſuſtinuiſſe, & ſuſtinere, eoſdemque aduerſarios & complices communiter vel diuiſim propterea ad præſentandum dicto Electo de dictis violentijs, offenſis, damnis, & intereſſe per ipſum Electum paſſis iuxta & ſecundum æſtimationem & moderationem per nos, deſuper faciendam ſatisfactionem condignam condemnandos, condemnatoſque ad ſoluendum compellendos fore, & condemnamus, & compellimus, dictoſque aduerſarios & complices, Ciuitatemque & communitates, oppida & loca ſupradicta excommunicationis & interdicti reſpectiue, aliaſque ſententias & cenſuras Eccleſiaſticas, atque pœnas in talia & ſimilia perpetrantes, propterea per ſtatuta prouincialia & etiam ſynodalia deſuper edita, & per inhibitiones dicti Petri Tyraſonenſis, & literas à nobis conceſſas promulgatas damnabiliter incurriſſe, ac dictos Burgimagiſtros & communitatem Leodienſem, ac alios litis conſortes in pœnam quinquaginta millium florenorum auri de Camera in eiſdem litteris noſtris contentam in ſubſidium fidei aduerſus Turcas conuertendam incurriſſe declarandos fore, & declaramus, ipſoſque ab

Digitized by Google

ab omnibus Chriſti fidelibus tanquam tales nunciandos, & etiam
A publice euitandos fore, & nunciari euitarique mandamus, donec reuocauerint & paruerint, ac ſatisfecerint cum effectu, oppoſitioneſque, moleſtationes, vexationes, perturbationes, inquietationes, necnon denegationes, recuſationes ad præſtandum dictam emendam, & etiam ceſſandum ab exceſſibus iniurijs, atque intromiſſionibus earundem Iuriſdictionum, & alijs præfatis, ac ſingula impedimenta ipſi Electo, & Eccleſiæ ſuæ Leodienſi, ac contra eius perſonam & ſuorum, necnon Iuriſdictiones & Imperia ſupradicta per præfatos aduerſarios eorumque conſortes & complices in præmiſſis, & circa ea quomodolibet facta & præſtita ſimiliter fuiſſe & eſſe temeraria, illicita, iniqua, iniuſta, & de facto præ-
B ſumpta, dictiſque aduerſarijs & eorum conſortibus & adhærentibus communiter vel diuiſim ac reſpectiue ſuper illis ſeu etiam promiſſionum exactionibus, coactionibus, & extorſionibus, proclamationibus, bannitionibus, abbannitionibus, indictionibus, comminationibus, detenſionibus & condemnationibus, priuationibus, inhibitionibus, expulſionibus, demolitionibus, exactionibus, monopolijs, confœderationibus, & conſpirationibus, iuriſdictionum & Imperij huiuſmodi intromiſſionibus & vſurpationibus antedictis perpetuum ſilentium imponendum fore, & imponimus, & in expenſis à tempore motæ litis præmiſſorum occaſione in cauſis huiuſmodi quomodolibet factis condemnandos, & compellendos, ac
C cogendos fore, ac condemnamus, compellimus & cogimus: Quorum emendæ ſatisfactionis modum, & damnorum & intereſſe & iniuriarum æſtimationem & moderationem, ac expenſarum taxationem nobis impoſterum reſeruamus.

Per præmiſſam tamen adiudicationẽ vniuerſalis Dominij Electo ſeu Epiſcopo pro tempore non intendimus præiudicare Iuri Domini Abbatis S. Trudonis in oppido S. Trudonis, nec præiudicare intendimus Iuri aliarum Eccleſiarum aut nobilium dictæ Patriæ Leodienſis.

Item non intendimus præiudicare modificationi Curiæ ſpiritualis Leodienſis per bo. me. Adolphum à Marcka olim Epiſcopum Leodienſem ſuper reformatione officiatorum dictæ Curiæ & Ar-
D chidiaconorum Ciuitatis & Diœceſis Leodienſis editæ.

Nec præiudicatum eſſe intendimus paci Tongrenſi quoad numerum Fiſcalium & eorum officia exercenda.

Reliquos autem articulos in actis vtriuſque deductos & ſpecificatos legitimis ex cauſis ad id animum noſtrũ mouentibus ad præſens non decidimus, ſed eorum deciſionem & determinationem ad aliud tempus differentes nobis reſeruamus.

Super his verò, quæ pro parte communitatis Leodienſis & adhærentium præfatorum fuerimus legitime requiſiti, auctore Domino iuſtitiam miniſtrabimus.

Nulli

Digitized by Google

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ pronuntiationis, conſtitutionis, declarationis, adiudicationis, reuocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, reductionis, reparationis, reintegrationis, mandati, condemnationis, compulſionis, impoſitionis, coactionis, reſeruationis, & intentionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotẽtis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. A

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto, decimo menſis Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo. B

Badenſis inauguratur tutor Leodienſium.

CAPVT XXV.

Marcus Badẽſis inauguratur protector Leodienſis patriæ aduerſus Epiſcopum.

ANno 1465. menſe Aprili circa feſtum Paſchatis, Marcus Badenſis aduenit, quem cum ingenti comitatu Colonia Viſetum, & inde Leodium porro, quaſi legitimum iam patriæ tutorem Raſo deduxit, & inaugurandum curauit.

Interim ex equeſtri ordine perpauci aderant, quoniam præcipua eorum pars temeritatis huius pertæſa Electi partes ſectabatur, & aut apud ipſum Hoy, aut Traiecti verſabatur: præcipui etiam Canonici ad S. Lambertum, & ſecundariarum quoque Eccleſiarum multi ſe ſubduxerant. C

Inſtrumẽta ſententiæ Pontificiæ.

Hoc tempore inſtrumenta ſententiæ Pontificiæ Roma Leodium allata ſunt; quibus acceptis Capitulum S. Lamberti ad Electũ ſcripſit Hoyum, ſe ſententiæ Pontificis obedientiam præſtaturos eſſe; Ciuitas autem Leodienſis nihil mouebatur.

Ciuitas nõ mouetur.

Cùm autem Marcus Badenſis iam apud Leodium Patriæ tutor inauguratus eſſet præſente Carolo eius patre, qui vir prudens erat, Leodienſes vna cum hoc tutore ſcripſerunt ad Ciuitatẽ Hoyenſem, tutorem Leodij iam legitime eſſe inauguratũ, eſſe autem conſuetudinem multis ſæculis inueteratam, idem Hoy intra tertium diem fieri debere in huiuſmodi rebus, quod eſſet factum Leodij; curarent igitur mature ne quid detrimenti Reſpub. per ipſos caperet, interim vero per eundem Nuncium animi ſui ſententiam ſcriptis indicarent. Hæ literæ Hoyum allatæ in arce coram Electo ad verbum per Magiſtratum recitatæ ſunt; ipſeque Magiſtratus mox reſponſum, non ad tutorem, ſed ad Magiſtratum Leodienſem ſcripſit. Cuius hæc ſententia fuit. D

Marchio ſcribit Hoyẽſibus.

Acceptis

Digitized by Google

A *Acceptis literis veſtris, Conciues optimi, petitionem veſtram pleniſſime cognouimus; ad quam paucis hic proinde reſpondemus, Superiori die Dominica de more apud Minoritas vna cum Magiſtratibus ac primoribus collegia Ciuitatis noſtræ fuiſſe congregata, ibidemq; præſentem adfuiſſe Illuſtriſſimum Principem D: Ludouicum Borbonium Electum & confirmatum Leodienſem, Ducem Bullionenſem, Comitem Loſſenſem &c. eumq; declaraſſe, ſe illa, quæ hactenus in ipſum delicta eſſent, non armis, aut vi, ſed legibus, ac iure eſſe vindicaturum; cui proinde collegia noſtra citra contradictionem omnia acB ceſſerunt, & fidelitatem atq; defenſionem omnem promiſerunt, in his vniuerſis, quæ illi iure competunt, tantiſper donec alius confirmationem obtinebit; cui tunc præſtabimus id, quod æquum erit. Interim vero vos hortamur, ac rogamus, vt conſimiliter faciatis, & hoc reſponſum noſtrum boni conſulatis.* *Litera Hoyenſium ad Leodienſes.*

Hoc reſponſum cum Leodienſes accepiſſent, Marcus Badenſis omiſſo Hoyo Dionantum, & inde porro in reliqua Leodienſis, ac Loſſenſis ditionis oppida viciſſim ſe contulit, in quibus per ordinē inauguratus fuit. *Badenſis inauguratur in alijs oppidis.*

C Tum Leodienſes miſſis literis Ciuitatis Traiectenſis Magiſtratum ac populum hortati ſunt, vt & ipſi tutorem nouum receptum inaugurarent. Quibus Traiectenſes reſponderunt, ſe ſemper obedientes fuiſſe Principibus ſuis, ac Dominis, ſemperque, quod bonos Chriſtianos decet, Romanæ Sedi obtemperaſſe, ac porro etiam in vtroque ſe velle perſiſtere, ideoque viciſſim illos hortati ſunt, tantiſper acquieſcant, donec Roma adferretur expectata confirmatio, tum enim ſe facturos, vti ſemper fecerant, id quod æquum futurum eſſet. *Traiectenſes Leodienſibus reſiſtiunt.*

Aduertit ſibi data verba à Leodienſibus, Interim Hoÿ factioſorum & præſertim Vinitorum opera inauguratur.

D

CAPVT XXVI.

His ita peractis, haud multo poſt in vſum Electi nauis Traiecti onuſta fuit vino, ſaccaro & cōſimilibus ad mēſam neceſſarijs, quæ cùm Leodiū appuliſſet, porro Hoyum petitura, Leodienſes oportunam prædam ſe nactos rati, naui manum iniecerunt, vinū ſaccaro conditum epotarunt, & cæteris vtcumque diſtributis, ſplendide commeſſati ſunt.

Hoc factum cùm Tutor intellexiſſet, indignatus dixit, huiuſmodi Principi eripienda non fuiſſe ſua, antequam illi bellum eſſet legitime indictum.

Carolus

Digitized by Google

Badēſis apophtegma in Leodienſes. Carolus vero Marchio, huic (inquit) populo non eſt vtilis Dominus, qui ſine mandato gerit omnia. Mox etiam idem quæſiuit vbinam nobiles eſſent eius prouinciæ? cum adducti eſſent quot reperire poterant, atqui, inquit, hic non omnes adſunt nobiles. Prouinciæ tam amplæ, vbi ergo cæteri? reſpondit quidam eos eſſe partim Traiecti, partim Hoy. Quid (inquit) illhic agunt? Sunt, inquit alter, cum Domino Borbonio. Tum demum ſenſit Marchio quid egiſſet, quodque ſibi miſerabiliter eſſent data verba; cœpitque, facti ſui pœnitentia ductus, alio deinceps mentem intendere. *Badēſis aduertit ſibi data verba.* A

Hoyēnſes ſe muniūt aduerſus Leodienſes Hoyenſes autem percepta Leodienſium violentia, de muniendo oppido ſuo cogitare cœperunt, ex ea potiſſimum parte, qua ſpectat Leodium.

Ibi mox factioſi aliquot inquiſiuerunt cur non ex ea parte quoque muniretur foſſa ciuitas, qua ſpectat Namurcum: Deinde & clauem poſtici quo ex arce patet exitus Namurcum verſus, ſecundum Ciuitatis priuilegia ab Electo repoſcunt. Hanc igitur cum Magiſtratus illorum importunitate coactus ab Electo repeteret, quid (inquit Electus) itane vos mihi clauem vnam committere grauamini? nonne ego vobis & me ipſum & vniuerſam nobilitatem meam committo, quæ iam in ciuitate veſtra eſt? Atqui factioſi iſti, qui pene omnes ex vinitorum collegio erant, nihil his moti, ex Amaia, qui pagus vno ferme miliari diſtat Hoyo, ingentem operariorum turbam accitam citra Caſtrum verſus Namurcum collocarunt vt ibi foſſam ducerēt. Electus hoc viſo facile animaduertit, quo loci eſſet, & quod iſti concludere ipſum niterentur. B *Factioſi quidā obſiſtūt Hoyēſibus.* C

Epiſcopus Hoyo ſe ſubducit. Accitis igitur è veſtigio principibus, ac nobilibus, qui in ea Ciuitate vna cum ipſo erant, initoque conſilio conſtitutum fuit, vt ſe iſthinc in locum tutiorem mature reciperent, antequam arctius hic concluderentur: proindeque ita conuentum eſt, vt Electus ad horam 6. vti conſueuerat, tuba coenæ indicium daret, atque ita relicta menſa mox obequitaret Namurcum verſus, eademque teſſera nobiles omnes alij alijs portis clam dilapſi confeſtim illum ſequerentur. Quod quidem cum ita factum eſſet, Electus inſcijs Hoyenſibus eodem veſpere in Andenenſe Monaſterium monialium cum ſuis peruenit, vbi humaniſſime omnes excepti ſunt, per eā noctem in armis perſeuerantes. *In Andenenſi monaſterio pernoctat.* D

Poſtridie ſummo mane Namurcum venit, vnde in conuentum Floreffienſem, & hinc porro in Brabantiam, Bruxellas ad Ducem Philippum ſe cum pleno ſui comitatus agmine recepit. Quem Dux vna cum cæteris data dextera benigniſſime excepit, & promiſſo auxilio ſuo humaniſſime conſolatus eſt.

Badenſis inauguratur Hoij. Leodienſes autem ſimul atque intellexiſſent Electum Bruxellas abijſſe, magnis viribus contractis vna cum tutore ſuo prope Hoyū acceſſerunt, & miſſis in eam Ciuitatem legatis, poſtularunt, vt & ibi tutor inauctoraretur, & cum conuocatis ordinibus diu ac multum contro-

controuerſum eſſet, vrgentibus potiſſimum vinitoribus, ad extremū
A receptus & inauguratus, per triduum in arce manſit, ac deinde Leodium reuerſus eſt.

ANNOTATIONES.

Hoyenſes autem percepta Leodienſium violentia:] *De hoc bello Leodienſium contra Hoyenſes ſic loquitur Meyerus*: Magno Leodienſes numero Hoyum petunt, vt Ludouicum Borbonium Epiſcopum ſuum fratrem vxoris Caroli, qui tunc ibi erat, capiant, Caroliqúe præfectos interficiant. Cuſtodiebant oppidum nomine Caroli Topanchus Beſatus, & Euerardus Arduennas cum fratre, nobiles ac fortes viri. Obſident & oppugnant vndique Leodienſes hoc oppidum, longeq; B vires antecedebant propugnantium, qui relictis fortunis ſuis pariter cum Epiſcopo periculo ſe exemerunt, fuga ſe ſaluantes, præſertim cùm nec plebem oppidi corruptam ab hoſtibus in officio continere valerent. Pulſo præſidio & Epiſcopo, Leodienſes oppidum capiūt, diripiuntque & incendunt. In Lucemburgios, Limburgioſque incurſant, prædas inde agunt & incendia villarum excitant. Hæc per medium Septembrem.

C *Indicit bellum Philippo Duci Brabantiæ, & mox deſertis Leodienſibus contendit in Germaniam: Hoyenſes pacem à Duce & Electo impetrant.*

CAPVT XXVII.

NOn multò poſt hæc Leodienſes ſcriptis literis Philippo Burgundo Brabantiæ Duci bellum indixerunt, eo titulo, quod ille Regis Franciæ hoſtis eſſet, cuius ipſi eſſent ſocij: Dux autem Philippus epiſtola perlecta, hæ (inquit) literæ ad me non pertinent, ego enim Regis Franciæ hoſtis non ſum, ſed eſt Carolus meus filius, qui nunc in Frācia magnis copijs aduerſus Regem bellū gerit, hunc igitur iſtis literis conuenite. Cum hoc igitur reſponſo nuncius Bru-D xella eſt Leodium reuerſus. *Leodiēſes Philippo Burgūdo indicunt Bellum.* *Reſpōſum Ducis.*

Quo intellecto mox Tutor fecialem ſuum ad Philippum miſit, qui ſuo nomine illi nominatum bellum indiceret. Quem Philippus cū audiſſet, in Euangelium ſplendidiſſimis veſtimentis & Leonibus aliquot aureis donatum remiſit. Satis interim mirari non potuit, quo conſilio ipſum, tanquā hoſtem bello vltro laceſſerēt, cum ipſe neque Tutori, neque Leodienſibus vnquam quicquam feciſſet mali. *Fecialis Badēſis donatur à Philippo veſtimētis ſplendidis.*

Leodienſes porro tanquam iam rite peractis omnibus, Prouincias Philippo ſubditas ferro flammiſque vaſtare cœperunt, libenterque in ipſam Brabantiā feciſſent impetū, niſi hos eorum conatus Tutor eiuſq; pater impediuiſſent, qui ſuadebāt in Falkēburgiā incūbendū, *Badenſis ſtratagemate illudit Leodiēſes.*

V eo præ-

eo prætextu, quod dicerent, ea ex parte liberum acceſſum ſeruari oportere, qua ſubſidium ex Germania acquiri poſſet, vera autem cau- A ſa erat, quod ea ex parte, ipſi receſſum meditarentur, vt poſtea apparuit, cùm illis incepta diſplicerent, maxime cùm & Ioannes Badenſis Archiepiſcopus Treuirenſis, & Georgius Badenſis Epiſcopus Metenſis fratrem ſuum Marcum nunc tutorem inauguratum quotidianis literis hortarentur, vt à Diœceſi Leodienſi abſtineret. Itaque ergo contractis vniuerſis copijs ſuis caſtrum & oppidum Folckemburgenſe obſidione cinxerunt.

Dux Philippus armat ſe cõtra Leodienſes.

Dux igitur Brabantiæ Philippus vbi intellexiſſet Leodienſes iam eſſe in opere, Equitatum Traiecti conſtituit, cuius capita erant Dominus de Sombreſſe, & Dominus de Peterſem. Præterea mandatum B fuit omnibus nobilibus, qui vna cum Electo pulſi in Brabantia exulabant, vt ſe pararent ad expeditionem, quiſque equis quod poſſet plurimis, Ducem enim cõſtituiſſe nepotem ſuum Electum Leodienſem in Ciuitatem ſuam Traiectũ remittere, parata ad eam expeditionem pecunia. Idem & ſuis Principibus ac nobilibus mandauit, addens ſe & Carolum filium ſuum cum inſtructiſſimis copijs in terram Leodienſem eſſe miſſurum, quamprimum is redierit, quem non diu abfuturum ſperaret, cùm eum cõpoſita iam cum Rege pace itineri accinctum accepiſſet.

Expeditio Brabantica aduerſus Leodienſes.

Ludouicus Electus cũ exercitu Bruxella diſcedit.

Tertio igitur die Septembris eodem anno Ludouicus Borbonius C cum exercitu ſuo armatus Bruxella deceſſit, eaque nocte ſequente Louanij ſubſtitit, vnde poſtridie in conuentum Tongerloënſem, indeque Tournhoutum in Kempinia proceſſit, ac porro in Verdam, intraque Verdam & Bergeykan ſexta die Septembris, circa horam à meridie tertiã, Electo occurrit nuncius cum literis à Dño N. Blanckenheimio, qui illi indicabat ea nocte Tutorem Leodienſem vnà cũ patre, vniuerſoque equitatu ſuo deſertis Leodienſibus abequitaſſe in Germaniam, Leodienſes pudore confuſos obſidionem ſoluiſſe, & ſine ordine domum abijſſe: qua de cauſa Electus cum ſuis magnopere gauiſus fuit.

Tutor deſertis Leodiẽſibus abequitat in Germaniam.

Electus Traiectum intrat.

Octaua porrò Septembris, quæ & Dominica dies & Natiuitati Mariæ ſacra tũc erat, Electus Traiectum intrauit, ab equitum capitaneis cum ſuis obuiam procedentibus ſplendidiſſime introductus, & à to- D ta Ciuitate, ingenti cum lætitia exceptus: erantque tunc temporis cum Electo Traiecti equitum centuriæ ſeptem præter pedites eius Ciuitatis: Horum Duces tres erant Dom. Euerardus Arensbergius, D. de Peterſem, & D. de Sombreff.

His igitur Ducibus, hi equites quotidianis irruptionibus omnia circumquaque late populabãtur ac vaſtabant; neque Tungros modo aut Moſacam, ſed etiam Viſetum & Leodium vſque excurrebant, adeo vt omnes pagi in circuitu ab his prorſus iam exhauſti eſſent.

Stratagema Leodienſium.

Hæc dum fierent in magnum dedecus ac detrimentum Leodienſium

Digitized by Google

ſium, aduerſus quos populus iam ſerio murmurabat, rumorem ipſi A ſpargunt Ludouicum Borbonium eſſe mortuum, & contrarium aſſerenti capitis pœnam ſtatuunt: calidiſſimo id quidem commento: hac enim ratione ſe leuabant, & Philippum Ducem onerabant inuidia, quaſi non ob Electum, ſed ob ipſam patriam bellum gereretur, quæ omni protectore iam deſtituta eſſet: Deinde & Badenſem hoc rumore quaſi in vacuam poſſeſſionem ſuam facile reuerſurum eſſe ſperabant, antagoniſta ſublato.

Et habebant quidem illi huius commenti ſui prætextum non abſurdum. Nam cùm ſoror Electi, Caroli Burgundi vxor, ea tempeſtate in fata conceſſiſſet, ſimulque Traiecti graſſaretur peſtis, vtraque B de cauſa ſe domi continebat Electus, ita vt à paucis, & non niſi priuatim aliquamdiu conſpectus eſſet.

Poſt hæc Leodienſes omnibus copijs ſuis vrbem Lymburgenſem cingunt per dies quatuordecim: Sed cùm ex Traiecto obſeſſis præſto eſſent ſuppetiæ, Leodienſes ſpe ſua fruſtrati, domum reuerſi ſunt. *Leodiẽſes Lymburgum obſidẽt.*

Hoyenſes autem intellecto noui Tutoris deceſſu, inter ſe grauiſſime tumultuati ſunt: Sed tandem qui factionis erant Borbonicæ, eos, qui Badenſis factionis erant, ſuperarunt, & ex his multos in Moſam præcipitatos ſubmerſerunt.

Tum porro legatis Bruxellas miſſis, veniam delicti ſui à Duce Philippo petunt, quoniam ex hac Ciuitate quondam in eius ditionem eruptiones & incendia commiſſa fuerant: Quibus reſponſum fuit, C prius requirerent, & impetrarent à Dño ſuo Electo Leodiẽſi pacem, tum illis demum reſponſum à Duce Benignum fore. *Hoyenſes delictorum veniam petũt per legatos.*

Hoyenſes igitur ex his, quos & viros præſtantiſſimos, & Electo quondam chariſſimos ex ciuibus ſuis norant, Legatos ad Electum mittunt, qui precentur pacem: qui quidem cum Traiectum perueniſſent, ſummis precibus contenderunt, vt in præſentiam Electi admitterentur, quo teſtari poſſent, ſe eum viuẽtem & incolumem ſuis oculis vidiſſe, quem non ſolum apud ſuos, ſed etiam in omnibus oppidis ac pagis totius Epiſcopatus Leodienſis omnes vno ore prędicarent eſſe mortuum. *Legati petunt videre Electũ.*

Procedẽte igitur in conſpectum ipſorum Electo, illi mox lachry- D mis præ gaudio profluentibus, genibus illius aduoluti, ſuppliciter, vt in mandatis habebant, delictorum veniam precantur; orantque, vt rationem habeat amicorum apud Hoyum tam multorum, qui illius nomine à maleuolis tam graues iniurias, tam acerbas calamitates perpeſſi eſſent, quicquid enim illius maieſtati præter æquum & iuſtum accidiſſet, id omne accidiſſe his inuitis, qui oppreſſi ipſi ſe mouere non poterant, nunc verſa vice vel extinctos eſſe, vel exterminatos omnes, qui Barbonici nominis hoſtes eſſent, neminẽ iam eſſe Hoy; qui non ex animo, vti deberet, ipſius incolumitatem exoptaret. Dignaretur igitur miſereri amicorum, & eos in gratiam recipere, quorum ſalus non aliunde quam ab ipſius beneuolentia penderet. *Aduoluunt ſe genibus Electi.*

Digitized by Google

His auditis, Electus, vos verò (inquit) egregij eſtis, & mihi perquam fideles amici, qui me blandis precibus inuitatum, neque doli A quicquam ſuſpicatum, intra munitiones veſtras concludere, & exitu prohibere voluiſtis, & me vix elapſo, palam Dominum alium recepiſtis: quo dicto, legatis in atrio relictis, ipſe in cubiculum ſuum introceſſit.

Pax data Hoyenſibus. Legati igitur quod reſtabat, apud Capitaneos & Conſiliarios precibus tandem obtinuerunt, vt horum interceſſione voti compotes fierent, & pacem impetrarent; ijs quidem conditionibus, vt Hoyenſes, omneſque qui intra Ciuitatis illius territorium morarentur iuramentum fidelitatis Electo quondam præſtitum, renouarent: ipſaque Ciuitas Electo quotannis, per duodecim annorum ſpatium, B *Mulctantur Hoyenſes.* mille ducentos aureos mulctæ nomine penderent; quas quidem conditiones, vt legati libenter acceperunt, ita etiam Ciuitas ipſa fideliter expleuit.

Legatis igitur Hoyum reuerſis haud multo poſt etiam pax nuper fruſtra tentata, à Duce Philippo impetrata eſt, data certa quadam pecuniæ ſumma, & receptis literis, quibus illi ſe poſtea aduerſus omnes exactiones, quæ mulctæ nomine alijs indicebantur, tutati ſunt, ſic, vt neque Electo neque Duci Philippo quicquam præterea ſoluerent, quam hanc ſummam, quæ inſtrumentis pacis nomine factis continebatur. Ideoque & à cæteris actibus Leodienſium prudenter in poſterum ſe abſtinebant. C

Carolus Philippi Ducis filius S. Trudonis oppidum capit: mox cum Leodienſibus pacem init.

CAPVT XXVIII.

INterea reuerſus fuit ex Francia Carolus Burgundus Ducis Philippi filius, quem pater ſuus mox cum inſtructiſſimo ſuo exercitu, quem habebat, ad vindicandas iniurias ſibi illatas aduerſus Leodienſes miſit: Qui S. Trudonem mox obſidione cinxit, quem & dedi- D *Legati Leodienſium tractant de pace.* tione facta cepit: Inde Fexmaliam proceſſit verſus Leodium, quo illi occurrerunt legati Leodienſium tractaturi de pace.

Eſtque tum huic principi inter cætera pacis nomine addicta à legatis ingens quædam ſumma pecuniæ, vna cum copia virorum quatuor, quos ipſe iuſſu Ducis patris ſui, ex numero Ciuium Leodienſium ſibi tradi poſtulaturus eſſet: dixerat enim quidã ex legatis vnus, promittamus liberaliter illi, quicquid poſtulat, tãtiſper dũ exercitus hic diſſipetur, poſtea nihil præſtabimus, modo vtcumque hanc turbam amoliamur, difficulter eam ille denuo congregare poterit.

Tum legati miſſis literis ad Magiſtratum Leodienſem conditiones ineundæ

Digitized by Google

ineundæ pacis declararunt; quibus intellectis Leodienſes vnanimi-
A ter indignati legatos ſuos laniones ac proditores appellarũt, ac pro- *Mittuntur in exilium.*
ditionis nomine, quod 4. Ciues libidini Principis expoſuiſſent, condemnatos exilio perpetuo mulctarunt.

Deinde legatis alijs miſſis Principi declararunt ſe vnanimiter omnes ac ſimul paratos eſſe extrema tentare potius, quam vnum quemuis ex Ciuibus ſuis illius lanienæ objicere: non detrectare autem ſe quatuor iſtorum nomine, quos legati temere & injuſſu ſuo illi conceſſerant, pecuniam commutare, ſimulque inducias impetrarunt, intra quas & Carolus de parentis ſui voluntate fieri poſſet certior, & Leodienſes maturius poſſent conſultare. *Alij legati Leodienſes.* *Induciæ aliquot dierum.*

B Inſtructo igitur vtrimque conſilio Leodienſes in gratiam recepti ſunt, ea conditione vt ſexcenta florenorum Rhenenſium millia ſoluant intra ſex annos, Electo ſuo omnia damna illata ſarciant. In hanc conditionem inſtrumentis inter Principem & ſupplices compoſitis confecta fuit, quæ ad rei memoriam de loco pax Fexmalienſis appellatur. Itaque Carolus Burgundus Bruxellas ad patrem eſt reuerſus, & exercitum dimiſit. Electus autem Hoyum ſe contulit, vbi cum ſuis in arce diu verſatus eſt. *Pax Fexmalienſis.*

ANNOTATIONES.

Qui Sanctum Trudonem mox obſidione cinxit:] *De hac obſidione*
C *& deditione fuſius ſcribit Meyerus.*

Prouocatus conuitijs Viriditentorienſium Dionantum euertit, in Hasbaniam venit, ſed mox pax noua initur.

CAPVT XXIX.

SEd Leodienſes non diu intra conditiones pacis ſeſe continuerũt, illorum potiſſimum vitio, quibus ex Viridi tentorio cognomen
D erat: hi erant homines deplorati, vagabundi, factioſi ac ſeditioſi, & qui ſubditos aduerſus Principes ſuos calumnijs inſtigabant; quorum cum & apud Dionantum ingens numerus eſſet, hæc Ciuitas impendio moleſta fuit dicterijs & conuicijs, tum ipſi Duci Philippo, tum etiam Carolo eius filio. Quæ cauſa fuit, vt & pater Philippus, & filius Carolus ad vindicandam hanc contumeliam ſimul exercitum conſcriberent. *Viriditentorienſes qui & quales.*

Itaque anno 1466. Philippus Dux Carolo præmiſſo ipſe carpento Bouinas aduectus eſt, vt præſens ex propinquo de hoſtibus vindictã ſpectaret. Carolus ingenti exercitu Dionantum cinxit, & decimo *Dionantum euertitur.*
quarto

quarto obſidionis die, hoc eſt poſtridie S. Bartholomæi expugnauit & ſolo æquauit, vel interfectis, vel fuga dilapſis incolis vniuerſis. A
Semel atque iterum Carolus eos bonis conditionibus durante obſidione ad deditionem inuitauerat, ſed illi munimentis ſuæ vrbis, reliquiſque, quæ ad bellum neceſſaria ſunt, abundeque ipſis ſuppetebāt, freti, contemnebant Carolum & Philippum, & vltro etiam conuicijs pro more laceſſebant.

Ad hanc igitur victoriam tam celeriter obtinendam auxilium ſuum tulerunt Fabri cacabarij, qui tum temporis Dionanti morabantur. Ibi præda ampla acquiſita fuit, quæ nauigijs, plauſtris, ac iumentis Bruxellas comportata eſt. Dux Philippus Bouinis decedere non voluit, antequam Dionantum incendio flagrare videret, adeo exaſperatus erat eorum importunitate, qui etiam dum obſidio duraret, illum de mœnibus eminus conuicijs, vt dictum eſt, laceſſere non intermittebant. B

Conuicia Dionantenſiū Ducem Philippū exaſperant.

Nebulones autem iſti viriditentorienſes, cum periculum ingrueret, Dionanto mature in Franciam dilapſi erant, qui Leodienſibus grauiter indignabantur, ob id, quod vicinis obſidione preſſis ſuppetias non tuliſſent: quocirca & horum ſocij, qui Leodij erant, mota ſeditione, Wilhelmum de Violis præcipuum Ciuitatis Conſulem interfecerunt, dictitantes hunc vnum eſſe auctorem deſertæ Ciuitatis Dionantenſis, quæ nunc deſtructa, euerſa, & porro inculta iaceret.

Viriditentorienſes tumultuātur Leodij.

Conſulem interficiunt.

Carolus autem euerſo Dionanto in Hasbaniā ſe recepit, & prope pagum, cui nomen eſt, Oelea, caſtra metatus eſt. Eodem ſe mox Leodienſes cum ingentibus copijs contulerunt, eo propoſito, vt cū Principe manum confererent: Interuentu tamen aliquot magnatum ſuſpenſo prælio de pace tractatū eſt; quam Carolus accepto patris (qui Namurci tunc agebat) conſenſu, illis non grauatim dedit, ea tamen conditione, vt mulctæ nomine intra ſex annos proximos ſexēta milia Florenorum Rhenenſium perſoluant; Electum ſuum Ludouicū Borbonium cum gratia recipiant, omniaque illi præſtent, quæ & inſtitutione primitiua, & longa conſuetudine, & ſententia apoſtolica deberentur. C

Carolus in Haſbaniam venit.

Agitur de pace.

Conditiōes pacis.

Quam quidem conditionem cum illi cupidiſſime acciperent, pro fœdere conſeruādo poſtulatos 50. dant obſides, ex Leodio 32. ex Tungris 6. ex Trudonenſibus 6. & Haſſela totidem, qui ibidem ex armatorum numero mox delecti ac traditi ſunt. Atque ita tum confectis vltro citroque inſtrumentis, ſecunda compoſita fuit, quæ ex loco itidem dicitur pax Oelenia. D

Pax Oelenia.

Iam autem propediem expiraturum tempus erat, quo citra gradum ſacerdotij pontificia diſpenſatione Electus Epiſcopalem cathedram obtinere poterat. Itaque ex prudentum Conſilio cæteris ordinibus hoc anno viciſſim ſumptis, inſequenti anno 1467. prima die Maij in Epiſcopum conſecratus fuit: nec multo poſt, hoc eſt de-

Ludouicus Borbonius fit ſacerdos.

cima

Digitized by Google

cima quinta menſis Iunij proxime ſequentis in fata conceſſit Dux A Burgundiæ Brabantiæ, &c. Philippus: cui in omnia Dominia vnicus hæres ac filius Carolus ſucceſſit, qui mox in his omnibus viciſſim ingenti cum honore inauguratus fuit.

Carolus Burgundus defuncto patri ſuccedit in omnia Dominia.

ANNOTATIONES.

Hæc Ciuitas impendio moleſta fuit dicterijs & conuitijs:] *Vt originem ſtratagemata & euentus huius belli clarius fuſiuſq; agnoſcat lector, lubet hiſtoriã hanc paulo fuſius à Meyero explicatam hic referre, ſic igitur ille ſcribit.*

Menſe Iunio curat Ludouicus Rex nouum fœdus feriendum cum B Leodienſibus odio nominis Burgundici. Conuenit eo fœdere, vt ante ferias Diuorum Iacobi & Chriſtophori fines Brabantiæ & Namurcenſium Leodij inuadant, ignique vrant ac vaſtent.

Hoc eo conſilio Rex facit vt cogatur ſe domum recipere Carcellenſis, & interea Normanniam inuadat & fratrem extrudat.

Vt autem & Hagnonios infeſtent, promittit Rex ſe illis auxilio miſſurum ducentos cataphractos, nullamque pacem ſe facturũ cum Burgundis, niſi & in illa complectantur Leodienſes.

Secundum hoc fœdus Leodienſes ad medium Auguſtum Philippo indicunt bellum, fines eius incurſionibus vexant, oppidumque Lu-C cenburgum obſidẽt. Contra Philippus celeriter magnas adunat copias, illiſque nepotes ſuos Cliuenſem & Gelrium cum Comite Naſſouio Marchione Rotelino, Horneoque præficit.

Poſt pauca.

Dionantij gens Eburonica per eos dies inquietiſſima prædis rapiniſque ex vicinis agris facti diuites, ferre opulentiam luxumque ſuũ non potuêre, iactitantes ſæpenumero ſuum oppidum fuiſſe obſeſſum, ſed nunquam captum, illudque eſſe plane inexpugnabile.

Ad primum rumorem interfecti prælio Carcellenſis magno exultantes gaudio rem fœdam & ſtultiſſimam ſunt aggreſſi, vt declararent quanto odio proſequerentur gentem Burgundicam, adiuti Francorum fauore, qui nihil tamen illis potuerunt prodeſſe.

Statuam ad ſimilitudinem Carcellenſis effigiant, illamque inſig-D nibus illius veſtiunt. Magna manu Bouinas vicinum oppidum, quod Ducis erat concedunt, ibi patibulum erigunt, ſuamque ſtatuam illi ſuffigunt inclamantes oppidanis, ecce filium veſtri Principis perfidum proditorem Comitem Caroleſium. Sic enim Rex Franciæ furcæ dedit, quemadmodum videtis hic pendentem.

Adduntque non fuiſſe filium Philippi, ſed vilem quẽdam Nothũ, multa præterea alia conuitia & probra ſcurriliter iaciẽtes in Philippum, eiuſque coniugem honeſtiſſimam & nobiliſſimam matronam: quæ nimirum inſania magno poſtea illis ſtetit. Nam vt primum hæc audiuit Carolus, iurauit ſe dignas de illis ſumpturum pœnas: interim incendia, rapinæ, omniaque hoſtilia vtrinque facta, donec de

victoria

Digitized by Google

victoria & reditu Caroli certum Leodienſes accepiſſent nuntium.

Nam 12. Calendas Nouemb. per Ioannem quendam à ſancta Camella miſit ad eos Rex literas, quarum vidi exemplum, in quibus de eorum fide & opera magnas illis agit gratias, docetque pacem inter ſe & coniuratos conueniſſe, hortatus eos vt cum Philippo quoque ipſi pacificationem ineant, ne reuerſus Carcellenſis hoſtilē in illos ducat exercitū, deſtitutiq; Francorū ope graue diſcrimen adeāt. Datum (inquit) Pariſij die 21. Octobris. 65. cum hac inſcriptione, Noſtris maximis veteribus & præcipuis amicis, Magiſtris, Iuratis, & Cōcilio ciuitatis & ditionis Leodienſis. A

Duces autem Philippi Naſſouius, Gruthuſius, Gaſebecanus Prætorque Hagnoniæ magnum exercitum ex Flandris præcipue & Hagnonijs in fines Ducunt Leodienſium, omniaque populabundi percurrunt, & incendijs euaſtant: donec Montenacū ad quintum à Leodio lapidem perueniunt. B

Ibi loco natura forti ad quatuor milia Leodienſium inueniunt carris alijſque munitionibus valide circumſeptos. His contemplatis retrocedunt, reditumque ſimulant, vt hoſtem è vallo ſuo eliciant. Prodeunt Eburones, vertuntque ſe noſtri fortiter in illos, & ad duo amplius milia proſternunt, interficiuntque, cæteris in fugam diſſipatis. Hæc 14. Calendas Nouembris poſtridie D. Lucæ Euangeliſtæ. Noſtri hic vnicum tantummodo deſiderant virum, eumque ſagittarium. C

Eburones poſtquam ſe intelligunt (contra Regis promiſſa) extra pacem eſſe relictos, grandi timore perterriti Legatos ſuos ſupplices Bruxellam mittunt ad Philippum demiſſiſſime petentes pacē, emendationem, mulctamque, quantum Dux vellet, offerentes, adeoque moleſtabant vrgebantque, vt dierum 15. ab eius ingenita bonitate inducias obtinerent: quas inter inducias, Carolus victor eorum fines ingreſſus; Fanum Trudonis mox facta deditione recipit, militemque ab omni maleficio propter inducias abſtinere iubet: ſtatimque eædē induciæ in primū diem iduum Ianuarij proferuntur, maximo quamuis damno vicinarū gentium, in quas diſperſus miles quum ſtipēdia illi non ſoluerentur, pauperes agricolas miſere exedebant.

Certis conditionibus pacem Dux Leodienſibus dedit: ſed tergiuerſati complere illam tardabant: quapropter Carolus finitis inducijs bellum illis facere occepit. At illi videntes ſe nulla ratione tantæ poſſe reſiſtere potentiæ, centum primarios viros ad Carolum mittunt, qui omnes ſe ſuppliciter ad eius pedes proijciunt, veniāque ſibi totique ciuitati deprecantur, quam quidem veniam & pacē aſſequuntur hac diſceptatione, vt ſexcēta Florenorum Rhenenſium milia ſoluant intra ſex annos. Ducem Brabantiæ ſibi tutorem ac protectorem perpetuum accipiāt cum annua penſione duorum milium Florenorum Rhenenſium. Epiſcopo ſuo omnia illata damna reſarciant. Hæc 11. cal. Februarij ferijs D. Vincentij martyris. His ita peractis D

Digitized by Google

ractis Carolus exercitum dimittit cum magna actione gratiarũ, pol-
A licitus ſe alias benignius ſtipendia ſoluturum.

Sarcinienſes, id eſt, Trudonenſes auſi pulſare cohortes quaſdam Antonij Burgũdi tranſeuntes per ſuum oppidum, magnam in ſe militum multitudinẽ concitant, qui ingreſſi per vim oppidum, forũ occupant, viginti circiter ex oppidanis interficiunt, murepturi totũ oppidum, niſi magna ſæueritate Carolus inhibuiſſet.

Et poſt pauca.

1466. Dionantij Gallorum fiſi promiſſis, quam multis apud Philippum precibus obtinuerãt, pacem rumpunt: exules ſuos domũ reuocatos, in ditiones Ducis Namurcum & Hagnoniam mittunt, pa-
B gos vicoſque incendunt, templa deſpoliant, omnia cædibus, rapinis, incendijs miſcent.

Maiores Philippus quàm vnquã imperat copias; eas ſub finẽ Iulij Namurcũ cõuenire iubet. At plurimi ſe tardius inſtruunt, quod ſuperiori anno ſtipendijs ſuis fuerant fraudati: quod vt forte recumbenti Philippo nunciatũ eſt, accenſus vehementi ſenex ira menſam ſubito ſubuertit: qui fit (inquit) illuc quum ducenta amplius milia è peculio meo præter alia impenderim: quis me ita regit? Tanta erat iracundia, vt in Apoplexim inciderit haud abſque magno vitę periculo: reualuit tamen, exercitumque imperauit ſub pœna capitis.

Et poſt pauca.

C Paulus Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus aqua, & igni ob redintegratam rebellionem, Dionantijs interdixit. Rem diuinam apud illos fieri vetuit. Eius ſententiam pagatim Philippus templorum valuis affigi curauit.

Dionantij tamen non minus Papæ quam Duci contumaces, cogũt ſuos ſacerdotes ſacris, vt ante, operari, nõnulloſque recuſantes Moſa flumine extingunt.

Parato iam toto exercitu Ioannes Luceburgenſis nothus S. Pauli Habordoni regulus morbo correptus diem ſuum obijt, vir bello egregius, & eques aurei ordinis. Erat exercitus vt vulgabat rumor 30. milium armatorum, in quo Carolus filius, Ludouicus Comes Fani Pauli cum tribus filijs, Raueſtanus, duo nothi Burgundiæ,
D Antonius, Balduinuſque Comes Naſſouius, multique alij fortiſſimi Duces.

Quinto decimo calend. Septemb. die lunæ omnes ſimul copiæ Dionantum mouent. ab vtraque moſæ ripa miſerum obſidetur oppidum. Horrenda obſeſſi exonerabant tormenta, quæ nemini tamẽ nocuêre. Fortiter item in noſtros erumpunt, ſed mox repulſi ſunt, dato acceptoque nullo fere damno.

Captum à Carolo ſuburbium quamuis muro foſſaque bene munitum. Capta hic monaſteria Franciſcanorum, & Alborum monachorum cum cœnobio quodam muliebri, quæ omnia obſidentibus magno erant vſui.

Digitized by Google

Hac ex parte Carolus, altera Comes Fani Pauli ingentibus Bombardarum ictibus portas muroſque diſrumpunt diſtruunt, proſternunt. Nec minus impigre oppidani reſiſtunt, magiſtrumque bombardarum Caroli, cum tribus aut quatuor militibus globulis tormẽtarijs interficiunt. A

Eo in ſtatu miſſum à Ducibus in oppidum de deditione faciẽda; At tantum abfuit vt conditionẽ acciperent, vt maioribus quã antea Carolum eiuſque parentem contumelijs proſcinderent.

Exagitabantur ſcelerum ſuorum furijs, ingenti ſtultitia amentiaque occœcati. Bouinij veriti ne à tanto exercitu agri ſui prorſus exederentur, bis ad eos literas miſerant, deprecantes vt ſaluti ſuæ cõſulentes, obſidionem non expectarent, ſed Ducem quibuſlibet conditionibus placarent. At tanta erat eorum veſania, vt ambos tabellarios, quamuis alter impuber eſſet, & duntaxat puer, interficecerent. B

Adeo terribili concuſſione globorum per tres aut quatuor horas vndique impetitum oppidum, vt vix quiſquam in illo valeret conſiſtere, tam horrendus ignis & fumus, & caligo adeo obſcura, vt nihil quam chaos quoddam, & inferorum confuſio eſſe videretur, tantuſque inceſſit omnes terror, vt præſidiarij ab oppidanis conducti, clanculum omnes aufugerent, vt eximerent ſe periculo.

Tunc obſeſſi cum ſe perditos viderent fide publica octo viros mittunt de pacificatione in caſtra, ſed nihil paciſci potuit. Tandem abſolutam obtulerunt deditionem, vitam tantummodo pacti, ſed ſero id fecerunt, exauditi non ſunt. C

Inter hæc in Caroli caſtris ignis male ſeruatus incidit in puluerem tormentarium, viroſque 30. incendium conflatum extinxit.

Ad *9*. calend. Septemb. agens apud Hoyum oppidum Epiſcopus Leodienſis, Ducem certiorem facit egreſſos oppido ſuo Leodianos ad *36*. pugnatorum milia, vt Dionantijs venirent ſuppetias, hortatus vt caueret, ne quid ab illis caperet detrimenti. Dux anticipandum ratus, ſtatuit oppugnandum, & vi capiendum oppidum priuſquam accederent Leodienſium auxilia. At oppidani cum intelligerent concuſſis, fractis, proſtratiſque muris, ſe nullo iam modo poſſe defendere, claues oppidi Antonio tradiderunt, deditionemque ſpontaneam fecerunt. Antonius ad Carolum fratrem detulit claues, quas Carolus, niſi patris accederet voluntas, non audebat accipere. D

Inſuper Antonio & Mareſcalco Burgundico oppidum & arcẽ eius tradiderunt, gratiam aliquam & miſericordiam à Duce ſperantes, quam vbi aſſequi non poſſent, poſtero die qui octauus erat ante cal. Septemb. Carolus cum ſuis oppidum intrauit, militique diripiendũ dedit.

Ingens tumultus turbaque orta in direptione ditiſſimi oppidi. Milites ſuam quiſque claſſem, & Tribuni vt erãt diſtributi defendere, ſibique

ſibique vendicare conabãtur, ſed vt quiſque fortior erat, ita plus tulit
A prædæ. Quiſque ſuos ſpoliatos hoſpites captiuos cepit.

Nimia opulentia oppidanis cauſa erat ruinæ. Ad tantam enim ſuperbiam & arrogantiã ex rebus ſecundis peruenerant, vt nec Eccleſiam reuererentur, nec principem vllum, aut Deum ipſum timerẽt. Itaque per triduum diripitur ſpoliaturque oppidum. Inuenta cibaria, quæ ſatis fuiſſent in biennium. Erant viæ omnes plenæ carrorum, flumen plenum Nauigiorum, auehendis miſerabilis oppidi diuitijs.

Inuenti quidam ex illis, qui tam enormiter conuiciati fuerãt principibus. Hi ſimul colligati, & in profluentem abiecti. Bombardicus
B magiſter per Comitem captus ſuſpenſuſque in colle qui templo imminet. Auctores omnes huius motus quotquot poterant comprehẽdi, flumine extincti.

Principio publicationis bonorum interdixit Carolus, pœna adiecta capitali, ne quis vlli ſtuprum inferret mulieri. Tres tamen milites capti ſunt, & conuicti eius criminis, quos Carolus traductos circum exercitum, vt documento eſſent commilitonibus, in conſpectu omnium gabalo ſtrangulauit, magno proteſtatus iuramento quoſcũque tales, ſiue nobiles, ſiue ignobiles reperiſſet, eandem ſubituros eſſe pœnam.

Rarum exemplum inter Gallos, quorum effrænata turpitudo ea tempeſtate nẽ Turcas quidem aliaſque remotas gentes fugiebat. Mos
C deteſtabilis erat Gallis vt ſtatim à captis oppidis mulieres ad ſtuprum raperent, vel in maritorum conſpectu. Eam fœditatẽ Carolus omni conatu tollendam exiſtimauit. Genus omne muliebre & pueros, & ſacerdotes oppido emiſit, eoſque propemodũ Leodium vſque deduci imperauit. Nemo adeo ſaxeo erat corde, qui miſericordia non moueretur cum fletum horum atque planctum, tam miſerabilem videret.

Quinto calend. Septemb. poſtquam & plumbo ſuo templa & ædificia ſplendidiora eſſent exuta, ſacræ veſtes, Reliquiæ Sanctorum, & nonnulla alia templorum ornamenta Bouinas aſportata ſunt, & oppidum incenſum, quo quidem incendio plures interijſſe mortales
D referuntur, qui ſe in templa locaque alia ſecura abdiderant. Ferro non minus ſæuitũ, nulli vero parcitum. Portæ, muri, turres, ædes ſacræ, omniaque ædificia ſic demolita ac ſolo æquata, vt vbi ſtetiſſet Dionantum vix cerneretur.

Calend. Septembribus Philippus Bouinis reuerſus eſt Namurcũ, quo ad eum Leodienſium venẽre legati pacem ſupplices petitum, quam à Duce his legibus acceperunt. Promittunt ſe ſexcenta milia Florenorum Rhenenſium intra annos ſex ſolituros, Duces Brabãtiæ in perpetuum ſibi aduocatos & protectores accepturos, ſine quorum conſilio & auctoritate nihil nouarum rerum eſſent molituri. Epiſcopum ſuum Ludouicum cum pace recepturos. Eo pro fœdere con-

ſeruando 50. Duci dant obſides, vt pote ex Leodio 32. ex Tungris 6. ex Trudonenſibus 6. ex Haſleto totidem. Tungri, Hoyani, Trudonenſes, & Haſletenſes portis ſuis muriſque proſtratis, pacem ſibi auro redemerunt. A

Et poſt pauca.

Cogitabat Rex Galliæ expeditionem in Flandriam, & grandes adunabat copias, ſed conſilium, mutare coactus eſt territus noſtrorũ Brabantinorum potentia, & fœlicitate. Miſit autem Legationem ad Leodienſes, cuius erant Principes Epiſcopus Tricaſſium, & quidam Ioãnes Hebertus. Montes illi genti aureos promiſit, vt parati ſemper eſſent ad rebellandũ Philippo, ita extremam illis perditionẽ attulit.

Eandem hiſtoriam refert & cõfirmat Philippus de Comines qui præſens interfuit lib. 2. ſuorum memorialium cap. 1. & D. Oliuerius de la Marche in ſuis memorialibus lib. 1. c. 5. & Adrianus de veteri buſco. B

Leodienſes freti ſubſidijs Regis Galliæ rurſus Epiſcopo & Carolo bellum mouent, ſed minus fæliciter.

CAPVT XXX.

DEfuncto autem Duce Philippo, neque pacis Oeleniæ, neq; obſidum ſuorũ memores Leodienſes aduerſus Epiſcopũ ſuum & Ducem Burgundiæ Brabantiæ &c. Carolum rurſus rebellarunt, quo eos potiſſimum inſtigabant Viriditentorienſes, fretos ſubſidijs gallicis, vt pote quibus Ludouicus Rex Galliæ ſex milia peditũ, & quatuor centurias equitum ſubſidio miſit, quorum ductores erant Antonius Comes S. Martini, Salazardus, Robertus Scotus, Stephanus Dignotus. His etiam ſe adiunxerat Wilhelmus Arenbergius. C

Rex Galliæ ſuppetias fert Leodienſibus.

VVilhelmus Arenbergius.

His copijs Freti Leodienſes S. Trudonem cingunt, ac deditione mox capiunt: quem & expulſo Borbonico præſidio, mox ſuo firmant. Non multo autem poſt Wilhelmus Arenbergius vna cum multis ſtipendiarijs ac Ciuibus Leodienſibus in pagum Hanneſſium ſe contulit, qui 2. miliaribus diſtat Hoyo, ex quo cum ditionem omnem Hoyenſium aliquamdiu depopulatus eſſet, tandem equites, qui apud Epiſcopum Hoy erant, vna cum Ciuibus Hoyenſibus, hoſtes adorti, magna clade affecerunt, vel interfectis, vel fuga elapſis vniuerſis, vel captis, ex quibus tres Hoy in moſam præcipitati ſunt. Arenbergius ipſe in Caſtrum Engrimondam ſe recepit, & ſi Hoyenſes hi equites ſuos pedites, quos in præſidio reliquerãt, ibi præſto habuiſſent, nullus ex hoſtibus euadere potuiſſet. D

Leodienſes Oppidum S. Trudonis capiunt.

Arenbergius à Hoyenſibus cæditur.

Hoc nuncio accepto Leodienſes mirifice exacerbati, accitis Loſſenſibus, & exercitu ingenti cõſcripto Hoyum obſidione arctiſſima cingunt.

Epiſcopus

Digitized by Google

Epiſcopus igitur miſſis literis ad Ducem Carolum quo in ſtatu res
A ſuæ eſſent, expoſuit, & ſubſidium aduerſus hoſtes poſtulauit: cui Dux mox equitum peditumque magnam manum Hoyum miſit cum Capitaneis duobus, quorum alter Dominus de Boſſut, alter Dominus de Emmory erat.

Epiſcopus Hoy obſidetur.

Hi ergo duo capitanei, ſimulque & Dominus Euerardus Arenbergius, qui præfectus erat equitum Borbonicorum in dies aduerſus eos velitabantur, qui in caſtris erant. Sed Ciues Hoyenſes non ſatis prudenter defenſionem patriæ moliti ſunt: Nam cum in arce Narbonnæ (quæ capacitate ciuitatem ipſam æquabat) defendenda vires ſuas diſpergerent, non ſatis roboris habuerunt ad tuendas partes neceſſarias.

Hoyum capitur à Leodienſibus.

B Itaque pridie S. Lamberti ad horam fere decimam noctu duabus ex partibus Leodienſes Hoyum inuaſerunt, ſcilicet ex parte Arcis Narbonnæ, & ex parte Moſæ; ſtatimque primum Munimētum occuparunt ſecundum Noſocomum; & ad Pſeudothyron vſque penetrarunt iuxta pontem. Erat ibi tum tumultus ingens, & ingens trepidatio: Equites enim quos Dux Carolus iſthuc miſerat, rati ciuitatem ab Hoyenſibus vltro proditam, ſibi cauebant loco, & effractis portis ſub templo Deiparæ Virginis Namurcum ſe receperunt.

His ita geſtis Dominus de Boſſut cum ſuos nulla ratione retinere poſſet, Epiſcopum à Ponte quem armatus tuebatur in arcem ſuam deduxit; ibique, Princeps Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime, in-
C quit, Ciuitatem in præſenti amiſimus, nunc tempus flagitat, vt te ſeruemus: Ciuitatem, quamuis amiſſam, cum Deus volet, recuperabimus, te ſi ſemel amiſerimus, nunquam recuperare poterimus, cedamus hoſtium furori, quibus pares eſſe non poſſumus: his dictis, quamuis reluctantem & pene inuitum Epiſcopum periculo eripuit, ac Namurcum deduxit.

Dominus de Boſſut Ciuitatē Hoyenſem in hoſtiū poteſtatem redactam cernens, Epiſcopo conſulit.

Dominus autem Euerardus Arenbergius, & D. Ioannes Hamelius cum Epiſcopi equitibus Ciuitatem adhuc aduerſus hoſtes tutati ſunt vſque in horam diei poſteri Decimam: Sed cum tandem hoſtiū impetum ſuſtinere diutius non poſſent, ſimulque intellexiſſent Epiſcopum iam vrbe exceſſiſſe, ipſi quoque ſtatione relicta Namurcum
D abierunt.

Euerardus Arenbergius & Hamelius Hoyum fruſtra defendunt.

Interea vero temporis dum hi poſt Epiſcopi deceſſum hoſtes viriliter arcerent, Ciues Hoyenſes cum vxoribus ac liberis Epiſcopum Namurcum vſque relicta Ciuitate ſecuti ſunt; adeo vt Epiſcopus depræhenderit ibi Hoyenſium familias mille ducentas: Sic igitur ciuitas Hoyenſis capta fuit, errore externi militis, qui oppidanis non fidebat.

Ciues Hoyenſes Epiſcopum Bruxellas vſque ſequuntur.

Epiſcopus igitur Hoyenſes & armatos ſuos per pagos Brabantiæ diſpoſuit, ipſeque porro ad Ducem Carolum Bruxellas profectus eſt, quem ille benigniſſime exceptum promiſſo ſubſidio conſolatus eſt;

Carolus viſo Epiſcopo exaſperatur.

plane autem ad cōſpectum Epiſcopi Dux ita commotus fuit, vt iureiurando affirmaret intra tempus haud longum ſe hanc iniuriam eſſe vindicaturum, ſtatimque cōuocatis ducibus ac præfectis iuſſit ea præparari, quæ ad expeditionem neceſſaria eſſent. A

Coneſtabulus Franciæ diſſuadet Carolo Burgundo bellum aduerſus Leodienſes.

Aderat ea tempeſtate Bruxellæ Comes S. Pauli Coneſtabulus Frāciæ, qui nihil non mouebat, vt hanc expeditionem impediret, inter cætera dicens, Leodienſes nunc Hoyenſium ſpolijs ditatos ſubigi difficulter poſſe, deinde & hyemem quoque eſſe propinquam, quę bellis gerēdis incommoda ſemper eſſet: hyems (inquit) non adeo propinqua eſt, vt huius cauſa bellum intermiſſurus ſim, quæ non minus illis erit incommoda, quam mihi; opibus autem non adeo ſunt aucti, quin & augeri poſſint, & minui. Mihi ſtat ſententia hanc aleam cum Leodienſibus iacere, quare mihi de hoc negocio verba vlterius nemo faciat, ſed paret ſe quiſque ad bellum, quod inſtat. B

Mater quoque Ducis ſed fruſtra.

Acceſſit etiā Brugis mater Ducis Bruxellas, vt ipſum precibus ſuis detineret: ſed Dux in propoſito ſuo perſtitit.

Rex quoque Frāciæ, ſed fruſtra.

Leodienſes autem rupturi pacem auxilium à Ludouico Francorū Rege petierant, profeſſi ſe fœderatos atque clientes ſemper fuiſſe Regum Francorum. Quorum petitionibus ille non ſolum libenter ſatisfecit, ſed etiam legatis miſſis Carolum Ducem admonuit, vt ne ille bello infeſtaret Leodienſes Regis confœderatos & amicos, & cliētes inducijs comprehenſos. Cui Carolus reſpondit Leodienſes ſuos eſſe clientes, ſeque per ſuperiores pactiones illorum eſſe patronum atque tutorem, & quoniā non ſolum fœdam ſine cauſa ſeceſſionē feciſſent, ſed & rupta pace bellum vltro mouerent, æquum eſſe, vt illos caſtiget & in officio contineat. C

Paulus 2. Pontifex Romanus animat Carolū contra Leodiēſes rebelles.

Interea temporis Pontifex Romanus Paulus 2. propoſitis largiſſimis indulgentijs Carolum eſt cohortatus, vt gentem rebellem ad vnionem Eccleſiæ & obediētiam Epiſcopi ſui reduceret. Carolus igitur ne quid temere tentaret, Feciales ſuos Leodium præmiſit, qui incolis aut obedientiam præſtandam denuncient Pontifici, atque Epiſcopo, aut ſuo nomine bellum indicant, quibus mandatum eſt, vt, dum iuſſa facerent, altera manu ardentem facem, altera ſtrictum gladium præferrēt, quo declararent, Carolū Ducē præfatos obſtinatos, ac rebelles ferro flammiſque perſequuturum. D

Feciales Leodiū miſſi quales.

Exercitus Caroli cōtra Leodienſes.

Cæterum cum Leodienſes his minis non deterriti in propoſito perſiſterent, Carolus exercitum validiſſimum contraxit, in quo alij fuiſſe commemorant armatorum centum milia, alij his etiam 50. milia addunt: 50. obſides Leodienſes antequam expeditionem faceret Dux liberos dimiſit, ea tamen lege, vt ſi arma aduerſus ipſum ſuſciperent capitalē pœnam depræhenſi ferrent. Principio igitur S. Trudonem Dux obſidione cinxit in profeſto SS. Simonis ac Iudæ, propterea quod Trudonenſes in expugnatione Hoyenſi nuper præcipuā operam nauaſſent Leodienſibus, ex ea autem parte vrbem Dux potiſſimum obſedit, qua Leodiū verſus ſpectat: aderatque in caſtris vna

S. Trudonem obſidet.

cum

Digitized by Google

cum Duce ipſe quoque Epiſcopus, quem & Hoyenſes, & ſui reliqui A ſequebantur armati ſplẽdidiſſime, & ſpe patriæ recuperandæ ad bellum alacerrimi: non minus autem bene animati & Leodienſes eodẽ poſtridie cum 20. milibus aduolarunt; qui quo hoſtibus ſuis maiorem facerent contumeliam, ad arma ſumenda coegerunt ſacerdotes, canonicos, Monachos, & præcipuos quoſque eorum fautores & amicos, quos & præliũ inituri in prima acie collocarũt, edicto propoſito, quo deſertores, & transfugas pœnæ capitis & omnium bonorũ confiſcationi ſubijciebant.

Stratagema Leodienſium.

Eodem igitur die conſerto prælio acriter vtrimque dimicatum fuit; ſed penes Carolum victoria fuit, qui quo ſuam de ea lætitiam teB ſtaretur 300. ex nobilibus ſuis in prœmium rei bene geſtæ, equites auratos, ſiue vt quidam vocant, milites creauit. Ex Leodienſibus eo die ad 3. milia interfecti ſunt, reliqui ſuperuenientis noctis beneficio dilapſi Leodium redierunt, Duce Raſone Herenſi, qui auctor edicti dudum fuerat, quo fugientibus capitis & omnium bonorum pœna ſtatuta erat.

Carolus in prælio victor.

Inter occiſos à parte Leodienſium reperti ſunt Dominus Barrado Surletus eques auratus, & canonici duo ad S. Lambertum, cõtigit hic conflictus ad auſtralem plagam vrbis Trudonenſis non longe à Monaſterio Sepperenſi. Trudonenſes etſi in hoſtiũ caſtris, & prope mœC nia conſpicerent captiua Leodienſiũ ſigna, tamen aliquantiſper credere noluerunt Leodienſes eo prælio ſuccubuiſſe.

Conflictus in Sepperen.

Poſt biduum tamen percepta veritate, cum neque ab amicis ſubſidium vlterius, neque ab hoſtibus requiem expectarent, viriũ ſuarum ſibi conſcij, veniam à Carolo petunt, atque impetrant; ea tamen conditione, vt & conſtitutam pecuniæ ſummam mulctæ nomine ſoluant, & vrbis ſuæ portas ac mœnia ipſi diruant; quod & mox ita factum eſt: tum vnus ex capitaneis, nõ amplius, in ciuitatem ex caſtris, Ducis iuſſu, profectus eſt.

Trudonenſes veniam impetrant.

Dux autem hinc porro Tungros mouit: ſed Tungrenſes exemplo Trudonenſium moti in caſtra ſupplices veniunt, & pacem precati impetrant ijſdem conditionibus quibus & Trudonenſes.

Tungrẽſes veniam impetrãt

Conſimiliter etiam venerunt, & ijſdem quoque legibus impetraD runt pacem reliquæ Ciuitates ditionis Loſſenſis, vt & pecuniam cõſtitutam penderent, & munitiones ſuas ipſæ diruerent.

Similiter & reliquæ Ciuitates ditiõis Loſſenſis.

Interim vero dum Trudonenſis obſidio duraret D. Antonius Baſtardus Burgundiæ cum copijs Beringas ſe contulerat, vt eam Ciuitatem incendio conſumerent in vindictam Ducis Philippi patris ſui: audita enim Philippi morte oppidani hic aluearibus veluti campanis compulſauerant ad eius exequias, vociferantes contumelioſe diabolum antiquũ obijſſe, adijcientes & alia cõuicia conſimili ſcurrilitate quamplurima. Hanc igitur contumeliam ille vt vlciſceretur ciuitatem totam flammis abſumpſit.

Buringenſium clades propter ſua conuincia.

Wilhelmus Arenbergius Toparcha tum temporis Comitatus Loſſenſis

Wilhelmus Arenbergius fugit.

ſenſis venerat, vt Ciuitati periclitanti ſuppetias ferret, ſed cum dedecore iſthinc fugere coactus fuit: cumque tota Loſſenſis ditio pacem impetraſſet, ipſe etiam Wilhelmus Arenbergius Euerardi Arenbergij potiſſimum opera pacem conſecutus eſt, ac partium Burgundicarum factus eſt. Tandem & Leodienſes in caſtra ante Tungros ad Carolum ſupplices venerãt; ſed Carolus propius Leodiũ cum exercitu accedere voluit, vt ibi de pace tractaretur.

Fit partiũ Burgundicarum.

Leodienſes Carolo ſupplices.

Interim vero Carolus ex hoſtium ſpolijs magnopere ditatus eſt: *capta ſunt* (inquit Meyerus) *per agros ad ſex aut ſeptem milia hominum, capti 300. amplius carri, omni genere cibariorum, & inſtrumentorum bellicorum onuſti, capta centum & viginti pulchra ſerpentina, & ſex præterea grandes Bombardæ.*

ANNOTATIONES.

De hoc capite Vide Bruiſtemium, Placentium, Meyerum & Philippum Comi.

Leodium obſidetur à Carolo, dedit ſe duris conditionibus & ſacra omnia Leodij reſtituuntur.

CAPVT XXXI.

Poſtquam igitur hæc ita peracta eſſent, mouit Carolus caſtra, & vna cum Epiſcopo Leodium obſidione cinxit in profeſto S. Martini; ac Dux quidem ad S. Laurentium Epiſcopus ad S. Ægidium diuerſatus eſt.

Carolus Leodium cingit ac deditiõe capit.

Leodienſes igitur in arctum concluſi, cum ſpem ſubſidij nullam vlterius viderent, deditionem faciunt, & ſalutem dumtaxat pacti, reliqua omnia Ducis arbitrio permittunt: ſed antequam id conſequuntur, 322. ex præcipuis, lineis duntaxat induſijs diſcooperti, diſcalceati, diſcincti, oppido prodeunt, atque ad Ducis genua ſe aduoluunt, & coram legatis Regis Franciæ, Angliæ, Britanniæ, miſericordiam implorant.

Pax initur duris conditionibus.

Quanquam igitur toties rebelles fuiſſent, in gratiam tamen illos Carolus recepit conditionibus ſatis duris, quas quoniam Placentius & Meyerus, & alij copioſe proſequuti ſunt, nobis nihil eſt neceſſe eas hic odioſius inculcare.

Confecta igitur pace Raſo Herenſis, & Gallici exercitus ductores cum Carolum præſtolari non auderent, cum auro & argento quod per vrbem corraſerant data fuga noctu ad Regem in Galliam ſe proripiunt.

Duces Leodienſium aufugiũt.

Decima itaque ſeptima die Nouembris inſtructa acie Dux Carolus vna cum Epiſcopo Leodium ingreſſus eſt armatus, interdicta tamen omni direptione, ac violentia militibus ſuis: Cumque inter no-

Carolus Dux Leodium ingreditur cum triumpho.

nam

A nam ac decimam per portam S. Margaretæ ingrederetur, iterque inde retro S. Dionyſium per nouam plateam pontanam perque forum ad palatium faceret, ab eo tempore ingredientium conſequentia, vſque ad horam à meridie quartam continuata fuit: populus interim Leodiẽſis, viri ſimul & mulieres in plateis Ducem atque Epiſcopum Dominos ſuos excipiebant.

Eum porro ordinem Carolus in triumphali hoc ſuo introitu ſeruabat, vt armatus ipſe ſtipatus Epiſcopo armato, dextera manu ſtrictum gladiũ tenens cum ſuo exercitu præcederet, ac deinde Epiſcopi exercitus ſequeretur, quod eo conſilio Carolus ita voluiſſe dicitur, quo appareret ipſum ſuo auxilio Epiſcopũ in Sedem ſuam reſtituiſſe. *Manu ſtrictum gladiũ tenet.*

B Dux autem in palatio, Epiſcopus in domo Merodiana apud S. Lamberti conuentum diuerſatus eſt.

Tum inter cætera edictum fuit, vt omnia Hoyenſium ſpolia quæ menſe Septembri direpta ciuitate Leodium aduecta fuerant, in porticum S. Lamberti comportarentur, vt inde quiſque quod ſuum eſſet agnitum reciperet; quo facto illi qui Hoyum hactenus nomine Leodienſium tenebant, oppido relicto aufugerũt locumque ciuibus fecerunt, qui hactenus magna ex parte aqud Epiſcopum in expeditione fuerant.

Porro autem Dux Leodio Hoyum 28. die Nouẽbris profectus eſt: eodemque die pulpito ibi conſtructo, viri 7. ex his, quos Dux ſibi cõcedi poſtulauerat, publice decollati ſunt; tres reliqui etiam producti, ſed interuentu magnatum periculo mortis erepti fuerunt. *Carolus Hoij animaduertit in auctores motuum.*

C

Non multo poſt hæc Epiſcopus conuocato omni clero itidem receptus eſt in poſſeſſionem ditionis Eccleſiaſticæ: congregatis enim omnibus omniũ Eccleſiarum canonicis ac præsbyteris, ipſe indutus ornatu ſacerdotali & canonicali, voluit vt illi, qui in fide olim ipſi data præſtitiſſent, & ſacra tẽpore interdicti non profanaſſent, põtificali habitu adeſſent, cæteri veſtitu diurno venirẽt. Itaque ex tẽplo S. Bartholomæi facta proceſſione ad S. Lambertũ iuerunt, præcedentibus vna cum Epiſcopo ijs, qui habitũ gerebant Eccleſiaſticũ, reliquis ſubſequẽtibus, & cereum ardentẽ manu tenentibus, qui quidem cum ad chorum vſque perueniſſent, genibus Epiſcopi aduoluti veniam delictorum omnes precati impetrarunt. *Epiſcopus reſtituitur.* *Proceſſio Cleri mirabilis.*

D

Cæterum ſacra non antea celebrata ſunt, quã legato Romã miſſo, Pontifex remiſſo aliquo, Banni abolitio facta eſſet.

Anno 1468. Octaua Ianuarij Epiſcopus Moſacam profectus eſt: cui & clerus omnis cum ſolemni proceſſione, & populus maxima ex parte lineis indutus ſupplex obuiam proceſſit, ac veniam delictorum precatus eſt: Quibus Epiſcopus libenter omnem culpam remiſit, auctorque fuit, vt in poſterum prudentiores eſſent vbi magna veneratione exceptum, cado vini, & Boue ſaginato donauerunt. *Moſacenſes Epiſcopum excipiunt vt & cæteri eiuſdẽ Comitatus incolæ.*

Inſequenti die Dominica Bredæ, & poſtridie Haſſelæ conſimiliter exceptus atq; donatus fuit, obtulerũtq; illi Haſſelẽſes præterea pãnos

Digitized by Google

integros duos nomine Bellarts inſignes cum Bubus duobus.

A Die martis qui 12. fuit menſis eiuſdem Ianuarij natalitia Chriſti celebrauit in aula Curingana cum feudatarijs ſuis de Comitatu Loſſenſi.

Decima quarta die Tungros venit, vbi & cõſimili modo exceptus fuit, duobuſque cadis vini, & Boue vno donatus fuit.

Viceſima autem ſeptima eiuſdem menſis ad S. Trudonẽ venit, vbi & conſimiliter exceptus eſt, oblatique ſunt ei argentei canthari duo, boues duo, & cadus vini Rhenani vnus.

Inſequenti nocte hic ſex ciues comprahenſi, & poſtridie in foro publice ad peronam capite truncati ſunt, quorũ inſignis peruerſitas rebellioni aduerſus Epiſcopum cauſam præbuerat. B

Leodienſes ſacris reſtituti per legatum apoſtolicum.

Eodem anno vltima Aprilis quæ ſabbathi dies fuit, Leodium Roma miſſus aduenit legatus Apoſtolicus D. Onophryus Tricaricenſis Epiſcopus, qui magna cum ſolemnitate introductus fuit, & nexu excommunicationis clerum prophanatum, & populũ Leodienſem abſoluit, vſumque ſacrificiorum templis reſtituit.

Conſequenterque die Dominica, quæ prima erat Maij, ſumma cũ ſolemnitate Epiſcopus primam miſſam ad S. Lambertum Leodij celebrauit: tum adornata fuit ſolemnis proceſſio ac ſupplicatio, Epiſcopus ipſe ornatus habitu Epiſcopali venerabile Sacramentum portabat, eum comitabantur legatus Apoſtolicus Onophryus, Suffraganeus ipſius, Abbas Floreſſienſis, Abbas Duyſſenſis prope Coloniam, C Abbas S. Iacobi apud Leodium, Abbas Beauparenus, Abbas S. Ægidij. Quatuor Fulcra tentorij, quo venerabile Sacramentum contegebatur, quatuor ex nobilioribus ad S. Lambertum canonicis baiulabãt ornati habitu ſubdiaconorũ, quorum ſinguli ſingulos ſtipatores habebant equites auratos.

Cumque hæc ſupplicatio accedentibus omnibus canonicis octo Eccleſiarum ad hunc modum ſolemniter perfecta eſſet, Epiſcopus magnificum ac ſolemne Epulum in palatio cunctis primatibus, tum Eccleſiaſticis, tum politicis exhibuit.

ANNOTATIONES.

Qui volet hiſtoriam huius capitis particularius cognoſcere legat Philippum de Commines qui rebus geſtis interfuit lib. 2. ſuorum memorabilium à capite 2. vſq; ad quintum. D

Viriditentorienſes & alij factioſi homines ſubſidijs Regis Franciæ freti iterum Epiſcopo & Duci bellum mouent.

CAPVT XXXII.

Factioſi Leodiũ reuerſi nouis motibus ſtudent.

ERat autem tum temporis ingens apud Leodium exultatio, ingens gaudium: ſed non admodum durabile. Namque nona Septembris, quæ dies veneris erat eiuſdẽ anni ex Francia Leodium

Digitized by Google

dium aduenerunt Dominus Vincentius de Bueren, & Ioannes de
A Vilde equites aurati, necnon & alij permulti fugitiui, ac viriditēctorienſes ope potiſſimum & auxilio Francimontenſium, & ipſorum Leodienſium, & illorum qui ad miliarium banni verſabantur: ea freti opportunitate, quod Epiſcopus ante triduum ad Comitia Traiectum profectus eſſet.

Itaque iſti Heroës Ciuitate potiti Ducis Præſidiarios & amicos Epiſcopi, omneſque Borbonici, atque Burgundici nominis fautores vel occidebāt, vel expellebant. Cum non pauci metu pręſentis periculi vltro fugerent, & Traiectum ſe reciperent ad Epiſcopum, hi ipſi quoque à ruſticis in pagis Harſtaldo, Iupilla, & alijs ſpoliabantur, &
B interficiebantur.

Hac igitur re cognita Epiſcopus collecta manu quam potuit maxima ſtatim Leodium aduolauit, & eos, qui elabebantur ab incurſu ruſticorum liberauit. Cumque non ſatis inſtructus eſſet ad Ciuitatem occupandam Traiectum reuerſus eſt.

Mox igitur miſſis literis per omnes ciuitates ac vicos, qui ſuæ ditioni ſubiecti erant præfectis, ac feudatarijs ſuis diem conſtituit, quo ſe ad expeditionem præpararent; itidemque vt facerent amicos ſuos rogauit. *Epiſcopus exercitum conſcribit aduerſus Leodiēſes.*

Idibus Septembris Epiſcopus vna cum feudatarijs & amicis ſuis, quos habere potuit, Hameliam inter Tungros & Leodium profectus eſt vbi exercitum congregauit, habuitque ex Ciuitate Traiectenſi ar-
C matos mille ducētos. Cumque Dominus Hugo Humbercurtus cum ſuis copijs, quas ſatis magnas colligebat, tardius aduētaret Epiſcopus Tungros receſſit: quo ad illum Humbercurtus duodecima Octobris inſequentis venit cum exercitu ſuo. *Hugo Humbercurtus cum copijs ſuis adeſt Epiſcopo.*

Interea temporis inſtabant operi Leodienſes, Ciuitatem muniebant, copias, vndecumque poterant, cōſcribebant, fulti rurſus ſubſidio Regis Galliæ, qui hos inſtigabat, vt Carolum Ducem Brabātiæ, qui tunc in Francia bello Regem ipſum infeſtabat, ea ratione frangeret. *Subſidium Regis Galliæ.*

Quæ quidem dum aguntur, rumor ſpargitur, quem & Caroli literæ mox confirmarunt, de pace inter Carolum & Regem Galliæ cō-
D poſita, ob quam cum in publica lætitia exultante Ciuitate tota, vigiles per noctem non ſatisfacerent officio, Leodienſes clam omnibus occupata Ciuitate circa mediū noctis vexillis regijs inſigniti in foro vociferati ſunt lingua Gallica, *Viue le Roy*, ſtatimque cædem oppidanorum & præſidiariorum promiſcue exorſi ſunt. Inter eas anguſtias elabi qui potuerunt Traiectū potiſſimum ſe contulerunt, reliqui ibidē trucidati ſunt, inter quos Robertus Archidiaconus, & Canonici aliquot qui erant Epiſcopo maxime familiares. *Factioſi Epiſcopum capiūt.*

Poſtquam dies illuxiſſet, Epiſcopus, & legatus Pontificius & Humbercurtus dedita domo in qua erant, in fidem atque manū ſe tradiderunt hoſtium, quos illi captiuos auexerunt, excepto Humbercurto, *Leodiū abducunt.*

 quem

Digitized by Google

quem in campis dimiſerunt, ea conditione, vt in pace apud Ducē impetranda ipſis eſſet auxilio, interim tamen captiuus māſit Dominus Ioannes de Vilde, cui & intra ſtatutū diem, ſe in manū poteſtatemq́; eius reuerſurum eſſe pollicitus fuit. A

Epiſcopum ironia excipiunt.

Multi autem Leodienſium accenſis facibus Epiſcopo obuiam profecti aduentum gratulati ſunt falſiſſima ironia, planeque tum de integro ſeſe factis ab Epiſcopo abſtraxerunt, & pro arbitrio ſuo cuncta geſſerunt. Dignitates & officia publica diſtribuerunt quibus libuit. Dominus Ioannes de Vilde Prætor erat Leodienſis, cui tum Leodij quod libuit, licuit, ſtipatores eius erant magno numero viriditentorienſes.

Præſidia ex Francia Tungros veniunt.

Idibus porro Octobris Mareſcalcus Burgundiæ Dominus de Argne, & Philippus Sebandus ex Burgundia vnà cum ſex aut ſeptem milibus armatorum Tungros ſe contulerunt, quo factum eſt, vt Comitatus Loſſenſis eorum viribus reſiſtere diutius non potuerit. B

ANNOTATIONES.

Vide Placentium & Comineum.

Expeditio Ducis Caroli & Regis Franciæ aduerſus Leodienſes, Ciuitatis expugnatio, deprædatio, & quædam alia externa. C

CAPVT XXXIII.

Carolus expoſtulat cum Rege Franciæ.

ITaque nuntij eueſtigio in Franciam ad Carolum ſunt miſſi, qui illum de ſucceſſu rerum Leodienſium certiores facerent. Quibus auditis ille nimium commotus Peronæ vbi tum agebat, portas claudi iuſſit per vniuerſum biduum, ita vt Rex Franciæ, qui eo colloquij & pacis gratia cum paruo Comitatu aduenerat, captum ſe quodammodo ratus non mediocriter timeret: interim tamen cum Carolus acriter cum illo expoſtularet, cur ſub obtentu pacis inſidias ſibi iſtas ſtrueret? Rex iuratus ſe harum rerum omnium ignarū eſſe, quo magis fidem faceret, Sacrum Chriſti Corpus in veritatis teſtimonium ſumpſit, ac velut in vindictam factæ ſibi à Leodienſibus contumeliæ, qui talia ſpargerent, promittit ſe vnà cum Carolo ad euertendum Leodium profecturum. D

Rex iuratus negat ſubſidiū à ſe datū Leodienſibus.
Expeditio Caroli & Regis Galliæ aduerſus Leodiēſes.
Dux venit Lātinum.
Velitātur Leodienſes & multos cædūt.

Carolus itaque vnà cum Rege caſtra mouit verſus Leodium: ac 22. Octobris die Adolphus Raueſtanus cum copijs ab ipſo præmiſſis venit ante Leodium in pagum cui nomen eſt Lantinum. Quo mox etiam conuenerunt Burgundi illi, qui nuper Tungros venerant. Quæ quidem cum fieri viderent Leodienſes eruptione in hos facta velitati ſunt, ſed mox Leodium abacti, non paucis interim hoſtium occiſis.

Hoc

Digitized by Google

Hoc facto Dn: Ioannes de Vilde Epiſcopū conuenit, Lantinenſem A conflictum retulit, deque ſuorum caſu, & hoſtium frequentia certiorem fecit; porroque rogauit, vt ad pacem impetrandam ſibi adiutor eſſet, quo annuente, populi conuentus in palatium indictus eſt; Ibi Epiſcopus populo omnem operam ſuam pollicitus eſt. Ideoque inibi ſtatutum fuit, vt Epiſcopus ipſe in caſtra profectus coram cum Duce ac Rege de pace tractaret. Quocirca cū mox eodē die 25. in caſtra Lantinenſia & inde porro hortatu Burgundorum Duci obuiam proceſſiſſet, ac de pace locutus eſſet, non modo nihil impetrauit, ſed etiam in caſtris detentus eſt, ne in Ciuitatem redire poſſet. Gaudebat enim Carolus, gaudebant & Borbonij fratres Epiſcopi, quod ea ciuitate emiſſus eſſet, quam ipſi euerſum veniebant. *Ioānes de Vilde fruſtra de pace cum Duce agit.*

B Cingitur itaque tandem obſidione ciuitas; ac Dux quidem vnà cū Rege ac Duce Mancouio caſtra metatus eſt ad portam S. Walburgis: Burgundi autem & Humbercurtus, item Dux Sabaudiæ atque exules Leodienſes, qui caſtra ſequebantur in propinquo ciuitatis erant ad portam ſancti Laurentij. Cum his erat etiam Epiſcopus qui magnis precibus eo rem tandem deduxerat, vt pax coitura foret, ſi modo Francorum militum Duces vrbe voluiſſent excedere, donec fuiſſent conceptæ cōditiones pacis, ſoli enim Epiſcopo dedenda fuerat Ciuitas, qui ſolus vna cum ſuis eam ingreſſus in fidem recepturus erat, nec erat præter eum quiſquam alius Princeps eam ingreſſurus. Cæterum cum Galli his cōditionibus obtemperare detrectarēt, ſpes C omnis de pace concepta irrita facta fuit. *Ciuitas obſidione cingitur.* *Epiſcopus precibus inſtat pro pace fruſtra.*

Viceſima igitur ſeptima die circa portam S. Leonardi primus impetus ad Ciuitatem factus eſt, in quo aſſultu qui viriliter ſe geſſerant equites aurati à Duce creati ſunt, Euerardus ſcilicet ac Wilhelmus Arenbergij, Gerardus Pantyer, & complures alij nobiles ex ditione Leodienſi. *Expugnatio Ciuitatis Leodienſis.*

Non multo poſt quadam nocte Leodienſes in caſtra Ducis ac Regis eruptione facta magnā ſtragem ediderūt, ac vix dubium quin ipſum Ducem, ipſumque Regem inibi capturi fuerint, ſi modo, vti conſtitutum erat, cæteri ex vrbe eis auxilio veniſſent. Ipſi itaque magno ſuorum numero amiſſo vix in vrbem reuerti potuerunt. *Erūpentes Leodienſes magnā ſtragem edunt.*

Secundo autem aſſultu facto triceſima die eiuſdem menſis Octo- D bris Leodium expugnatum atque captum eſt.

Ac primum quidem Burgundi, & illi, qui ad portam S. Leonardi erant, in Ciuitatem per mœnia irruperunt.

Deinde & ex altera parte etiā parte Dux vna cū Rege per portā Walburgis intrauit: cumq; ad forū vſque perueniſſent, mox Rex Frāciæ ſtrictum gladiū dextera tenens, ſublata voce clamauit, *viuat Burgūdia* quo veluti claſſico milites incitati ſtragem ediderunt parcentes nemini: nulla nec ætatis, nec ſexus, nec ordinis habita ratione, obuiū quemq; peremerunt; multi in tumultu dilapſi in ſyluam Arduennam ſe abdiderunt, qui ibidem à nobilibus indigenis porro ſpoliati ſunt. *Rex Galliæ velut claſſicum ad ſtragē edit.*

 Conſul-

Digitized by Google

ſeruando 50. Duci dant obſides, vt pote ex Leodio 32. ex Tungris 6. ex Trudonenſibus 6. ex Haſleto totidem. Tungri, Hoyani, Trudonenſes, & Haſletenſes portis ſuis muriſque proſtratis, pacem ſibi auro redemerunt. A

Et poſt pauca.

Cogitabat Rex Galliæ expeditionem in Flandriam, & grandes adunabat copias, ſed conſilium, mutare coactus eſt territus noſtrorũ Brabantinorum potentia, & fœlicitate. Miſit autem Legationem ad Leodienſes, cuius erant Principes Epiſcopus Tricaſſium, & quidam Ioãnes Hebertus. Montes illi genti aureos promiſit, vt parati ſemper eſſent ad rebellandũ Philippo, ita extremam illis perditionẽ attulit.

Eandem hiſtoriam refert & cõfirmat Philippus de Comines qui præſens interfuit lib. 2. ſuorum memorialium cap. 1. & D. Oliuerius de la Marche in ſuis memorialibus lib. 1. c. 5. & Adrianus de veteri buſco. B

Leodienſes freti ſubſidijs Regis Galliæ rurſus Epiſcopo & Carolo bellum mouent, ſed minus fæliciter.

CAPVT XXX.

DEfuncto autem Duce Philippo, neque pacis Oeleniæ, neq; obſidum ſuorũ memores Leodienſes aduerſus Epiſcopũ ſuum & Ducem Burgundiæ Brabantiæ &c. Carolum rurſus rebellarunt, quo eos potiſſimum inſtigabant Viriditentorienſes, fretos ſubſidijs gallicis, vt pote quibus Ludouicus Rex Galliæ ſex milia peditũ, & quatuor centurias equitum ſubſidio miſit, quorum ductores erant Antonius Comes S. M. rtini, Salazardus, Robertus Scotus, Stephanus Dignotus. His etiam ſe adiunxerat Wilhelmus Arenbergius. C

Rex Galliæ ſuppetias fert Leodienſibus.

VVilhelmus Arenbergius.

His copijs Freti Leodienſes S. Trudonem cingunt, ac deditione mox capiunt, quem & expulſo Borbonico præſidio, mox ſuo firmant. Non multo autem poſt Wilhelmus Arensbergius vna cum multis ſtipendiarijs ac Ciuibus Leodienſibus in pagum Hanneſſium ſe contulit, qui 2. miliaribus diſtat Hoyo, ex quo cum ditionem omnem Hoyenſium aliquamdiu depopulatus eſſet, tandem equites, qui apud Epiſcopum Hoy erant, vna cum Ciuibus Hoyenſibus, hoſtes adorti, magna clade affecerunt, vel interfectis, vel fuga elapſis vniuerſis, vel captis, ex quibus tres Hoy in moſam præcipitati ſunt. Arenbergius ipſe in Caſtrum Engrimondam ſe recepit, & ſi Hoyenſes hi equites ſuos pedites, quos in præſidio reliquerãt, ibi præſto habuiſſent, nullus ex hoſtibus euadere potuiſſet. D

Leodienſes Opidum S. Trudonis capiunt.

Arenbergius à Hoyenſibus ceditur.

Hoc nuncio accepto Leodienſes mirifice exacerbati, accitis Loſſenſibus, & exercitu ingenti cõſcripto Hoyum obſidione arctiſſima cingunt.

Epiſcopus

Epiſcopus igitur miſſis literis ad Ducem Carolum quo in ſtatu res
A ſuæ eſſent, expoſuit, & ſubſidium aduerſus hoſtes poſtulauit: cui Dux mox equitum peditumque magnam manum Hoyum miſit cum Capitaneis duobus, quorum alter Dominus de Boſſut, alter Dominus de Emmory erat. *Epiſcopus Hoy obſidetur.*

Hi ergo duo capitanei, ſimulque & Dominus Euerardus Arenbergius, qui præfectus erat equitum Borbonicorum in dies aduerſus eos velitabantur, qui in caſtris erant. Sed Ciues Hoyenſes non ſatis prudenter defenſionem patriæ moliti ſunt: Nam cum in arce Narbonnæ (quæ capacitate ciuitatem ipſam æquabat) defendenda vires ſuas diſpergerent, non ſatis roboris habuerunt ad tuendas partes neceſſarias. *Hoyum capitur à Leodienſibus.*

B Itaque pridie S. Lamberti ad horam fere decimam noctu duabus ex partibus Leodienſes Hoyum inuaſerunt, ſcilicet ex parte Arcis Narbonnæ, & ex parte Moſæ; ſtatimque primum Munimētum occuparunt ſecundum Noſocomum; & ad Pſendothyron vſque penetrarunt iuxta pontem. Erat ibi tum tumultus ingens, & ingens trepidatio: Equites enim quos Dux Carolus iſthuc miſerat, rati ciuitatem ab Hoyenſibus vltro proditam, ſibi cauebant loco, & effractis portis ſub templo Deiparæ Virginis Namurcum ſe receperunt.

His ita geſtis Dominus de Boſſut cum ſuos nulla ratione retinere poſſet, Epiſcopum à Ponte quem armatus tuebatur in arcem ſuam deduxit; ibique, Princeps Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime, inquit,
C Ciuitatem in præſenti amiſimus, nunc tempus flagitat, vt te ſeruemus: Ciuitatem, quamuis amiſſam, cum Deus volet, recuperabimus, te ſi ſemel amiſerimus, nunquam recuperare poterimus, cedamus hoſtium furori, quibus pares eſſe non poſſumus: his dictis, quamuis reluctantem & pene inuitum Epiſcopum periculo eripuit, ac Namurcum deduxit. *Dominus de Boſſut Ciuitatē Hoyenſem in hoſtiū poteſtatem redactam cernens, Epiſcopo conſulit.*

Dominus autem Euerardus Arenbergius, & D. Ioannes Hamelius cum Epiſcopi equitibus Ciuitatem adhuc aduerſus hoſtes tutati ſunt vſque in horam diei poſteri Decimam: Sed cum tandem hoſtiū impetum ſuſtinere diutius non poſſent, ſimulque intellexiſſent Epiſcopum iam vrbe exceſſiſſe, ipſi quoque ſtatione relicta Namurcum
D abierunt. *Euerardus Arenbergius & Hamelius Hoyum fruſtra defendunt.*

Interea vero temporis dum hi poſt Epiſcopi deceſſum hoſtes viriliter arcerent, Ciues Hoyenſes cum vxoribus ac liberis Epiſcopum Namurcum vſque relicta Ciuitate ſecuti ſunt; adeo vt Epiſcopus depræhenderit ibi Hoyenſium familias mille ducentas: Sic igitur ciuitas Hoyenſis capta fuit, errore externi militis, qui oppidanis non fidebat. *Ciues Hoyenſes Epiſcopum Bruxellas vſque ſequuntur.*

Epiſcopus igitur Hoyenſes & armatos ſuos per pagos Brabantiæ diſpoſuit, ipſeque porro ad Ducem Carolum Bruxellas profectus eſt, quem ille benigniſſime exceptum promiſſo ſubſidio conſolatus eſt;

Digitized by Google

Carolus viſo Epiſcopo exaſperatur.

plane autem ad cōſpectum Epiſcopi Dux ita commotus fuit, vt iureiurando affirmaret intra tempus haud longum ſe hanc iniuriam eſſe vindicaturum, ſtatimque cōuocatis ducibus ac præfectis iuſſit ea præparari, quæ ad expeditionem neceſſaria eſſent.

Coneſtabulus Franciæ diſſuadet Carolo Burgundo bellum aduerſus Leodienſes.

Aderat ea tempeſtate Bruxellæ Comes S. Pauli Coneſtabulus Frāciæ, qui nihil non mouebat, vt hanc expeditionem impediret, inter cætera dicens, Leodienſes nunc Hoyenſium ſpolijs ditatos ſubigi difficulter poſſe, deinde & hyemem quoque eſſe propinquam, quę bellis gerēdis incommoda ſemper eſſet: hyems (inquit) non adeo propinqua eſt, vt huius cauſa bellum intermiſſurus ſim, quæ non minus illis erit incommoda, quam mihi; opibus autem non adeo ſunt aucti, quin & augeri poſſint, & minui. Mihi ſtat ſententia hanc aleam cum Leodienſibus iacere, quare mihi de hoc negocio verba vlterius nemo faciat, ſed paret ſe quiſque ad bellum, quod inſtat.

Mater quoque Ducis ſed fruſtra.

Acceſſit etiā Brugis mater Ducis Bruxellas, vt ipſum precibus ſuis detineret: ſed Dux in propoſito ſuo perſtitit.

Rex quoque Frāciæ, ſed fruſtra.

Leodienſes autem rupturi pacem auxilium à Ludouico Francorū Rege petierant, profeſſi ſe fœderatos atque clientes ſemper fuiſſe Regum Francorum. Quorum petitionibus ille non ſolum libenter ſatisfecit, ſed etiam legatis miſſis Carolum Ducem admonuit, vt ne ille bello infeſtaret Leodienſes Regis confœderatos & amicos, & cliētes inducijs comprehenſos. Cui Carolus reſpondit Leodienſes ſuos eſſe clientes, ſeque per ſuperiores pactiones illorum eſſe patronum atque tutorem, & quoniā non ſolum fœdam ſine cauſa ſeceſſionē feciſſent, ſed & rupta pace bellum vltro mouerent, æquum eſſe, vt illos caſtiget & in officio contineat.

Paulus 2. Pontifex Romanus animat Carolū contra Leodiēſes rebelles.

Interea temporis Pontifex Romanus Paulus 2. propoſitis largiſſimis indulgentijs Carolum eſt cohortatus, vt gentem rebellem ad vnionem Eccleſiæ & obediētiam Epiſcopi ſui reduceret. Carolus igitur ne quid temere tentaret, Feciales ſuos Leodium præmiſit, qui incolis aut obedientiam præſtandam denuncient Pontifici, atque Epiſcopo, aut ſuo nomine bellum indicant, quibus mandatum eſt, vt, dum iuſſa facerent, altera manu ardentem facem, altera ſtrictum gladium præferrēt, quo declararent, Carolū Ducē præfatos obſtinatos, ac rebelles ferro flammiſque perſequuturum.

Feciales Leodiū miſſi quales.

Exercitus Caroli cōtra Leodienſes.

Cæterum cum Leodienſes his minis non deterriti in propoſito perſiſterent, Carolus exercitum validiſſimum contraxit, in quo alij fuiſſe commemorant armatorum centum milia, alij his etiam 50. milia addunt: 50. obſides Leodienſes antequam expeditionem faceret Dux liberos dimiſit, ea tamen lege, vt ſi arma aduerſus ipſum ſuſciperent capitalē pœnam depræhenſi ferrent. Principio igitur S. Trudonem Dux obſidione cinxit in profeſto SS. Simonis ac Iudæ, propterea quod Trudonenſes in expugnatione Hoyenſi nuper præcipuā operam nauaſſent Leodienſibus, ex ea autem parte vrbem Dux potiſſimum obſedit, qua Leodiū verſus ſpectat: aderatque in caſtris vna

S. Trudonem obſidet.

cum

Digitized by Google

cum Duce ipſe quoque Epiſcopus, quem & Hoyenſes, & ſui reliqui A ſequebantur armati ſplẽdidiſſime, & ſpe patriæ recuperandæ ad bellum alacerrimi: non minus autem bene animati & Leodienſes eodẽ poſtridie cum 20. milibus aduolarunt; qui quo hoſtibus ſuis maiorem facerent contumeliam, ad arma ſumenda coẽgerunt ſacerdotes, canonicos, Monachos, & præcipuos quoſque eorum fautores & amicos, quos & præliũ inituri in prima acie collocarũt, edicto propoſito, quo deſertores, & transfugas pœnæ capitis & omnium bonorũ confiſcationi ſubijciebant. *Stratagema Leodienſium.*

Eodem igitur die conſerto prælio acriter vtrimque dimicatum fuit; ſed penes Carolum victoria fuit, qui quo ſuam de ea lætitiam teB ſtaretur 300. ex nobilibus ſuis in prœmium rei bene geſtæ, equites auratos, ſiue vt quidam vocant, milites creauit. Ex Leodienſibus eo die ad 3. milia interfecti ſunt, reliqui ſuperuenientis noctis beneficio dilapſi Leodium redierunt, Duce Raſone Herenſi, qui auctor edicti dudum fuerat, quo fugientibus capitis & omnium bonorum pœna ſtatuta erat. *Carolus in prælio victor.*

Inter occiſos à parte Leodienſium reperti ſunt Dominus Barrado Surletus eques auratus, & canonici duo ad S. Lambertum, cõtigit hic conflictus ad auſtralem plagam vrbis Trudonenſis non longe à Monaſterio Sepperenſi. Trudonenſes etſi in hoſtiũ caſtris, & prope mœC nia conſpicerent captiua Leodienſiũ ſigna, tamen aliquantiſper credere noluerunt Leodienſes eo prælio ſuccubuiſſe. *Conflictus in Sepperen.*

Poſt biduum tamen percepta veritate, cum neque ab amicis ſubſidium vlterius, neque ab hoſtibus requiem expectarent, viriũ ſuarum ſibi conſcij, veniam à Carolo petunt, atque impetrant; ea tamen conditione, vt & conſtitutam pecuniæ ſummam mulctæ nomine ſoluant, & vrbis ſuæ portas ac mœnia ipſi diruant; quod & mox ita factum eſt: tum vnus ex capitaneis, nõ amplius, in ciuitatem ex caſtris, Ducis iuſſu, profectus eſt. *Trudonenſes veniam impetrant.*

Dux autem hinc porro Tungros mouit: ſed Tungrenſes exemplo Trudonenſium moti in caſtra ſupplices veniunt, & pacem precati impetrant iiſdem conditionibus quibus & Trudonenſes. *Tungrẽſes veniam impetrãt*

Conſimiliter etiam venerunt, & iiſdem quoque legibus impetraD runt pacem reliquæ Ciuitates ditionis Loſſenſis, vt & pecuniam cõſtitutam penderent, & munitiones ſuas ipſæ diruerent. *Similiter & reliquæ Ciuitates ditiõis Loſſenſis.*

Interim vero dum Trudonenſis obſidio duraret D. Antonius Baſtardus Burgundiæ cum copijs Beringas ſe contulerat, vt eam Ciuitatem incendio conſumerent in vindictam Ducis Philippi patris ſui: audita enim Philippi morte oppidani hic aluearibus veluti campanis compulſauerant ad eius exequias, vociferantes contumelioſe diabolum antiquũ obijſſe, adijcientes & alia cõuicia conſimili ſcurrilitate quamplurima. Hanc igitur contumeliam ille vt vlciſceretur ciuitatem totam flammis abſumpſit. *Buringenſium clades propter ſua conuincia.*

Wilhelmus Arenbergius Toparcha tum temporis Comitatus Loſſenſis *Vvilhelmus Arenbergius fugit.*

Fit partiũ Burgundicarum.

Leodienſes Carolo ſupplices.

ſenſis venerat, vt Ciuitati periclitanti ſuppetias ferret, ſed cum dedecore iſthinc fugere coactus fuit: cumque tota Loſſenſis ditio pacem impetraſſet, ipſe etiam Wilhelmus Arenbergius Euerardi Arenbergij potiſſimum opera pacem conſecutus eſt, ac partium Burgundicarum factus eſt. Tandem & Leodienſes in caſtra ante Tungros ad Carolum ſupplices venerãt; ſed Carolus propius Leodiũ cum exercitu accedere voluit, vt ibi de pace tractaretur. A

Interim vero Carolus ex hoſtium ſpolijs magnopere ditatus eſt: *capta ſunt* (inquit Meyerus) *per agros ad ſex aut ſeptem milia hominum, capti 300. amplius carri, omni genere cibariorum, & inſtrumentorum bellicorum onuſti, capta centum & viginti pulchra ſerpentina, & ſex praterea grandes Bombarda.*

ANNOTATIONES. B

De hoc capite Vide Bruiſtemium, Placentium, Meyerum & Philippum Comi.

Leodium obſidetur à Carolo, dedit ſe duris conditionibus & ſacra omnia Leodÿ reſtituuntur.

CAPVT XXXI.

Carolus Leodium cingit ac deditiõe capit.

POſtquam igitur hæc ita peracta eſſent, mouit Carolus caſtra, & C vna cum Epiſcopo Leodium obſidione cinxit in profeſto S. Martini; ac Dux quidem ad S. Laurentium Epiſcopus ad S. Ægidium diuerſatus eſt.

Pax initur duris conditionibus.

Leodienſes igitur in arctum concluſi, cum ſpem ſubſidij nullam vlterius viderent, deditionem faciunt, & ſalutem dumtaxat pacti, reliqua omnia Ducis arbitrio permittunt: ſed antequam id conſequuntur, 322. ex præcipuis, lineis duntaxat induſijs diſcooperti, diſcalceati, diſcincti, oppido prodeunt, atque ad Ducis genua ſe aduoluunt, & coram legatis Regis Franciæ, Angliæ, Britanniæ, miſericordiam implorant.

Quanquam igitur toties rebelles fuiſſent, in gratiam tamen illos Carolus recepit conditionibus ſatis duris, quas quoniam Placentius & Meyerus, & alij copioſe proſequuti ſunt, nobis nihil eſt neceſſe eas hic odioſius inculcare. D

Duces Leodienſium aufugiũt.

Confecta igitur pace Raſo Herenſis, & Gallici exercitus ductores cum Carolum præſtolari non auderent, cum auro & argento quod per vrbem corraſerant data fuga noctu ad Regem in Galliam ſe proripiunt.

Carolus Dux Leodium ingreditur cum triumpho.

Decima itaque ſeptima die Nouembris inſtructa acie Dux Carolus vna cum Epiſcopo Leodium ingreſſus eſt armatus, interdicta tamen omni direptione, ac violentia militibus ſuis: Cumque inter nonam

nonam

Digitized by Google

nam ac decimam:per portam S. Margaretæ ingrederetur, iterque A inde retro S. Dionyſium per nouam plateam pontanam perque forum ad palatium faceret, ab eo tempore ingredientium conſequentia; vſque ad horam à meridie quartam continuata fuit:populus interim Leodiẽſis, viri ſimul & mulieres in plateis Ducem atque Epiſcopum Dominos ſuos excipiebant.

Manu ſtrictum gladiũ tenet.

Eum porro ordinem Carolus in triumphali hoc ſuo introitu ſeruabat, vt armatus ipſe ſtipatus Epiſcopo armato, dextera manu ſtrictum gladiũ tenens cum ſuo exercitu præcederet, ac deinde Epiſcopi exercitus ſequeretur, quod eo conſilio Carolus ita voluiſſe dicitur, quo appareret ipſum ſuo auxilio Epiſcopũ in Sedem ſuam reſtituiſſe. B Dux autem in palatio, Epiſcopus in domo Merodiana apud S. Lamberti conuentum diuerſatus eſt.

Tum inter cætera edictum fuit, vt omnia Hoyenſium ſpolia quæ menſe Septembri direpta ciuitate Leodium aduecta fuerant, in porticum S. Lamberti comportarentur, vt inde quiſque quod ſuum eſſet agnitum reciperet; quo facto illi qui Hoyum hactenus nomine Leodienſium tenebant, oppido relicto aufugerũt locumque ciuibus fecerunt, qui hactenus magna ex parte aqud Epiſcopum in expeditione fuerant.

Carolus Hoij animaduertit in auctores motuum.

Porro autem Dux Leodio Hoyum 28. die Nouẽbris profectus eſt: eodemque die pulpito ibi conſtructo, viri 7. ex his, quos Dux ſibi cõ- C cedi poſtulauerat, publice decollati ſunt; tres reliqui etiam producti, ſed interuentu magnatum periculo mortis erepti fuerunt.

Epiſcopus reſtituitur.

Non multo poſt hæc Epiſcopus conuocato omni clero itidem receptus eſt in poſſeſſionem ditionis Eccleſiaſticæ:congregatis enim omnibus omniũ Eccleſiarum canonicis ac præsbyteris, ipſe indutus ornatu ſacerdotali & canonicali, voluit vt illi, qui in fide olim ipſi data præſtitiſſent, & ſacra tẽpore interdicti non profanaſſent, põtificali habitu adeſſent, cæteri veſtitu diurno venirẽt. Itaque ex tẽplo S. Bartholomæi facta proceſſione ad S. Lambertũ iuerunt, præcedentibus vna cum Epiſcopo ijs, qui habitũ gerebant Eccleſiaſticũ, reliquis ſubſequẽtibus, & cereum ardentẽ manu tenentibus, qui quidem cum ad chorum vſque perueniſſent, genibus Epiſcopi aduoluti veniam deli- D ctorum omnes precati impetrarunt.

Proceſſio Cleri mirabilis.

Cæterum ſacra non antea celebrata ſunt, quã legato Romã miſſo, Pontifex remiſſo aliquo, Banni abolitio facta eſſet.

Moſacenſes Epiſcopum excipiunt vt & cæteri eiuſdẽ Comitatus incolæ.

Anno 1468. Octaua Ianuarij Epiſcopus Moſacam profectus eſt: cui & clerus omnis cum ſolemni proceſſione, & populus maxima ex parte lineis indutus ſupplex obuiam proceſſit, ac veniam delictorum precatus eſt: Quibus Epiſcopus libenter omnem culpam remiſit, auctorque fuit, vt in poſterum prudentiores eſſent vbi magna veneratione exceptum, cado vini, & Boue ſaginato donauerunt.

Inſequenti die Dominica Bredæ, & poſtridie Haſſelæ conſimiliter exceptus atq; donatus fuit, obtulerũtq; illi Haſſelẽſes prætcrea pãnos

Digitized by Google

integros duos nomine Bellarts inſignes cum Bubus duobus.

Die martis qui 12. fuit menſis eiuſdem Ianuarij natalitia Chriſti celebrauit in aula Curingana cum feudatarijs ſuis de Comitatu Loſſenſi. A

Decima quarta die Tungros venit, vbi & cõſimili modo exceptus fuit, duobuſque cadis vini, & Boue vno donatus fuit.

Viceſima autem ſeptima eiuſdem menſis ad S. Trudonẽ venit, vbi & conſimiliter exceptus eſt, oblatique ſunt ei argentei canthari duo, boues duo, & cadus vini Rhenani vnus.

Inſequenti nocte hic ſex ciues comprahenſi, & poſtridie in foro publice ad peronam capite truncati ſunt, quorũ inſignis peruerſitas rebellioni aduerſus Epiſcopum cauſam præbuerat. B

Leodienſes ſacris reſtituti per legatum apoſtolicum.

Eodem anno vltima Aprilis quæ ſabbathi dies fuit, Leodium Roma miſſus aduenit legatus Apoſtolicus D. Onophryus Tricaricenſis Epiſcopus, qui magna cum ſolemnitate introductus fuit, & nexu excommunicationis clerum prophanatum, & populũ Leodienſem abſoluit, vſumque ſacrificiorum templis reſtituit.

Conſequenterque die Dominica, quæ prima erat Maij, ſumma cũ ſolemnitate Epiſcopus primam miſſam ad S. Lambertum Leodij celebrauit: tum adornata fuit ſolemnis proceſſio ac ſupplicatio, Epiſcopus ipſe ornatus habitu Epiſcopali venerabile Sacramentum portabat, eum comitabantur legatus Apoſtolicus Onophryus, Suffraganeus ipſius, Abbas Floreſſienſis, Abbas Duyſſenſis prope Coloniam, Abbas S. Iacobi apud Leodium, Abbas Beauparenus, Abbas S. Ægidij. Quatuor Fulcra tentorij, quo venerabile Sacramentum contegebatur, quatuor ex nobilioribus ad S. Lambertum canonicis baiulabãt ornati habitu ſubdiaconorũ, quorum ſinguli ſingulos ſtipatores habebant equites auratos. C

Cumque hæc ſupplicatio accedentibus omnibus canonicis octo Eccleſiarum ad hunc modum ſolenniter perfecta eſſet, Epiſcopus magnificum ac ſolemne Epulum in palatio cunctis primatibus, tum Eccleſiaſticis, tum politicis exhibuit.

ANNOTATIONES.

Qui volet hiſtoriam huius capitis particularius cognoſcere legat Philippum de Commines qui rebus geſtis interfuit lib. 2. ſuorum memorabilium à capite 2. vſq; ad quintum. D

Viriditentorienſes & alij factioſi homines ſubſidijs Regis Franciæ freti iterum Epiſcopo & Duci bellum mouent.

CAPVT XXXII.

Factioſi Leodiũ reuerſi nouis motibus ſtudent.

ERat autem tum temporis ingens apud Leodium exultatio, ingens gaudium: ſed non admodum durabile. Namque nona Septembris, quæ dies veneris erat eiuſdẽ anni ex Francia Leodium

Digitized by Google

dium aduenerunt Dominus Vincentius de Bueren, & Ioannes de A Vilde equites aurati, necnon & alij permulti fugitiui, ac viriditẽtorienſes ope potiſſimum & auxilio Francimontenſium, & ipſorum Leodienſium, & illorum qui ad miliarium banni verſabantur: ea freti oportunitate, quod Epiſcopus ante triduum ad Comitia Traiectum profectus eſſet.

Itaque iſti Heroës Ciuitate potiti Ducis Præſidiarios & amicos Epiſcopi, omneſque Borbonici, atque Burgundici nominis fautores vel occidebãt, vel expellebant. Cum non pauci metu pręſentis periculi vltro fugerent, & Traiectum ſe reciperent ad Epiſcopum, hi ipſi quoque à ruſticis in pagis Harſtaldo, Iupilla, & alijs ſpoliabantur, & B interficiebantur.

Hac igitur re cognita Epiſcopus collecta manu quam potuit maxima ſtatim Leodium aduolauit, & eos, qui elabebantur ab incurſu ruſticorum liberauit. Cumque non ſatis inſtructus eſſet ad Ciuitatem occupandam Traiectum reuerſus eſt.

Mox igitur miſſis literis per omnes ciuitates ac vicos, qui ſuæ ditioni ſubiecti erant præfectis, ac feudatarijs ſuis diem conſtituit, quo ſe ad expeditionem præpararent, itidemque vt facerent amicos ſuos rogauit. *Epiſcopus exercitum conſcribit aduerſus Leodiẽſes.*

Idibus Septembris Epiſcopus vna cum feudatarijs & amicis ſuis, quos habere potuit, Hameliam inter Tungros & Leodium profectus eſt vbi exercitum congregauit, habuitque ex Ciuitate Traiectenſi ar- C matos mille ducẽtos. Cumque Dominus Hugo Humbercurtus cum ſuis copijs, quas ſatis magnas colligebat, tardius aduẽtaret Epiſcopus Tungros receſſit: quo ad illum Humbercurtus duodecima Octobris inſequentis venit cum exercitu ſuo. *Hugo Humbercurtius cum copijs ſuis adeſt Epiſcopo.*

Interea temporis inſtabant operi Leodienſes, Ciuitatem muniebant, copias, vndecumque poterant, cõſcribebant, fulti rurſus ſubſidio Regis Galliæ, qui hos inſtigabat, vt Carolum Ducem Brabãtiæ, qui tunc in Francia bello Regem ipſum infeſtabat, ea ratione frangeret. *Subſidium Regis Galliæ.*

Quæ quidem dum aguntur, rumor ſpargitur, quem & Caroli literæ mox confirmarunt, de pace inter Carolum & Regem Galliæ cõ- D poſita, ob quam cum in publica lætitia exultante Ciuitate tota, vigiles per noctem non ſatisfacerent officio, Leodienſes clam omnibus occupata Ciuitate circa mediũ noctis vexillis regijs inſigniti in foro vociferati ſunt lingua Gallica, *Viue le Roy*, ſtatimque cædem oppidanorum & præſidiariorum promiſcue exorſi ſunt. Inter eas anguſtias elabi qui potuerunt Traiectũ potiſſimum ſe contulerunt, reliqui ibidẽ trucidati ſunt, inter quos Robertus Archidiaconus, & Canonici aliquot qui erant Epiſcopo maxime familiarȩs. *Factioſi Epiſcopum capiũt.*

Poſtquam dies illuxiſſet, Epiſcopus, & legatus Pontificius & Humbercurtus dedita domo in qua erant, in fidem atque manũ ſe tradiderunt hoſtium, quos illi captiuos auexerunt, excepto Humbercurto, *Leodiũ abducunt.*

 quem

quem in campis dimiſerunt, ea conditione, vt in pace apud Ducē impetranda ipſis eſſet auxilio, interim tamen captiuus māſit Dominus Ioannes de Vilde, cui & intra ſtatutū diem, ſe in manū poteſtatemq́; eius reuerſurum eſſe pollicitus fuit. A

Epiſcopum ironia excipiunt.

Multi autem Leodienſium accenſis facibus Epiſcopo obuiam profecti aduentum gratulati ſunt ſalſiſſima ironia, planeque tum de integro ſeſe factis ab Epiſcopo abſtraxerunt, & pro arbitrio ſuo cuncta geſſerunt. Dignitates & officia publica diſtribuerunt quibus libuit. Dominus Ioannes de Vilde Prætor erat Leodienſis, cui tum Leodij quod libuit, licuit, ſtipatores eius erant magno numero viriditentorienſes.

Præſidia ex Francia Tungros veniunt.

Idibus porro Octobris Mareſcalcus Burgundiæ Dominus de Argne, & Philippus Sebandus ex Burgundia vnà cum ſex aut ſeptem milibus armatorum Tungros ſe contulerunt, quo factum eſt, vt Comitatus Loſſenſis eorum viribus reſiſtere diutius non potuerit. B

ANNOTATIONES.

Vide Placentium & Comineum.

Expeditio Ducis Caroli & Regis Franciæ aduerſus Leodienſes, Ciuitatis expugnatio, deprædatio, & quædam alia externa. C

CAPVT XXXIII.

Carolus expoſtulat cum Rege Franciæ.

ITaque nuntij eueſtigio in Franciam ad Carolum ſunt miſſi, qui illum de ſucceſſu rerum Leodienſium certiores facerent. Quibus auditis ille nimium commotus Peronæ vbi tum agebat, portas claudi iuſſit per vniuerſum biduum, ita vt Rex Franciæ, qui eo colloquij & pacis gratia cum paruo Comitatu aduenerat, captum ſe quodammodo ratus non mediocriter timeret: interim tamen cum Carolus acriter cum illo expoſtularet, cur ſub obtentu pacis inſidias ſibi iſtas ſtrueret? Rex iuratus ſe harum rerum omnium ignarū eſſe, quo magis fidem faceret, Sacrum Chriſti Corpus in veritatis teſtimonium ſumpſit, ac velut in vindictam factæ ſibi à Leodienſibus contumeliæ, qui talia ſpargerent, promittit ſe vnà cum Carolo ad euertendum Leodium profecturum. D

Rex iuratus negat ſubſidiū à ſe datū Leodienſibus.

Expeditio Caroli & Regis Galliæ aduerſus Leodiēſes.

Dux venit lātinum.

Velitātur Leodienſes & multos cædūt.

Carolus itaque vnà cum Rege caſtra mouit verſus Leodium: ac 22. Octobris die Adolphus Raueſtanus cum copijs ab ipſo præmiſſis venit ante Leodium in pagum cui nomen eſt Lantinum. Quo mox etiam conuenerunt Burgundi illi, qui nuper Tungros venerant. Quæ quidem cum fieri viderent Leodienſes eruptione in hos facta velitati ſunt, ſed mox Leodium abacti, non paucis interim hoſtium occiſis.

Hoc

Digitized by Google

Hoc facto Dn: Ioannes de Vilde Epiſcopũ conuenit, Lantinenſem A conflictum retulit, deque ſuorum caſu, & hoſtium frequentia certiorem fecit; porroque rogauit, vt ad pacem impetrandam ſibi adiutor eſſet, quo annuente, populi conuentus in palatium indictus eſt; Ibi Epiſcopus populo omnem operam ſuam pollicitus eſt. Ideoque inibi ſtatutum fuit, vt Epiſcopus ipſe in caſtra profectus coram cum Duce ac Rege de pace tractaret. Quocirca cũ mox eodẽ die 25. in caſtra Lantinenſia & inde porro hortatu Burgundorum Duci obuiam proceſſiſſet, ac de pace locutus eſſet, non modo nihil impetrauit, ſed etiam in caſtris detentus eſt, ne in Ciuitatem redire poſſet. Gaudebat enim Carolus, gaudebant & Borbonij fratres Epiſcopi, quod ea ciuitate emiſſus eſſet, quam ipſi euerſum veniebant.

Ioãnes de Vilde fruſtra de pace cum Duce agit.

B Cingitur itaque tandem obſidione ciuitas; ac Dux quidem vnà cũ Rege ac Duce Mancouio caſtra metatus eſt ad portam S. Walburgis: Burgundi autem & Humbercurtus, item Dux Sabaudiæ atque exules Leodienſes, qui caſtra ſequebantur in propinquo ciuitatis erant ad portam ſancti Laurentij. Cum his erat etiam Epiſcopus qui magnis precibus eo rem tandem deduxerat, vt pax coitura foret, ſi modo Francorum militum Duces vrbe voluiſſent excedere, donec fuiſſent conceptæ cõditiones pacis, ſoli enim Epiſcopo dedenda fuerat Ciuitas, qui ſolus vna cum ſuis eam ingreſſus in fidem recepturus erat, nec erat præter eum quiſquam alius Princeps eam ingreſſurus. Cæterum cum Galli his cõditionibus obtemperare detrectarẽt, ſpes C omnis de pace concepta irrita facta fuit.

Ciuitas obſidione cingitur.

Epiſcopus precibus inſtat pro pace fruſtra.

Viceſima igitur ſeptima die circa portam S. Leonardi primus impetus ad Ciuitatem factus eſt, in quo aſſultu qui viriliter ſe geſſerant equites aurati à Duce creati ſunt, Euerardus ſcilicet ac Wilhelmus Arenbergij, Gerardus Pantyer, & complures alij nobiles ex ditione Leodienſi.

Expugnatio Ciuitatis Leodienſis.

Non multo poſt quadam nocte Leodienſes in caſtra Ducis ac Regis eruptione facta magnã ſtragem ediderũt, ac vix dubium quin ipſum Ducem, ipſumque Regem inibi capturi fuerint, ſi modo, vti conſtitutum erat, cæteri ex vrbe eis auxilio veniſſent. Ipſi itaque magno ſuorum numero amiſſo vix in vrbem reuerti potuerunt.

Erũpẽtes Leodienſes magnã ſtragem edunt.

Secundo autem aſſultu facto triceſima die eiuſdem menſis Octo- D bris Leodium expugnatum atque captum eſt.

Ac primum quidem Burgundi, & illi, qui ad portam S. Leonardi erant, in Ciuitatem per mœnia irruperunt.

Deinde & ex altera etiã parte Dux vna cũ Rege per portã Walburgis intrauit: cumq; ad forũ vſque perueniſſent, mox Rex Frãciæ ſtrictum gladiũ dextera tenens, ſublata voce clamauit, *viuat Burgũdia* quo veluti claſſico milites incitati ſtragem ediderunt parcentes nemini: nulla nec ætatis, nec ſexus, nec ordinis habita ratione, obuiũ quemq; peremerunt; multi in tumultu dilapſi in ſyluam Arduennam ſe abdiderunt, qui ibidem à nobilibus indigenis porro ſpoliati ſunt.

Rex Galliæ veluti claſſicum ad ſtragẽ edit.

Illiberale Regis apopthegma. *Ciuitas exuritur.*

Conſultantibus autem proceribus quid victor Dux cum Ciuitate faceret, Rex Franciæ illiberali apopthegmate pronunciauit, exurendum ei eſſe nidum, qui pellere vellet aues: Ciuitas igitur tota ſuccenſa fuit, præter Canonicorum collegia octo, Monaſteria, & templa & ædes ſacerdotum: quæ cauſa fuit, vt non multo poſt reſtaurata vrbs fuerit. A

Spoliatur. *Daniel. 3.*

Præfectis exercitus ſua quibuſque portio vrbis ſpolianda atque diruenda aſſignata fuit, qui nihil ibi reliquũ fecerunt. Hæc fieri cœpta ſunt die Dominica, ea hora qua cantabatur introitus miſſæ. *Omnia quæ feciſti nobis Domine in vero iudicio feciſti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus.*

Rex Franciæ & Epiſcopus Tricaricenſis male de Leodio meriti.

Rex Franciæ qui ſpe vana ſubſidij eos ad rebellionem ſæpius inſtitauit, itemque Epiſcopus Tricaricenſis Legatus Pontificius, qui ſpe conſequendi Epiſcopatus Leodienſis etiam frigidã ſuffundebat, peſſime de illa rep. meritus fuit. B

Detegitur Regis Frãciæ periurium. *Fugit timens cuti ſuæ.*

His ita peractis, dum omnia perluſtrantur, literæ ſunt repertæ Regis, quibus ille ad hanc rebellionem Leodienſes inſtigauerat: qua re cognita, & ipſe non parum timens cuti ſuæ, clam aufugit in terram ſuam, & retraxit quicquid oppidorum Carolo dederat ſuperiori pace Peronenſi, Peronam ſcilicet, Ambianum, & cæteras; & inſuper edicto per totum regnũ ſub pœna capitis vetuit, ne quis vel de hac ipſa Peronenſi pace, vel de expeditione Leodiẽſi verba faceret, quæ vtraque Regi merito probroſa erant.

Epiſcopo iura integra relicta.

Rege itaque ſic dilapſo, Dux Carolus rebus Leodij ex voluntate compoſitis in Brabantiam reuerſus eſt: Epiſcopo quæ ſua iura fuerant, integra omnia relicta ſunt, qui mox inde Traiectum conceſſit. C

Humbercurtus autem, qui à Carolo Duce ibidem prouinciæ pacandæ relictus erat, Magiſtratus politicos creauit in vrbibus, iudicia confirmauit, reliquaque fecit volentibus, nolentibus, quæ ad remp. recte conſtituendã pertinerent. Quibus ad hunc modũ peractis Epiſcopus cum ſubditis ſuis, pacem habuit.

Pericula à priuatis, viriditẽtorienſium rapinis.

Interim tamen ex prædationibus & rapinis priuatis viriditẽtoriẽſium periculum non cõtemnendum fuit: Germani enim qui erant, conceſſerant Coloniam indeque noctu populabantur fines Leodiẽſium, Galli in Franciam ſe receperant, ac Duce Raſone, qui ibidem manſerat, crebras faciebant irruptiones in Leodienſium agros, ac municipia: Quorum tamen magnam partem diligenti vigilia cõſecutus Epiſcopus in rotas obtruncatos ſublimari fecit. D

Ordo S. Michaëlis in Frãcia.

Hoc anno Rex Franciæ Ludouicus inſtituit ordinem equitum S. Michaëlis.

Anno 1470. Comes Vernicus fugatus ex Anglia confugit ad Francos: cœpitque piraticam exercere in naues mercatorum terræ Caroli, deinde ſtipatus Francis eiectorem ſuum Eduardum eiecit ex Anglia, qui venit ad Carolum, fortunam queſtus, accepit

ab eo

Digitized by Google

ab eo milites, rediijt, vicit, regnumque recepit.

A Anno 1471. Papa Paulus 2. dum conſiſtorium publicum lætus habuiſſet, nocte, quæ 26. Iulij ſequebatur, in cubiculo ſuo, nullo mortalium præſente apoplexia percuſſus interijt: ſucceſſit ei Sixtus 4. ſedit à 9. die Menſis Auguſti annis 12. menſibus 11. diebus 24. *Pontificũ ſucceſſio.*

Anno 1472. menſe Ianuario circa feſtum Agnetis videri cœpit cometes horribilis, & durauit diebus 80. quo nũdum diſſoluto alter apparuit: ſecuta ſunt bella, peſtis, fames multis in locis. *Comete*

Anno 1473. Carolus Burgundus Ducatum Geldriæ occupauit.

Eodem anno Epiſcopus Leodienſis vna cum Carolo Brabantiæ Duce Treueros ad Imperatorem Fredericum tertium profectus eſt B Menſe Septembri, ibidemque illi homagium, vt vocant, fecit, de ijs prouincijs, quæ ab Imperio in Feudum tenet, vnde cum 2. die Decembris Leodium reuerteretur magna cum ſolemnitate exceptus fuit.

Anno 1474. nouem annorum induciæ inter Gallos & Anglos pactæ ſunt.

Eodem anno Robertus Archiepiſcopus Colonienſis à ſuis expulſus, qui tutorem patriæ Lantgrauium Heſſiæ conſtituerant, à Carolo Brabantiæ Duce ſuppetias petijt, atque impetrauit. *Epiſcopus Leodienſis ad Imperatorem.*

C ANNOTATIONES.

De Caroli Burgundi expeditione contra Leodienſes, & Ciuitatis depradatione aliiſq; per eundem Carolum & Regem Galliæ patratis inter alios bene ſcribit Illuſtriſſimus clariſſimuſq; Cardinalis Piccolomineus Papienſis lib. 4. ſuorum commẽtariorũ, cuius verba non inutiliter ſubijci poſſe exiſtimaui, ſic igitur ille.

Dum in hoc ſtatu res Italæ agerent, lachrymabile interim nũtium Romam affertur, quo animi omnium non mediocriter ſunt contriſtati. Significatum eſt enim Ciuitatem Leodienſem magnitudine atque opibus claram, quæ in omni caſu Eccleſiæ fidẽ Romanæ ſedis erat ſecuta, ferro atque igni ad internecionem deletam, nulla ætatis, ſexus, vel ſacrorum habita ratione.

Eam vero cladem vnico Caroli Burgundorum Ducis, & Ludouici D Gallorum Regis impetu irrogatam, qui ad tantum facinus animos & arma iunxiſſent. Eam ego non ab re cenſui 4. huic libro mandãdam, quo noſtris Pontificibus eſſe documento poſſit, quantũ ſæculi Principibus oporteat credi, quantumque adhiberi curæ conueniat, ne ij paſtores plebibus dentur, quorum vel ætate, vel ambitione, pro pane lapis; & pro ouo ſcorpius (iuxta verbum Domini) offeratur.

Igitur ſedente nuper Calliſto 3. petebat Philippus Caroli pater, vt Ludouicus, qui in Borboniorum familia genitus erat ex filia, Leodienſi præficeretur Eccleſiæ, quam Ioannes annorum iam multorũ Præſul, miſſis ad Pontificem documentis parabat dimittere. Sed ea

res

res cum propter iuuenilem ætatem, quæ vigeſimũ nundum annum attigerat, Pontificijs legibus eſſet cõtraria, Caliſto patrum & patribus probatur, videbanturque vno conſilio omnes non aſſenſuri, niſi maiores cauſæ ad impetrandam rem afferrentur. A

Erat eodem tempore Præcipuum Pontifici ſtudium parandæ claſſis in Turcos, quæ ad redimendam Conſtantinopolim duceretur; miſeratque propterea in omnem Italiæ partem Sacerdotes quæſtores, qui futuri operis prædicatione condonationibuſque peccatorum, eiuſcemodi ſubſidia cõpararent. Ad ripam quoque Tyberis Vaticano proximam comportari materiam, & triremes fabricari ſine intermiſſione curabat, nulla de re aliqua vel loquens gratius, vel audiens.

Id vero ſtudium cum ad Philippum ſignificationibus multis eſſet perlatum, ſenili & ipſe obſequens animo, quod iure de Ludouico negatum erat, promiſſis artificioſis aggreditur. Spondet ſi impleatur quod cupit, miſſurum ſe terra & mari grãdia ad cõceptum opus ſubſidia, quæ facilia ſibi futura eſſent, & magnopere conatum Eccleſiæ adiutura. Totam hanc ſponſionẽ ea dictorũ ſcriptorũque conſtantia firmat, vt nil minus iam putaretur, quam non facturum illũ quod tam aſſeueranter aiebat. B

Credidit ſenex Caliſtus primum explendo deſiderio intentus; mox etiam in eandem ſententiam traductis Patribus Philippo eſt obſecutus, ciuitatiſque tam populoſæ adminiſtrationem iuueni credidit, munerũ Eccleſiæ omnino inexperti; æſtimans annorum paucorum iacturam emolumento tanti boni penſari æquo animo poſſe. Sed accidit diuino iudicio, vt malo inchoata initio calamitoſum mox exitum caperent. Nam neque tantarum promiſſionum fructus perceptus eſt, & fundamenta ſunt poſita totius, quæ ſuper inducta eſt cladis. C

Hunc ergo paſtorem plebs illa, & ſi longe inferiorem priore ſuo annis meritiſque videbat, gratiam tamen Ducis ſequuta, acquieuerat facto, ſperans mox vt per ætatem licuiſſet, ſumpturum ſacra Ludouicum, atque eorum Antiſtitem pleno Ciuitatis Imperio præfuturum.

Aliquamdiu igitur in hunc modum ſine diſſenſione proceſſit res, cum tamen Ludouicus fortuna ſuorum clarior Leodięſium legibus, quas ante eum ſeruarant cæteri, aduerſaretur ſæpe, & ab Eccleſia errans laſciuiorem vitam tanto indignam ſacerdotio degeret. D

Procedentibus annis, idoneus iam ad conſecrationem factus, ad eam, peragendam, celebrandam, vnanimi omnium voluntate eſt poſtulatus. Quod ille ſiue quod à religione adhuc eſſet auerſus, ſiue quod à ſuis eam neceſſitatẽ imponi grauate acciperet, cũ cõtumacius pernegaſſet, oriri inter eos apertæ cõtentiones ſunt cœptæ; atque ita in dies adauctæ, vt minus iam natura elatus populus ſe vereri eius dignitatem, timereque iuriſdictionem inciperet.

Vereban-

Digitized by Google

Verebantur ne ſacrorum dilatio eo traheretur conſilio, vt ſæcularis adminiſtrationis inducta conſuetudine, Epiſcopũ ſuum dediſceret A ciuitas, vicinique Ducis paulatim ſubiret imperia, quã illi rem morte quauis grauiorem putabant.

Conflictantibus in hunc modum Epiſcopo & plebe, creſcebat in dies aduerſus Eccleſiã rebellio; iamque miniſtris eius poteſtates quędam ademptæ erant, quæ nullis denuntiationibus reduci in locum priſtinum poterant.

Itaque Carolus Philippi Ducis filius qui natura vehemens erat, ſuperarique genus ſuum ciuili contentione dolebat, magnis precibus à Pontifice petit, vt dignitatem impugnatæ Eccleſiæ adimi per B ſubditorum violentiam non ſinat; ſed temeritatem populi ſuperbientis cenſurarum irrogatione contineat. Quod ille cum Leodienſi ſedi & communi aliorum dediſſet exemplo; non multo poſt contempta etiam Romani Patris poteſtate, ciuitati & agro ſacris eſt interdictum; inuocatuſque ad præſidium per iudices Dux bellum Leodienſibus intulit.

Pugna autem non longe à muris commiſſa, occiſis quamplurimis, reliqui in fugam conuerſi ſunt, ac ciuitas eodem impetu capta. Quæ vt ad nouam poſthac contumaciam calamitatum continuatione languidior fieret, dirui in circuitu muros iuſſit, tributumque imperauit, quantum redimendis comparati exercitus ſtipendijs ſatis C ſuo iudicio videretur: quodque omnibus acerbius habitum eſt, eos qui per ætatem ferre arma iam poterãt, vno edicto in exiliũ expulit, paucis quibuſdam ad rei familiarjs cuſtodiã cum muliebri ſexu intus relictis.

Hac tanta clade Romam perlata, miſeratus Pontifex Eccleſiæ plebiſque fortunam, legatum ex referendariorũ ordine proficiſci illuc iuſſit, qui & obtemperari Ludouico Epiſcopo, & diſſidentes animos ſuo interuentu conciliari curaret, reducendis quoque exulibus, leuãdiſque tributis quam poſſet operam penderet. Erat is Honofrius Tricaricenſis præſul, homo Romanus in familia locupleti, quæ S. Crucis dicitur, natus.

Ad hunc igitur, cum Agrippinam Coloniam maturato itinere D perueniſſet, Leodienſis legatio aduentu huius præſcia acceſſit, ſummis obſecrationibus petens, vt quanto poſſet celerius, Leodium properaret, reliquiaſque diſpulſæ plebis redditis ſacris conſolaretur.

Quorum ille deſiderijs obſecutus ad oppidum Aquiſgranenſe conceſſit, milia paſſuum vigintiã Leodio poſitum. Ibi dierum nonnullorum mora cognoſcendum putauit, quo animo præſul & populus ad ſuſcipienda monita Romani Pontificis eſſet. Eos vt ſentire idem, & in omnia paratos cognouit, itinere continuato à quarto miliario, præſulem clerumque, & magiſtratus vrbanos obuios

obuios habuit, ſingulosque iureiurando adigens pariturós decretis quæcumque ipſe tuliſſet, pœnas Apoſtolicas ſuſtulit; benedicenſque A populo, ſumma omnium exultatione ciuitatem ingreſſus.

Cumque is dies vigiliarum eſſet Apoſtolorũ Petri & Pauli, ad ædẽ cathedralem procedens, ſolemne ſacrum veſpertinum cantauit, aſſiſtente plebe, quæ vt in paucitate frequens ad viſendum cõuenerat. Poſtridie quoque Ludouicus ipſe, qui monitu legati conſecrationem Epiſcopalem iam acceperat, primis ſuis miſſarum ſolemnibus eſt operatus, Dominicũque Sacramentũ tota vrbe, legato & populo proſequente, manibus ſuis circumtulit. Erant gaudiorũ plena omnia reſpirareque tum primũ ex longa fatigatione miſeri videbãtur, diſſenſionem omnem initio hoc ſublatam putantes. B

Id modo ſupererat, vt exulum quoque & tributorum ſua ratio haberetur, amodoq; Ciuitatis mœnibus parceretur, quæ Ducis Imperio ſine intermiſſione deijciebantur.

Poſtremo vt leges patriæ redderẽtur, ſine quibus nil quietis habitura reliqua putabantur.

Igitur horum cauſa ad Carolum profectus legatus eſt: ſed in tempora incidit, quæ rebus agendis multum erant contraria. Ducebat ille per eos dies vxorem Britannorum Regis filiam, minuſque diligenter propter nuptiarum ſolemnia alienum quicquam intelligere poterat. Iis vero abſolutis, cum etiam tantum audiſſet legatum, nil ob C eam cauſam certum decreuit, quod bellũ aduerſus Regẽ Gallorum gerens focijs Britonibus in auxilium properabat, quos magnis copijs premi nunciabatur. Id tantũ de poſtulatis legato conceſſit, vt cũ Præſule, & populo quæ viderentur cõponeret, conuentaque referret ad ſe confirmanda decreto ſuo, vel reſpuenda.

Hac promiſſione Tricaricenſis reuerſus, tractare de omnibus cum præſule exulibus cœpit, ſperans ſe conditionem aliquam inuenturũ, qua ſemianimem populum ſuſcitare, quietemque ſtatuere ſuſpenſis animis poſſet.

Sed dum in his ſine intermiſſione laborat, Epiſcopus moræ impatiens ſuas iuueniles cupiditates ſecutus, ad propinquum oppidum ſuę ditionis Traiectũ ſeceſſit. Cuius rei occaſione, ſimul quod diuturnius inter Regem & Ducem futurũ bellum iudicabatur, plurimi exulum D qui in proximas ſyluas ex prælio aufugerãt, ad numerũ quinque milia, reſiſtente nemine Leodium rediêre; quos ſtatim & reliqui ſunt conſecuti inermes ac nudi, ſyluestribus tantum truncis, & fundis lapidibuſque armati.

Reditus huius, populari quidẽ multitudini, id conſiliũ fuit, vt clerũ omnem, cuius nomine tanta mala acciderant, vno impetu ſpoliarẽt; grauioribus autem paucis, vt pœnitentiæ ſignificatione, reditum ſibi in patriam pacemque depoſcerent.

Itaque horum ſuaſu ad legatum vna voluntate omnes accedunt, multa per nouitatem facti timẽtem, orantquę vt ſe deprecatore iam tandem

Digitized by Google

tandem vitæ eorum miſereatur Epiſcopus, plebemque diſperſam, ac
A beſtiarum more in latibulis agentem perire in ſyluis fame, creditaſque animas vna cum corporibus perire non ſinat, ſibi quidẽ id animi eſſe, vt illius ſubſint imperio, ac tanquam miniſtrum Dei Dominumque ciuitatis accipiãt, porro vt opificijs intenti in ſudore vultus panẽ quærant, & quotidianis obſequijs famulentur. Hortantur quoque vt ſupremas has preces miſeræ plebis non negligat, quã eo calamitatis adductam intelligat, vt ſi ſe contemptam nunc videat, timendum ſit ne ciuitatem, & clerum, ſacraque & ſe inſuper ipſam vna impietate inuoluat.

His auditis Legatus miſerans multitudinis faciem, quæ veſtitu in
B ſyluis diſciſſo, capillorumque & Barbarum promiſſionem ſylueſtriũ hominum inſtar habebat, omnes in forum ad cõcionem vocatos benignis verbis alloquitur. Docet quanto in honore haberi Epiſcopos velit Eccleſia, quid in cõtemnentes ſacræ leges decernant. Illos quidem in patrem hunc ſuum paulo contumaciores fuiſſe, diutiuſque quam par videretur in contentionibus perſtitiſſe. Quam ob cauſam coactus ille ſit Auũculi Ducis auxilium implorare. Magno eos victos tuliſſe prælio conditiones, quæ imperari victis à victoribus ſoleant. Miſſum ſe à Pontifice ad conſolandũ populum, & ſubleuanda onera eſſe, feciſſeque in eam diem quæ tulerint vires. Reddita iam Ciuitati ſacra, ad conſecrationem Ludouicum inductum, cuius dilatæ cauſa tanta mala accidiſſent, ad tollenda reliqua ſe etiam ad Ducem profe-
C fectum eſſe, facultatemque tractandorum omnium accepiſſe. Opus hoc totum bona ſpe inchoatũ, ſed vereri ne hic eorum repẽtinus ad vrbem acceſſus, ſucceſſum ſuis laboribus adimat. Proinde deponant quamprimum arma, quietique rerum exitum præſtolentur: cogitẽt vero ſi tumultuari pergant, quid Epiſcopo in eos, & quid ſibi, & quid Duci futurum indignationis merito ſit, qui prælio pulſos, muriſque nudatos, tanta in ſe audere nunc videat. Ipſum quidem, niſi monitis pareant, abiturum ilico ciuitate, nunciaturumque Pontifici, quantum obſtinatiõis apud eos inuenerit, ad quorũ ſalutem procurãdam ſit miſſus.

Ad has eius exhortationes cum reſpondiſſent quidam, neceſſitate
D impulſam multitudinem, quod viuere in ſyluis non poſſet, domum reuerſam, Ducique, & Epiſcopo, quæcunque in ſe eſſent, paratã præſtare: pati autem non poſſe alienis quam Eccleſiæ dominis ciuitatem ſubeſſe, mortemque (ſi ita opus ſit) huius vnius rei cauſa, intrepide aditura m.

Legatus eos iterum conſolatus, vt diſceptationibus in tanto periculo finem faceret, magna voce quæ à tota concione exaudiri poſſet, poſtulauit, an parati eſſent poſitis armis, ſuis & Epiſcopi Imperijs, vt ante promiſerant, auſcultare. Ad quam vocem multitudo omnis, diuturno miſeriarũ tœdio in queſtus & lachrymas cõmota, protenſis ad eum manibus pacẽ & miſericordiã acclamabat, precãs identidem,

vt conciliarentur tandem Epiſcopo,& in patria eſſe cum parentibus & liberis liceret, ne laniati à feris paſſim per ſyluas, impio mortis genere necarentur: arma, quæ retinendæ vitæ cauſa ſumpſiſſent, quā primum iuſſerit, poſituros. A

Id vero cum ad eius imperium ſtatim feciſſent, Legatuſque propterea ſalutem eorum curæ ſibi futuram dixiſſet, quieuêre paulū omnia; ciuitaſque ab impetu furentis populi eſt cōſeruata, externis poſt paulo cladibus occaſura.

Igitur Legatus aſſumptis ſecum principibus multitudinis huius, Traiectum ſe ad Epiſcopum confert,& cauſam miſerorum quam maximis poteſt, precibus agit: iamque dierum nonnullorum diligentia rem eo redegerat, vt reconciliatus Ludouicus ad oppidū Tungrum, quod inter Leodium Traiectumque medium eſt,ſecum accederet,indeque repetendam ciuitatem ſtatueret. B

Conuenerat autem vt turba omnis pœnitentiæ ſignificandæ cauſa effuſa obuiam inermis,& ſupplex à tranſeunte miſericordiā precaretur: illi vero liceret, quāto apparatu bellico vellet ciuitatem intrare, dominatumque in ſe omnē ſuſcipere, & ſua volūtate omnibus moderari.

Ea dum ad certam deſignatam diem perfici debent, Dux interim, qui accepto tam audacis motus nuncio vehementer erat commotus, ad Epiſcopum ſcribit vt tractatum omnem, quicumque cum Leodienſibus haberetur, abrumperet, ſeque vltorem propediem expectaret, atque vt ſine periculo fieri id poſſet, quatuor milia delectorū militum eius præſidio mittit. Erat Duci iam pene explorata ſpes conſtituendæ cum Rege pacis, quæ cum ſocijs Britonibus iam conſtituta, (quorum cauſa bellum ſuſceptū erat) faciliorem ſuam videbatur efficere. C

His ergo intellectis Ludouicus,quod in poteſtate Caroli eſſet,dicto obſequitur, cunctaque diſſoluēs, præſidio quod erat miſſum eodem loco ſe continet, maiorum copiarum aduentum operiens.

Id ergo conſpicati Leodienſes,quorum in vtramque partem,& ad humilitatem & ad contumaciam vehemens erat natura,aliam (vt in deſperatione rerum fit) ſalutis rationem adorti, proxima nocte armata duorum milium manu Tungrū maximo ſilentio accedunt, oppidumque ingreſſi, quod in recenti Ducis victoria deiectis muris aditus per ruinas habebat,eodem ſilentio ad Epiſcopū penetrant: ſuamque primum tum aliorum, qui ſecum erant domos circumſiſtentes, impetum in præſidiarios faciunt, nudoſque & re ſubita perturbatos facile opprimunt: ſi qui effugere in tumultu caſu aliquo poterant, ij contendebant Traiectum,erantque clamoribus & gemitu morientiū omnia perturbata. D

Epiſcopus vero ſuorumque nonnulli, qui ad intimam cuſtodiam excubabant, perfoſſo ſtatim coniunctæ domus pariete, in qua diuertebat Legatus, intra cubiculum eius refugerant, fortunamque alio-

rum

Digitized by Google

rum pauidi expectabant. At Legatus qui ab initio tumultus inermis
A in vicum erat progreſſus, cognitis ſtatim Leodienſibus, Duces eorum,qui cæde fugientium bacchabantur, vocari ad ſe multis ſuaſionibus contendebat, caſuque peranxius erat. Eos tandem venientes cum lachrymis rogat. Quamnam ob cauſam eo miſeri acceſſiſſent, atque inter deprecatæ pacis tractatus tantum nunc ſcelus admitterent. Illi erant madentes ſanguine, & exitu adhuc rerum ſuſpenſi, perturbata voce reſpondent, quod ad Epiſcopum tanta viderint miſſa præſidia, vltionemque ſuam ſint veriti, illuc eos veniſſe mala conſilia præuenturos, ne interim obtentu impendendæ veniæ ciuitati exitium pararetur: petere id quod ad ſalutem reliquum arbi-
B trarentur, vt ipſe cum Epiſcopo eo ex loco Leodiũ properẽt, quoniã & reuereri Dominumque Ciuitatis Ludouicum ſtatuere certum ſit omnibus. Id ni fiat propoſitum multitudini eſſe, eos atque oppidum vno eius noctis incendio abſumere.

Legatus inſtantem neceſſitatem cognoſcens, quod animos ad ea quæ minitarentur, incenſos videret, accepta fide ne quem vltra occideret, de acceſſu ad ciuitatem agere cum Epiſcopo cœpit. Quo ſtatim (vt in tanto periculo neceſſariũ erat) in ſententiã traducto, nullo tumultu ambo Leodium rediêre, comitante multitudine, non quæ viceſſet, ſed quaſi quæ dominos ſuos ex aliorum captiuitate per vim receptos domum reduceret. Lætabantur omnes, & tota Leodienſis Eccleſia reſtituto Præſule erat in gaudio.

C Ii quoque qui in Tungro ſuperfuerãt cædi, libertati priſtinæ reddebantur, cũ honoribuſque remittebantur ad ſuos. In ijs erat Dux præſidij paulo ante ad Epiſcopum miſſi, quem in latebris adinuentum, vt ad Carolum proficiſceretur, veniamque & pacem multitudini oraret, magnis obteſtationibus induxerunt.

Dux vero, qui nundum his acceptis, ad vltionem nihilominus tumultuoſi reditus properabat, audita etiam Tungrenſi audacia, nullo furori conceſſo ſpatio, pacem ilico cum Rege conſtituit impetrata conditione, vt præſentia ſua atque exercitu conatum hunc adiuuaret.

Itaque ambo ciuitatẽ Leodienſem mouentes, à miliario vigeſimo conſtuêre, præmiſſis tribus milibus Burgundorũ, qui vrbi appropin-
D quantes Duces cum reliquis copijs expectarent.

Leodienſes tanto hominũ numero ad ſe iri videntes, quantũ vix Gallia reliquum per id tempus in armis habebat, neceſſario vel moriendum etiam, vel relinquendam excidio patriam cognoſcebant. Itaque vt eorũ erat in magnis rebus ferocia, ratione aliquando parũ expenſa, ad extrema perferenda ſe firmant: Tungrenſemque fortunã ſperantes, adoriri noctu propinquos Burgundos inſtituũt, quos non totis octo milibus paſſuum adeſſe conſtabat.

Itaque de ſecũda vigilia populariter egreſſi, magnis animis in eos tẽdebãt: illi vero proximo ad Tungrũ caſu admoniti, vigiles in armis agebant

agebant; protinuſque cognito per exploratores conſilio, progreſſi obuiam prælium acerrimum commiſere, quod ad lucem vſque magna hominum cæde productum eſt: tandem Leodienſes coacti ſunt cedere.

In eo certamine ceciderunt Burgundorum permulti, in ijs fortiſſimus quiſque ac nobiliſſimus, ſed ex Leodienſibus longe plures, quod noctis itinere fatigati, minuſque armati iniqua pugna erant congreſſi. Quæ res ciuitatẽ omnem alioquin malis feſſam, maxime conſternauit; cum & luctibus paſſim replerentur omnia, & orta luce miſerando ſpectaculo referri humeris patres, fratres, & filij exanimes manante adhuc ſanguine viderentur.

His tantis malis confuſus legatus, ac plane iam inops cõſilij, quod vnum ad deprecandam vitam reliquum erat, conuocato iterum ad concionem populo, in conſpectu omnium lachrymans, Videtis, inquit, ciues fortunam veſtram ferocibus conſilijs, non mea culpa ad ſupremum adductam, imminet propinquum exitium, iratus eſt Dux, & Duci adiunctus Rex potentiſſimus ad vos ambo inſtructo exercitu properant, vrgẽs neceſſitas longam orationem non poſcit. Audite filij vt extremam vobis quam poſſum pietatem impendam, paratus ſum (ſi ita oportunum putatis) ad Dominum proficiſci, mecumque Epiſcopum ducere, obuij ambo exercitui, atque humi ſtrati miſericordiam lachrymis noſtris precabimur. Cum perſonam ego feram Pontificis, ille Regi Ducique iunctus ſit ſanguine inueniemus forſan quod reſpirandi ſpatium præbeat, nam imperandi nunc interminãdique tempus non eſt, precum eſſe redemptionem oportet, legitima de vobis meo & veſtro nomine repromittam omnia. Si placet hęc ratio, actutum ibimus; ſin præſentior apud vos alia eſt, illam monſtrate. Vobiſcum, & ſine vobis eundem caſum parati ſumus ſubire.

Cum hæc profectio fletibus omnium & vociferationibus probaretur, ad declarandam inſuper pœnitentiam ciuitatis adijciuntur primarij ciues, ſummum eo tempore magiſtratum gerentes; qui vna euntes impetrata Ducis ſuſcipiant, deque reliquorum fide teſtimonium ferant.

Itaque hora diei iam decima profecti omnes, ad tertiam noctis non ſine crebris vitæ periculis ad primas ſtationes hoſtiũ peruenêre. Quibus ſtatim præfecti duo obuiã facti, quorũ alter erat præſes Burgundiæ, alter ſororis Epiſcopi vir, intellecta viæ cauſa vetuerunt eos vlterius progredi, ac ſtatim in cuſtodiam præſidis Legatus, Epiſcopus in affinis ſui tabernaculum adductus eſt, Magiſtratus vero omnis in vincula coniectus.

Inter hæc congregato Ducis concilio, cum hora lapſa iam eſſet ad eum omnes deducuntur, quamque ob cauſam ad eum id noctis veniſſent requirunt. Dicere pro omnibus orſus Legatus, quanta verborum & vocis dimiſſione potuit, placare conatus eſt iracundiam

Digitized by Google

diam Ducis, & veniam miſeris impetrare, identidem monſtrans
A præſentem Epiſcopum, cuius cauſa ſumpta eſſent arma, ouibus ſuis ſalutem precari, ciuitatem paratam eſſe ſi velit exercitum omnem intus accipere, & Præſuli parere, & quæ imperata poſt primam victoriam erant, quanquam maiora viribus, actutum implere: pro ijs autem quæ ad Tungrum, & nunc apud antecurſores ſunt geſta, ex Ludouici & ſuo etiam iudicio, ſatisfactionem præſtare. Manus quoque in illum ſupplices tendens, atque ad hunc effectum lachrymas ſuper impendens petijt, ſi minus præſtandam eam pietatem humiliato iam populo duceret, præſtaret ſaltem Deo creatori, qui pro cruci fixoribus patrem oraſſet, præſtaret & Romano Pontifici, cuius
B beneficio ea ſedes Leodienſis generi ſuo eſſet conceſſa.

Nihilo his dictis obſtinata ad vltionẽ mens potuit flecti: reſpondit tantum, liberam ſibi in res atque animas ciuiũ poteſtatem permitti, nec omnino conditionem aliquam dici.

Quæ res Leodium ſignificata, ad ſuſtinenda extrema, quærẽdamque armis ſalutem corda omnium concitauit, putantiũ occaſum ſuũ, quem declinare in prælio forſitan poſſent, in deditione certiſſimum eſſe.

Igitur Dux miſſo Traiectum Legato, atque eodem loci magiſtratu Leodienſium in cathenis traducto, iniungit Epiſcopo vt ſumptis ar-
C mis ſecum ad vlciſcendas iniurias eat, patris propoſitum, ac ſuum animo agitans. Etenim quod ea ciuitas potentiſſima eſſet, vicinaque Brabantiæ prouinciæ, frequentes cum illa cõtentionum occaſiones haberet, ſeruata autem contra maiores ſuos Regum patrocinio diceretur, delere nunc in tanta oportunitate conſpirantis Ludouici Regis ad internecionem volebat.

Igitur admoto ad vrbem exercitu bipartito, copias diuidit, ac colle occupato, qui Valburgenſi portæ proximus erat, ſuam & Regis ſtationem eodem in loco cõſtituit, ad alteram autem ac longe diuerſam ciuitatis partem Philippum Sabaudienſem cum reliquis mittit, vt vno tempore tentata vtrimque irruptione, populus ad duos conuerſus ad repugnandum inualidior fieret.

D Leodienſes his tantis anguſtijs circumuenti, ſummam rerum ſuarum ad fratres duos præcipue fortitudinis viros detulerant, Burenũ & Gozonum, quos reliqua multitudo, in quamcũque duxiſſent partem, ilico ſequerentur. Ij vero animis vſi conuocatis ad ſe primis nonnullis docent, niſi aliquo grandi auſu ſalutem ciuitatis ſtare non poſſe: Proinde ſi accingere ſe vna velint, paratos eſſe omniũ primos ſuas animas dare, cum ſtatim velle ſe omnes dixiſſent, idque vnum conſentirent ad redemptionem patriæ ſupereſſe; partita inter Burenum & Gozonum multitudine, rationem irruptionis hanc ineunt, vt videlicet nocte quæ inſtabat Gozonus ad caſtra regia nil tale in tantis copijs expectantia impetum faciat; Burenus vero eodem conatu ad Philippum erumpat, futurum ſperantes vt alter exercitus al-

terius

Digitized by Google

terius perceptis clamoribus deſperatione alterni ſubſidij conuerteretur in fugam. A

Vt vero etiam perturbatius confunderentur omnia, iubent cupas innumeras ſecum portari nitro & pice completas, quæ primo adortu accenſæ in illorum tabernacula locis omnibus iacerentur, atque inde flamma excita malo ancipiti trepidantes inuaderet.

Condictis omnibus ad deſignatum opus diſceditur animis quam ſucceſſu maioribus. Peruenerat iam ad Regias ſtatiões Gozonus nũdum intellectus, expectabatque vt à Bureno ſignum acciperet, quo ſignificaretur ad Philippi caſtra à ſe quoque acceſſum, & pugnam cõmiſſam eſſe.

Sed is dum tardius cõdictum exequitur, Gezoniani quidam moræ impatientes ad tentoria Ducis regiſque furtim prolapſi, incendere ea cœperunt, & ferocius hoſtibus inſultare: quo factũ eſt, vt clamore ſtatim ſublato, & à Philippenſibus inde excepto, vtrobique armatus exercitus Leodienſes ab incepto terruerit. B

Orta luce indignati ambo, quod tot iam cladibus attritus populus, nocturno etiam incurſu vitam ſuam petiſſet, ocyus Philippo imperant, vt qua parte muri eſſent diſiecti, conferto agmine irruptionem tentaret, ipſique ex eo, vbi tendebant, loco producto exercitu idem conarentur.

Pugna incepta, magna contentione vtrimque res gerebatur; his annitentibus vt conceptæ iracundiæ facerent ſatis, illis vt coniuges, liberos parenteſque ſupremo illo certamine ab interitu vendicarent. C

Sed longe impar Leodienſium fiebat congreſſus, quod hoſtes numero pugnatorũ, & apparatu omniũ rerum inſtructiſſimi erant, vrbana autem turba nec aſſueta bellis, nec armata ſatis, multis acceptis cladibus ad paucitatem redierat.

Quamobrem paulatim ſubmota loco, & cadentiũ numero debilior facta cedere propugnaculis, liberumque ingreſſum irrumpentibus dare coacta eſt. Ita vno tempore duobus ex locis Burgundi calamitatem miſerrimam intulêre. Eorũ vero qui adhuc integri erant, ad hominum circiter viginti, cum imbelli multitudine in forum ſubito confugerunt, obſtructiſque aditibus vt in articulo illo licuit, noctem expectabant per quam reductis in caſtra exercitibus educere ſuos ad fugæ ſocietatem poſſent. D

Sed ea re intellecta, eueſtigio Dux Ciuitatem omnem locaque imprimis foro proxima iubet incẽdi, cuius mali neceſſitate cõpulſi illi relictis omnibus ad ſyluas proximas ſe contulerunt.

Clerus inſpecta iam ante ciuitatis fortuna, in ſua quiſque Eccleſia clauſis ianuis ſe continebat, veſtibus ſacris indutus & SS. reliquias atque adeo ipſum Dominicum Sacramentũ ad deprecandam miſericordiam manibus præferens.

Idem religionũ virginũq; cœtus pro ſua quæque cõditione egêre: Sed

Digitized by Google

Sed nihil inter arma ſceleratæ militum manus incontaminatum liquêre, refractis portis ſacra omnia in lachrymabilem direptionem ſunt data, ſanctuaria Dei tota vrbe incenſa, ſpoliati ſacerdotes atque occiſi, tum nec parietibus templorum etiam parſum, in ipſam autem imbellem turbam tanta impietate ſæuitum eſt, vt nulli ſexui, ætati, aut ordini ignotũ voluerint. Infantes alliſi parietibus ſunt, puerperæ confoſſæ, pleræque virgines ſtupratæ primo, mox ſtrangulatæ, ſenes quoque & pueri eodem quo pugnantes habiti loco.

Quin & illud ad malorum cumulum accedit, vt parentes cum matribus, filijs, & omni prole inualida fune vno conſtricti ad acerbitatem interitus in profluentem moſam deijcerentur, in mediiſque diuinis, dum aſtat Sacerdos altaribus, & Domini corpus B ſanguiſque inter manus verſantur, ſacræ patinæ & calices impie raperentur, vt merito de tam ſæuis hoſtibus emitti ad vltorem Dominum vox illa Prophetæ lamentabilis poſſit:

Domine Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum: Poſuerunt Hieruſalem in Pomorum cuſtodiam, poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ, effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hieruſalem, & non erat qui ſepeliret.

Interim autem hæc tam fœda crudelitatis miniſteria, Ludouicus Rex amicæ ſemper ciuitatis calamitate confuſus, quæ in il- C lum pugnans nomen eius clamoribus inuocabat, plane iam facti pœnitens, in proximas regni ſui regiones exercitu abducto conceſſit.

Dux vero dimiſſa vrbe prædonibus, ipſe cum expeditis equitibus ad inſequendos qui fugerant continuo profectus eſt.

Sed vbi aſperitate ſyluarum ne inueniri quidem illos, nedum capi poſſe intellexit, regreſſus Leodium, tota paſſim ædificia deijci imperauit, ne profugis ſpes vlla reditus htipereſſet, mox quoque Traiectum contendens, magiſtratum, qui ſalutis fidem ab Epiſcopo ante acceperat, vinctuſque nihilominus illuc fuerat deportatus, ſtrangulari, & in profluentem abijci iuſſit.

D Eandem fortunam vicina quoque nonnulla oppida, quæ Leodienſes adiuuerant, mox ſubiêre.

Hic finis contentionum fuit, atque hunc occaſum celeberrima quondam ciuitas tulit, victorijs nobilitata innumeris, & à Romanis Imperatoribus condita, clero autem ante alias Germanicas Eccleſias clara, diuini vero cultus, ornamentorũque ſacrorum cum ſanctiſſimum tum locupletiſſimum domicilium. Cuius quidem ante has calamitates is animarum numerus fuit, vt cenſu habito, centum & viginti milium intra muros tantum continere inuenta ſit.

Aa   a. Anno

2. *Anno 1469. moritur Dionyſius de Levvis oriūdus ex pago Richel Comitatus Loſſenſis Leodiēſis Diœceſis profeſſus ordinem Carthuſianorū unde Dionyſius Carthuſianus vulgo nūcupatur. Hic dum viueret ſacrarū literarū ſcientia & vita ſanctimonia omnibus ſui ordinis fratribus facile præluxit. Vt taceamus modo plures gratias quibus eū Deus donauit, prophetia dono decoratus fuit, quod pluribus exemplis ex vita eius depromptis poſſet doceri, vnum ſufficiet enarrare, quod de quodam Epiſcopo Leodienſi ſui temporis refert. Sic igitur in eius vita habes.* A

Non abs re putari debet (quoniam principū fecimus mētionem) ſi de Epiſcopo etiam Leodienſi narrationem hiſtoriæ proſequamur. Fuit hic de quo loqui volumus, (neque enim nominatim traduci par eſt) vir ſæculo quidem idoneus, atqui minus quam par fuit præſtabat Epiſcopum. B

Hic ſpectacula, torneamenta, cęteroſque id genus ludos militares in pia illa inſtituit Ruremūda (ſic enim placet nec immerito quidē piū illud vocari oppidum, quod hactenus prædicatum fuit deuotioni aptius quam vanitati, nec hodie puto tam refertum annis, quam doctis pijſque viris). Itaque ad hanc Ruremundam, vndecūque aduocatos nobiles dum ipſe in oppido expectaret, neceſſariaque theatricis his ludis vir Eccleſiaſticus prouideret, accidit illum interea Carthuſiam petere, vbi poſtquam cum Dionyſio, quem ſanctitatis opinio magnū atque multis effecerat celebrem, varia contuliſſet, non erubuit ſe iactitare quam magnis impenſis militaribus his ludis inhiaret, quāque daret operam nobilibus excipiendis, & magnifice tractandis. Ingemiſcens Dionyſius, O, inquit R. Pater hæc etſi admittēda ſunt principibus, Eccleſiaſticis tamen viris & præcipue Epiſcopis non conueniunt. Indigniſſimum eſt ac prorſus iniquum, vt Chriſti patrimoniū in ſcænicos hos vſus profundas. Parce igitur Reuerentiæ tuæ quæſo pater; Epiſcopus es, parce honeſtati Clericali, parce tandē pecunijs, & ab hac dementia prorſus deſiſte. C

Ad hæc Epiſcopus; Scio me Epiſcopum cui hęc prophana ſpectacula iam olim ſacri canones interdicunt: At fatearis etiam neceſſe eſt me principem eſſe, Ducem, Marchionem, atque Comitem quos arma venuſtant, quibuſque iudicia, imperia temporalia ſubſunt. Horum nunc mihi munus obeundum eſt. Cui Dionyſius. Non propterea pater Epiſcopus es factus vt principem geras aut Ducem, ſed vt præſtantior digniorque habearis Epiſcopus, vtque malis terribilior, atque ad tuendas Chriſti Eccleſięque leges ſis potentior, datus eſt tibi ab Eccleſia principis & gladius, & honos. Itaque officium tuum eſt gregis Dominici curam agere, Diaboli laqueis irretitas animas eruere, oues tibi commiſſas Dei verbo paſcere, aberrantes reducere, reſipiſcere nolentes ad ouile compellere, præſtare te Chriſti Vicarium; Non mercenarium, ſed animarum paſtorem agere, ouibus exempla ſanctæ conuerſationis quaſi iter ad ſequendum oſtendere, odore bonæ famæ præire, atque vt ſimul multa dicam, gregem tibi cōmiſſum cœlis introducere, non ad inferna detrudere. D

Inter-

Inter hæc autem cum omnia etiam bene feceris, ſcire quod ſer-
A uum te vocat inutilem Dominus. Vnde tibi cauendum eſt,nobiſque vehementer mirandum,cum tua ſollicitudo pro ſingulis animabus tibi commiſſis rationem ſit reddituta, ne vel vna pereat, quomodo per ignauiam tuam quaſi ſecurus, poſſis vel audeas de ludis,& ſpecta-culis militaribus cogitare. Quid quæſo pater Deo reſpondebis pro creditis tibi animabus, quas interea hoc Diabolico negotio tu ipſe ſcandalizas? Qua fronte audebis apparere coram iudice Chriſto,cui tu animas pretioſo eius ſanguine redemptas abducis, ac morti æter-næ tradis,quarum lacte & lana abſtractis;tu in delicijs viuis? Vt quid Eccleſiæ bona,quæ pauperibus & diuino cultui erogare deberes, in
B ſcęnica hæc ſpectacula ad Chriſti opprobrium,ad Eccleſiæ diſpendiũ in perditiones animarum luxu tuo profundis? Quod ſi omnino quæ digna ſunt pontifice renuis agere, parce ſaltem ouibus, quandoquidem minoribus impenſis ac laboribus potes tu ſolus æterna tibi tormenta comparare.

Hæc Epiſcopus audiens tam indignabundus, quam ſui propoſiti pertinax abijt. Cui iam recedenti dixit Dionyſius. Rogauimus te Pater, vt quoniam in religionis poſitus es exemplum, ſpectacula hæc vana non perficias in perniciem animarũ, ſed audire contemnis. Rogabo potentiorem Dominum, cui te quoque velis nolis ſubiectũ eſſe oportet, hic me exaudiet; Hic inſipientiæ tuæ conatus etiam te inuito impediet. Surrexit Epiſcopus,& neſcio quid ſecũ ſtomachans,
C relicto Dionyſio,quod cœperat moliebatur perficere. At contra Dionyſius illum præuenire feſtinat. Siquidem ad Dominum conuerſus, eiſdem vtitur & contra Diabolum & contra Epiſcopum armis, fletu videlicet & oratione. Quid moror? nihil profuit Epiſcopo inflata poteſtas,nihil contulit ei quod proficeret induſtria accelerans. Plus valuit oratiõe Dionyſius; Nam Epiſcopus mox vt abierat antequã peruenifſet ad domum ſuam, podagræ doloribus vehementiſſimis corripitur; adeoque pedibus dolet, vt ludos & torneamenta quæ ante noluerat intermittere rogatus; nunc cogitur non exequi, etiam inuitus.

Itaque poſt inutilem magnæ pecuniæ erogationem, poſt infamiæ
D notam,quicquid Epiſcopus præparauerat,quicquid inſtituerat,intermiſſum deſijt. Ipſe vero poſtea doloribus aliquantulũ remiſſis, quãprimũ greſſum potuit recuperare pedũ,plenus irarum Carthuſiã acceſſit, & conquerens cœpta ſua Dionyſij orationibus deſtituta, ſe vero doloribus propterea ac ignominia affectum,verbis eundem aſperioribus mulctauit. Verum, æquanimiter hæc Dionyſius tolerat,gaudens etiam quod pro Chriſti gloria dignus eſſet vel ab Epiſcopis cõtumelias pati. Vtinam tales hodie multi eſſent Dionyſij, quoniam huic Epiſcopo nimium ſimiles inueniuntur Pontifices.

Atqui ſi miſerabilem huius poſtea defuncti ſortem,attenderẽt,nec aulicorum adulationibus acquieſcerent, ad meliora fortaſſe quan-

fortaſſe quantocius ſe mutarent. Nam hunc, quem præfati ſuimus, Epiſcopum poſtea defunctum (cum pro eodem Dionyſius poſt matutinas in feſto D. Catharinæ virginis in cella vigilans oraret) vidit à duobus teterrimis gigantiæ formæ ſpiritibus ante ſe adductum ac ardentibus flammis circumſeptum. Cui dixerunt. Ecce pro quo oras Dominus tuus. Intuens illum Dionyſius diligenter, vidit circa ventrem & genitalia eius immenſum agmen ſerpentum & bufonum, qui miſerum corrodebant; fuerat enim in vita præter vanitates alias Epiſcopo indignas, in concupiſcentijs feminarum virginumque ſtuprator: Expauit vehementer vir ſanctus admirans equitatem iudiciorum Dei, & cogitans illud, quod potentes potenter tormenta patiantur. Aduertit illum eſſe damnatum, quippe cum nihil pro ſe miſer flagitaret ſuffragij, nihil orationis, & ſubito nigerrimis illis Æthiopibus ab oculis intuentis abriperetur. *Hactenus auctor vitæ Dionyſii Carthuſiani. Ingreſſus vero fuit religionem (eodem auctore) anno ætatis circiter vigeſimo, vixit vero in ea annis quadraginta ſeptem. Ex quibus reliqua lector collige.* A B

3. Anno 1471. Papa Paulus 2. dum publicum conſiſtorium lætus habuiſſet:] *In hunc annum quo deceſſit Papa Paulus 2. incidit quoq; qualiſcumq; ſatisfactio Caroli Ducis quam Eccleſiæ Leodiẽſi fecit. Sic enim Bruiſthemius.* Anno Domini 1471. in die S. Valentini miſit Dominus Dux Eccleſiæ Leodienſi præcioſa iocalia ſcilicet ſtatuam S. Georgij repreſentantem perſonam Ducis tenentis de reliquijs S. Lamberti in manibus ex auro puriſſimo fabrefactam, Caſulam, Dalmaticam, cum albis mappis &c. & tres cappas pretioſas in quibus eadem die cantata fuit miſſa votiua per D. Abbatem S. Iacobi præſente Domino Leodienſi & legatis Domini Ducis qui ea præſentauerant. C

Barlãdus in Chronico Ducum Brabantiæ dicit Carolum animaduertiſſe in eos qui ædes ſacras Leodij ſpoliarant. Sic enim ille: Secundum hæc Bruxellam, vbi ducaria ſedes erat, reuerſus Carolus, & gratiã omnibus retulit, qui ſuperiore Leodienſi bello ſtrenuam operam nauaſſent, & in eos animaduertit, qui vrbe capta è locis ſacris quippiã ſuſtuliſſent. Egregius Princeps hoc facto oſtẽdit, nullum eſſe tam iuſtum bellum, in quo nõ ſit à diuorum templis atque aris temperandum. D

4. Anno 1473. Carolus Burgundus:] *Quo pacto Carolus acquiſierit Ducatũ Geldriæ Maſſæus ſic refert.* Anno 1473 in profeſto S. Mathię defunctus erat Arnoldus Dux Geldrię, quẽ filius ſuus Adolphus captiuũ tenuerat 6. annis. Quamobrem Carolus Adolphũ cepit & in caſto Curtracenſi cuſtodiæ mancipauit. Et emit ab Arnoldo ducatum illum. Sed & Duci Iuliacenſi pro iure ſuo quod prætendere potuiſſet, eo quod natus eſſet è Geldriæ filia ſeniore dedit 80. milia Florenorũ. Audita igitur morte Arnoldi Burgundus abijt in Geldriã, vt poſſeſſionẽ ſuſciperet. Vrbs autem Venlo & Neomagũ reſtiterunt, priorẽ vi expugnauit, alteram longa obſidione fatigatã per deditionem cepit. Et ita totius Geldriæ Dux factus eſt. *Hactenus Maſſæus, cuius verba placuit recenſere.*

Digitized by Google

ſere, vt ſequentes plures hiſtoriæ intelligi poßint. Occaſione ſiquidem huius ducatus
A *bella nata fuerũt inter Burgundiones Brabantis & adhærentes quæ triginta, & quod ſupereſt annis, durarunt, de quibus in poſterioribus non ſemel fiet mentio.*

Guilhelmus Arenbergius occidit Vicarium Epiſcopi, Bellum mouet Epiſcopo; Bellum Caroli apud Nantium, & mors eius.

CAPVT XXXIIII.

CArolo autem Noueſium obſeſſuro ſuam operã inter alios Leodienſium proceres addixerat Wilhelmus Arenbergius, qui tum
B in Familia Epiſcopi Leodienſis erat, & copias in eum vſum non contemnendas iam contraxerat:

Sed vt omnia hominum acta incerta ſunt, hic Wilhelmus Arenbergius in die S. Laurentij circa 10. horam duobus comitatus templo Deiparæ Virginis egredientem excepit, & interfecit multis vulneribus inflictis crudeliſſime M. Richardum V. I. Doctorem canonicum ad S. Lambertum, & præcipuum Epiſcopi Vicarium, & mox equo, quem iam præparatum habebat conſcenſo, in caſtrum ſuum Agrimontem ſe proripuit. *Wilhelmus Arenbergius occidit Vicariũ Epiſcopi.*

Hac re cognita, Epiſcopus, qui tum in monaſterio S. Trudonis erat; quo & Vicarius eius miſere iam dilaniatus apportabatur, mirum in
C modum offenſus fuit, quod tam inſignem cõtumeliam ipſi præſenti inferre non fuiſſet veritus, quem ipſe tam liberaliter in familia ſua fouiſſet. *Offenditur nec immerito Epiſcopus.*

Arenbergius igitur cũ in Epiſcopi ditione manere non auderet, Coloniam ſe contulit, ibidemque turmis aliquot equitum præfectus eſt contra Carolum Brabantiæ Ducem, cui non ſuffecit ſimplex militiæ ſacramentum dediſſe hoſtibus eorum, quibus ipſe dudum fidẽ dederat, ſed etiam velut hoſtibus Duci atque Epiſcopo, priuatim indixit bellum, quibus pro offenſa merito ſupplex eſſe debuerat. *Arenbergius fugit ad hoſtes*

Carolus autem Dux Brabantiæ Noueſium menſe Auguſto cinxit in qua Ciuitate ipſe Lantgrauius Heſſiæ tunc erat, ad quem liberandum maximis copijs aduenit Imperator Fredericus: Huius exercitu
D inſtructus Arenbergius ad Francimontem vſque penetrauit prima die Septembris, ſperans ſe Leodium totamque Epiſcopi ditionem occupaturum. *Carolus Noueſium obſidet.* *Arenbergius Francimõtem vſque penetratio.*

Sed cum Epiſcopus tres Duces vna cum equitatu, quem tunc ad manum habebat, aduerſus illum emiſiſſet, vna cum Cæſarianis ſuis Coloniam cum dedecore receſſit. Leodienſes autem porro caſtrum eius Engrimondam occuparunt, & præſidio Epiſcopi firmarunt. *Engrimonda capitur.*

Carolus autem Dux Brabantiæ in obſidione Noueſiana integrum pene annum contriuit: Ideoque cum partim prælijs crebris, partim peſte, partim alijs incommodis eius copiæ in dies minuerentur,

ſuppetias

Carolus impetrat ſuppetias ab Epiſcopo Leodienſi.

ſuppetias ab Epiſcopo Leodiēſi flagitauit; cui Epiſcopus ingenti tum equitum, tum peditum exercitu conſcripto mox præſto fuit, & nono die Maij anno 1475. relicto Traiecto ſe Noueſium contulit, quem Carolus magna cum gratulatione armatum armatus excepit, admirantibus eminus hoſtibus, magnitudinem atque ſplendorem copiarum. A

Cumque non multo poſt eſſet compoſita pax, Carolus Epiſcopū cum copijs Nouiomagum miſit, vbi manſit in præſidio vſque ad Septembrem. Carolus autem ſtatim in Brabantiam profectus eſt.

Anno Domini 1476. Carolus Dux Brabantiæ 9. annorum inducias cum Ludouico Francorum Rege pactus eſt.

Carolus auſpicatur bellum Lotharingicū

Idem Carolus hoc anno bellum ſibi exitiale contra Renatum Lotharingiæ Ducem auſpicatus eſt, quem cum prius omni ditione pene ſua expuliſſet; tandem tamen Heluetiorum auxilijs roboratū victorem ſenſit prælijs duobus. B

Carolus ante Nantiū tribus vulneribus cōfoſſus occubuit

Anno autem 1477. pridie Regum tertio commiſſo prælio ante Nantium Lotharingiæ oppidū Carolus 3. vulneribus cōfoſſus occubuit: de cuius morte poſtquam veritas conſtare potuit, Epiſcopus Leodienſis Gandauum vocatus fuit, vt Mariam Caroli filiam vnicā, neptem ſuam, ad quam iure hæreditario paternarum ditionum ſucceſſio pertinebat, conſolaretur; & conſilio ſuo in diſponenda Rep. adiuuaret: vbi ille non modo ob dignitatem in ſummo honore, ſed etiam ob cognationem in ſumma auctoritate fuit, Donec accederet Ioannes Dux Cliuenſis, qui illi mirum in modum ſemper obſiſtebat, etiamſi conſobrinus eius eſſet. C

Arenbergius redit in gratiam Epiſcopi & maiorem dignitatem quam ante.

CAPVT XXXV.

VVilhelmus Arēbergius in gratiam receptus.

INterim vero dum Epiſcopus Gandaui ageret, Euerardus Arenbergius precibus obtinuit, vt Epiſcopus Guilhelmum Arenbergium in gratiam reciperet, qui mox datis ad omnes omnium territoriorum præfectos literis, mandauit, vt Wilhelmum eo loco reciperent atque haberent, quo deberent eum, qui impetrata omnium delictorum abolitione, per omnia Principis auctoritate reſtitutus eſſet in integrum. D

Die Dominica ad medium quadrageſimæ Caroli filia Maria Comes Flandriæ inaugurata fuit, præſente ibi Auunculo ſuo Epiſcopo Leodienſi. Inaugurata autem Maria plebs in omnibus fere Flandriæ atque Brabantiæ Ciuitatibus mirum in modum tumultuata fuit.

Tumultus Belgici.

Mechlinia autem ſola non modo ſe intra limites modeſtiæ continuit,

Digitized by Google

nuit, ſed etiam bonis viris omnibus aſylum præſtitit, qui aliunde vel
A metu elapſi, vel edictis eiecti, vel vi expulſi erant; ſic vt ibi in tuto cõ-
ſtituti, commodiores temporum vices expectarent.

Cum itaque Epiſcopus videret Gandaui armatam plebem tumul-
tuari, ſimulque animaduerteret auctoritatẽ ſuam in aula Mariæ ſtudio
atque opera Ioannis Ducis Cliuenſis ob Adolphum Geldriæ Ducem
in dies imminui, ex animi mœrore in morbum incidit, ideoque im-
petrata à Maria decedendi copia carpento ſe domum reuehendum
curauit. *Epiſcopus aula Flandrica relicta Leodium recedit.*

Cæterum diæ lunæ in ſacra hebdomada cum ſex aut ſeptem cur-
ribus, & centũ & amplius equitibus ſtipatus iter ingreſſus eſſet, por-
B tis emiſſus non fuit, Gandenſes enim qui excubias in portis agebant,
famulum ſuperioris Decani, qui Epiſcopum honoris gratia nomine
Ciuitatis deducebat, interficere volebant, ita vt reuerti in aulam tum
quidem coactus fuerit. *Vbique Epiſcopo pericula imminent.*

Inſequenti tamen nocte interceſſione amicorum dimiſſus fuit,
quanquam non ſine magno periculi metu, cum foro medio per vigi-
lum armatas acies iter faciendum eſſet. Et quanquam Gandauo inco-
lumis ad hunc modum egreſſus eſſet, periculi tamen metu liberatus
non fuit, antequam Curingam perueniſſet; cum in omnibus Flan-
driæ oppidis conſimiliter in armis eſſet populus: Carebat enim terra
C Principe, & ſinguli iam incolæ principatum affectabant.

Ipſo igitur die Paraſceues Epiſcopus Curingam peruenit, vbi &
per ferias Paſchales porro commoratus fuit, donec valetudini pri-
ſtinæ ad plenum reſtitutus eſſet: tum ſe Leodium recepit, cumque
conſequenter Tungris appropinquaret, obuiam ſe illi tulit Wilhel-
mus Arenbergius, qui mox equo deſiliens, & genibus eius aduolutus
delictorum veniam ſupplex rogauit; quam cum benigne Epiſcopus
illi dediſſet, ea conditione vt interfecti M. Richardi amicos ſibi recõ-
ciliaret, eum vnà ſecum inter cæteros Comites & amicos Leodiũ re-
duxit: Leodienſes autem aduentantem Epiſcopum ſuum ingenti ſo-
lemnitate exceperunt. *Epiſcopus Curingã appellit.* *VVilhelmus Arenbergius veniam ab Epiſcopo impetrat.*

Tum receptus fuit denuo in familiam Epiſcopi Wilhelmus Aren-
D bergius, & quidem maiori dignitate quam antea Aſſignatum illi fuit
expenſis Epiſcopalibus ſatellitium 24. equitum, ipſeque conſtitutus
eſt Epiſcopalis aulæ diſpenſator & œconomus; datũ illi eſt præterea
in Haſbania prope Hoyum hæreditario iure in perpetuũ vt propriũ
poſſidendum caſtrum de Serainge. *VVilhel. Arenber. receptus in Familiam Epiſcopi.*

Hortatu quoque Epiſcopi Comes Flandriæ Maria Caroli filia eidẽ
in præſenti pecunia ſoluit quatuordecim milia Rhenenſium, partim
in compenſationem caſtri Engrimondani, quod pater eius Dux Ca-
rolus vna cum Namurcenſibus demolitus erat, partim vt interpoſito
iureiurando, datiſque & confectis inſtrumentis, promitteret Aren-
bergius ſe Mariæ partes eſſe tuiturum, ſi forte ingruente hoſtili ma-
nu neceſſitas eius operam poſtularet. *Multis eũ Epiſcopus affecit beneficijs.*

Quæ

Digitized by Google

Quæ quidem omnia quanquam ſyncero animo atque beneuolo Epiſcopus faceret, Arenbergius tamen data occaſione declarauit, quo animo ipſe acceperit, in quo veriſſimum eſſe apparuit, quod ab omnibus celebratur, nihil tam perire, quam quod confertur in ingratum.

Epiſcopus Leodienſibus ablatas à Carolo præfecturas reſtituit.

Cum autem Leodium reuerſus eſſet Epiſcopus omnes omniũ Ciuitatum ſuæ ditionis Magiſtratus atque præfectos politicos à Guidone Humbercurto tanquam Toparcha, nomine Caroli Ducis conſtitutos exauctorauit; & poſtquam ſibi aliquamdiu diſpoſitionem atque collationem eorundem officiorum reſeruaſſet, tandem Leodienſibus eam, pro veteri conſuetudine, ſicut olim habuerant, reſtituit ſperans hac ratione ſe eorum animos ſibi magis eſſe deuincturum. B

Annotationes.

Quæ hoc capite & aliquot ſequentibus de inſolentia & ſæuitia Gui'helmi Arenbergij habet, confirmant Placentius, Bruiſthemius necnon Barlandus fere huius temporis ſcriptores. Sic enim Barlandus Brabantinus ſcriptor. Per eadem fere tempora non vulgaris exemplum ſæuitiæ Leodij eſt editum circa loci antiſtitem.

Guiljelmus Arenburgus homo inſolens, ambitioſus, & vt paucis dicam, eo ingenio, vt quicumque ipſum ad crudelitatem, ad ſcelera patranda exacuebant, rabiem innatam quaſi ſigno dato prouocaret, C is inquam talis in Ludouici Borbonij Antiſtitis caput coniurauerat. Ob id exul poſtea declaratus cum ſceleratorum manu, qui numero leguntur fuiſſe duo milia, venit in agrũ Leodienſem, oppugnaturus Ludouicum Burgundicarum partium hominem.

Contra Arenburgum educturus Antiſtes, priuſquam egredi vrbem potuit, occiditur, anguſtias forte quaſdam ingreſſus, vbi adorti ſunt eum ſcelerati aliquot latrones, quos ad facinus perpetrandum ab hoſte conductos fuiſſe, vero ſimile eſt.

Secundum hæc Arenburgus Leodium hoſtiliter occupatum, totius Burgundicæ familiæ odio grauiter afflixit.

Cæſi Ludouici amicos & fautores bonis ac fortunis omnibus exutos, eiecit oppido. Quoſdam etiam occidit. Huius rei fama ſtatim D ad Brabantos finitimam gentem ſerpſit. Qui metuentes ne Gallorum Rex occiſo iam antiſtite, Leodienſem agrum ingreſſus, Brabantiæ quoque loca vaſtaret. Simul vt tam indignam Epiſcopi cædem vindicarent arma ſumpſere.

Primi omnium Louanienſes, poſthabita etiã annua ſupplicatione ſua, quæ in primos dies menſis Septembris incidere ſolet, egreſſi cum armata manu, inſequentibus ſtatim & alijs oppidum S. Trudonis adorti in deditionem acceperunt. Captum poſtea eodem Carolo Haſletum, trucidato militari præſidio, quod illuc ad tuendum locum Aremburgus miſerat. Tungri quoque ſe dediderunt.

Iam

Digitized by Google

Iam Brabanti ad Leodiũ etiam obſidendũ magnis copijs excurre-
A bant. Vnde Aremburgus videns imminere ſibi ac ſuis periculũ, ſi vrbem hoſtis expugnaſſet, Brabantici Ducem exercitus ad colloquiũ pertraxit. Atque ita cum eo loquutus eſt, vt ſubito mutatis rebus iuſſi ſint domum redire noſtrates.

Apud quoſdam ſcriptores inuenio promiſſa Naſſouio, penes quem fuit copiarum imperium, aliquot aureorum milia, ſi domũ reduxiſſet exercitus.

Occiſo Borbonio, per electionem primum, deinde Romani Pontificis accedente cõfirmatione, fit Leodij Epiſcopus Ioannes Hornius, principis Hornij frater.

B Vt hunc excluderet & Arenburgus (nam in locum cæſi antiſtitis, filium eligi & ſurrogari ſuum volebat) Tungrorum vrbem occupat; eiectis inde Brabantis. Nouum hinc exarſit bellum. Gens Brabantica largo ſtipendio contractis copijs eo redijt. Cum hoſte totis viribus deſcenſum eſt in aciem, fuitque prælium ingens. Vicit tandem Brabantus, cæſaque ſunt ad tria millia hominum.

Nec multo poſt Aremburgus die quodam ſancti Trudonis oppidum egreſſus, dubium laxandi animi cauſa, an ob alia negocia, capitur à Frederico, qui Ioanni Hornio antiſtiti frater erat.

C Inde Traiectum ad moſam perductus, gladio ſubijcitur, vniuerſa id vidente ciuitate; luitque meritas ſuæ pœnas inſaniæ.

Hanc eius mortem poſtea vt vindicarent amici & nouum Antiſtitem & Traiectinos vehementer afflixerunt, euerſis eorum caſtellis, agro late vaſtato, incenſis pagis, trucidatis colonis.

Noui tumultus Leodij excitantur. Proditio detegitur.

CAPVT XXXVI.

D

Factioſi rurſus Leodij Tumultuantur.

MEnſe autem Mayo eiuſdem anni Dominus Raſo Hereſis cum ingenti multitudine exulum, itemque & Francorum, & Gaſconum in terram Leodienſem ſe contulit: aduerſus quem Epiſcopus mox tota ditione militum delectu habito, copioſiſſimum exercitũ conſcripſit, & quo promptiores ad bellum faceret, adempta priuilegia quatenus honeſtati conformia erant, itemque & collegiorum iura ſubditis ſuis reſtituit.

Collectis igitur copijs ſuis Epiſcopus Hoyum ſe recepit, & Wilhelmum Arenbergium cum parte exercitus aduerſus Raſonem miſit.

 Inito

Digitized by Google

Raſo ſupplex Epiſcopo.

Inito autem inter hos colloquio, Raſo ad Wilhelmum dixit, ſe non alio conſilio, aut propoſito iſthuc aduenisse, quam vt ea, quæ ſua erāt recuperaret, quæ quidem ſi cum gratia Epiſcopi impetrare poſſet ſe libenter arma depoſiturum, ſibi nihil eſſe iucundius, aut optabilius, quam amicitiam Epiſcopi, cui obedientiam fideliſſime præſtiturus eſſet, ſi quidem impetrata delictorum venia, tranquille ac tuto verſari poſſet in patria. A

Raſo in gratiā receptus.

Quæ quidem cum Arenbergius Epiſcopo retuliſſet, conſtitutum eſt, vt Morinum ſe conferret Epiſcopus cum omnibus copijs ſuis, vbi recepto in gratiam Raſone belli occaſio ſublata fuit.

Porro autem eo tempore, quo Epiſcopus ageret Gandaui, Prouinciarum ordines conſiderantes iniquitatem Regis Galliæ, qui Mariam relictam Caroli filiam omnibus modis opprimere conabatur, non modo de matrimonio, ſed etiam de marito eius conſilium inierant, conſenſientibus etiam propinquis, inter quos præcipuus erat Epiſcopus: eſtque omnium ſuffragijs Electus Maximilianus Frederici Imperatoris filius, quem hiſce prouincijs tum aduerſus Regem, tum etiam aduerſus alios principes vicinos defenſorem fore ſperabant maxime idoneum. B

VVilhel: Arenb: nomine Epiſcopi gratulatur Maximiliano Auſtriaco aduentum.

Cum Igitur hic ſponſus à patre dimiſſus relicta Germania in Belgium aduētaret, 5. die Auguſti Wilhelmus Arenbergius ab Epiſcopo miſſus eſt cum ſplendidiſſimo Baronum ac nobilium Comitatu Traiectum, vt ibi nomine Epiſcopi eidem gratularetur aduentum, & hinc porro decedentem Dieſtum vſque, hoc eſt ad primā Ciuitatem deduceret, quæ ſpōſæ eius ditioni ſubiecta erat: vt extra periculum omne deinceps eſſet. Quod quidem cum ille ſumma cum dexteritate præſtitiſſet, mox Leodium reuerſus eſt. C

Proditio aduerſus Epiſcopum inſtituta.

Subſequenti autem menſe Septembri Pierchon Rocha, Watelet Chabotteau, & nōnulli alij proditionem aduerſus Epiſcopum ac Ciuitatem machinati ſunt, eo pacto, vt cum copijs in ciuitatem irrumperent, & Epiſcopum interficerent, aut caperent, auxilio quorundam freti, qui intra Ciuitatem erant.

Erat autem Watelet Chabotteau in primis is, qui hanc rem auxilio Gallorum procurabat, qui cum vltro citroque velut internūcius obequitaret, in Comitatu Namurcenſi tandem captus fuit, & ibidem quæſtionibus ſubiectus omnem proditionem detexit, & cōfeſſus eſt, indicatis etiam conſcijs vniuerſis. D

Proditione capti.

Ex his igitur tum extra, tum intra Ciuitatem Leodienſem aliquot capti, & Leodij publice ſupplicio affecti ſunt, in conſpectu Epiſcopi, Raſonis, & Arenbergij: ex tribus autem his, qui tunc è medio tollebantur, vnus in quatuor partes diſſectus fuit, qui clara voce de pulpito ante mortem rem omnem ſerie decenti referebat, ſicuti futura erat.

Cumque in dies in complices horum animaduerteretur, tandem & Watelet Chabotteau Hoyū in manus Epiſcopi deductus eſt; vnde Leodium

Digitized by Google

Leodium tranſmiſſus, extructo pulpito ante gradus S. Lamberti in
A 4. partes diſſectus, & quatuor Ciuitatis portis particulatim appenſus
eſt.

Is magna delicti pœnitentia motus & vera contritione confeſſus, ordine omnem proditionem declarauit, cunctis audiētibus, qui ſupplicij eius ſpectatores acceſſerant.

Hæc poſtquam ita facta eſſent, inter Epiſcopum & ordines patriæ totumque populum Leodienſem atque Loſſenſem confectis inſtrumentis publicis eſt conſtitutum, quod perpetuo exilio ſine ſpæ veniæ mulctandus eſſet, quiſquis quoquo tempore huius proditionis particeps fuiſſe cōuictus eſſet: quin eadem pœna & is quoque teneretur, *Pactum publicum de proditoribus.*
B quiſquis vllo modo cum proſcriptis hiſce communicaret. Hoc igitur inſtrumentum pacti publici priuatim à ſingulis, & publice ab omnibus per Leodienſem Loſſenſemque ditionem iureiurādo interpoſito confirmatum fuit, ex cuius vigore etiam Pierchon Rocha, & Thiery Poulon, alijque nōnulli, de quibus iam conſtabat nominatim edicto publico ſunt proſcripti.

Huius autem edicti huiuſque inſtrumenti cum præcipuus auctor extitiſſet Wilhelmus Arenbergius, qui & iuriſiurandi ſacramento id ipſum promptiſſime confirmarat, quam fideliter promiſſa ſeruauerit, euentus docuit.

Anno autem 1478. menſe Mayo certior factus eſt Epiſcopus Leodienſis fugitiuos, exules, & proſcriptos cum ingēti multitudine Frā- *Factioſi aduerſus Epiſcopum tumultuantur.*
C corum in terram Leodienſem irrupturos eſſe. Quare Epiſcopus mox conſcriptis ſufficientibus copijs Hoyum profectus eſt, vt hoſtem ingruentem retunderet. Atqui illi ſimul atque intellexiſſent Epiſcopum in armis eſſe, tergiuerſati ſunt, nec venerunt, Epiſcopus tamen ne interim imparatus obrueretur, fines ſuos præſidio aduerſus eorum impetum firmauit, ex quo ſumptus ingentes ſuſtinuit, cum ſingulis aliquot annis huiuſmodi rumoribus terreretur, vt minimum ſemel.

Hoc anno Maria Burgūdica Caroli Ducis Brabantiæ filia Maximiliano Auſtriaco peperit filium primogenitum, cui nomen Aui Materni eſt impoſitum Philippus. *Philippus Auſtriacus naſcitur.*

D

Tumultus & bella per Arenbergium iterum contra Epiſcopum & patriam excitata.

CAPVT XXXVII.

VVilhelmus autem Arenbergius, poſtquam aliquamdiu apud Epiſcopum Leodienſem ſumma in auctoritate ſummoque in honore habitus fuiſſet, impatiens fortunæ, fœlicitatem

Digitized by Google

ſuam ferre diutius non potuit: quin potius pro beneficijs acceptis odio concepto aduerſus Epiſcopum ea machinatus eſt, quæ aduerſus hoſtem vix æquum erat. A

Wilhel: Arēber: aduerſus Epiſcopum inſurgit.

Erant huius diſſidij plures cauſæ, quarum nulla Epiſcopo tolerabilis erat: namque ſatellites, & equites eius, quos expenſis ſuis, & menſa ſua apud ſe vna cum Arenbergio ſuſtentabat Epiſcopus, eo petulantiæ iam proceſſerant, vt ſolemni ciborum apparatu non contenti, non modo patinas ac lances, vt erant, cibo plenas humi per atrium prouoluerent, ſed etiam miniſtris aulicis verbera minarentur.

Deinde & ipſe Arenbergius ita ſe Epiſcopi negotijs importune ingerebat, vt excluſo per omnia illo, ipſe rerum potiri videretur, B nullus enim erat in aula ſecretarius, qui vel edictum, vel mandatum, vel denique inſtrumentum vllum alia forma ſcribere auderet, quam qua vellet Arenbergius; cum diuerſum facientibus ille minaretur exitium.

Ad hæc mandatis etiam Eccleſiæ rebellis erat, cum neque templa frequentaret vnquam, neque ſacris intereſſet, neque peccata confiteretur, neque ſacram communionem accederet, & in quadrageſima palam carnibus veſceretur.

Præterea non ſatisfaciebat conditionibus ijs, quibus eum in gratiam receperat Epiſcopus; Nam cũ interfeciſſet D.M. Richardũ, eius amicos, vti promiſerat, ſibi non reconciliabat; & quamuis proinde C anathemati ſubiectus eſſet, de abſolutione huius ſollicitus non erat.

Poſtremo relicta honeſtiſſima vxore, ex qua liberos iam complures ſuſceperat, Colonienſi cuidam ſcorto adhærebat, quod maritum ſuum veneno tollere conatum fuerat. De his igitur omnibus alijſque horum ſimilibus compluribus, cum iuſſu Epiſcopi per graues quoſdam viros argueretur, offenſus, ex palatio Epiſcopi deceſſit.

Arenbergius ab Epiſcopo officij admonitus recedit.

Ex hoc igitur tempore wilhelmus Arenbergius ſeſe homicidarum, Prædonum, exulum, proſcriptorum, ac deploratiſſimorum quorumque hominum conſortio aggregauit, & inter duo caſtra longee ſcilicet ac Lummen vltro citroque obequitauit, atque vbicumque D præſentem cognouiſſet Epiſcopum, eodem & ſe oculis eius ingeſſit, ita vt quo animo erga Epiſcopum eſſet, facile ex his appararet.

Anno 1479. menſe Auguſto Epiſcopus Leodienſis ad ſolemnitatē dedicationis à Trudonenſibus inuitatus fuit, omnıaque in eius aduētum magnifice præparata ſunt.

Arenbergius Gallorum auxilio fretus Epiſcopo inſidiatur.

Interim vero ab amicis monitus fuit Epiſcopus, vt proſpiceret, atque caueret; adeſſe enim illi wilhelmum Arenbergium, qui nihil moliretur boni, hunc iam ingenti turba militum eſſe ſtipatum, quos omnes veſtimentis nouis ſplendidiſſime ornaſſet. Tandem enim

nim deprehenſum fuit eo propoſito illum iſthuc ſe contuliſſe; vt
A eam ciuitatem Regis Franciæ nomine occuparet: tum tẽporis enim Galli cum Flandris in Morinis prælium inituri erant, nec dubitat quidem de Gallorum victoria Arenbergius, quam ſi obtinuiſſent, ille ſuum negocium in his partibus acturus erat.

At vero diuina Clementia aleam belli in diuerſum coniecit, & Maximiliano Auſtriaco Duce Flandri Gallos ingenti clade affecerunt in loco, qui dicitur Guynegate, adeoque eorum vires confregerunt, vt de proſequendo bello conſilium facile remitterent.

Arenbergius ſpe excidit.

Hinc factum eſt, vt & Arenbergius ſpe ſua fruſtratus propoſitum mutauerit.

B Anno 1480. Mahometes obſedit Rhodum, cumque iam pene viciſſet diuino miraculo victus fugatuſque fuit: Mox inuaſit regnum Siciliæ, Hidrunti Ciuitatis Epiſcopum medium ſecuit, populum vt oues mactauit.

Eodem anno inter Ludouicum Regem Franciæ, & Maximilianum Auſtriacum induciæ 7. menſium pactæ ſunt.

Hoc anno circa feſtum Pentecoſtes Epiſcopo Leodienſi per amicos quoſdam beneuolos atque fideles, clam ſed iuſtis argumentis indicatum fuit Wilhelmum Arenbergium inſidias ſtruere illius vitæ: quod quidem cum apud S. Trudonem intellexiſſet Epiſcopus, iſtinc ſe mox Traiectum contulit, eodemque ad ſe Ciuitatis Leo-
C dienſis Conſules euocauit: qui quidem cum mox veniſſent, Epiſcopus animi ſui ſententiam paucis expoſuit, ac, viri, inquit, integerrimi, cum de wilhelmi Arenbergij in me maleuolentia tam certa iam indicia perceperim, vt ſine periculo diſſimulare diutius non queam, eo conſilio vos huc acciui, vt mecum diſpiceretis, quid mihi, quid vobis, quid vniuerſæ Reip. noſtræ ex vſu futurum ſit: mihi plane eſt neceſſe, vt me hoſtem eſſe declarem eius, qui aduerſus me nihil aliud, quam hoſtilia meditatur, beneficijs enim illũ cumulandis iam dudum nihil aliud efficio, quam vt ille ſeipſo indies deterior euadat; veſtrum iam eſt conſiderare, vtrum meas potius, an illius partes ſequi velitis, eiuſque conſilij veſtri expeditam declarationem expecto.

Conſultatio Epiſcopi de Vvilhel. Arenber. cũ Conſulibus Ciuitatis.

D Conſules igitur his auditis Leodium profecti, & communicato cum primoribus conſilio intra paucos dies Traiectum reuerſi ſunt; qui admiſſi, Epiſcopum ſuppliciter & obnixe rogarunt, vt in Ciuitatem ſuam Leodium redire dignaretur, illic enim neminem eſſe cuiuſcumque tandem ætatis aut ordinis eſſet, qui non pro illius incolumitate vitam ſuam libenter poſiturus eſſet: Adduntque ſibi interdictam ſpem reditus in patriam, niſi vna ſecum adducerent Præſulem.

Conſules Epiſcopum Leodium reducunt.

Grauatim quidem precibus eorũ aſſenſit Epiſcopus, ſed fatigatus

Digitized by Google

tandem recepit ſe poſtridie, hoc eſt profeſto Sacramenti vnà iſthuc eſſe profecturum. Cumque Leodium ingenti cum lætitia & exultatione populi ingreſſus eſſet, ipſo die Sacramenti vna cum prætoribus Conſulibus, & Scabinis ſuis in cœnaculo curiali familiariter epulatus eſt, vnde mirum in modum Ciuitas gauiſa fuit. A

VVilbel. Arenbergius Gallorũ ſubſidia petit & impetrat

Non multo autẽ poſt hæc tempore Wilhelmus Arenbergius in Franciam profectus, Ludouico Gallorum Regi ſuam operam obtulit, ac promiſit ſe illi vniuerſam Leodienſium ditionem in manus traditurum, ſi Rex ipſe copias ſufficientes tradere non grauaretur. Cuius pollicitationibus Rex illectus exercitum aſſignauit, cui Ducem præfecit Carolum Ambianenſem. Arenbergius autem Caſtrum Reynouge, & Caſtrum Longee iam ante ſuo præſidio firmarat, pollicitus ſe mature his laturum eſſe ſuppetias, ſi quidẽ periculum ab Epiſcopo ingrueret. B

Epiſcopus ſubſidia petit à Maximiliano.

Epiſcopus igitur his cognitis e veſtigio ad Maximilianum Auſtriacum ſcripſit Arenbergium Copijs Gallicis inſtructum finibus ſuis imminere; ferret igitur ſuppetias ipſi aduerſus cõmunem vtriuſque hoſtem. Cui quidem Maximilianus libenter gratificatus Principem Aranziorum, & alios aliquot Capitaneos Namurcum cum copijs ſatis magnis tranſmiſit, eodemque & ſeipſum mox adfuturum ſcripſit, vt conatibus Arensbergicis obſiſteretur.

Detegitur bellũ & proditio Arenbergij.

Interim vero caſtra Arenbergica Longee & Reynouge expugnata ſunt, & præſidiarij capti, qui ſubiecti quæſtionibus arcana omnia Arenbergij, quæ ad conſilium proditionis ac belli pertinebant ordine confeſſi, palam explicarunt, quanquam Arenbergius in his magnam præſidij ſui fiduciam collocaſſet. C

Horum igitur confeſſio ſcriptis compræhẽſa Epiſcopo tranſmittitur, vt ille perluſtratis, & habito conſilio trutinatis omnibus ac ſingulis, quid agendum foret, mature conſtitueret.

VVilhelmus Arenbergius à patria Leodienſi proſcribitur.

CAPVT XXXVIII. D

ANno itaque 1481. Epiſcopus acceptis his inſtrumentis Magiſtratus ſuos vniuerſos conuocat, literas reſignari; teſtimonia de Arenbergio recitari iubet in conceſſu omnium, ac tandem rogat, ſatiſne hæc ſint, ad arguendam Arenbergij manifeſtam rebellionem, & an his cognitis ſatis non ſit cauſæ, cur vt hoſtis, & hoſtiũ ſocius edicto publico in æternum proſcribatur Arenbergius, qui ipſe auctor edicti dudum fuit, quo omnes proſcripti ſunt publice, qui cũ proſcriptis vllo modo communicarent. Hinc enim ſole ipſo clarius elucere, Wilhelmum Arenbergium non ſolum hoc tempore cum

proſcriptis

proſcriptis exulibus verſari, qui exitium patriæ minarentur, ſe etiã
A prædæ participem fuiſſe iam tum, dum adhuc vt amicus ageret in patria cum ijs, qui prædam egerant exules ac proſcripti.

Reſpondit Magiſtratus, ſe neque ex literis, neque ex ſigillis, neque plane ex inſtrumentis vllis teſtimonium vllum aut iudicium vllum ferre poſſe, ſed opus eſſe, vt ipſi teſtes coram loquentes audirentur. Epiſcopus igitur eo rem deduxit, vt Conſules Leodienſes Namurcũ profecti, dicta teſtium ipſi audirent & exciperent. Interim vero tum in Germania, tum etiam Leodij ſcelerum conſcij aliquot compræhenſi & ſupplicio affecti ſunt, qui eadem hæc omnia de Arenbergio habere teſtati ſunt.

B Conſulibus igitur Leodium reuerſis, edictum promulgatum eſt, quo Wilhelmus Arenbergius in æternum proſcriptus fuit ſine ſpe reſtitutionis in integrũ: idque vigore pacti publici, quod ipſo auctore nuper inter patriæ Leodienſis ordines compoſitum & iureiurando firmatum fuit. *Proſcribitur ſine ſpe reſtitutionis.*

Hoc factum cum intellexiſſet Arenbergius, qui tum temporis in Francia verſabatur, literas ad omnes patriæ ordines, & ad publicos iudicum conſeſſus & conuentus pluribus locis dedit, orauitque vt ſibi locus, ac dies iudicij aſſignaretur, quo cauſam ſuam ipſe diceret, & ſuam innocentiam Reip. liquido probaret: ſed inanes fuerunt hæ
C preces eius: In ſtatutis enim Leodienſium id cautum eſt ne quis vel reſponſum impetret, vel ad ſe purgandum admittatur, de quo per quæſtiones & publica teſtimonia conſtat, quod reus culpæ ſit, cuius arguitur. *Preces Arenbergij inanes.*

Hoc igitur maxime doluit Arenbergius & conqueſtus eſt ſibi iniuriam fieri non contemnendam, qui ad ſui purgationem non admitteretur. Idem & conquerebantur conſanguinei eius, qui genti familięque ſuæ notam hanc nimis intolerabilem inuri clamitabant.

Leodium impugnaturus aduenit. Mors Epiſcopi Borbonij.

D

CAPVT XXXIX.

ARenbergius igitur adiunctis ſibi Gallis, & exulibus, & proſcriptis, & flagitioſiſſimis quibuſque Terram Leodiẽſem atque Loſſenſem circumquaque vaſtare incendijs, cædibus, rapiniſque omnia miſcere, ſacerdotes ac monachos interficere, ſacras virgines palam violare, templa profanare cœpit, nihilque reliquit ſcelerum eorum, quæ hoſtes Ethnici in Ethnicos vnquam tentaſſe memoriæ traditum reperitur. *Wilhelmi Arenbergij crudelitas.*

Princeps interim Aranziorum à Maximiliano Auſtriaco in ſubſidium Epiſcopo Namurcum cum copijs miſſus, etſi vxor ſua Epiſcopi

copi

Digitized by Google

Princeps Aranʒierum cum Arenbergio colludit.

copi ſoror eſſet, non dubijs argumentis depræhenſus eſt bellum ducere, & cum Arenbergio clanculum colludere: Nam cum is Thirry Poulon, & Ioannem Roiſtium intimos Arenbergij conſiliarios captiuos haberet, exigua tantum pecuniæ ſumma mulctatos dimiſit, qui liberati, ipſo etiam Arenbergio in patriam pernicioſiores extiterũt. Qua de cauſa Epiſcopus ſororio ſuo Aranziorum Principi non mediocriter ſuccenſuit. Adeo autem crebræ & graues in terram Leodienſem irruptiones fiebant, vt Epiſcopus coactus ſit magnis præſidijs ditionis ſuæ fines tueri, quæ res illi luculento damno ſtetit propter ſumptus inæſtimabiles, quod præſidiarijs impendere neceſſe fuit. A

Vindictam meditatur Arenbergius.

Anno 1482. menſe Auguſto Epiſcopus Leodienſis à fidedignis per literas certior factus eſt Wilhelmum Arenbergium cum multis militibus Francorum, exulum, proſcriptorum, & conſimilium deploratorum in terram Leodienſem imminere. Quin ipſe Arenbergius literas ad Dn: Ludouicum à Marcka Dominum de Rochefort patrinum ſuum dedit, quibus eum admonuit, vt ad ipſius aduentum ſe pararet, ſe enim mox iſthuc adfuturum cum ingenti manu, & vindicaturum dedecus, quod familiæ ſuæ inurere conaretur Epiſcopus. B

Ludouicus à Marcka detegit literas Epiſcopo.

Quas quidem literas Ludouicus vt accepit mox ad Epiſcopum legendas tranſmiſit, qui tum Hoy cum multis equitum peditumque milibus verſabatur. Hæ igitur literæ cum Hoy recitatæ eſſent Princeps Aranziorum cuius exercitus Namurci erat, hic præſens, auctor fuit Epiſcopo, vt Leodium rediret, ibique copias Arenbergij expectaret, ipſe interim eas ex occulto exciperet. Cuius conſilio acquieſcens Epiſcopus per noctem ſe Leodium recepit, ſperans ſe Leodienſium præſidio, vt æquum erat, aduerſus impetus hoſtiles tutum fore. C

Epiſcopus indicit Comitia alloquitur publice ciues.

Ac ne ſe temere illis commiſiſſe videretur, Comitijs indictis viua voce præſens ipſe primores ac populum allocutus, Ciues (inquit) Leodienſes, viri integerrimi, communis noſtrum hoſtis Wilhelmus Arenbergius cum ingentibus copijs ceruicibus noſtris imminet, qui non modo mihi pro beneficijs acceptis meditatur exitium, ſed etiam liberis & vxoribus veſtris extremam calamitatem, vobis ipſis æternam infamiam machinatur: gloriatur enim paſſim vos me Principem veſtrum iam ipſi vendidiſſe, & paulo poſt etiam tradituros. D

Ego vero eam de vobis exiſtimationem habeo, vt confidam non ita eſſe futurum, cum certo mihi perſuadeam Leodienſes nequaquã eſſe proditores, qui ſuos Principes in acie nunquam deſeruerunt, ſed victoriam ſemper obtinuerunt, quotieſcumque præſentem in prælio ſuum habuerunt Principem. Idem ego & nunc mihi vos præſtituros eſſe ſpero atque confido.

Ad me quod attinet, equidem viciſſim promitto vobis, me nuſquã hinc deceſſurum, ſed ad extremum vſque ſpiritum conſtanter apud vos perſeueraturum. Tum viciſſim Leodienſes vnanimi voce Epiſcopo fidem & auxilium promiſerunt: quibus tamen cum ille fideret,

ret,

Digitized by Google

ret, miſere deceptus fuit, vt paulò poſt apparuit.

A Menſis Auguſti die Triceſima, quæ veneris erat, Wilhelmus Arẽbergius cum ingenti exercitu Leodium aduenit, ab ea parte, qua Carthuſiani ſunt. Facta igitur in populo trepidatione ciues ad arma conuocãtur; & Epiſcopus qui tunc in ſacello ſuo ſacris intererat, admonetur vt ſe armet, & hoſtibus obuiam procedat, populum enim detrectare militiam niſi Epiſcopus ipſe præſens adſit. *Wilhelmus Arenbergius Leodiũ impugnaturus aduenit.*

Epiſcopus igitur ſe ſine mora armauit, ſed cum equum ſuum in palatio conſcendiſſet, nullis calcaribus, nullis ſtimulis, vt vel loco cederet impellere potuit, quamdiu ipſe inſideret, cum alio ſeſſore recepto ille non grauatim officium faceret: quod quidem cum B identidem eodem momento accideret, præſagium fuiſſe iudicatum fuit periculi, quod Epiſcopo imminebat. Ad extremum verò Epiſcopus vna cũm ſuis ex palatio deceſſit, qui cum in forum perueniſſet, vbi ciues armati eum præſtolabantur, conclamarunt omnes, vt equitum turmæ præcederent, ſe vna cum triginta duobus opificum collegijs mox eſſe ſubſecuturos. *Præſagium.* *Epiſcopus hoſti obuiam procedit.*

Itaque ergo Epiſcopus vna cum equitibus ſuis paululum vltra Carthuſianos proceſſit, vnde & hoſtes non longe aberãt; quo factum eſt vt eos, qui cuſtodiæ ſui corporis debebantur, ad excubias ſeruandas præmittere vlterius coactus ſit, qui & ipſi non admodum frequentes erant, cum præcipuum equitum peditumque robur ad fines C ditionis tuendos in præſidijs diſpoſitum eſſet.

Hoſtes igitur vigilias adorti non difficulter perruperunt, ac profligarũt, perieruntq; primo ſtatim hoc cõflictu multi inſignes viri, & hi maxime qui Epiſcopo quã maxime beneuoli atque fideles extiterãt, inter quos erant in primis Dominus de Vidoe, D. de Voeghelſang, Wilhelmus Botſon, Wilhelmus Longhis, Adamus Cleermont, Hermannus Mectecouen, & complures alij. *Multi cedũtur ab Aribergijs.*

Erat cum Epiſcopo fortiſſimus Adoleſcens Ioannes Horneus Canonicus, qui reliquis omnibus metu Arenbergij trepidantibus, in foro ſtanderum, quem vocant, arripiens, animum addiderat; is etiam hic declarauit ſe neque manibus hoſti, neque menti Epiſcopo defuiſſe, cuius conſilio ſi Princeps obtemperare voluiſſet, fortaſſe D minus eueniſſet mali: hic enim ſuadebat, vt Epiſcopus mature caneret receptui, & intra mœnia tantiſper hoſtem operiretur, donec & Aranzianas, & ſuas etiam copias aduocaſſet, vt his adunatus hoſte ſuperior eſſe poſſet. Epiſcopus vero partim animi ſui generoſitate, partim doloſis fucatorum conſilijs, fugæ dedecus auerſatus fortiter tetendit in hoſtem, quo propoſito cum in anguſtias quaſdam viarum incidiſſet, vnde effugium non patebat, ex inſidijs eſt à maleuolis interfectus, qui hoc officio gratiam captabant Arembergij. *Ioãnis Hornei virtus.* *Epiſcopus interfectus.*

Arenbergius itaque victor Leodiũ ingreſſus quaſi in ſuam poſſeſſionẽ veniſſet, omnia ſacra atque profana occupauit, Epiſcopi fautores *Arenbergius victor Leodiũ occupat ac rẽp. ordinat arbitrio ſuo.*

Cc alios

Digitized by Google

alios vita, alios fortunis, alios his vtriſque exuit. Epiſcopi occiſi corpus etiam ſepultura priuare voluit: tandem vero intra vrbem delatum ſepeliri, ſed ſine omni ſolemnitate, paſſus eſt, pridie Calendas Septembris ante aram maiorem S. Lamberti. A

Oratio Arenbergij cõtra Epiſcopum occiſum.

Arenbergius ibidem porro habita oratione mirum in modum tyrannidem Epiſcopi interfecti exaggerauit, cuius nomine tantæ calamitates per Brabantos Leodienſibus inflictæ ſint: diu potuiſſe harum finem fieri, ſi hic diu de medio ſublatus fuiſſet; ſe patriæ ſuæ ſeruitutem tam obſcœnam diutius ferre non potuiſſe, nunc tandem ſe auctore eum illuxiſſe diem, quo libertatis recuperatæ feſtum ſolemne extincto tyranno agitare liceat. Reſtare nunc id ſolum, vt poſita formidine, poſita ſimulatione ac diſſimulatione omni, amicos amare, hoſtes odiſſe, ex animo inciperent. B

Patibula in foro erigit.

Mox igitur vt ſe liberatorem & non oppreſſorem patriæ declaraſſet, in medio foro patibula duo erexit in pœnam præſidiarijs militibus, ſi qui ciues vltra præſcriptum aggrauare auderent: deinde ad ordinandam Remp. animum adiecit, & in poſterum diem, hoc eſt, in ipſas calendas Septembres Epiſcopi noui Electionem canonicis indixit; & quo minus Electione aberrarent, filium ſuum illis ita cõmendauit, vt precibus ſuis minas regaliter adderet. Ipſe porro tanquam pater patriæ magiſtratus politicos & militiæ futuræ præfectos ordinabat. C

VVilhelmus Arenbergius Leodiẽſibus obtrudit filiũ ſuũ Epiſcopum.

Ioannes Arenbergius eligitur in Epiſcopum.

Canonicis interea temporis in Brabantiam maxima ex parte dilapſis, qui remanſerunt poſtridie in vnum congregati, volentes, nolentes, Ioannem Arenbergium Wilhelmi filium, Epiſcopũ Leodienſem elegerunt, adoleſcẽtem necdum ſacris vllis initiatũ, quem deinceps poſtulatum Leodienſem appellarunt: laboratum eſt diu de hoc confirmando apud Romanum Pontificem, ſed nihil impetratum.

Non poteſt obtineri cõfirmatio.

Brabantinorum in ditionem Leodienſem irruptio & eiuſdem per Arenbergium deprædatio.

CAPVT XXXX.

D

Expeditio Maximiliani aduerſus Leodiẽſ.

MAximilianus Auſtriacus hac re intellecta, veritus ne Rex Frãcorum hac occaſione fœdus infringeret, cum Leodienſes illi in Brabantiam aditum facilem patefacere poſſent, adiutus tribus prætorijs Brabantiæ, Louanienſi ſcilicet, Bruxellenſi & Antuerpienſi (nam quartum prætorium quod erat Buſcoducenſe, reprimendis Geldrorum inſultibus occupatum tunc temporis erat) e veſtigio in armis fuit.

Primique Louanienſes Duce Præfecto vrbis ſuæ, intermiſſa inſtãtis dedicationis ſolemnitate, ſe hoſtibus oppoſuerunt, quos alij mox ingenti

Digitized by Google

ingenti alacritate conſecuti ſunt. Præcipui Duces Brabantici exerci-
A tus fuerunt, Comes Romontenſis, Comes Naſſouius, Dn: PhilippusRaueſtanus.

Primum igitur Sarcinium, hoc eſt, S. Trudonis oppidum adorti per deditionem capiunt; Deinde Haſſelam vi expugnant ac diripiunt, Ducemque per Arenbergium ibidem conſtitutum, cum alijs quamplurimis interficiunt.

Et mox cum Maximilianus vna cum inſtructiſſimis copijs aduenisset, Tungros per deditionem acceperunt, & mœnibus eius vrbis ex pacto dirutis, Brabanti vna cum auxiliaribus, quorum numerus equitum ſimul & peditum ad 40. milia fuiſſe traditur, extra vrbem
B caſtra metati promptiſſimo animo Leodienſem ſperabant expeditionem, vt exemplum ederent iuſtæ vindictæ de Epiſcopo, & patriam in tuto collocarent. Hæc vero dum fierent, Arenbergius, vt videtur, ſibi metuens euocato priuatim ad colloquium Naſſouio obtinuit, vt quaſi factis inducijs, Brabanticus exercitus vna cum auxiliaribus dimitteretur.

Exercitus Maximiliani ingenti incommodo reip. dimittitur.

Quo facto veluti ſublato metu, latrocinijs, incendijs, direptionibus tota Diœceſis Leodienſis ſurſum atque deorſum turbata fuit, cum & Arenbergius ipſe ſuum negocium agens exemplum de ſe flagitioſis daret.

Hunc igitur exitum habuit optimus Præſul Dominus Ludouicus Borbonius poſtquã Epiſcopatũ adminiſtraſſet annis 26. menſe vno,
C diebus 21. plus minus: cuius memoria Leodium ingentes calamitates perpeſſum fuit: quanquam nec ſuccedentis quidem antiſtitis tempora pacata fuerint, vt pote cum & idem ſeditioſiſſimus Arenbergius ſine intermiſſione porro tumultuaretur, & triplex conſecutũ ſit mox ſchiſma, quo alijs aliud contendentibus difficulter in Rep. pax conſtabiliri potuit.

DE IOANNE HORNEO LXXXIII. EPISCOPO LEODIENSI.

D

Mortuo Ludouico tres contendunt pro Epiſcopatu, Arenbergius reprobatur, Horneus concordat cum Croyo Protonotario, & à Summo Pontifice confirmatur.

CAPVT XXXXI.

EOdem enim anno 1482. menſe Octobri Canonici Leodio vtcumque elapſi cum Louanij agerent, in vnum congregati primum renunciarunt Electioni ſuæ vnanimiter, qua dudum nolentes & coacti elegerant Ioannem Arenbergium Wilhelmi filium.

Digitized by Google

Schiſma Leodij.

Deinde congregati iterum libera voluntate, alij Dn: Iacobum prothonotarium de Croy fratrem Comitis de Chymay, alij Dominum Ioannem Horneum Comitis Hornei fratrem elegerunt. Itaque cum Arenbergius quanquã reprobatus epiſcopatui non cederet, atque hi duo inſuper electi complures haberent Principes, qui ipſorũ partes certatim agerent, triplici factione Leodium diſtractum fuit. A

Croyus ab Horneo penſionem accipit.

Cæterum cum Arenbergius vi potiſſimum rem ageret, reliqui duo Electi apud Pontificem Xiſtum, ſiue Sixtum quartum, magna contentione de prærogatiua litigarunt per quam diu, tandem vero cum prothonotarius non quieſceret, & appellationibus Hornenſem diſtineret, ita tranſactum fuit, vt Hornenſis Prothonotario pẽſionem annuam mille octingentorum aureorum ſolueret. B

ANNOTATIONES.

1. *De Epiſcopo Hornano & bellis Arensbergenſium inter noſtrates Scriptores ex profeſſo ſcribunt Placentius & Bruiſthemius, & vulgaria Chronica, quæ confirmantur chartis publicis Ciuitatis. Inter exteros meminit & Maſſeyus Cameracenſis, huius temporis Scriptor.*

2. *Hic Epiſcopus primo anno ſuæ adminiſtrationis 1482. cum Statibus patriæ certum regimen præſcripſit molitoribus, quod vulgari idiomate* L'œil du moulin *nuncupatur, quod quia in multorum adhuc hodie eſt manibus non adſcribimus. Incipit* S'enſuyuent les ordonnances pour le bien commun des grains & multures. C

3. *Hoc eodem anno 1482. die 14. Aprilis natus eſt Erardus à Marcka ſucceſſor in Epiſcopatu, de quo poſtmodum plura dicemus.*

Varia certamina Arenbergiorum contra Hornanos cum pace facta, ingreſſus & inauguratio Hornei Epiſcopi.

CAPVT XXXXII.

Arenbergius Horneo moleſtus.

SEd quanquam res inter ipſos ita tranſacta eſſet, Horneus tamen multis adhuc annis cum Arenbergijs ac Leodiẽſibus vario marte luctatus ac biennio fere integro diſtentus eſt, antequam cathedram Leodienſem pacifice conſcenderet. D

Vaſtat Comitatum Hornenſem.

Euerardus à Marcka cædit 500. Traiectẽſes.

Eodem enim anno Wilhelmus Arenbergius, qui Leodij rerum potiebatur, in Comitatum Hornenſem crebras irruptiones fecit, & in eius ditionis incolas velut in capitales hoſtes ferro flammiſque graſſatus eſt: ac Leodienſes etiam ſimul in Lymburgenſem ditionem incubuerunt Lymburgenſibus autem cum Traiectenſes ſuppetias ferrent, Euerardus à Marcka Wilhelmi cognatus Traiectenſes magna clade affecit, quingentis & amplius ex his cæſis, reliquis fugatis, nec aliud quicquam obſtabat, quam voluntas ipſius, quo minus

Digitized by Google

nus eo die Traiectum ipſum occupauerit, quo nomine à Wilhelmo
A obiurgatus fuit.

Anno 1483. Legati Flandriæ Pariſios intrantes Margaritam Maximiliani Auſtriaci filiam Carolo delphino Ludouici Francorum Regis filio deſponſatam 6. die Ianuarij annunciarunt, ſecum apportãtes tractatum pacis ac nuptiarum.

Margarita Auſtriaca deſpondetur Carolo Delphino.

Sequenti die fecerunt proceſſionem generalem canentes. *Te Deum laudamus*: ipſa vero Margarita Francis Principibus tradita fuit Heſdini ducenda Pariſios, quo peruenit ſecunda Iunij, & nuncapata eſt Domina delphina, cum eſſet annorum vix quatuor; Rex autem Ludouicus ægrotabat Turonis, vbi & obijt 30. Iulij feria quarta anno regni ſui 22.

B Succeſſit Carolus 8. annos natus 13. & menſes duos, non tamen ſtatim coronatus fuit, ſed expectatum eſt vſque ad Iunium anni ſequentis, quo 14. annum expleuit.

Carolus 8 Patri defuncto ſuccedit in Regnum Franciæ.

Eodem Ianuario Arenbergius ex vrbe ac municipio Leodienſi cõtractis copijs quam potuit ampliſſimis, cum obſidione caſtrum Holloniæ liberare vellet, Brabanti, qui illud obſidebant, Arenbergij exercitum pene vniuerſum contriuerunt, ſic vt eius vires accepta ea clade admodum fuerint attenuatæ. Capti ſunt illic Franci multi, ex capitaneis Arenbergij multi ſunt interfecti.

Arenbergij exercitus attritus.

Et cum ea clades Leodienſibus grauis eſſet, ideoque Arenbergium inſtantius ad pacem cum Horneo ineundam hortarentur, ille, quia
C impenſius vrgere viderentur, Conſules duos Leodienſes, & Ciuem Hoyanum, alioſque deinde plures capite plecti iuſſit; omneſque ſine diſcrimine pacis auctores veluti publicos hoſtes omnibus locis, tum ſacris, tum profanis ſine delectu ac reſpectu interfecit; adeo quidem vt nec in templis aliquid his tutum eſſet.

Arenbergius Cõſules & alios ciues Leodiẽſes capite plecti iubet.

Anno 1484. Arenbergius multis diuerſis prælijs tum per Epiſcopum ipſum, tum per Maximilianum Auſtriacum attritus ac fractus, cum iam Hornei confirmatio tandem Romæ expedita eſſet, interceſſione aliquot principum pacem cum Horneo compoſuit, Epiſcopatuſque pro filio petitioni ceſſit.

Pax inter Arenbergium & Horneũ Epiſcopum.

Itaque hoc anno Horneus Principibus Marchienſibus & Arenbergijs ſtipatus obuiam procedente ciuium turma Leodium introductus
D eſt: vbi ſumma inter ſe familiaritate iuncti ſunt, qui dudum capitales hoſtes erant: ſed eo euentu, ſicut infra declaratum eſt, vt appareat prudenter eum admonuiſſe, quiſquis tandẽ fuit is, cauendũ ab amico reconciliato.

Horneus Epiſcopus Leodium introductus.

Hoc anno obijt Papa Sixtus 4. pridie idus Auguſti: vacauit ſedes diebus 16. Succeſſor eius Innocentius 8. ſedit à 13. Auguſti annos 7. menſes 11. dies 18.

Pontificũ ſucceſſio.

Anno 1485. Henricus ſeptimus fugatus dudum ab Eduardo 4. ex Anglia, ſumpto Francorum auxilio, debellauit & occidit ipſum ac regnum recepit.

ANNO

Digitized by Google

ANNOTATIONES. A

1. Anno 1483. Legati Flandriæ;] *Hoc eodem anno pridie D. Martini natus eſt Martinus Lutherus Iſlebij in Comitatu Mansfeldienſi, de quo eiuſq; diſcipulis ſuis locis plura dicemus. Hic enim nouis dogmatibus ab Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana alienis orbem chriſtianũ repleuit, vt nullus propemodũ ſit terræ angulus quem eius errores & hæreſes non peruaſerint, & quamuis Deus miſericordi prouidentia ſua plurimos illi antagoniſtas præſtanti pietate & eruditione ſuſcitarit, qui illi ſtatim initio reſtiterunt & etiamnum hodie reſiſtunt, occulto tamen ſed iuſto ſemper Dei iudicio peccatis noſtris promerẽtibus integra regna & nobiliſsimas prouincias iiſdem ſuis hæreſibus & prauis dogmatibus dementauit, & adhuc dementat.* B

2. Arenbergij exercitum pene vniuerſum contriuerunt:] *Placentius & Bruiſthemius huius temporis ſcriptores paulo explicatius Arẽbergij ſuiq; exercitus cladem deſcribunt. Sic enim ille* anno 1483. Caſtrum Holloniæ obſidente Brabanto & multa potentia vndique Colonias anguſtante. 4. Idus Ianuarias Arenbergius omnium ciuitatum ac pagorum ſtipatus agminibus cũm ſtipendiarijs, quos cumulatius ordinauerat, in conſpectũ hoſtium non longe poſitis caſtris properauit. Sed videns quod hoſtis nil moliretur, quin potius maiora expectaret præſidia, repẽte ſuper eum irruit, eoſque, potentiſſime in campis compoſitos, circumequitans, à claſſicis viris, ne nimium auderet admonitus, quum ex prioribus fortunis euentum belli faceret, iureiurando adhibito, ſe nemini ſuorum parciturum affirmauit, qui aliquem Brabantorum aut captiuum, aut ſpoliatum abduceret, modo illum non interficeret. C

Quantum diſpendij hæc præcipitantia attulerit: prælij exitus oſtendit, quando ſtragem immenſam facientibus Brabantis, vndique vallatus exercitus, bombardarũ atque telorũ emiſſionibus anxie nimis, & vſque ad mortẽ premebatur, nec Leodijs inferiendi, atque cũ eis confligendi dabatur copia.

Quoties enim in eos acies impetum facere nitebantur, illi diſſolutis agminibus conatum illudentes ad diuerſa ferebantur. Iterum Leodijs in caſtra ſe recipientibus, illi agmina ſua reuocantes, rurſus circumcingebant exercitum, & inſtantes acrius quaſi obſeſſis requiẽ negabant. D

Factum eſt ergo vt omnis illa exterorum virtus, vulgique colluuies, quæ armis, viribus & numero putabatur inuincibilis, ſubito cõtrita corrueret, adempto è Francorum equitibus illuſtri viro D. Galhar capitaneo, cum ſatrapa Emaliæ, cæteris optimatibus in captiuitatem deductis, clariſſimo D. commendatore Traiectenſi D. Adulpho à Marcka Magnate à Streelhe, Gysberto Canneo, & non paucis alijs viris, quorum conſilio nunquam ita ad conflictum peruentum fuerat.

Tametſi hac proſtratione, ſuorumque fuga, Arenbergi fiducia nequaquam

Digitized by Google

quaquam debilitata ſit, quinimo iterum ac tertio in turmas inuo-
A lans, non niſi ſummo proſpecto malo, ab inuaſione diuelli potuit, & paucorum adeo redux; cum hoſte nunquam paciſci in mētem induxit.

Canonicis etiam atque Magiſtratibus Leodij de pace contrectantibus, dum illorum acerbe ad ſe aditum ferret: iique nihilo ſegnius eum vrgerent, tœdio pariter ac furore animi incenſus, Quintinum Burgimagiſtrum cum ſocio ante fores palatij, quo ſe continebat interfici iuſſit.

Deinde etiam ciuem Hoyanum è diuerſorio ſublatum, hac de cauſa in foro capite plecti: paſſimque in alios pacis auctores anim-
B aduerti præcipit.

In hac miſeranda rerum calamitate, diſcordia omnes Ciuitates & pagos, domoſque ac limina cepit; vt quotidie homicidia exaudirentur & inimicitiæ; vt nemo ſe domum recipere auderet, ſed paſſim in templis homines pernoctarent. Neque tamen hic eis latibulum conceſſum eſt, adeo vt in oppido Herkēſi ciues inter ſe diſſidentes, magnam hominum partem ignibus comburerent, & in baſilica Alkenſi villanis confugientibus, pariterque in turri Alpenſi Traiecto finitima, ſummoto foco, loca ſacra ſuccenderent.

Eoque proceſſum eſt, vt D. Antonius Palandus, ſeditione in Dria-
C polim exorta, ciues coercere, & mœnia indeſinenter obſeruare debuerit, & paſſim alij magnates ſuis domicilijs prouidere. Perpendebant namque Brabantorũ copias adepta tam inſigni victoria magis excreſcere: quæ ſe proxime in Hasbaniam deriuare, deinde etiã Leodium oppugnare diſponebat.

Quæ diſcrimina ſatis tempeſtiue Leodijs proſpicientibus, ſuburbia, quibus iſti ſe ſaluare credebãt, partim exuſſerunt, vt vix à monaſterio D. Laurentij etiam temperatum ſit. Quod plerique dato ſtudio incendi curarant, ſed præſidio magnatũ à Marcka, ſacrilegi conatus impediti ſunt.

Equibus Leodiorum ingenium admiratus Maximilianus, copias alio deduxit, Tungrimque, cuius nuper ſitum, fortitudinemque explorauerat, obſidione vallans, paucis diebus in deditionem accepit.
D Quam glorioſus victor ingrediens, ciues Antiſtitē Horneũ amplecti multa veneratione compulit.

Deinde 14. calend. Martij omni expeditione oppidum Bliſiæ hac parte obſedit, dum illac arcem (quæ prominebat) expugnarēt Traiecten. optentamque ferro ac igne vaſtauit.

Hac tempeſtate Namurcenſes frequentibus aggreſſionibus Hoyũ angebant, & ciuitatē obſidione cingentes, aliquamdiu oppugnabãt, quos Euerardus à Marka & Arenburgus crebris excurſionibus fatigantes inglorios abſcedere fecerunt.

Quorum aduentu cognito, animoſitatem hominum bellicoſiſſimorum reformidantes, obſidione ſoluta ad propria amigrarunt.

Interea

Digitized by Google

Interea miſſis vtrimque pacenuntijs, inducijſque ad octauas paſchæ datis aliquamdiu cõcordia ſtetit, donec Fredericus de Weethen, A
& capitaneus quidam Hoyum aduenientes, ab Arenbergo, rupto fœdere captiui in Leodium deducebantur. Quorum captiuitate populares & potiſſimum villani, animo fracti velut intabuerunt, nimirum quum facillimum intellectu foret, bellum truculentiſſimum jam iamque inſtare.

Quod paruus falſar, gallice nũcupatus (le petit falſar) fortiter excitans armigeros Hoyanorum, atque ſtipendiarios Arenburgi, in Namurcenſem agrum deduxit. Deinde per Campiniam multis damnis illatis, ad oppidum Peer, quo omnes fere ruſtici confugerant, hoſtẽque expectabant, ſpecioſe exercitũ diuidens appropinquauit. Cumque templum fugam ſimulantes, ceu aſylum oppeterent, aſtute B
plebeculam bene armatam conſpicientes, arte magis quam armis ſuperare volebant, vnde fidelitatem eis atque libertatẽ polliciti ſunt, dummodo Arenburgo oppidũ reſignarent: qui neſcientes tam prope fore ſubſidium, conditionem ſuſceperunt, ſed armatorum ſubito aduentu cognito quum nihil iam mutare poſſent, à præliatoribus fortiſſimis impediti, quum commiſſo bello ex more inter præliandum, qui Arenbergo adhærebant, clamarent, exanimes facti, prælio omnes fere copiæ pedeſtres periêre, occiſis ex campinienſibus, circiter mille quingentis viris, adeo vt fraude capitaneorum omnis fere campinia concideret, & nunquam in tam ancipiti bello tot homines ſimul è noſtratibus proſtrati fuerint. C

Antiſtes igitur cum caſum hunc, & miſerias omnes Maximiliano atque amicis proponeret, plurimoque luctu ciuitatem Traiectenſem à ſe deſciuiſſe magna ex parte quereretur, adiutorio Brabantorum eo confluxit, breuique ſpatio ſic ciues permouit, vt ad Ducẽ auxilij gratia recurrerent, eumque intra ſuos muros exciperent. Ex quo Arenburgum facile vrgens, multis afflictionibus attritum, ſuum ſtipẽdiarium fecit, pacemque vniuerſalem antiſtiti conciliauit.

3. Leodium introductus eſt:] *Deſcriptionem huius ingreſſus Hornei cum ceremonijs obſeruari conſuetis habes in chartis publicis huius Ciuitatis ad hunc annũ.*

4. *Ibidem habes per quoſdam Romæ actum fuiſſe vt in deteſtationem cædis commiſſæ in perſonam Borbonij ſedes Leodienſis & clerus alio transferrentur & quibus medijs negotium impeditum fuit.* D

Captiuitas VVilhelmi Arenbergij & eius exitus.

CAPVT XXXXIII.

HOc anno cum wilhelmus Arenbergius, & Ioannes Horneus, Leodiẽſis Epiſcopus, & Fredericus Comes Horneus, & Philippus à Montegnijs fratres Epiſcopi vna ad S. Trudonem expatiati poſt

A tiati poſt prandium ad ludicra exercitia relaxandi, vt prætaxebatur, animi cauſa ſe conuertiſſent; Arenbergium illi à ciuitate longius abductum inſidijs oportuno loco poſitis incautum & nihil minus expectantem intercipiunt: & quanquam ipſos cognatos appellantem, & ne ſe Traiectenſibus traderent identidem obteſtantem, Traiectum aduexerunt, vbi poſtridie, hoc eſt 13. calendas Iulias extructo pulpito publice decollatus, & ad ſummam aram in cœnobio Dominicalium ibidem ſepultus eſt.

VVilhelmi Arenbergij captiuitas & exitus.

Hic cum productus Antiſtitem eminus ex feneſtra proſpiciētem, & morti ſuæ intentum conſpexiſſet, perfidiæ inſimulaſſe, & hanc mortē ſuam non impune laturū, prædixiſſe traditur. Quod euentus B multorum exitio nimis verum eſſe declarauit.

Eodem etiam tempore ibidem in quatuor partes diſſectus eſt Gisbertus à Rykel, qui Arenbergio cum in alijs pleriſque facinoribus perpetrandis, tum etiam in facienda cæde cuiuſdam ciuis Traiectēſis ſocius adfuerat.

ANNOTATIONES.

Hoc anno cum Wilhelmus Arenbergius:] *Maſſæus Cameracenſis huius temporis ſcriptor de hoc VVilhelmo loquens ſic ait.* Guilhelmus Marcenſis cupiēs filium ſuum facere Epiſcopum Leodinum, prouocauit Ludouicum Epiſcopum loci ad pugnam & occidit eum. Paulo poſt C captus & ipſe fuit & decollatus.

Bellum Arenbergiorum contra Epiſcopum & patriam Leodienſem.

CAPVT XXXXIIII.

IAm igitur hoc modo per Epiſcopum & fratres eius rupta pace, Arenbergij aduerſus huius necis auctores Hornenſes, & aduerſus executores Traiectenſes apertum bellum infeſto animo ſuſci- D piunt. Duces ſibi vindicandæ iniuriæ ſtatuunt Euerardum de Marcka Arenbergij fratrem, & Robertum eius nepotem; quibus & ſe tertium adiunxit Gilbertus Canneus, qui audacia cæteros facile vincebat.

Robertus igitur occupato munitiſſimo caſtro Stochemio Traiectenſes incurſionibus grauiſſimis afflixit.

Præfecti belli Arenbergici.

Euerardus Haſſela intercepta atque præſidijs munita agrū Loſſenſem longe lateque vaſtauit, captoque S. Trudone, Ciuibus multis interfectis Abbatem ipſum filium Domini à Bergis vinctum Leodium deduxit, monaſterio eius ſpoliato.

Robertus, Euerardus.

Canneus caſtrum Curingiæ inuaſit & ex inde regionem vniuerſam in proximo depopulatus eſt. Is tandem Leodium profectus

Canneus, & eius in cōciues crudelitas.

Digitized by Google

Petrum Rolbam vrbis præfectum hominem ſui non diſſimilem apprehenſum in foro capite truncauit, non alia decauſa, quam vt ſine æmulo in ciues ipſe graſſari poſſet: quod adeo incunctanter fecit, vt nec ordinis, nec ætatis, nec ſexus, nec temporis, nec loci reuerentia illum à cædibus ac rapinis abſterreret, modo quid collibuiſſet. A

Epiſcopus Leodium reuocatur.

Quibus malis diu multumque fatigata ciuitas, tandem ſeditione mota, hominem oppreſſit, Abbatem S. Trudonis cuſtodia liberauit, de noxijs ſupplicia ſumpſit; Epiſcopum iam aliquamdiu exulem Leodium reuocauit. Qui cum ſua præſentia ciuium animos fractos erexiſſet, vacillantes confirmaſſet, Arenbergorum aſſultum facile repreſſit. Hi enim quoniam Arduennam fere totam obtinebant, nouis contractis copijs, Pontem, quem vocant amari cordis, occupare tum nitebantur. B

Maximilianus Rex Rom. cũ patre.

Anno 1486. vigeſima die Ianuarij Fredericus 3. Imperator eiuſque filius Maximilianus Auſtriacus Francofordiam ingreſſi, conuentum Principum expectabant, ac decima ſexta Februarij feria quinta in templo ſancti Bartholomæi diuino ſacrificio celebrato vnanimiter ipſum elegerunt in Regem Romanorum, decimaque Aprilis coronauerunt eum Aquiſgrani: Imperauit cum patre annis 7. poſt illum ſolus 26.

Arĕbergij Leodiũ fruſtra obſident.

Anno 1487. idibus Ianuarij Arenbergij Leodium improuiſa obſidione cingunt, occupatoque ad ſtationem ſuam Carthuſianorum monaſterio de nocte aſſultum faciunt; Cæterũ amicis Antiſtiti præſidio venientibus, non diu illic durare potuerunt. C

Pellunt Epiſcopum à Franchimonte.

Eodem anno Epiſcopus Leodienſis Francimontem ſuis copijs obſedit, à Calendis Iulij, vſque ad 5. idus Augusti: Sed Arenbergij collectis ex Gallia militibus, eum hinc mox recedere coëgerunt, quorum copiæ porro Hasbaniam depopulatæ ſunt.

Flãdri & Brabanti inſurgũt aduerſus Maximilianum.

Maximilianus à Brugenſibus captus.

Anno 1488. Flandri & hos mox imitati Brabanti ſe Maximiliano Auſtriaco oppoſuerunt ob adminiſtrationem tutelæ pro Philippo Maximiliani filio, cum hinc Maximilianus, illinc ſtatus ſiue ordines earum prouinciarum eam ſibi vendicarent, eaque controuerſia eo proceſſit, vt Maximilianũ captum Brugenſes in vincula cõiecerint, ex quo maximæ calamitates inſecutæ ſunt.

ANNOTATIONES. D

Quæ hoc cap. ſcribũtur, cõfirmant ſcriptores huius tẽporis Placẽtius & Bruiſthemius, qui inter alia minutiora quæ memoriã & lectionem non merentur, vnum hoc loco cõmemoratione dignum referunt de Gisberto Canneo homine omnium qui viuebant facinorociſſimo, hic, *vt loquitur Placentius;* Curingiæ caſtrum adortus, facili opera occupauit, ſicque magno horrore prouinciam concuſſit, Leodiumque adueniens, cum alter capitaneus Petrus à Rocha ciuibus formidandus eſſet, proximaque ſecum gloria decertaret, nulla habita cauſa, ſubito captiuauit & in foro capite truncauit. Qui pari conſuetudine

Digitized by Google

tûdine apud omnes agens, victor Sicarijs imperitabat, nullj ætati, A ſexui, gradui, dignitati parcere, transfuerberare parturientes vteros, in infantum viſcera animoſum ferrum capulo tenus recondere, canos rubeo ſanguine conſpergere, immeritos ſonteſque eadem crudelitate laniare. Vſque adeo vt in vrbem Leodinam odio concepto, arcem in montem Walburgi, cōiurationemque in vrbicos firmare diſponeret, multis noctibus multos conuocaret, armigeros Francos coaceruaret, breuiter, vnam omnium perniciem meditaretur. Cumque tantis malis nemo cōtra inniti auderet, pubes grauiter id paſſa, in feſtis paſcalibus imperatorem ſibi delegit, & omnem apparatum fabricamq; demolita eſt. Quod in parētes affatim regerēs, die ordinata B expeditionem cogitauit. Sed ſubito clamoribus populi præuentus, quum in foro concurriſſent, armatam plebeculam conſpiciens, faſtidire cœpit. Deinde extemplo in eos inuaſionem dirigens, quidam è vulgo eminus è gradibus eiectum, in foro complicibus terga vertētibus, extinxit. Sic facinoroſus homo miſere extinctus ſepultus eſt *(inquit Bruiſthemius)* in Eccleſia Minoritarum, ſed anno ſequenti 1486. Iulij die vltima exhumatum eſt corpus eius ſicut & capus Petri Roha & vtrumque ad patibulum vltra S. Ægidium ſitum in ligneo ſarcophago vectum ſpectante maxima hominum multitudine exuſtum & in cineres redactum eſt. *Vide quoq; de hoc Canneo chartas publicas Ciuitatis Leodienſis.*

C

Arenbergici proditione Leodium capiunt & ciues opprimunt: Hornei, adiutorio Saxonis, quadam oppida recuperant.

CAPVT XXXXV.

ITaque cum Epiſcopus Leodienſis nihil mali expectans ab hoſtibus ſuis, liberandi Maximiliani gratia in Flandriam profectus eſſet; Euerardus à Marcka occupato ponte amari cordis proditione Gilcuini & Petri parui Leodium inuaſit; & oppreſſis ciuibus vniuerſis Fredericum Horneum, Raſonem à Warous, Nicolaum Cortenbachum in cuſtodiam Arenbergiorum contruſit: Tilmannum ciuitatis Præfectum crudeliter occidit; Canonicum Dobbelſteyum in Moſam præcipitauit. Et quo in omnem vndique regionem ſine impedimento graſſari tuto poſſet, non modo caſtrum Cœlmontium, ſed & alias arces paſſim collapſas velut in aſylum, & firmiſſimū tyrannidis ſuæ propugnaculum reſtaurauit. D

Euerardus ciues opprimit, multos ſupplicio afficit.

Anno 1489. Maximilianus Cæſar vnà cum Patre Imperatore Frederico in Germaniam profectus, partes ſuas in tutando filio ſuo Philippo in abſentia ſua commiſit Saxoniæ Duci Alberto: Albertus igitur ſe generalem & ſine exceptione omnium Prouincialium gubernatorem à Maximiliano conſtitutum interpretabatur, quæ hæredi-

Inteſtinū bellū in Belgio ob adminiſtratiōem inter Principes.

Digitized by Google

tario iure Dominum agnoſcerent Philippum Maximiliani filium. Philippus vero Cliuenſis D. Raueſtanus ſe Flandrorum & eorum defenſorem ordinatum aſſerebat, qui pacem Brugis initam volebat eſſe ratam, id eſt qui tutelam Philippi non penes Patrem Maximilianum amplius, ſed penes patriæ ſtatus deinceps eſſe cupiebant. Itaque cum in Flandria omnes, in Brabantia multi Raueſtano adhærerent, Arenbergij ſe his præbebant Duces, qui hunc ſectabantur: Antiſtes autem Leodienſis cum Alberto Saxoniæ Duce erat. A

Arenbergij adhærent Raueſtano.

Hornani Alberto ſaxoni.

Cum igitur Antiſtite iam antea fugato Arenbergij Leodij rerum iam potiti, & omnia ſatis tuta rati in Brabantiam aduerſus Albertum Saxonem pugnaturi diſceſſiſſent, ecce nunquam expectatus Iacobus Croius prothonotarius nouas turbas aduētu ſuo excitauit: hic enim cauſatus ſibi non ſolui promiſſam ab Horneo penſionem annuam, quaſi data conditione non ſecuta, liber à reſignatione, Epiſcopatum de integro petebat. B

Iacobus Croius nouas turbas excitat Leodij.

Cumque ad Horneum repudiandum miris artibus populum ſollicitaret, tum etiam miſſis oratoribus Carolum Gallorum Regem ſibi conciliare conatus eſt, ſubiectionem Leodinæ gentis illi promittens, ſi quidem ſe efficeret Epiſcopum Leodienſem. Sed ille tam apud Gallos, quam apud Leodienſes fabulam ſurdis cecinit.

Regem Gallorum ſibi conciliare ſtudet.

Itaque cum aduentantem ex Brabantia Robertum Arenbergium intellexiſſet, relicto Leodio ad ſua reuerſus eſt. Robertus porro Arenbergius cum Traiectum iterum ac tertio armata manu occupare fruſtra conatus eſſet, tandem adiutus copijs Raueſtani, & Leodienſium, vndecimo caland. Maij S. Trudonem obſidione cinxit, quoniam Trudonenſes contemptis Arenbergijs Antiſtitem Horneum fouebant. Sed hanc obſidionem cum Antiſtes vnà cum oppidanis aliquamdiu fortiter tuliſſet, tandem Dux Saxoniæ cum ſuo exercitu reſoluit, quem ſuperuenientem ſuſtinere Arenbergij non potuerunt. C

Relinquit Leodium timore Arenbergij.

Arenbergius fruſtra iā tertio inuadit Traiectum.

Epiſcopus igitur ita liberatus Arnoldum à Berlo Trudonenſibus præfecit, & vna cum liberatore ſuo Saxone tertio idus Auguſti oppidum Thenenſe captum ſpoliauit, ipſumque Saxonem inſidijs Arenbergicis pene circumuentum viciſſim liberauit. Quo mutuo beneficio ſic inter ſe deuincti ſunt, vt Saxo poſt pacem inter Maximilianum & Gallorum Regem compoſitam, Antiſtitem in ſedem ſuam reducere conatus ſit, eoque rem deduxerit, vt Trudonenſes, Haſſelenſes, Tungri atque Hoyani in arcem Sanxoniam congregati Horneum ſuum Antiſtitem agnouerint. Quibus fretus Antiſtes Colmontum arcem munitiſſimam, & Arenbergiorum præcipuum propugnaculum obſidione cinxit, & mox deditione facta cepit, cumque deinceps maiora tentaturus videretur, præter expectationem omnium fœdus ictum eſt inter Regem Rom. Maximilianum, & Saxoniæ D

Mutuum beneficium Saxonis & Hornei.

Pax in Belgio compoſita.

Digitized by Google

xoniæ Ducem Albertum, & Euerardum Arenbergium, in quo Leo-
A dienſis Antiſtitis nulla fuit facta mentio.

Rebus igitur ad deteriora relapſis, Antiſtes Tungros conceſſit, vnde Leodium clanculari acceſſu bis fruſtrà inuadere conatus eſt. Mox caſtro Millenſi, ac deinde Seynenſi diruto atque vaſtato Moſacam, quam Dyapolim aliqui vocant, obſedit, cuius ciues mox ſe illi dediderunt.

ANNOTATIONES.

Hoc perturbato rerum ſtatu habitæ ſunt Leodij ſupplicationes ad Deum pro pace impetranda, interpoſitis Sanctorum, & ſpeciatim ſancti Lamberti Martyris, Eccleſiæ Leodienſis præcipui, poſt Chriſtum, patroni precibus & meritis: Viſitatæ quoque
B *ſacræ eorum reliquiæ, & populo debita cum reuerentia ad eas colendas & venerandas exhibitæ. Factæ quoque ſolemnes proceſſiones, & ſacrificia ad Deum placandum magna cum populi deuotione per Prælatos & alios Sacerdotes oblata, vt ex hiſtorijs hiſce de rebus à pientiſſimo & doctiſſimo illius temporis viro conſcriptis videre eſt, quas quia inuocationem Sanctorum, cultum reliquiarum & imaginum, quæ hodie à Nouatoribus in quæſtionem vocantur, confirmant, & nobis, ſi quando in ſimilibus periculis & turbis conſtituamur, exemplum inſigne, quid tum facto nobis opus ſit, demonſtrant, placuit hic illarum exemplar ſubijcere.*

HISTORIA
C **VISITATIONIS FERETRI**
B. LAMBERTI MARTYRIS ET PONTIFICIS, ET ALIARVM RELIquiarum Eccleſiæ Leodienſis.

Ab auctore Anonimo huius temporis Scripta.

ANno a Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono, mēſis Aprilis quartadecima, hora ſexta de ſero venerabiles & generoſi viri Dñi & Magiſtri Godemillus de Eldris Scholaſticus, Hericus ex Palude Cãtor, Ioãnes Bilitõ presbyteri, Wil-
D helmus de Liberme & Iacobus de Corſwaremia ſubdiaconi canõici Leodiēſes, vna cum Dñis Criſpino Roefs paruæ menſæ Canonico & Notario, necnon Brunone de Tills S. Materni, Ioanne Iorlet etiam paruæ menſæ, Ioanne de Dyck alias de Wert & Chriſtiano de Goe capellanis Eccleſiæ Leodienſis teſtibus; De mandato & voluntate venerabilium & Generoſorũ virorum Dominorũ Decani & Capituli Leodienſis confeſſi & contriti, ſacris veſtibus ſolempniter induti cum luminaribus & omni decentia feretrum & locum glorioſi Martyris Beatiſſimi Lamberti acceſſerunt.

Viſitatores Feretri B. Lamberti martyris

Qua preparatione diſpoſiti.

Quo

Digitized by Google

Feretrū martyris expirat odorem dulciſſimum.

Quo aperto euaporauit cœleſtis & ſuper omnem humanam dulcedinem dulciſſimus odor continue durans. Et in ipſo feretro repererunt Sarcofagum pulcherrimum nobili opere conſtructum rubicundum, in cuius ſuperſcriptione habentur hæc verba: A

Inſcriptio ſarcofagi.

Loculus ſancti Lamberti Martyris & Pontificis de antiqua litera conſcripta.

Pannus quo B. Lambertus ab initio fuit tumulatus.

Quo aperto & interius mundiſſima ſyndone ſubducto, ſæpefati Domini repererunt primum pannum ſiue Baldetrinum aureum, integrum, mundiſſimum; ſecundum autem Baldetrinum, in quo beatiſſimus Lambertus ab initio fuerat tumulatus, & deinde tranſlatus aliquatenus conſumptum, propter nimium temporis lapſum.

Epitaphium in Plumbo.

Et inter illa duo Baldetrina repererunt vnum Epitaphium plumbeum, in quo de antiqua litera habentur hæc verba: B

In cupro deaurato.

Sanctus Lambertus Martyr & Pontifex, vna cum quodam alio Epitaphio Cupreo deaurato, in quo habentur hæc verba:

Chriſti Martyr & Tungrorum viceſimus nonus & penultimus Epiſcopus Lambertus hic requieſcit, cuius ſacratiſſimum corpus hic repoſitum eſt à Leodienſi Epiſcopo Alberone ſecundo 14. Kalendas Ianuarij, anno ab Incarnatione Domini 1143. poſt triumphatum autem & receptum Bullionem, anno 3.

Necnon quodam alio prothocollo huiuſmodi tenoris,

D. Hugo de Hembercourt impetrat aliquid reliquiarum S. Lamberti.

Ad rogatum Illuſtris D. Domini Guidonis de Hembercourt, qui deuotiſſime à nobis aliquas reliquias petijt: Nos generaliter Domini Canonici præſentis Eccleſiæ B. Lamberti annuendo eius precibus contulimus ſibi pretioſum munus captum circum baſes & venerandos pedes B. Lamberti Martyris, præſentibus Dominis Decano videlicet D. Ioanne de Seranio & ſuo confratre etiam Canonico M. Theodorico Godcſcaldi, &c. Cum præſentibus Capellanis eiuſdem Eccleſiæ. Datum & viſitatum anno Domini 1449. menſis Ianuarij die Ioannis Chryſoſtomi pro die veneris, præſente me Notario infraſcripto in teſtimonium cum prædictis vocato, præciſe hora quinta poſt veſperas. Ita ſignaui, Ioannes Iunenis. C D

Corpus B. Lamberti cū teſta

Deinde apertis omnibus panniculis venerunt ad venerandum corpus beatiſſimi Lamberti, quod illic vnà cum venerandiſſima teſta capitis ipſius glorioſi martyris conſeruatum & collocatū repererūt, miro odore fragrantiſſimo.

Corda nodoſa qua corpus domare cōſueuit B. Lambertus.

Quas quidem beatiſſimas reliquias inter corporalia ſacratiſſimo (*videtur deeſſe martyris.*) Chriſti ſanguine aſperſa vna cum teſta, digniſſime repoſuerūt, reliquerunt, & dimiſerunt, vnà cum certa parte capillorum beatiſſimi Lamberti, necnon quadam corda nodoſa qua vti conſueuit idem martyr glorioſus. Et iterum primo ſarcophagum, & deinde feretrum ſuis clauibus clauſerūt, & bene firmarunt; & deinde

feretrum

Digitized by Google

feretrum ſuis clauibus clauſerunt, & bene firmarunt, & deinde *Te*
A *Deum laudamus* ſubmiſſa voce dicto, ſe exuerunt, & lotis manibus, & ablutione manuum ad ſacrarium miſſa, abierunt ad propria.

Decima octaua eiuſdem menſis fuit per dictum Cantorem ex eadem commiſſione coram prædictis Notario & teſtibus viſitatum feretrum beatorum Martyrum ſociorum beatiſſimi Lamberti, ſcilicet Petri & Andoleti, quorum corpora integra reperta ſunt, vno capite dempto, ſcilicet S. Petri, qui minor inter eos erat ſtatura; eiuſdem tamen capitis mentum ſiue mandibulum cum dentibus illic habentur. In quo feretro duæ ſcedulæ repertæ ſunt & repoſitæ, quarum ſcedularum vna ſine ſigillo continebat hæc verba: *Viſitatio reliquiarũ SS. Petri & Andoleti.* *Deeſt maior pars calvariæ S. Petri.* *Duæ ſcedulæ in feretro SS. Petri & Andoleti.*

B *Hæc ſunt reliquiæ Petri & Andoleti cognatorum B. Lamberti Epiſcopi & Martyris qui cum eo paſſi ſunt.*

Alia vero cum ſigillo magno rotundo virgineæ ceræ vt apparuit impreſſo; quod imaginem Beatiſſimi Lamberti habebat continebat hæc verba:

Hic iacent corpora ſanctorum Petri & Andoleti cognatorum B. Lamberti.

Scriptura autem de antiqua litera, quæ habebatur in circũferentia dicti ſigilli talis erat:

C *Sanctus Lambertus Epiſcopus Leodienſis & patronus.*

Quibus omnibus debite viſitatis, & omnibus reliquijs debite recollectis, idem D. Cantor eaſdem in & ad eorum feretrum in pannis ſericis & munda ſyndone inuoluit & cum dictis ſcedulis ac alio prothocollo præſentis viſitationis manu dicti D. Criſpini Notarij ſcripto & ſubſcripto decentiſſime collocauit; ipſumque feretrum ilico firmiſſime claudi iuſſit, ac ad locum ſuum priſtinum decẽter reponi fecit, & mandauit. *Protocollũ Notarij præſentis viſitationis in feretro poſitũ.*

Deinde altera die ſequente Idem D. cantor virtute eiuſdem commiſſionis feretrum B. Materni confeſſoris viſitauit, in quo nonnulla oſſa eiuſdem confeſſoris reperit, vnà cum pluribus alijs reliquijs aliorum Sanctorum. Et in eodem feretro ſcedulam talis tenoris: *Viſitatio reliquiarũ S. Materni.* *Nonnulla eius oſſa cum pluribus aliorũ SS. reliquijs.*

D *In iſto feretro habentur oſſa S. Materni Confeſſoris primi Epiſcopi Tungrenſis ex Treuiris Leodium tranſlata, vnà cum quampluribus reliquijs ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum atque aliorum electorum, anno Domini octingenteſimo quadrageſimo ſecundo per Otgherum Decanum, de licentia Stephani Papæ quarti.*

Et deinde feretrum B. Magdalbertæ Virginis viſitauit, in quo & oſſa & ornamenta eius cum nonnullis alijs reliquijs reperit, prout in ſcedula præſentis tenoris (quam in eodem feretro vna cum dictis reliquijs decenter relocatam dimiſit) continetur. *Viſitatio reliquiarũ S. Magdalbertæ virginis.* *Oſſa eius & ornamenta.*

In iſto feretro habentur oſſa B. Magdalbertæ Virginis, cucullæ & velum

Scedula reliquiarum in feretro reperta

velum eius, cinctura eiuſdem Virginis nigra miro opere contexta, item peplum ſiue caputegumẽtum eius, item vnum aliud velum eius, necnon duæ partes magnæ de habitu eius, item duo forfices parui, quibus in vita ſua Virgo glorioſa vtebatur, vnà cum nonnullis alijs ornamentis eiuſdem Virginis, ac quamplurimis alijs reliquijs diuerſorum aliorum Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorũ atque Virginum. A

Quibus omnibus ſic viſitatis & decenter relocatis, idem dictus Cantor ambo feretra ſuis ferramentis claudi & conclauari iuſſit, & ſimilibus ſcedulis etiam ab extra poſitis & affixis, iuſſit ambo feretra rubeo colore digniſſime colorari, & ad ſuum locum priſtinum prout poſita ſunt collocari. B

Item infra ſepta dicti feretri ſancti Lamberti ſunt duæ aliæ paruæ capſæ prætioſæ pleniſſimæ reliquijs.

Viſitatio reliquiarũ in duabus capſis reconditarum.

In quarum vna ſunt hæ reliquiæ, primo de linteo quo terſit quando abluit Chriſtus die cœnæ pedes diſcipulorum ſuorum, de præſepio Domini, de ſpongia Domini, de loco annuntiationis Dominicę, de dente B. Remigij, vnà cum infinitis alijs reliquijs in eadem capſa exiſtentibus quorum corpora quieſcunt in Colonia.

Primæ capſæ.

Secundæ.

In alia vero eſt vnum caput ex ſociabus B. Vrſulæ cum pluribus alijs digniſsimis reliquijs.

Tandem omnibus his ſacroſanctis reliquijs digniſſime in ſuis collocatis, claues feretri tam exteriores quam interiores fuerunt per Dominos meos Decanum & Capitulum portatæ & collocatæ in archiuijs Eccleſiæ in capſa ſuperiori quæ intitulatur, *Mechlinia.* C

HISTORIA SOLENNISSIMÆ FESTIVITATIS VENERANDI CAPITIS SANCTI Lamberti Leodij habitæ anno Domini 1489. eiuſdem auctoris.

Auctor D. Lambertum inuocat.

FEſtum diem, (qui noſtris in diebus celebratus Ciuitate Leodio primũ habere ſimilem viſus non eſt) memoratu digniſſimum, quanquam impar ſum tanto oneri, literis mandaturus, vt poſſit habere ſequentem, & vt poſteris eius documenta ſumere volentibus, & longæ & difficilis inquiſitionis labor abſit, tẽ huic cæpto, cuius meritis ex ignobili quondam vico Legia in egregiæ Ciuitatis robur euaſit, cuius precibus & interuentione ab his, quas patimur, tribulationibus liberari confidimus, ad cuius honorem & gloriam etiam præſens, de qua loqui intendo, eſt ordinata feſtiuitas, Lamberte Diue Pater, inuoco. D

Nec vero cuncta complectendi, quæ in eo geſta ſunt, cupido acceſſit, nec quidem facultas datur, & ſupra vires negotium eſt, cuius enim non modo mediocre, verum Ciceronianum ingenium rem tanti

Digitized by Google

tanti plenā myſterij non dicam cōdigno proferre ſermone, imo ple-
A no excogitare ſufficeret, quæ quantū & dignitate & precioſitate, quæ
& fieri & dici poſſunt, omnibus prę̨ſtat, tantum hiſpida mei ſermonis
ſupplectile opus non habet extolli, vereorque ne potius, quod mihi
crebro accidit, minus plene tradam, quam ipſius dignitas expoſtulat,
& requirit, & apud eos huic quid laudis detraham orationis exigui-
tate, idcirco alicui, & Rhetorum adhuc ſtudijs calenti hoc haud im-
merito negotium iniungendum fuit, cui & eloquentia ſuppeteret,
& orationis copia non deeſſet. Sed quoniam Dominis meis ſem-
per venerandis DD. Decano & Capitulo inſignis Eccleſiæ Leodien-
ſis, quibus neque in hoc, neque in alijs refragari volui, nec fas eſ-
B ſet, placitum fuit, mihi potius (quamuis in alijs ſatis occupato) iſtud
onus imponere, beneuolum precor vt lectorem habeam, qui non
mordaci dente, ſed caritate beneuola, & minus dicta ſuppleat, & e-
mendet errata.

Auctoris modeſtia.

Scribit ex mādato DD. Decani & Capituli.

Etenim quam veneranda Eccleſiaſticorum conuentio, quanta reli-
gioſorum deuotio ſingularis, quantū decus in habitu, in inceſſu quāta
modeſtia, qualis procedentium ordo, qualis miniſtrantium diſcipli-
na, quæ populi ſuſpiria quæ lamenta circumflui, & ne multis morer,
quanta omnium in commune circa metuendum verticem reuerētia
fuerit, eſt qui verbis efferat nemo.

Rem igitur (vt videtur) aggrediens arduā, nullatenus tamen mihi
verba, etiamſi mutus eſſem, credo & arbitror defutura; dummodo
C ſanctiſſimi Martyris Lamberti & laudes, & quæ ad ipſius laudem fa-
cta ſunt, nitar exponere. Ex eo enim quod ineffabilia ſunt, fandi tri-
buūt facultatem. Quamobrem non proprijs viribus, ſed ipſius tan-
tum adminiculo innixus hunc in modum noſtræ hiſtoriæ narrratio-
nem exordiar.

Confidit in adminiculo B. Martyris.

Anno igitur à Natiuitate Domini milleſimo quadringēteſimo o-
ctuageſimo nono, Pontificatus vero ſanctiſſimi in Chriſto Patris &
Domini noſtri D. Innocentij diuina prouidentia Papæ octaui anno
quinto, Epiſcopatus denique Reuerendi in Chriſto patris Domini
Domini Ioannis de Horn ſimiliter quinto, Cum pax patriæ Leodi-
enſis, & Regionum quies circumiacentium propter temporum in-
D temperiem & guerrarum inſultus, quę tunc vndique durius ſæuiebāt
& villas deuaſtabant, & oppida abſente paſtore teperent, placandi
cœleſtis numinis gratia meritis & interceſſione patroni, per venera-
biles & generoſos egregioſque viros ac Dominos Decanum & Ca-
pitulum Eccleſiæ Leodienſis gratia ſancti ſpiritus, vt pie credendum
eſt, diuinitus inſpiratos, quia ſalutem non humana ope ſed ſanctorū
tantum interuentu prouenturam ſperabant, ſolemniſſima hæc de
qua loqui intendo eſt ordinata feſtiuitas.

Cauſa ſolemnis huius ſolemnitatis.

Sperāda ſalus interuentu ſanctorum.

In qua præcipuo cum honore illud metuendiſſimum ſanctiſſimi
Pontificis & Martyris Lamberti noſtri patroni caput, quod per tre-
centorum quadraginta & ſex & eo amplius annorum ſpacium pene

Caput S. Lamberti per 346. annos intactū.

Digitized by Google

occultum & intactum cum corpore ſupra chori ingreſſum ſine præcipuo & ſingulari aliquo ſibi honore exhibito in tumba iacuerat, eſt per fori & clauſtri circuitum deportatum. A

Deportatur per circuitum chori & clauſtri.

Eccleſiæ ornatus.

Cuius ſeriem decurſurus prius aliqua generalia ad ipſius decorem conuenientius inſtituta ſubijciā: Eccleſiæ autem, tapetibus, cortinis, veſtibus deauratis, & ſericis ornamentis parietibus per gyrum diligenter & decenter affixis digniſſimum apparatum, campanarum feſtiuiſſimum pulſum, ac alia quæ more feſtiuitatis eiuſdem ſancti fuerant pleniſſime & gratioſe peracta tāquam nota & vſitata prætereo.

Feretri ornatus.

Tantum iſtud hic erat excellentiæ ſingularis, quod pannis fuit feretrum pretioſiſſimis & ſplendentibus vndique circumſeptum, per cuius gyrum & per vniuerſos templi angulos & loca congrua tenſis ramis virentibus, quandam mentis iucunditatem aſpicientibus ipſa viriditate præſtabant. B

A quo tēpore reliquiæ S. Lamberti Leodium ſunt tranſlatæ.

His igitur ſic rite diſpoſitis & ornatis adueniente die, quo venerandum Martyris antedicti corpus ante annos octingentos à Traiectenſi vico per ſanctiſſimum Dominum Antiſtitem Hubertum, primum Leodienſium, & vltimum Tungrorum Præſulem ad inſignem locum in quo nunc vſque quieſcit fuerit miraculis choruſcantibus honorabiliter tranſlatum, veſperiſque primis & matutinali officio ſecundum priſci temporis conſuetudinem ſolemniter & decenter peractis; In primis diligentiſſime & ſuper omnia obſeruatum eſt, ianuis chori lateralibus vſque meridiem, à primo matutinarum pulſu firmiter obſeratis, baſtionarijſque Petro de . . . . . & Henrico de Houthem, alijſque cuſtodibus eiuſdem ſcilicet Eccleſiæ computatoribus interius ante oſtium ſtudioſe diſpoſitis, ne ſæcularium cuipiam officio durante chori pateret ingreſſus. C

Nulli ſæcularium patet ingreſſus in chorum.

Omnes Eccleſiaſtici loco & ordine diſponuntur.

Ordinati ſunt etiam tres beneficiati Eccleſiæ ſacerdotes ſuper hoc negotio diſponendo induſtrij, qui non parum ſolliciti, cappis induti ſericis, omnes tam Eccleſiaſticos quam religioſos ſumma cum diſcretione & forte loca iure eis aptata, & ordinem debitum dirigebant.

Secūdariæ Eccleſiæ conueniunt ad Eccleſiam S. Lamberti.

Appropinquante autem hora octaua diei, Eccleſiarum prælati ſecundariarum cum canonicis, capellanis, coralibus & alijs earundem ſuppoſitis omni ornatu & cappis precioſiſſime decorati, vexilliferis, thurificatoribus, ac cæteris miniſtris præcedentibus, maxima cum decentia, per earundem Præpoſitos ſolito more introducti, antiphona prius decantata, in locis conſuetis ſederunt, quos tamen capellanorum duo reliquiarum baiuli ſubſequentes, hinc inde ciroferarijs thortitiones ferentibus, chorum ingreſſi, ſummum circa altare ſcānis ibidem diſpoſitis perſtiterunt, torribus propter nimiam populi concurrentis copiam ante templi introitum derelictis. D

Similiter & Religioſi.

Non minus decenter religioſorū cœtus, ſacerdotalibus decorati veſtibus eodem in tempore confluxerunt, qui pariformiter glorioſa virgine-

virgine per antiphonam ſalutata ſuas in choro ſedes ceperunt. Sanctorum autem Laurentij & Iacobi abbatiarum, belli reditus quoque & ſcholarium capellani bini reliquiarum geſtores non in caſulis, aliorum ad inſtar, ſed cappis ſericis reliquos ſubſequuti, ſummũ iuxta altare permanſerunt.

A *Reliquiarum geſtores ornantur cappis ſericis.*

De hinc quanta fuerit parochialium Eccleſiarũ populi frequentia, quis decor, quis ornatus, qualis deuotio præſens vix valet ſtylus exprimere. Vnuſquiſque enim huius ſolemnitatis cernere cupiuit præſentiam, non ſenio preſſus, non arata rugis fronte iam anus, non puer præ æui adhuc imbecillitate balbutiens, non alieni ſemper auidus lucri, & ne ſermonem longius protraham non potens, non impotens ab huius ſe paſſus eſt tam fœlici viſione fraudari, cuius aſpectio lapidea corda ad compunctionis poterant mollitiem incitari. Quis enim tam ſaxei fuerit capitis, quis tantum ſanguinis ſitibundus, quis tantũ ſeculi voluptatibus deditus, qui iſta conſpiciens non compunctus fuerit vel ad horam? cum pars pedes nudi, pars attriti carnem cilicijs, pars lachrymis ora rigantes, pars cereos manibus geſtantes accenſos, & omnes pene fatiſcenti corpore, ſpiritu gaudente ieiuni & perlætanter & quam deuotiſſime, confeſſione prius præhabita peccatorum, ad iſtud celeberrimum officium, ſuos caſulis fulgẽtes elegantibus curatos, vexilliferis ſingulorũ præcedentibus, greſſibus proſequuti humilibus conuenerunt.

Frequentia populi.

B *Hæc ſolemnitas potuit lapidea corda ad compunctiõem promouere.*

Quem putas eorundem in virginibus fuiſſe, & imaginibus apparatum? quem quidam proprijs motibus, quaſi ex inſperato, non iuſſi, non moniti, ſed certi, dubium non eſt, illius, ad cuius hæc facta ſunt gloriam, aſpirante fecerunt. Quilibet ſe cultiore quo poterat decore parabat. Taceo, libet enim præterire communia, de hijs quæ extrinſecus ſunt, platearum, atque vicorum ſummo ſtudio elaborata munditia, ita vt nihil eſſet in itinere derelictum, quod tranſeuntium obtutum offenderet: Nam cuncta ſplendore nitebant, tapetia feneſtris pendebant affixa, ſi quid ornati quis habuit, quid decoris, foribus appenſum aris compoſitis mirandam repræſentabat prætereuntibus venuſtatem. Tanta etiam fuit vndecumque ramorum viriditas in plateis, vt quis per nemorum denſa ambulare ſe crederet.

C *Virginum & imagines deferentiũ apparatus.*

Munditia platearum.

Earum ornatum.

D Sed vt his omiſſis ad id redeam vnde digreſſus ſum. Hi de quibus ſupradictum eſt populares baſilicam venerabiliter introgreſſi, in capellis & locis circumuicinis omni cum modeſtia ad vſque finem officij permanſerunt, quorum tamen Curati cum reliquijs chorum introeũtes circa gradum ſanctuarij quieuerunt, vexillis retro altare, & torticionibus ante templi oſtia cum virginibus & imaginibus collocatis.

Sed huius me pene cepit obliuio. Operæ pretium eſt huic etiam narrationi inſerere præfatos tam Eccleſiaſticos quam religioſos & ſæculares, antequam ad Sanctiſſimi Lamberti baſilicam conueniſſent, ſingillatim in ſuis Eccleſijs prius feſti paſcalis ad inſtar miſſas

Præmiſſæ fuerunt miſſæ ſpeciales & proceſſiones in ſingulis parochijs indicto prius ieiunio.

ſpeciales, & proceſsiones ſolemnes omnibus indicto ieiunio peregiſſe, vt ſic multiplicatis precibus & Dei ira in nos durius ſæuiens A placaretur, & digniores faceret oratores præmiſſa deuotio, ne putetur, hanc ad celebritatem, more ſolito, arida mente, tanquam ad atellanorum Ludicra, vel mimorum figmenta veniſſe.

Ceremonia magnæ dignitatis.

His ita digeſtis & pro mei tarditate ingenij iuxta poſſe deſcriptis, ab ipſius officij cæremonijs iam exordiri delectat, quod quantæ fuerit dignitatis humano nequit explicari dictamine. Non mihi ſi centum linguæ ſint, oraq; centũ, imo ſi ſingula mei corporis mẽbra verterẽtur in linguas accurate copioſeque ſatis poſſem exprimere excellentiſſimã huius operis dignitatem. Idcirco certe mens refugit, & inter articulorũ reuolutiones vltra metuit calamus proficiſci. Sic inter af- B fectum metũq; poſitus, ſpe tandem propulſante timorem auertam.

D. Iaſpar Abbas Stabulenſis Miſſarum cantat ſolemnia.

Poſtquam igitur ſanctorum Laurentij, Iacobi, Ægidij, & vallis S. Lamberti abbates, nec non Eccleſiæ maioris ac ſecundariarum prælati atque ſuppoſiti, habitu cum eleganti & ornatiſsimo in templi medio, & religioſi ſacerdotalibus veſtiti per ſedium ordinem in choro, parochiarumque inueſtiti cæterique reliquiarum geſtores in ſcamnis ſanctuarij circa gradum ſuis in locis ſinguli ſubſtitiſſent, Reuerendus in Chriſto pater & Dominus D. Iaſpar Abbas Stabulenſis vir iam grandeuus, mitra caput ornatus, & baculo ſuſtentus paſtorali, venerabilibus inſignibuſque viris ac Dñis Petro de Hoelnoes C Diaconatus, & Iacobo de Corſwarem ſubdiaconatus fungentibus officijs comitatus, miſſarũ celebraturus ſolẽnia ad altare proceſſit, eo dehinc modeſto gradu cum luminaribus & thuribulis locũ in quo Martyr glorioſiſſimus quieſcit cum eiſdẽ miniſtris aſcẽdente, tractũ illũ deuotiſſimũ *Adiuua nos Deus &c.* glorioſa modulatione in tẽpli medio D. cãtor cum duobus canonicis genibus flexis exorſi ſunt. Hunc Clerus proſequitur, humi ſternuntur vniuerſi, oritur ſilentiũ, ceſſat ſtrepitus, tuſſis reprimitur, attentiſſimis quiſque animo & ſenſibus ea quæ à nominatæ facundiæ viro Dño Petro de Hollengnoel huius feſtiuiſſimi cauſam diei, & occaſionẽ tam celebris noſtro excogitatæ patrono reuerentiæ, atauis noſtris & omnibus retro ſæculis inuiſæ, præclare imo quam elegantiſſime declarante verbis differebantur gallicis, accuratius auſcultabat.

Aſcendit locũ in quo glorioſus martyr requieſcit.

Populi reuerẽtia & deuotio.

Petrus de Hollengnoel concionatur.

Fit deinceps generalis peccatorum confeſſio: Abbas abſolutionẽ D confert clero & populo genua flectentibus, & vice verſa Clerus eidem. Et continuo per Abbatem Diaconum & ſubdiaconum antedictos illud ſemper honorãdum & populo tantopere expetitum caput de tumba aſſumitur, omnibuſque continuo demonſtratur.

Aſſumitur caput Venerabile S. Lamberti de tumba.

Quo viſo cunctorum commota ſunt viſcera, corda tremuerunt, & nemo tam ferrei pectoris, qui non fuerit commotus ad lachrymas, illamque extemplo antiphonam. *Lætare & lauda &c.* vniuerſus Clerus genibus prouolutus, cantore inchoante, deuotiſſime iucundo modulamine cecinerunt. Quo facto Abbas & verſus occidentem, & verſus

ſus orientem venerando populum capite ſignauit, ad altare defert, *Illo populus ſignatur.*
A miſſæ officium deuotus exequitur; quod quam ſolemniter, digne, inſigniter & à clericis & à monachis decantatum fuerit alternatim, non eſt opus exponere; Hoc vnum dixiſſe ſufficiat, duos vnà, inchoato miſſæ introitu *protexiſti*, & poſt eos totidem, Euchariſtiæ ſacramentum, aras ſuper Imperiales, omni coram populo immolaſſe, *Sacra celebrātur in aris Imperialibus.* vt ſic quoquo modo tumultu ſedato, & plebs illis audiendis intenta quieſceret, & diuinum quietius perficeretur obſequium.

Quo pene terminum ſortito, & cum pace data, communio cantaretur, cunctos parochialium plebanos, præfati directores binos ſua *Finitis ſacris celebratur proceſſio.* vexilla ſequentes maximo cum moderamine egreſſos reliquiaſque
B dignanter ferentes ordinarunt, Inter quos beatorum Remacli vltra pontes, Chriſtophori & Veronæ paſtores 30. præsbyteri ordine per *Primi procedunt 30. plebani virginibus imagines ferentibus interſertis.* eos pie diſpoſito ſequebantur, quibus virgines nondũ thalamis iugatæ ſpecioſa forma, crinibus paſſis & calamiſtratis, modeſtis vultibus, inceſſu compoſito, annulis, armillis, argẽto vermiculatis murenulis decoratæ, interſertæ, cum imaginibus binæ gradiebantur, cereis ab vtroque latere faculis deportatis.

His eo pacto principio progreſſis, humili poſt eos tranſitu, imo deuotiſſimo obſeruantiũ conuerſi in ſuperpelliceis, in albis leuitæ, Sa- *Sequuntur fratres obſeruantes.* cerdotes in caſulis, ſuo modeſtiſſimo greſſu in ſtuporem, & in quod-
C dam ſpiritualis incentiuum amoris circumſtantiũ animos incitabãt.

Dehinc cæteri mendicantium cœtus Minorum, Prædicatorum & Carmelitarum eximia cultus decẽtia extrinſeci, inſigni concluſas ar- *Minores. Prædicatores. Carmelitæ.* tificio reliquias omni cum reuerentia deferentes, iunctis vexillis, & torticionibus procedebant.

Pariformiter Canonici regulares pauci, vt puta duodecim tantum numero, ſed per decorem omnes rubei coloris indumẽtis, tam Præſ- *Canonici regulares primum ad proceſſiõem accedunt.* byteri quam miniſtri, non longe ornatiſſimis inferiores, vexilliferis, thurificatore, quatuorque tam tædarum quam tortitionum portitoribus comitati, laudis plurimum conſequuti ſunt; ex eo maxime admirationi facti, quod tot retroactis temporibus in proceſſione non viſi, huic diei augmento ſui tranſitus primitias reſeruarunt.

Cruciferi etiam prioribus non minus politi habitu ſolẽni ſuũ poſt
D vexillũ inſigniter ambulabant, poſtea cum Dñi Scholares, Præmor- *Cruciferi. Scolares. Præmonſtratenſes. Benedictini. Vexilla ſecundariarum Eccleſiarum cum ſcholaribus. Scholares ducenti ſertis capita redimiti.* ſtratenſes & Benedictini præcedentium ad inſtar, ſed abſq; vexillis, exiſſent, ... vexilla Secundariarũ quoque Eccleſiarũ cum clericulis & ſcholaribus more ſolito ferebãtur, ad vltimum maioris vexillũ Eccleſiæ, quod gemmis & niueis lapillis mirificè cõtextum, plurimorum in ſe traxit intuitum, literarum ibidem tunc temporis ſtudio incumbentes ſcholares pene ducẽti ſequuntur, capitis inſigne venerandi baculis appẽſum deferunt, florum ſertis capita redimiti. Quis omnium horum digne explicet modeſtiam & decorem?

Sed quoniã ad finem feſtinat oratio de hijs hactenus dicta ſufficiãt.

Digitized by Google

Mirandis plus miranda ſuccedunt. Igitur poſt Eccleſiarum & Eccleſiæ choraules ſuppoſita & beneficiatos cappis politos inſignibus, maioris cantor Eccleſiæ baculum cantoris geſtans argenteum reuerenter inceſſit, quem cuncti Eccleſiarum & Eccleſiæ canonici proceſſione ſequebantur digniſſima. Quorum omnium ſi habitum, nomina dignitatem, cultum, differere niterer, tœdium certe legentibus generarem. Quamobrem vt hiſtoriæ ſtylo non diutius tenear, reliqua breui abſoluam. A

Cantor maioris Eccleſiæ quē omnes Canonici ſequuntur.

Sequuntur reliquiarum geſtatores.

Poſt omnium eo modo progreſſum, exeunt abbatiarum & Eccleſiarum Capellani reliquiarum latores, torres ex vtroque latere deferuntur, nitent veſtibus, miratur populus, pronus adorat. B

Reliquiæ SS. Theodardi & Lamberti.

Hinc ſancti feretrum Theodardi à quatuor paruæ menſæ Canonicis, & pari modo poſt eos à totidem ſancti Materni, aliud pretioſius ſancti Lamberti omni cum ſolemnitate cappas indutis rubeas portabantur; circa quæ miniſteriorum torticiones cum diuerſi generis luminaribus, quorum tanta fuit copia, vt numerũ in ſcripta redigere difficilimũ foret, digniſſime ſunt delatæ, intermixtis parte ab vtraque viris egregia forma, ætate integra, & ſtatura inſigni, baliſtarijs numero ſatis copioſo cum ciuitatis vexillis, qui ibidē ante palatij fores armis micantes radiantibus venerandi capitis præſtolabātur aduentum, quod in eorum medio à venerabilibus viris ac Dominis Petro de Holgnoel & Iacobo de Corſwareme aſſociatis S. Ægidij, & vallis S. Lamberti abbatibus maxima cum reuerentia populique præcipua deuotione circumſtantis & ſtupore, qui ex rei nouitate attonitus fuit penitus & ſtupefactus cum tanto ſilentio, vt in tam copioſæ cœtu multitudinis, quod mirabile dictu eſt, vnius vix ſonus audiretur, feſtiuiſſime portatum eſt. Illudque thurificatorum nimietas, mimi tubicines multiplici muſicalium genere concrepantes, ſuauiſſima melodia abſque fatigatione præibant. Supra quod etiam pretioſum à quatuor iunioribus capellanis quāpulcherrimas rubei coloris dalmaticas veſtitis, tapetum ferebatur. C

Venerandum caput S. Lamberti.

Præcedunt illud omnis generis muſici.

Super illud pretioſum tapetum portatur.

Venerabile ſacramētum circumgeſtatur.

Poſtremo venerabile ſacramentum Abbas Stabulenſis, aſſociatus SS. Laurentij & Iacobi Abbatibus, ſanctæ Crucis lignum & glorioſæ imaginē virginis à Beato Luca depictam geſtantibus, reuerendiſſime detulit, pari modo thurificātibus cithariſtis varioque miniſteriorum agmine, & cæteris omnibus quæ decorem præſtare poterant procedentibus. Quos quidem quemadmodum & priores iuuenes gratioſa facie, moribus diſciplinati, cum pauonum ventilabris ſubſequuti, temporis feruorem ventilatione continua temperabant, ſub tapeto quod à duobus de luminari & alijs totidem ſacerdotibus ferebatur. Inde copioſiſſima multitudine turba popularis nobilium, conſulum, miniſterialiũ, cœlum precibus pulſabant orantes, & mixtis oratione lachrymis ſupernorum ciuium implorabant auxilium. Hic proceſſionis Epylogus. D

Poſtremo loco procedit innumerabilis multitudo populi.

Digitized by Google

Qua feſtiuitate Sacramenti nequaquam petulanter peracta, om-
A nes valuas quas exiuerant ſunt ingreſſi, virgines autem parochiarum, imagines, torres, torticiones, & baliſtarij foris: parochialium, mendicantium, regularium & Cruciferorum vexilla in choro; abbatiarum & eccleſiarum in templi medio; curati, monachi & canonici ſuis in locis ſinguli permanſerunt, illius excellentiſſimi capitis aduentum magna cum reuerentia præſtolantes. Quod tandem illatum cum Venerabili Sacramento omnibus humi proſtratis ſupra menſam exquiſito decore ſub corona, altaris ad inſtar pie diſpoſitam, collocarunt, circa quam tres Abbates mitrati eidem prius reliquijs & feretris ſuper impoſitis in cathedris digniſſime pauſauerunt.

Omnes Eccleſiam ingreſſi preſtolãtur caput S. Lamberti.

Super menſam in medio Eccleſiæ collocatur.

B Quis æſtimet & cogitare ſufficiat in eorum introitu quantam fuiſſe muſicorum ſuauiſſimam & reſonantium ſymphoniam, dum hinc buccinę concrepabant, illinc reſonabãt chorus & tympana, inde perflarunt fiſtulæ buccas, inde templum repleuit fumus incenſi, vt nunquam bacchi aut cereris feſta nunquã pulueris agones olympici, & vt omiſſis gentilibus ad noſtra veniam, nunquam ædis dedicatio Salamonis, nunquam Moſayci inſtitutio tabernaculi ampliori fuerunt celebrata triumpho.

Melodia omnis generis inſtrumentorum.

Poſt hoc canore iubilo letitiæ canticum. *Te Deum laudamus* iucundiſſime per cantores in diſcantu, per monachos in cantu ſimplici, omni
C cum deuotione viciſſim cantatum eſt.

Canitur. Te Deum.

De hinc antiphona ad glorioſi martyris laudem *Lætare & lauda, &c.* ab infantibus duodenis humi poſtratis dulci modulatione concinitur.

Et antiphona ad laudem S. Lamberti Lætare.

Qua finita, alia ſcilicet. *Magna vox* à cantore incipitur, venerabile ſacramentum & caput venerandum cum reliquijs ad altare ferũtur, feretra, tapetia, cætera ornamenta ad ſacriſtiam; cuncti ad propria reuertuntur, Scholares carminis voces tollunt ad ſidera glorioſiſſimi martyris ſuffragium poſtulantes.

Et alia Magna vox.

Statim oſtia chori lateralia ſunt aperta, duo Dominorum & beneficiatorum totidem ad digniſſimi capitis cuſtodiam deputantur, qui accurrẽti ipſum exhiberent populo intuendum, cuius tanta fuit illo die copia & confluxus vt exiguo viribus præ nimia preſſura vix ad
D illud pateret acceſſus, vnde & æreas per colũnas reſtibus circũligatis turbæ ab altaris propinquo nimiũ aditu arcebantur: cautiſſimeq́; prouiſum eſt, ne veſtes, ne mappæ, ne tapetia altari appenſa vulgi cõprimentis taminarentur attactu.

Exhibetur populo videndũ Venerãdum S. Lamberti caput.

Igitur refectione peracta omnes ad huius ſolemniſſimas diei veſperas conuenerunt, quæ cum rite imo decentiſſime fuiſſent ex more finitæ, per miniſtros Eccleſiæ & cantores, qui turris Eccleſiæ ſcandentes cacumina tubis & buccinis magnifice clangentibus amœniſſimis & altiſonis cantilenis mœſtorum animos gratioſis modulis recrearunt, feſtiuiſſimus populo exhibitus eſt ſpectanti triumphus.

Populus confluit ad veſperas.

Cantus & tubarum ſonitus in turribus.

Quis omnia ſcriptis complecti poſſet quæ ipſo in die & gratiæ & laudis

Digitized by Google

laudis facta fuêre? certe mihi calamus ante deficiet, quam cuncta quæ ſunt geſta ſcribendo conſummem. A

Laudes B Virginis per ſcholares cantantur.

Cum autem ſolis radij vergerent ad occaſum, & iam cœnæ tempus adeſſet, glorioſę virginis laudibus per ſcholares ſolito more cantatis bini in ſuperpellicijs cum tædis & tortionibus ad ſancti baſilicam gradiuntur, quo omnibus vna Dominis cum luminaribus congregatis, inſignes viri, Godenolus de Eldris, Petrus de Holgnoel & Henricus ex Palude pretioſiſſime ſacerdotalibus decorati illũ metuendiſſimum ſancti verticem tympanis & choris ſuaue ſonantibus maxima coram populi frequentia, ac dulci cantorum & fiſtularum iubilo ad locum ſuæ requietionis priſtinũ cum eximia gloria portauerunt; per eoſdemque accepta benedictione clericuli ſua carmina iubilantes, & populi de ſui magnificentia patroni ſupremi rectorem olympi laudibus proſequentes, ad propria ſunt reuerſi. B

Poſtremo refertur ad ſuum locum caput S. Lamberti pueris eius laudes canentibus.

HISTORIA OSTENSIONIS RELIQVIARVM CELEBRATÆ LEODII ANNO Domini 1489. eiuſdem auctoris.

Prima oſtenſio reliquiarum.

ANno a Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono menſis Iulij die decima quæ fuit dies ſeptem fratrum Martyrum de expreſſo & vnanimi conſenſu atque voto mandatoq; venerabilium virorum Dominorum Decani & Capituli Leodienſis attendentium iram Dei placari, afflictaſque Eccleſiã & patriam, degenteſque ſub eiſdem populos à guerrarum turbinibus humana ope liberari minime poſſe, conſiderantiumque ob id ad ſuffragium ſanctorum omnino recurrendum fore, ſperantiumq́; ſe precibus & meritis glorioſiſſimæ virginis & genitricis Dei Mariæ, Beatiſſimique Lamberti martyris & Pontificis patronorum noſtrorum omniumque ſanctorũ pacem optatam diuque deſideratam obtinere debere: Venerandiſſimæ ac ſacratiſſimæ reliquiæ in Eccleſia Leodienſi longinquo tempore reconditæ, fuerunt de ſuis locis ad quoddam tabernaculum decentiſſimum, ſuper introitum chori ad latus ſepulchri dicti beatiſſimi Lamberti tapetis aureis & ſericis ornatiſsime confectum, cum omni reuerentia & decentia apportatæ & illic in quodam altari ornatiſsimo repoſitæ. C D

Inuocatio Sanctorum.

Exhibetur honor SS. reliquijs debitus.

Et officio completo & cantatis antiphonis de beata virgine primo, & deinde de patrono noſtro S. Lamberto, populis illic ad pulſum campanæ more Aquenſium & Traiectenſiũ ſolito congregatis, per duos ex Dominis de Eccleſia maiori ornatiſsimo habitu fulcitos publice oſtenſæ, & per Duos religioſos & deuotos viros ſimili ornamento decoratos gallice & teutonice pronũtiatæ & deſignatæ, prout in quadam ſcedula inferius deſcripta omnes hæ reliquiæ ſecundum ſuum ordinem habentur inſcriptæ.

Publicantur populo gallice & teutonice vſque ad feſtũ D. Magdalenæ.

Quæ

A Quæ quidem oſtenſio ſingulis diebus ſubſequētibus, paucis propter guerrarum inſultus & alias cauſas exceptis, fuit continuata vſque ad feſtum B. Mariæ Magdalenæ incluſiue, in quo die fuit inſtituta & habita ſolemnis miſſa ſpecialis cum toto Clero Ciuitatis, quam celebrauit, Reuerendus Pater Abbas S. Iacobi Leodienſis, cuique etiam interfuerunt Stabulenſis & S. Laurentij monaſteriorum Abbates, qui poſt miſſarum & proceſſionis ſolitæ ſolemnia, omnes tres ſimul in Pontificalibus huiuſmodi ſanctiſſimas reliquias ſucceſſiue, primo verſus nauem Eccleſiæ vulgo, & deinde circumeundo feretrum verſus chorum Clero illic propter vulgi ineſtimabilem, inuiſam, inauditamque preſſuram & multitudinem congregato, pro vltima vice, B oſtenderunt. Et tandem eiſdem ſanctiſſimis reliquijs in ſuis debitis locis decentiſſime relocatis, ad propria remearunt.

Celebratur ſolemniter Miſſa ſpecialis.

Reliquiæ ſuo loco reponuntur.

Ordo vero reliquiarum oſtenſarum erat iſte, pro prima vice.

PRimo imago B. Mariæ virginis depicta à B. Luca Euangeliſta.

Secundo amictus ſancti Lamberti Martyris & Pontificis, cum vna ampulla de oleo, quod ſtillat ex ſepulchro Beatæ Catharinæ virginis.

Pro ſecunda vice.

C REliquiæ ſanctorum Vincentij, Stephani, Georgij, Laurentij, Coſmæ, Gereonis, Mauritij, Blaſij, Criſpini, Criſpiniani, Dionyſij Ruſtici, & Eleutherij Martyrum. Item vnum brachium, vna coſta, vna pars mandibulæ cum vno dente & duobus oſſibus beatæ Barbaræ virginis, de carnibus ſancti Pauli Apoſtoli incineratis, de oſſibus B. Chriſtinæ virginis, S. Ypoliti Martyris, de Rupe in qua ſtillauit ſanguis Chriſti, & de petra ſupra quam B. Virgo Maria panem confecit.

Pro tertia vice.

FEretrum Criſtallinum in quo habentur oſſa multa ſanctorum Remacli Epiſcopi, & Hadelini Confeſſoris.

D Feretrum deauratum in quo habentur multa oſſa corporis S. Huberti Confeſſoris & primi Epiſcopi Leodienſis.

Pro quarta vice.

FEretrum ſanctæ Magdalbertæ virginis nutricis & gubernatricis S. Lāberti in pueritia ſua, in quo ſunt multa oſſa eiuſdem, velúm, cinctura, & cuculla eius, veſtes peplum ac forfices eius quibus in vita ſua vtebatur.

Feretrum ſancti Materni primi Epiſcopi Tongrenſis, in quo ſunt multa oſſa corporis eius per Ogerum Decanum de licentia Stephani Papæ quarti, anno Domini octingenteſimo quadrageſimo ſecundo ex Treuiri Leodium tranſlata.

Pro quinta vice.

FEretrum S. Theodardi Epiſcopi Tongrenſis & martyris, in quo corpus eius integraliter continetur, vna cum maiori parte corporis S. Magdalbertæ Virginis. A

Item Feretrum ſanctorum martyrum Petri & Andoleti ſociorũ conſanguineorum B. Lamberti qui cum eo paſſi ſunt. In quo feretro omnia oſſa eorũ cõtinentur, vno capite dempto, cuius tamen mandibula eſt ibidem, de quorum venerando martyrio in eorum oſſibus magna ſigna apparent. Item in eodem feretro eſt corpus S. Floriberti Epiſcopi Leodienſis & confeſſoris.

Pro Sexta vice.

DVæ monſtrantiæ deauratæ pares, in quibus ſunt diſtinctim & decentiſſime locatæ reliquiæ 12. apoſtolorum, Quatuor Euangeliſtarum, Quatuor doctorum Eccleſiæ, de Cruce S. Andreæ Apoſtoli, de petra ſupra quam Chriſtus præſentatus in Templo, de lapide ſupra quem ſedit Virgo Maria grauida de Chriſto, de palma & veſte S. Ioannis Euangeliſtæ, de oſſibus, infula ſancti Martini, de oſſibus S. Nicolai Epiſcoporũ, de oſſibus S. Leonardi S. Ægidij, S. Bernardi, & Ioannis Chriſoſtomi Confeſſorum. B

Pro Septima vice.

QVoddam altare portatile, in quo habentur oſſa teſtæ S. Ioannis Baptiſtæ.

Quoddam aliud reliquiarium in quo habẽtur reliquiæ infraſcriptæ videlicet, De ſpongia, de menſa, de præſepio, & columna Chriſti. C

Pro octaua vice.

COrda nodoſa beati Lamberti Martyris & Pontificis.

Pro nona vice.

AMictus plenus ſanguine, in quo Lambertus martyr glorioſus martyrium ſubijt.

Pars lintei, quo in die cœnæ Chriſtus ſe ſuccinxit & pedes diſcipulorum ſuorum extorſit.

Pro decima vice.

CAput glorioſi Martyris Lamberti, vna cum capillis capitis ſui. D

Pro vndecima vice.

VElum ſiue caputegumentum B. Mariæ Virginis.

Pro duodecima vice.

LIgnum ſalutiferæ Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Pro vltima vice.

FVit oſtenſum feretrum beatiſſimi Lamberti, in quo veneranda oſſa ſui glorioſi corporis decentiſſime continentur.

Item baculus Paſtoralis, quem eadem hora qua Martyrium ſuſtulit beatus Lambertus, Angelus Domini miraculoſe præſentauit Papæ Sergio mane in aurora abdormienti, & annuntiauit ei Martyriũ beati Lamberti, quodque ſanctum Hubertum Romæ peregre in Eccleſia-

Digitized by Google

cleſia ſancti Petri exiſtentem præficeret in Epiſcopum Tungrẽſem. A Quod & Papa fecit Sergius, & Huberto Romæ in Eccleſia ſancti Petri in oratione reperto baculũ aſſignauit, quem idem Hubertus Leodium reportauit.

Item ſtola, manipulum, cirotecæ, ſandalia, calcei eiuſdem beatiſſimi Lamberti.

Item ſunt vltra præmiſſas ſanctiſſimas reliquias in Eccleſia Leodienſi in ſummo altari & infra ſepta feretri ſancti Lamberti, in capella S. Materni & in capella S. Ægidij diuerſæ aliæ venerandæ reliquiæ, quæ propter earum multitudinem non fuerunt oſtenſæ.

B

Pugna Hornenſium & Arenbergenſium: pax tandem inita cum quibuſdam tum internis tum externis.

CAPVT XLVI.

ANno 1490. quarto non. Februarij, legati Francorum Traiectum aduenientes compoſitionem partium ad ſe receperunt: Sed effecit Iacobus Croyus, qui ſe Arenbergijs adiunxerat, vt hi profiterentur ſe cum Horneo pacem habere nolle: quare legatis infecto negocio ad ſua reuerſis, Arenbergij Dionantum impugnant, C & Horneo pugnæ diem dicunt in mirica Zonhouea: ad quem locum cum vtriuſque partis copiæ adductæ infeſtis animis concurriſſent, Antiſtes victoriam obtinuit, ſed non incruentam, tanta ibi cum plebeiorum, tum nobilium Leodienſium multitudo corruit, vt Arenbergiorum vires prorſus attriuerit. Captus eſt in eo conflictu Iohannotus Gnotus, quem illi baſtardũ vocabant, gener Wilhelmi Arenbergij militiæ præfectus, cuius redimẽdi gratia reſtitutus eſt Comes Horneus, quem Arenbergij hactenus in caſtro Longeio captiuum detinebãt. Quo facto pax bonis conditionibus inter partes concepta fuit; quanquam tum Iacobo Croyo, tum alijs aliter tumultuantibus nec intra nec extra vrbem, diœceſis Leodienſis pacem ratam toto D vix anni ſpatio ſortita ſit, multis villis ac pagis interea hinc inde combuſtis ac vaſtatis.

Arenbergij Horneo pugnæ diem dicunt.

Hornei victores.

Pax initur.

Hoc anno Pontifex Romanus Innocentius 8. permiſit ſine vino ſacrificare Noruegis, quod ob immenſum frigus vinum in eas regiones importatum mox aceſcat.

Indultum ſacrum Noruegis.

Anno 1491. cum inuſitatum gelu hyeme, & ingens calor æſtate ſiccitatem operaretur, toto anno fames ac peſtis eſt graſſata, cum alibi, tum etiam in diœceſi Leodienſi, quam ſimul etiam impedita pace diſcordia diuexauit. Arenbergijs inſtinctu Croy nuſquam ceſſantibus, Saxonum Dux Albertus Antiſtiti ſuppetias tulit, & ingentibus copijs adductus Leodium impugnauit. Sed conatus eius ſucceſſu

Noua diſcordia.

caruit, ideoque hoc recedente, Antiſtes ipſe dolo ad monaſterium Diui Iacobi irrumpere tentauit, ſed euentu nihilo feliciore. A

Horneus adiutus à Saxone fruſtra Leodiū impugnat.

Menſe Iunio Tungris irruptione facta Leodium cum armatis reuerſus portam S. Margaretæ pene expugnauit, & ſuburbium vaſtauit. Accitis igitur ex Francia ducentis equitibus, Leodienſes Iohannotum præfecerunt, qui cum Tungros impeteret, Ciues eius oppidi non ſatis conſulte in planiciem ſe his obijcientes, periculo ſuo mox docti intra vrbem ſe receperunt: demum cum hi equites vaſtato agro & expugnata Eccleſia Loſſenſi multos ſecum obſides auexiſſent, quos ad ſtipendia equitibus perſoluenda ſacramentis adſtrinxerant, induciæ pactæ ſunt, & Leodij calend. Septembris promulgatæ. B

Pax inter Horneos & Arenbergios.

Cumque Iacobus Croyus non multo pſt Leodio deceſſiſſet, quia totius diſcordiæ perdiu auctor fuerat, Canonici Eccleſiæ S. Lamberti communibus votis & ſuffragijs eo incubuerunt, vt pax componi rata poſſet. Itaque anno 1492. ijs medijs inter Horneos & Arenbergios pax eſt firmata, vt Euerardi filius filiam Comitis vxorem duceret. Quo facto Euerardus ipſe Ioannem Horneum Epiſcopum menſe Martio in gratiam recepit, atque 8. calend. Auguſti Traiecto Leodium magna cum nobilium pompa deduxit.

Pontificū ſucceſſio.

Hoc anno Innocētius 8. Papa obijt 8. cal. Auguſti. Vacat ſedes dies 16. Succeſſit Alexander 6. ſeditque ab Auguſti decima annis 11. diebus 9. C

Anno 1493. menſe Februario Leodienſis Epiſcopus Hoyenſem Ciuitatem à Maximiliano Auſtriaco redemit, cui oppignorata fuerat.

Maximilianus Patri Frederico ſuccedit in Imperium.

Eodem anno 19. Auguſti obijt Imperator Fredericus 3. cui ſucceſſit eius filius Maximilianus Auſtriacus, qui imperauit deinceps annis 25. menſibus 4. diebus 25.

Eodem anno menſe Decembri cum præfectus militiæ Brabanticæ Tungros dolo occupaſſet, Antiſtes exercitu conſcripto Tungros recuperare conatus eſt, ſed fruſtra.

Anno 1494. menſe Februario Antiſtes Leodienſis Tungros recuperauit, quos in Brabantiam vocatus vltro reliquit is, qui occupauerat. D

Hoc anno Cæſar Maximilianus vna cum noua nupta ſua vxore Maria Blanca in Brabantiam deſcendit, quo præſente Philippus Auſtriacus eius filius agens annum 16. Brabantiæ, Flandriæ, Hanoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Friziæ, cæteriſque prouincijs maternis inauguratus eſt. Quo facto ille vna cum patre in Superiorem Germaniam profectus conſimili ratione paternarum ditionum hæres ac ſucceſſor declaratus eſt.

Philippo autem cuſtos adiunctus fuit Epiſcopus Leodienſis, cui in viaticum biennij quo abfuit, populus Leodienſis mille & quingentos florenos contribuit.

Anno

Digitized by Google

Anno 1496. multa oſtenta viſa ſunt in aëre; nam menſe Mayo
A plures circuli apparuerunt, & 8. calendas Iunias parelij tres conſpe- *Oſtenta.*
cti ſunt: & 14. calendas Iulias tonitrua, & fulmina, & grandines, &
inuſitatæ tempeſtates magnam calamitatem ſatis, & alijs pleriſque
rebus omnibus intulerunt.

Hoc anno menſe Septembri ex Hiſpania appulit Zelandiam Ioanna Arragona ſponſa Philippi Auſtriaci, qui & ipſe mox inſequenti Octobri ex Germania in Brabantiam reuerſus eſt, nuptiaſque mox Lyræ celebrauit: cum Philippo autem reuerſus eſt & Antiſtes Leodienſis.

Anno 1498. Geldrus cum pecuniam ſibi conſtitutam non ſolui
B queſtus irruptionem minaretur in agros Leodienſes, mille florenos annuos deſignatos ab his accepit.

Eodem anno Antiſtes Traiectenſes iuſſa facere detrectantes, anathematis metu ad obedientiam reduxit.

Anno 1499. menſe Iulio Leodienſes Robertum Arenbergium decem milibus florenorum à ſuburbijs ſuis auerterunt, cum ille copijs Gallicis præfectus in Geldriam tendens moſam tranſiſſet, vt extorqueret quantum poſſet.

Anno 1500. viceſima quarta die Februarij mane ante quartam horam Gandaui natus eſt Philippo Auſtriaco primogenitus, cui nomen eſt datũ Carolus, qui fuit eius nominis quintus poſtea Romanorum Imperator. *Carolus 5. Naſcitur.*

C Hoc anno eodem menſe Februario Epiſcopus Leodienſis expugnauit caſtrum Gorreum, & menſe Aprili cum ducentis equitibus Coloniam profectus, pacem inter Vltraiectenſem Epiſcopum & Ducem Iuliacenſem compoſuit. *Epiſcopus Hornem expugnat Caſtrum Gorreum.*

Anno 1501. Epiſcopus Leodienſis Colonia reuerſus cum proditionem quandam comperiſſet, auctores eius, inter quos Capitaneus Seraneus erat, capite puniuit.

Hoc anno paſſim, & maxime in diœceſi Leodienſi cruces nigri ſanguineiq; coloris diuerſis in rebus, & potiſſimum in hominum veſtibus lineis ac laneis apparuerunt, non ſine magno omnium horrore ac metu. *Cruces in veſtibus apparēt.*

Eodem anno Coloniam, Aquiſgranum, Traiectum, Leodium viſi-
D tabant ingenti quadam deuotione peregrini magna frequentia, qui vno loco vltra viginti quatuor horas non perſeuerabant, holeribus herbarumque radicibus victitantes, & aqua pura: omnibus diebus excepta Dominica ieiunantes, in templis extenſis brachijs diu ac multum orantes, qui cum bini aut terni ligneam crucem manu tenentes victum oſtiatim mendicarent, multos aſſeclas vbique conſecuti ſunt, qui ſe vel ad triennium, vel ad quinquennium, vel vlterius, ſponte ſua votis huic peregrinationi aſtringerent, eoque finito ſpatio ſe ad ſua deinde reciperent.

Digitized by Google

Eodem anno Philippus Auſtriacus vnà cum vxore ſua per Franciam profectus eſt in Hiſpaniam A

Anno 1503. idem Philippus relicta in Hiſpania vxore grauida per Franciam reuerſus eſt, & apud Lugdunum pacem inter Gallos, Hiſpanos, & Germanos 23. Martij compoſuit, quæ publicata fuit 4. Aprilis inſequentis.

Pontificũ ſucceſſio. Eodem anno Papa Alexander 6. 18. die Auguſti veneno perijt: Secutus pius 3. non integro menſe præfuit, mortuus hic in feſto Lucæ Euangeliſtæ. Succeſſit Iulius 2. vltima Octobris; ſedit annis nouem, menſibus tribus, diebus viginti quinque.

ANNOTATIONES.

B

1. *Quæ noſter Suffridus recenſet de pugna & victoria Hornenſium contra Arenbergios, hauſit ex Placentio & Bruiſthemio, qui minutiora multa, & præſertim Bruiſthemius, proſequuntur, quæ noſter auctor omittit veluti luce indigna.*

2. Anno 1491. Epiſcopus Leodienſis Colonia reuerſus:] *In hunc annum incidit ortus B. Ignatij Loyolæ Hiſpani Societatis Ieſu fundatoris. Quem virum ſocioſq; Deus miſericordi ſua prouidentia ſuſcitaſſe ab omnibus viris pijs & prudentibus exiſtimatur, vt Luthero quem paulo ante natum ſcripſimus, eiuſq; ſectatoribus emendatione ſanctitateq; vitæ reſiſteret, nempe quo tempore Sathanas ad perdendũ, aliquos excitat, Deus ad ſaluandum alios erigit. De hoc B. Ignatio eiuſq; ſocijs frequens in ſequentibus redibit ſermo.*

3. Anno 1493:] Hoc eodem anno (*inquit Maſſæus*) Carolus Francus C à quibuſdam perſuaſus ad ſe pertinere Siciliam, regnumque Neapolitanũ, illuc armata manu proficiſcitur. Vniuerſam perturbauit Italiam multa ad votum conſecutus eſt. Intrauit Romam vltima Decẽbris anno 1494. non tertio (quod quidã ſcribit) & vigeſima ſecunda menſis Februarij ſequentis die Dominica prædictus Carolus ingreſſus eſt vrbem Neapolim. Redijt Lugdunum Sabbatho die ſeptima Nouẽbris. Vbi reſciuit Neapolitanos iam tunc ab ipſo defeciſſe, iãq; cum alteram in deſertores pararet profectionem, morte præuentus eſt: anno enim 1498. ſabbatho Palmarum poſt prandium proſpectans de feneſtra ludentes ad pilam, decidit in ſolarium & expirauit. *Hactenus Maſſæus. Quæ placuit referre quia ſunt origo multorum bellorum, de quibus in* D *ſequentibus obiter fiet mentio.*

4. Anno 1496. Multa oſtenta viſa ſunt] *In hunc annum incidit mira cuiuſdam malefici captiui confeſſio.* Erat (*inquit Bruiſthemius*) maleficus quidam latro in hoſpitali pauperum receptus, habebat quandam ſtanneam imaginem, quam ad inſtar ceræ mollis inter digitos voluebat. Quod cernens mulier denunciauit apparitoribus iuſtitiæ ſæcularis. Quem tortor Traiectenſis ad hoc euocatus dum vinctũ vidiſſet, Eya inquit, frater iam te canere faciam memor vilipendij, quod dudum mihi intuliſti.

Ad hæc ille. Ego (ait) tibi non cantabo, nam cuncta facinora mea abſque

Digitized by Google

abſque tortura patefacio. Sum etenim ſortilegus & latro, ſicut &
A vxor mea, quæ me in his vinculis pridie viſitauit; Nam filium noſtrum paruulum dudum occidimus ſuggerente diabolo ob maleficia conficienda.

Quomodo (inquiunt) huc ad te clauſum potuit ingredi? Petreken, ait, vbiq; poteſt intrare, nam ante aliquos annos in hac ciuitate me trina vice tulit ex Brabantia vt hanc ciuitatem incenderemus. Sed cum in turri Beati Ioannis Euangeliſtæ eſſemus, dixit Petreken quod ob multitudinem Eccleſiarum huius ciuitatis nil efficere poſſimus.

Hic homo ſupra modum deformis pœnitere noluit poſitus in rota in monte publico ſiue S. Ægidij.

5. Eodem fere tempore anno inſequẽte 1497. (*inquit idem Bruiſlhemius.*)
B in Haſſelt oppido vir quidam ſaluti animæ ſuæ parũ proſpiciẽs, ſed auri cupidiſſimus fuit.

Hic infelix animam ſuam Dæmoni homagio reddidit ſi diuitiæ ab eo ſibi concederẽtur, & octennio illis frui daretur. Nec mora ditatur homo opibus multis, negotiatur vbique proſpere.

Verum in his blandienti fortuna verſatus dum non diiudicat tempora, quodam galli conticinio noctis euocatur à ſocio cauſa Antuerpiam pariter pergendi. Sed diluculo reperta ſunt in itinere membra ipſius à corpore euulſa ac horribiliter dilaniata.

Hoc circiter anno Franciſcus Xauerius naſcitur, illuſtre Societatis Ieſu ornamentũ; qui poſtmodum ex nouem Ignatij Loiolæ diſcipulus primus, magiſtro ſimillimus extitit; & in India, Iaponica, alijſq; barbarorum regionibus, vel primus è Societate, vel
C *plurimum loborauit, vt viam Indis in cælum, ſocijs in Indiam aperiret.*

6. Hoc anno paſſim, & maxime in Diœceſi Leodienſi:] *Non Leodij tantum, ſed per Germaniam cruces huiuſmodi ſanguinolentas apparuiſſe teſtatur Surius in ſuis Commentarijs, his verbis:* Hoc anno 1501. cruces ſanguinolentæ virorum ac mulierum veſtibus in Germania inciderunt. Videntur præſignificaſſe peſtem ſæuiſſimam, quæ proximo anno ſequuta eſt. Solet plerumque Deus pro ſua bonitate eiuſmodi terroribus admonere homines, vt ſe corrigant, & impendentem eius iram à ſe auertant.

Sequutam fuiſſe peſtem, idem Surius ſic refert. Anno 1502. ſæuiſſima peſtis omnem Germaniam lõge lateque populata eſt. Multorum opi-
D nione ij tum extincti ſunt quorum veſtibus ſupra diximus cruces ſanguineas incidiſſe: & quod dictu mirum eſt, etiam illis in veſtibus lineis cruces inuentæ ſunt, quæ ciſtis incluſæ tenebantur, atque etiam in hominum corporibus. Iſtud vero in tertium vſque durauit annum.

Sed licet ex Placentio aliqua exempla eiuſcemodi ſignorum, quæ in Diœceſi Leodienſi acciderunt, ſubijcere, ſic ergo ille. Hoc anno mirãda & inaudita oſtendit Deus hominibus. Siquidem in vno & alio loco Diœceſis Leodieñ à feſtis paſcalibus aliquando in domibus, & in ipſis etiam cubiculis apparuit inopinatæ ſignum Dominicæ crucis, fuitque aut nigrum aut rubeum, ita vt nonnunquam putaretur eſſe verus ſanguis cum

medulla

Digitized by Google

medulla & ſanie effuſus, emergebantque cruces ſimplices, aliquãdo bifidæ in forma ſigni ſepulchri Dominici. A

Ad libitum eſt ſeriem epiſtolæ hoc loco ponere, qua Horneus Maximiliano rem omnem depinxit.

Apparent (inquit) vt plurimum ſuper capitibus mulierum, & maxime puellarum, in earum peplis ſummo vortice coimpreſſæ. Conteſtaturque ſe inquiſitionem quam diligentiſſime adhibuiſſe, vſque adeo, vt neque dolus, neque fraus interuenire potuerit.

Adijcitque mulierem 22. annorum apprimè honeſtam his portentis fere exanimatam fuiſſe; Quæ die quodam comperit, admonita à matre, ſignum crucis magnum, & amplum in peplo coloris aurei, atque ad ſingulos quatuor eius angulos emicans, & crucem vnam exilem concolorem, perinde vt arma ſunt Hieroſolymitani Regis, B inque medio maiorem crucem ſanguinolentam.

Territa inde mulier, cum reuerentia peplum illud ad locum mundum repoſuit, & aliud mundum capiti impoſuit. Mox in eodem crux grandis apparuit.

Accurrunt homines multi ex admiratione, in quorum conſpectu iterum & iterum pepla mutauerat, ita vt 9. diebus pepla 13. cruce ſignata fuerint.

Inſuper dum quadam vice quamplurimi cum ea de præmiſſis loquerentur, aſtantes viderunt inter colloquendum exoriri in eius mento crucem latitudinis vnius digiti, coloris, & ſaporis mellei, C cuius ſtipes à gutture in inferius labrum vſque ad dentes vergebat, per brachia vero protendebatur ex aduerſo inter mentum & labrum prædictum, quanta eſt oris amplitudo, quo cum ad aſtantium admonitionem leuare manum dexteram conaretur, apparuit conſimilis crux in eadem, retracta ad ſinum manus, cum vtraque ſigna 4. fere horis perſtitiſſent, demum prout venerant ita diſparuerunt.

Sed poſt hæc non ſolum forma crucis apparuit, quã & veluti haſta quędã, ac deſuper nõnulli characteres, corona denique concludebatur in circulo viridi totum tingente caput, protulitque inde cacumina ad modum ſpinarum. Apparuerunt & ſigna in camiſijs mariti crucis ſanguinolenta.

Hortatus eſt mulierem curatus, vt cum iubileus eſſet in Traiecto D ſuperiori, vbi degebat Antiſtes, ire eo atque confiteri: aſſenſa iuit, & ad D. Seruatium confeſſa eſt magno Theologo. Iuſſa poſt hæc iuit in chorum, & propter reliquias deducta eſt in æedituario, allato ei ibidem peplo nitido, rogata eſt illud capiti implicare, ne cum tanto horrore per plateas incederet, aſſumens ipſa nouum quod capiti admouit, mox irrupit in ipſius pepli parte anteriori ſanguinis tanta copia, vt confeſtim in extremam vſque fimbriam ad vnius digiti longitudinem & prope duorum latitudinem deflueret.

Vnde adeo conſpicientes ſunt attoniti, vt è canonicis vnus protinus caderet. At illa inde diſcedente, viſa eſt publice in peplo recenti

ad

Digitized by Google

ad ſcapulam dextram, magna vis ſanguinis, in figuram quaſi crucis
A ſe porrigens atque amplificans.

Cum quibus demum ſignis ipſa ad antiſtitem ducta eſt, recenti & madido cruore, vt in ſua præſentia, vt ſcribit, digito attrectatus, articulis hæreret, multis videntibus, & admirantibus.

Quæ omnia Maximiliano Romanorum Imperatori Horneus tranſcripſit 15. calendas Iunias.

17. *Anno quoq; 1498. referente Bruiſtemio in villa Ruttis turris B. Euermari martyris (de quo primo tomo diximus) vetuſtate corruerat: poſt dies aliquot foris ex aduerſo fons erumpens ſuauem dedit odorem, cuius aqua quamplurimi infirmi Abbati priſtinæ reſtituti ſunt ſanitati. Vnde diuerſorum illic concurſus accreuit populorum,*
B *quorum plurimi ab infirmitatibus ſunt curati.*

Horneus animi mærore affectus moritur, & prope Traiectum ad moſam ſepelitur.

CAPVT XLVIII.

HOc anno Epiſcopus Leodienſis cum ob diuturna bella multum æris alieni contraxiſſet, ideoque continuo à creditoribus vexaretur, curis & anxietatibus tantum non contabuit, Franci-
C montis tamen caſtrum à Ioanne de Marcka redemit. *Vexatur à creditoribus.*

Cumque in proceſſione die purificationis apoplexiæ quædam principia ſenſiſſet, valetudinem porro ſemper aduerſam habuit, quæ mox feſto paſchatis adaucta fuit inexpectata rei obiectæ indignitate. Nam cum Traiecto Leodium ad eam celebritatem obeundam tenderet, comperit ſe debitorum nomine programmate templi valuis affixo excommunicatum, quod adeo moleſte tulit, vt eueſtigio Traiectum rurſus abequitaret. Tandem vero cum leuandi morbi gratia Leodium reuerſus eſſet, atque in Collegio Sancti Martini, vbi diuerſabatur, coortum ex negligentia incendium palatium conſumpſiſſet, vnaque magni pretij equos atque mulos extin-
D xiſſet, grauiſſimo animi mœrore affectus eſt: maiore tamen 18. calendas Februarias anno 1505. tactus fuit, cum tumultuantibus aduerſus ipſum ciuibus, ne in manus ipſorum incideret, tumultuaria feſtinatione vehiculum conſcenderet, & dum Traiectum properat quaſſatione currus porro ita oblæſus eſt, vt poſt biduum vita defunctus ſit. Mortuus eſt igitur hic præſul Traiecti ad moſam 16. *calendas Februarias anno 1505.* poſtquam Cathedram Epiſcopalem adminiſtraſſet annos 23. in magna rerum omnium anguſtia, & hominum diſcordia; ſepultus eſt prope Traiectum in monte, indutus habitu Franciſcanorum. *Apoplexia laborat.* *Excommunicatur ob credita.* *Moritur.*

Digitized by Google

ANNOTATIONES. A

Bruiſtemius infortunia, morbos mortiſq́; genus Epiſcopi eodem modo deſcribit quo auctor noſter, quibus ſequentia ſubijcit : Hic (inquit) inclytus Princeps plurima pro patria fortiter quidem egit, verum quia Traiecti & Thuringiæ frequentius morabatur, idcirco Leodienſibus minus acceptus eſſe videbatur. Et cum ipſius genitor D. Iacobus Comes de Horne vir illuſtriſſimus poſtea fratrum minorũ ordinem ingreſſus, tantam erga Leodios amicitiam fidemque integram conſeruaſſet, vt ipſius gratia ipſe D. Ioannes de Horne filius eius ex die primo reſidentiæ,
quo priuatè reſideret canonicus Leodienſis, adeo gratus omni po- B
pulo Leodienſi extitit, vt etiam Domicellum Ghiſbertum Ducis Cliuenſis filium Dominum quoque Iacobum de Croy prothonotariũ, qui ſimul cum honorabili familia reſidebant faſtidirent. Sed Epiſcopus iam factus dum de pari paſſu Leodienſibus non coëquitaret, imo patriam prædari impugnareque cœpiſſet, omnem fauorem populi Leodienſis à ſe tulit. Sed ſuper hæc omnia mors D. Wilhelmi de Marka eum Leodijs fecerat inuiſum.



Digitized by Google

A GESTA PONTIFICVM LEODIENSIVM

AB ERARDO A MARKA VSQVE AD FERDINANDVM BAVARVM.

Erardus à Marka electus in Epiſcopum Leodienſem confirmatur, moxq́; conſecratus ſacerdos & Epiſcopus, Patriæ inauguratur.

B

CAPVT I.

MORTVO Horneo 16. Calend. Februarij anno ſalutis noſtræ 1505. Canonici ob Magnatum contentiones, qui certatim ſuos Epiſcopatui obtrudere nitebantur, aliquamdiu perplexi tempus electionis de induſtria protraxerunt.

Tandem cum Iacobum Croyum qui vt dudum ita & tunc aſpirabat, Philippus Auriacus nouus Caſtellæ Rex in Hiſpaniam profecturus ad Electores Imperij miſiſſet, omnium ſuffragia C ſtatim in Erardum à Marka inclinarunt; qui proinde anno inſequēti 1506. ſecundo Calend. Ianuarij communi calculo Epiſcopus Leodienſis 84. renuntiatus eſt. Fuit hic annus Iulij 2. Pontificis maximi tertius, Maximiliani Auſtrij Cæſaris decimus tertius: Ludouici eius nominis duodecimi Gallorum Regis nonus.

1506. Succeſſio Pontificum Imperatorũ & Regum Franciæ.

Commendabant Erardum præter generis nobilitatem & potentiam multa maiorum ſuorum Adolphi & Engelberti à Marka Epiſcoporum pro Eccleſiæ Leodienſis tuitione præclarè geſta, eximia indoles, optima corporis conſtitutio, magnum & acre ingenium, literarum ſacrarum, humanarumq́ue non vulgaris cognitio, iudicium, eloquentia, & ante omnia omnibus in rebus maxima animi mode-D ratio, cum affabilitate coniuncta.

Erardi præſulis virtutes.

Igitur ſub Epiphaniam Domini duos Canonicos ad vrbem delegat, qui maiorum more electionem de ſe factam Pontificis Max. arbitrio ſubmittant. Quo tempore Philippi Auſtriaci Burgundiæ & Brabantiæ Ducis &c. legati Namurcum veniunt, vt expeditionibus quas Carolus Geldriæ Dux Philippo in Hiſpanias profecturo meditabatur, remoras inijciant.

Quocirca Erardus Legatorum tanti Principis gratiam ſibi conciliandam ratus, ſplendido equitum comitatu Namurcum profectus, eos ſalutat & ab eis viciſſim honorificè excipitur.

 Sed

Digitized by Google

Erardus Inſidiatores eludit.

Sed ecce in nouũ Præſulem ſtruuntur inſidiæ. Robertus à Marcka Præſulis Frater, Regis Galliæ Caroliq; Ducis ſigna ſequebatur. Itaq; & Erardum quem Gallis ſimiliter & Geldris addictum ſuſpicabantur, Maximiliani Cæſari Regis Caſtellæ patri per inſidias tradere machinantur quarum, ille per amicos conſcius, citatis equis Leodiũ regreſſus inſidiatores illuſit. A

Inde ad Monaſterium S. Laurentij ad mœnia Leodienſia ſecedit, ibique virorum pietate & eruditione præſtantium vſus contubernio, ad ſacerdotij dignitatem ideo maiori religionis ſenſu ſe diſpoſuit, quod non ignoraret deceſſorum ſuorum nonnullos ob ius infularũ neglectum, magnorum motuum Leodij occaſionem præbuiſſe.

Cumque haud exiguis ſumptibus ad inſtantem inaugurationem aliaque ſub initium Epiſcopatus pro dignitate peragenda ſibi opus fore ſciret, Sedanium ad Robertum Marckanum loci tunc Dominum ſe contulit, à quo octo ſupra viginti millia ducatorum in eos vſus accepit. Verebatur ſcilicet vir prouidus ſi ſubditorum ſe debitorem conſtitueret, ne ſuam in iuſtitia inſtauranda exercendaue libertatem perderet. B

Ad ſacerdotium ſe præparat.

Dum hæc agit propoſiti haud immemor quod nuper in Monaſterio S. Laurentij conceperat, delicijs paternæ domus neglectis, ad Carthuſiam montis Dei haud longè à Sedanio diſtantem ſe confert, vbi diuinorũ librorum lectioni, rerumque ſpiritualium meditationi vacans ad ſacerdotale munus directoribus religioſis optimiſq; præceptoribus, & imprimis Spiritu ſancto ductore ſe præparat. C

Hic exacta deuotè quadrageſima dum ſanctum Paſcha celebrat diploma Pontificium ab vrbe defertur, quo & electio confirmatur, & adminiſtratio Epiſcopatus illi mandatur. Cuius rei fama percrebreſcente arcium Patriæ præfecti Prætores alijque Officiales Sedanium ſe conferunt, ſuis in officijs auctorari demiſſè petentes. Ingerunt quoque ſe Comædi, Cytharedi, Hiſtriones, mimi & ſimiles ſcilicet aulæ heroës, operam quam deceſſori præſtiterant offerentes. Illis pro officio laudatis, porroque proſequi iuſſis, hos vt pote inutiles modeſte admonitos à ſe dimiſit, cuius mentem cum eorum vnus ſolertius introſpexiſſet, ſeque petulantius ingerendo lenonem verius quã Tragœdum prodidiſſet, Præſul ſubiratus faceſſere renuentem, etiam fuſte cædi iuſſit. D

Comædos & mimos aula eijcit.

Sedanio regreditur ad S. Laurentij Monaſterium, vt quo in loco ſacerdotij gradus placere cœperat, in eodem illum, diuino iuuante numine conſcenderet. Itaque ſacerdotali caractere ibidem inſignitus eſt, præſentibus quampluribus Prælatis & primoribus Ciuitatis viris, ſibi gratulantibus, quod talem nacti eſſent Præſulem, qui non humana tantum prudentia potentiaque regere, ſed diuina virtute oblatis Deo omnipotenti ſacrificijs, ab inimicis etiam ſpiritualibus poſſet eos protegere.

Conſecratur ſacerdos.

Nec multis poſt diebus Tungros ad Canonicorum regularium

Cœno-

Cœnobium ſeceſſit, euocato illuc D. & M. Ioanne de Montibus S.
A Theologiæ doctore, cuius conſilio per manus Reuerendiſſimorum Liberti Bercenſis & Franciſci Chaleti Epiſcoporum Suffraganeorū in Epiſcopum 2. Maij conſecratus fuit: Quo die tanta eum deuotione voluptateque ſpirituali perfuſum fuiſſe aſſeruerunt, vt ea in ipſos reliquoſque aſſiſtentes quodāmodo redundaret, omnibus eius exemplo non diſſimili pietatis religioniſque ardore affectis. *Conſecratur Epiſcopus.*

Penultima eiuſdem menſis quæ tunc incidit in vigiliam Penthecoſtes, Epiſcopatui Patriæque inaugurandus ſplendido Principum Comitum, Baronum ac primorum nobilium Comitatu Tongris Leodium reuertitur. Eminebant, inter eos tres Marckani Euerardus Comes de Aremberch Patriæ Mamburnus, Robertus Comes Signiaci, *Erardi inauguratio.*
B Dominus Sedanenſis, & Ioanne, D. de Aigremont & Lummey omnes eius propinqui. Aderant & alij plurimi Illuſtres viri qui ex Germania Galliaque inaugurationem cohoneſtaturi aduenerant. Cum Heriſtallium vicum antiquo Caroli magni ac poſterorum eius palatio celeberrimum non longe à Ciuitate attigiſſet; accepto forte à lege Moſaica exemplo, multos ſublata voce eius miſericordiam & criminū veniam implorantes, ſecum in Ciuitatem reduxit, his exilij, illis ſupplicij veniam impertiuit. Propior vrbi factus priuilegia libertateſque à Regibus Imperatoribuſque Romanis Ciuitati Pàtriæque cōceſſas Māgiſtratui ſibi obuiam facto ſe ſeruaturū more maiorū ſpondet, moxque ingenti circumfuſæ multitudinis acclamatione & ap- *Num: 35. Ioſu 20.* *Supplicātibus gratiam largitur.*
C plauſu vrbe excipitur.

Ingreſſus, ad ſacram vſque D. Lamberti ædem per triumphales arcus eius ergo conſtructos recta progreditur, ordinatis ad vtrumque plateæ latus Ciuium ſocietatibus probè armatis, qui feſtiuo bombardarum ſtrepitu, tum Principem tum procerum turbam identidē ſalutarent. Illum interea preſtolābatur numeroſiſſimus Clerus pro limine ædis Cathedralis aduenientem cominus ſalutant, & ceu vrbis & ſuæ fœlicitatis palladium amplexantur peractiſque more maiorū cæremonijs ad palatium ſuum deducunt.

Propoſuerat iam antea ſacro Penthecoſtes die primitias ſacerdotales Deo patri offerre, vt Spiritus ſancti gratiam, quam ad regendā Eccleſiam ſibi commiſſam neceſſariam ſciret, largius myſtico illo die
D perciperet.

Quocirca præſentibus 25. Abbatibus, pluribus quoque Comitibus, Baronibus, alijſque illuſtribus & nobilibus viris, profuſaque populi multitudine, aram eo die primum acceſſit, pro ſe & populo ſuo hoſtiam oblaturus, qua Deo placato, populum deinceps Leodienſem pacificè, diuino aſſiſtente numine, regeret. Nec vana fuit oblatio: Nam toto ſuæ adminiſtrationis tēpore multa ſæpè diſſimulans, multa conſulto tranſmittēs, quæ alios fortaſſis non iniuria laceſſiuiſſent, quietè Patriam gubernauit, & illam, licet bellis vndequaque frequentibus, quietam tranquillamque ſucceſſoribus reliquit. *Die Penthecoſtes primitias celebrat.* *Hab. 5.*

Peractis ſacris: Epulum regio apparatu inſtructum Prælatis, Principibus, alijſque honoratioribus è populo viris toto triduo inſtruxit, A populo interim feſtos dies focis per plateas vndequaque perlucentibus agente, ſibique gratulante quod tam pium religioſumque nactus eſſet Pontificem, nec multo poſt in reliquis Patriæ oppidis incredibili omnium applauſu inauguratus fuit.

Confert ſacramentum ordinis.

Hebdomada Pentecoſten inſequente perquam plures ſacris ordinibus per ſe, quamuis Epiſcopum Suffraganeum haberet, inſigniuit, quod & alias frequenter, cum præſens eſſet præſtitit.

Dux Geldriæ abſente Philippo nouo Caſtellæ Rege, Duce Roberto à Marka quædam oppida recuperat, quædam Philippi capit & munit: Cæſar differt dare Epiſcopo Erardo Regalia. B

CAPVT II.

Bellū Geldricum Leodienſibus noxium.

PHilippus Maximiliani Cæſaris filius Burgundiæ Brabantiæ &c. Dux, cui bellum cum Duce Geldriæ Carolo implacabile erat, nuper Regni Caſtellæ, Mortua Regina Eliſabetha factus hæres, cum idcirco in Hiſpanias acceleraret, procurante Vltraiectenſi Epiſcopo Comite Montisfortis, & alijs illuſtriſſimis viris, cum Geldro C pacem inijt his legibus, vt quæ loca quiſque in Ducatu Geldriæ, & Comitatu Zutphaniæ modo poſſidebat, in eis pacificus permaneret, Dux deinde Philippum in Hiſpanias comitaretur.

Parato igitur ad iter Philippo, Dux neſcio quas occupationes cauſare cœpit, ſubmiſſiſque clam ad Ludouicum Galliæ Regem nuncijs de iniuria Philippi queritur, & per coniunctionem ſanguinis Borbonici fauorem opemque contra illius potentiam implorat. Rex igitur cognatum vlturus Robertum à Marka militem ſtrenuum ſibi fidelem cum ingenti manu in Geldriam mittit, qui mox iunctis cum Duce viribus, Gochum & Waghemingum oppida, Germanis inde ex compacto egreſſis recuperat, & firmo præſidio, Brabantis fruſtra im- D pedire conantibus, munit.

Philippus interea dum Regni Caſtellæ aliorumque plurimorum Dominiorum poſſeſſionem capit, cœli nouitate & intemperie correptus, febri in Burgenſis oppidi caſtro 6. Calend. octobris vita functus eſt. Cuius morte intellecta, mox Germanorum manus Waghemingo per Robertum Markanum pulſa, Maximiliani Imperatoris iuſſu in agro Leodienſi hybernatura, Haſſeletū, Curingiam, & in alia Comitatus Loſſenſis loca aduenit, ibique caſtra metata eſt.

Cæſareani milites è patria

Erardus id quod erat non obſcuris iudicijs conijciens, Leodienſes armat, & fecialibus miſſis Germanis ſignificat vt quantocius Patriæ

fines

Digitized by Google

fines egrediantur. Illi contra, iuſſum Cæſareum allegant, ſi tamen
A parendum ſit, petunt vt data ſibi fide publica incolumes Patria excedere liceat, quod Cæſareæ Maieſtatis nomine haud ægrè impetrarũt. Quare hybernis relictis agro Leodienſi confeſtim excedunt.

per præſulem excedere iubentur.

Iam tum Præſuli certum fuit cur ſibi toties Regalia petenti Cæſarea Maieſtas dare differret, volebat ſcilicet Imperator Erardum virũ vtique eximium videre, noui Principatus acceſſionem gratulari & tanti Præſulis recreari conſpectu. Sed ille cordatus & prudens, huiuſmodi ſpecioſis verbis minimè fidẽs, prius regalibus tantiſper carere, quam iræ Cæſaris ſe exponere maluit.

Anno inſequente 1507: Carolus Geldriæ Dux & Robertus Mar-
B kanus in Brabantiam venêre, Oppidum Diſthenſe vaſtaturi, à cuius mœnibus Naſſouij Principis & Ciuium virtute repulſi, alio ſigna cõtulêre. Hala igitur oppido incenſo Thenas obſident, diripiunt, & ne à templis quidem & aris temperant: Brabanti interim, quantumuis hoſtibus per totam eam regionem graſſantibus, nequicquam commoti, vnicum Louanium præſidio firmauerunt.

1507. Dux Geldriæ & Robertus Markanus in Brabantiã veniunt.

Vigeſima prima Martij quæ in Dominicam Paſſionis incidit, templum Fratrum Minorum, quos obſeruantes vocant, recens Leodij in loco Hieruſalem dicto extructum Præſul ipſe Deo Opt. Max. beatoque Franciſco dedicauit conſecrauitque.

Erardus præſul conſecrat templum Fratrum Obſeruãtium.

Sub finem Octobris Carolus Thenas reliquit conſtituto illic tan-
C tiſper Roberto, cui incendendi oppidi mandatum dederat. Ruremũdam reuerſus 600. equites Gallos exauctorauit, qui Galliam repetẽtes in Arduenna ſylua non procul ab Hûbertenſi Monaſterio feſſi prædaque onuſti à Namurcenſibus fuſi fugatique ſunt, equis illorum 500. in publico foro Namurcenſi diuenditis. Markanus Thenis parcens reliquum militem ſaluum in Galliam deducit non paucis inſolentiæ feritatiſque etiam in agro Leodienſi relictis veſtigijs.

Galli à Namurcenſibus male excepti.

Per eos dies Erardus agrum Dominicum repurgare incipiens, Andanium ad celebre D. Huberti Monaſterium ſe contulit, vbi cum diſciplinæ monaſticæ ſyncerum granum ſuffocatum eſſet, iamque omnis diſſolutionis lolium ſupercreuiſſet, aratro verbi Dei, Zeloque
D honoris diuini, quo ardebat, id euulſit, & ſanctis præſcriptis legibus, regularem diſciplinam reſtituit.

Erardus reformat Monaſterium D. Huberti.

Eodem tempore Brabantus Burgũduſque arcem Proyam obſidet: locus eſt opere & naturâ munitiſſimus ad Moſam inter Goricum & Buſcumducis Oppida ſitus. Quam cum nonnulli Leodienſes, Geldro militantes, occupaſſent, incredibile eſt quantum mercatui damnum intulerint: neque enim terra vel flumine quicquã vehi poterat quod non interciperẽt. Quocirca hiſce iniurijs prouocati Hollandi arcem obſidione cingunt. Gelder & ſi maximè eos obſidione cuperet liberare, territus tamen hoſtium multitudine, non palam aggredi, ſed ſtratagemate eos experiri voluit. Cœpit itaque ductare vndique copias, & famam inſtantis ſui cum numeroſo exercitu aduentus præ-

Leodienſes infeſti Hollandis & Buſcoducẽſibus.

nunciam

Digitized by Google

nunciam in aduerſariorum caſtra ſpargere. Quapropter territi Hollandi relictis impedimentis in fugam ſe conijciunt. A

Non multo poſt Buſcoducenſes ad hanc ipſam arcem oppugnandam venerunt. Quibus ſic armatis mittit Cæſar Comitem Anholtanum virum in re militari exercitatiſſimũ, cui totius obſidionis ſummam permittant. Is & ſi arcem acriter aliquamdiu oppugnarit, expugnare tamẽ mira obiecti aggeris altitudine impeditus, non potuit. Buſcoducenſes igitur quos malum propius tangebat, nouum tormẽtorum genus excogitant, quod mortalium vocabant, quo pilas grauiſſimaſque ſaxorum moles tanto impetu iecêre, vt paucis diebus arcis ipſius tecta tabulataque deijcerent. Vnde & Suewingus ipſe arcis Præfectus, trabis ruina oppreſſus & miles metu perterritus de arce dedenda conuenit, conditione, vt incolumes cum armis exire poſſent. B

Erardus ædificia Epiſcopatus inſtaurat, noua conſtruit; numiſmata aurea & argentea cudit; Saguntium Cardinalem Patriarcham Hyeroſolymitanum recipit, cum quibuſdam alijs.

CAPVT III. C

1508. *Erardi Præſulis magnificẽtia.*

DVm vicinæ inter ſe Prouinciæ hoc modo decertant, Præſul pius non tam ſibi quam Eccleſiæ Leodienſi illuſtrandæ natus, anno Domini 1508. plurima quæ iam ante animo conceperat, aggreditur, arces Hoyenſem & Francimontenſem partim vetuſtate partim bellorum iniuria collabentes, quod primum vicina bella exigere videbantur, reſtituit.

Ciuitatem ipſam binis turribus marmoreis à fundamentis auget munitque; vna portas SS. Martini & Margaretæ à latebris & inſidijs, quas montes valleſque adiacentes, hoſtibus exhibent, defendit, altera portam S. Walburgis propter patentes Hasbaniæ campos inimicis expoſitam firmo præſidio tuetur. D

Nec ſatis; Zelo honoris Dei ac B. Lamberti Martyris accenſus, argenteam thecam inauratam qua venerandi martyris caluaria, maiore religione aſſeruaretur colereturque vocatis vndecunque ſumptu maximo aurificibus, affabre fieri curauit.

Inchoauit & hoc anno, à fundamentis aulam Epiſcopalem, Regiã verius dixeris, cui extruendæ licet 32 annos, adhibitis continuo quãplurimis operarijs, impenderit, moriens tamen necdum perfectam reliquit.

Aurea quoque & argentea cudit numiſmata, quæ vt commercijs cum vicinis prouincijs facilius ſeruire poſſent, ab eis probari, & de valore

valore precioque conſtitui voluit quod & ipſi imprimis gloriæ, &
A mercatoribus tum indigenis tum aduenis magno commodo fuit.

Plurima Eccleſiæ & Principum Chriſtianorum Oppida cum retinerent, Veneti, Iulius ſecundus Pontifex Maximus ſubmiſſis aliquot S. R. E. Cardinalibus, maximos Europæ Principes ad Fœdus contra eos ſuſcitauit: & certè non difficulter Maximilianum Cæſarem & Ludouicum Francorum Regem induxit, quibus iam contra Venetos bellum erat; ſed & Ferdinandum Hiſpanorum Regem, omneſque illi fœdere iunctos allexit, idque tanto ſilentio, vt prius ictum fœdus eſſet, quam eius vel rumorem illi intelligerent. Huic vt noſtrates quoque accerſerentur laboratum eſt, miſſo in haſce partes B Bernardino Saguntino Patriarcha Hieroſolymitano, qui menſe Iunio profecturus in Brabantiam ad Carolum Regis Hiſpanorum nepotem, in S. Trudonis oppidum venit, vbi eum Erardus Præſul rerũ quæ agebantur conſcius, conuenit, illumque petente Pontifice, pluribus Galliæ Principibus commendauit. Adfuerunt Erardo & alij duo Cardinales à Pontifice ob idem miſſi ſed minus fœliciter, hi enim feſtinantes Atrebatum, vbi tunc erant Regum Franciæ & Hiſpaniæ oratores, cum in contentionem cum Gallis incidiſſent, gallico ingenio cædentes quantocius Leodium redeunt, indeque Italiam inglorij repetunt.

Fœdus Pontificis & Principum cõtra Venetos.

Hoc eodem tempore Brabanti, Ruremundam inuaſuri Comitatũ C Hornenſem ingrediuntur, Weſſemioque oppidulo capto continuis excurſionibus cum ingenti Hornenſium damno, agrum Ruremundenſem depopulantur; Geldros mercatores ſpoliant, grauibus litris mulctant & quo citius oppidum ad deditionem cogant, ponte ſuper Moſam ex nauigijs cõſtructo, omnibus aditum claudunt: Quod idem fecêre fœderati Traiectenſes, ita fornicibus pontis ſui obſeratis, vt Leodienſes nihil opis nauigio Ruremundanis ferre poſſent. Sed nec ſic vicêre Brabanti; nam & pedeſtri itinere vndecunque Ruremundenſibus venit annona, & miles quatuor iſthic menſibus fruſtra conſumptis, nullo ſequente ſtipendio, re infecta abſcedere coactus eſt.

Leodiẽſes opẽ ferunt Ruremundenſibus contra Brabantos.

Per eoſdem dies D. Huberti Leodienſium Patroni virtus ad eius D ſepulchrum, quod in Eccleſia Collegiata S. Petri Leodij adhuc hodie in cripta viſitur, mirum in modum emicuit. Poſſeſſæ erant à dæmonibus duæ ſorores ex Ciuitate Oſnaburgenſi in Germania oriundæ quæ ad Buranum oppidum Diœceſis Coloniẽſis vbi ad preces meritaque B. Annæ Deigenitricis matris dæmonia ab energumenis pelli ſolent, adductæ fuerant. Cum ergo illic Dæmones exorciſmis Eccleſiæque precibus non ſine tormentis è puellis excedere cogerentur, flagra vlteriora deprecati, magno cum vlulatu profeſſi ſunt ſe nonniſi ad ſepulchrum D. Huberti, quod in veteri cripta Eccleſiæ S. Petri Leodienſis ſitum eſt, egreſſuros. Itaque puellæ Leodium ad D. Petri templum adductæ, quamprimum ab exorciſtis iſtic ſanatæ & à malig-

D. Huberti virtus Leodij emicat.

Digitized by Google

nis ſpiritibus liberatæ fuerunt; illis non tantum D. Huberti virtutem, ſed & reliquias diuerſorum Sanctorum quæ in criptæ ſcrobibus & alijs murorũ latibulis ab Hunnorum temporibus abſconſæ fuerant publicantibus. Cuius rei fama latè peruagata, cuiuſcunque nationis lunaticos, & ab immundis ſpiritibus vexatos exciuit, qui omnes ad maiorem Dei Sanctique Huberti ac aliorum Sanctorum, quorum reliquiæ illic coluntur, gloriam, ſanati fuerunt.

Dæmones coguntur SS. reliquias euulgare.

A

Sacrilegos punit: pacem inter Burgundos & Geldros tentat, arcem de Hierges reſtaurari mandat: Telonium de Emry ſuper Moſam erectum prohibet.

B

CAPVT IIII.

1509. INeunte anno 1509. duæ circiter equitum turmæ Principis Naſſouij Diſthemij Præfecti, intempeſtæ noctis ſilentio in celebre Cœnobium virginum de Herkenrode irruperunt, conuaſatiſque Eccleſiæ calicibus, & quicquid argenti puri, cælati, ſignati, in prædam militibus dato: dum abitum parant, ecce loci præfectus Haſſeleti cõmorans eiuſce rei per Abbatiſſam certior factus, expedita velociter armatorum manu, Monaſterium cingit, datiſque ad arma ſignis, aduolantibus vndecumque ruſticis, primus ſcalis muros conſcendit, cuius exemplo reliqui muros partim ſcandunt, partim diruunt. Sacrilegi armis ſumptis fruſtra ſe furenti multitudini obijcientes magna ex parte cæduntur vel capiuntur, vnico è ruſticanis deſiderato. Huius facinoris conſcius Erardus, apud Naſſouium queſtus, cum nihil excuſare poſſet, captiuos alios proſcribi, alios extremo ſupplicio afſici curauit.

Monaſterium de Herkenrode à ſacrilegis vindicatur.

C

Ianuarij 27. Erardus edictum in blaſphemos promulgat, pœnâ pro prima vice vnius Floreni, ſecunda trium, tertia affixione vnius auriculæ ad palum in publico foro, conſtitutâ.

Idem paci & concordiæ ſtudens, eodem edicto ne ciues geſta ſub præcedẽtibus Principibus per ſe, vel maiores ſuos ſibi mutuo improperent vetat, pœnâ proſcriptionis trium annorum à Ciuitate in trãſgreſſores poſitâ; Neue exteros mercatores Leodium merces aduehentes, vlla verborum iniuria afficiant, neque arma geſtent exceptis ad id priuilegiatis, nobilibus viris, officiarijs publicis, eorumque ſeruitoribus.

D

Sub initium veris habita Leodij Comitia, quibus Summi Pontificis, Imperatoris & Regis Galliæ legati interfuêre: actum de pace inter Burgundiones & Geldros ineunda, multa vltro citroque ab his & illis propoſita reſponſaque: Burgundis multa petentibus, Geldris nihil concedentibus. Vtriſque porro nimia ſeu confidentia, ſeu pertinacia certantibus, nihil promotum.

Celeberrima Leodij Comitia.

Interea

Digitized by Google

Interea cum in tanto exterorum hominum, diuerſarum & natio-
A num & mentium concurſu timeretur, non immeritò, ne turbæ Leo-
dij excitarentur, omnem rixarum materiam prudentiſſimus Præſul amputare volens, edixit, ne quis, viuat aut Cæſar, aut Gallus, aut Burgundus, aut Gelder, vel publicè, vel priuatim proclamaret, ne quis vllam ſiue verbo ſiue facto iniuriam vlli extero inferret, neue Crucē in veſtibus ſiue rectam, ſiue obliquā geſtaret, ſub abſciſſionis linguæ & grauiſſimæ ſuæ indignationis pœna.

Anno præcedente inter Principes Fœderatos conuenerat expeditionem in Venetos facere. Gallus itaque ante omnes cum ampliſſimo exercitu Italiam ingreditur, Veneti occurrere ad pugnā ad Carauagium 15. Calend. Iunij, Venetorum plurimi cæſi. Dux eorum Liuianus intercentus. Secundum eam victoriam Gallus intra pauciſſimos dies ſine vulnere Bergomum, Cremonam, Cremam & Brixiam: Cæſar Veronam, Vincentiam, atque Patauium: Iulius Arminium, Fauentiam, Ceruiam, & Rauennam recuperauit. Porro Senatus Venetus Apuliæ vrbes Sipontium, Trauium, Monopolim, Brunduſium & Hidruntium ſponte reſtituit.

Pontifex multa à Venetis vſurpata oppida bello recuperat.

Vndecimo Calend. Maij, vita deceſſit Henricus eius nominis ſeptimus Angliæ Rex in ſua Richemunda villa, vbi Franciſcanorum obſeruantium Cœnobium condiderat, vir Catholicæ Romanæque Eccleſiæ ſtudioſiſſimus.

Optimo Patri peſſima ſoboles ſuccedit.

C Illi ſuccedit Henricus eius nominis octauus, qui poſtquam Patri defuncto iuſta perſoluit in Matrimonium duxit Catharinam, quæ fuit Caroli v. matertera vidua Arthuri iam ante defuncti fratris, qui admodum tenera ætate eam duxerat, ſed per ætatis imbecillitatem nullas ex ea proles ſuſceperat, imo & virginē eam reliquerat: quemadmodum non ſolum ipſa, ſed etiam cum ea teſtabantur matronæ probatiſſimæ. Quo tamen iuſtitiæ publicæ tolleretur difficultas, voluit Rex auctoritate ſummi Pontificis eas ſibi nuptias permitti. Agebat is annum ætatis decimum octauum, deinde octauō Calend. Iulias cum vxore à Cantuarienſi Epiſcopo coronatur, publico totius Regni applauſu & gaudio. Hic euerſæ in Regno Anglicano religionis, quam hodie (proh dolor) conſpicimus, cauſa & origo fuit, vt ſuo loco di-
D cemus.

Origo euerſæ in Anglia religionis.

Decembris decima Præſul prouidus vt bona Eccleſiæ ſuæ Iuriſdictionemque ſartam tectam ſeruare poſſet, ſcribit Prætori Hoyenſi, Loſſenſi & cæteris officiatis, ſimulque mandat, ſinguli per regiones officij ſui locis conſuetis edicant, vt quicumque terras, redditus, villas, Dominia ad Eccleſiam Epiſcopatumque quoquo modo ſpectantia poſſideant, illa cum nouis ſuis limitibus ad Cameram ſuam rationariam ante quadrageſimam proximam ſcripto referant, pœnā trāſgreſſoribus publicationis, & priuationis Dominiorum, feudorum, & quorumcumque bonorum, quæ hactenus ab Eccleſia & menſa Epiſcopali poſſediſſent, conſtitutā.

Erardus in temporalibus prouidus.

Vigeſima quarta cum plurimi milites Galli, Burgundiones, Geldri, & alij relictis hybernis per Patriam Leodienſem diuagarentur, mercatoreſque tum indigenas tum aduenas deprædarentur, edicto publico mandat officiatis, vt ſignis pulſatis præſidiarios vicinos, alioſque incolas conuocent, arment & in prædones educant, eos profligent aut captos iuſtitiæ tradant. A

1510. Anno 1510. Præſul arci quoque de Hierges inſtaurandæ animum adiecit. Fuerat caſtrum hoc, tempore Borbonij, bellorum tempeſtate funditus dirutum, & deſertum. Poſſidebat vero vicinos agros, non paucos Iacobus de Coſwaremia, vir vt nobilitate clarus ita & opibus potēs, arcemq; ipſam ſibi in 40 annui cēſus frācicis obæratā habebat, qui cum non ſoluerentur iure ſuam pronunciari nuper curauerat. Is igitur monitu hortatuque Præſulis à fundamentis arcem renouans & muris turribuſque adornās priſtinum in ſtatum reſtituit, non minori ſuo commodo quam Patriæ ornamento. Porro id non æquo tulit animo Ludouicus de Emry, qui illam ſuam eſſe, quod vxor eius Domino de Berlaymōt eius arcis quondam Domino, ex fratre neptis eſſet, prætendebat. B

Controuerſia ratione arcis de Hierges.

Igitur iuris neglecto tramite quo viam ſibi ad arcem adeundam compendioſiorem ſterneret, vicinum caſtrum Altæ-rupis iam diu quoque dirutum & neglectum emit, & inſtaurari iuſſit, indeque graues quotidie vicino Coſwaremiano qua nouis ædificijs in Hiergianis agris ſtruendis, qua alijs vſurpandis moleſtias ſtruxit. Cumque ſolerent Hiergiani certum rerum venalium percipere telonium, hoc excluſus Dominus de Emry, nouum quoque à mercibus per Moſam nauigio vectis exigere cœpit, quod cum multos à commercio abſterreret, nec ipſi tantum Coſwaremiæ ſed & Ciuitati Patriæque multa damna inferret, prohibuit Epiſcopus. C

Menſe Iunio cum multi milites vagabundi ſub ſpecie pauperum Xenodochia Ciuitatis ingrederentur, nonnulli etiam hoſpitijs publicis exciperentur, paci tranquillitatique Ciuitatis conſulturus Præſul, edicit ne exteri vltra tres dies in Ciuitate moram trahant, vt tabernarij & Xenodochiorum Gubernatores nomina externorum qui pœnes eos morabantur ad Prætorem referant, eiſque mandatum hoc inſinuent, cui niſi mox obtemperarint, Collare comminatur. D

Edictum contra vagabundos.

Per id tempus inclitus miles Heyda cognomine, natione Leodius, Regi Galliæ ſtudens, parua militum tum equitum tum peditum manu ſtipatus præſidiarijs Geldro ſeruientibus ſtipendia ferebat. Is cum in vicinos Moſæ Traiectenſium agros ingrederetur, ſtructas à Burgundis ſibi inſidias offendit, quibus fortiter ſe obijciens non reſtitit tantum, ſed inſigni fortitudinis exemplo eos etiam diſſipauit, pleriſque partim cæſis partim captis, quos inter villicus Louanienſis deprehēſus eſt literas ad Burgundiorum caſtra deferens, quibus eorum conſilia detecta fuēre.

Burgundi ceduntur.

Per eoſdē dies aliud exemplum memoria dignum Leodij æditum fuit,

Digitized by Google

fuit, Scabinorum iudicio duo diuerſæ admodum ſortis homines extremo affecti fuere ſupplicio inſons vnus, alter nocentiſſimus. Hic adoleſcens matrem bene monẽtem cum occidiſſet, hoc ſupplicij genere affectus eſt: In foro ad gradus Eccleſiæ ſtanti oculus dexter ſubula perforatur, inde ad fores matris, cuius pectus pugione transfixerat deducto, pugnus dexter præſcinditur, demum brachijs illi cruribuſque effractis caput amputatur, & in rota in S. Ægidij monte ſublimatur.

Ille homicidij accuſatus, quamuis falſo, capite plexus fuit, iurene an iniuria, iudicium eſto. Proceſſus eius hæc ſumma fuit. Erat Ciuis Leodienſis Ioannes del Naye in Aurotano ſuburbio commorans, is ancillam ſuam lignatum vicinam in ſyluam vallis S. Benedicti miſerat, offendit eam latro, ſuæque libidini renitentem iugulauit. Hanc diu tardantem quærens hærus cæſam reperit, & quantocius nauigio Leodium imprudens defert & celatim ſepelit: ſuſpicio necis contra eum vulgatur, quod ille libidinoſus, illa formæ elegantis eſſet. Igitur crebreſcente ſuſpicione in carcerem coniectus cum totis ibi ſeptem menſibus hæſiſſet, quæſtionibus ſubiectus crimen fatetur, ad ſupplicium dum trahitur identidem rogatus negat, nihilominus ea incontinentiæ ſuſpicione, accelerataque ancillæ ſepultura clancularia & conſtito de occiſæ cadauere moti ſcabini, capitis in eum ſententiam, non obſtante hac confeſſionis varietate, protulerunt. Biennio necdum exacto Hannonius quidam in eodem ſuburbio diuerſatus, cum in rixa cuidam lethale vulnus inflixiſſet, captus ancillam Ioannis del Naye ſibi reſiſtentem necaſſe, & plures alios iugulaſſe confeſſus eſt, quo nomine viuus crematus fuit.

Innocens capite plectitur.

Summus Pontifex, quod plerique à nimia externorum Principum, vt ante diximus, fœderatorum potentia timerent Italiæ, ad venetos inclinare cœpit, ſed dum Imperator & Francus perſiſtunt in fœdere, grauata eſt Italia plurium exercituum incurſione, hinc fœderatorũ illinc Pontificis & Venetorum, non ſine noua horum clade à Gallo accepta qua Pontifex offenſus illum excommunicauit. Interea veritus Gallus ne Cæſar vir pacificus, Sediſque Apoſtolicæ mirè ſtudioſus, à fœdere abduceretur, legationem in Italiam ad eum inſtituit, miſſo inter alios ſibi Fido Præſule Erardo, qui quereretur Pontificem ſiniſtrioribus conſilijs perſuaſum à fœdere receſſiſſe, ſeque Venetis hoſtibus adiunxiſſe. Qua in legatione vir prudens cum aduerteret nec Iulium nec Gallum omni culpa vacare, ſic verſatus fuit; vt rem totam grauiſſima trutina dignam, arbitrio Cæſaris relinqueret.

Iulius Põtifex poſt multas de venetis victorias timet Italiæ.

Erardi Præſulis prudentia.

Huius perplexæ periculoſæque legationis occaſionem accipiens Clerus ſecundarius priuilegia & exemptiones ſuas à Pontifice cõfirmari petit & impetrat: ne tamen propter huiuſmodi delicta manere impunita quereretur Præſul, idem Pontifex duos ex Decanis, vnum videlicet per Ciuitatis & alterum per Diœceſis Leodienſis Eccleſias extra dominia Ducis Brabantiæ exiſtentes, ac duos alios pariter ex

Priuilegia ſecundarij Cleri cõfirmantur.

Digitized by Google

Decanis pro alijs Eccleſijs ſub dominijs dicti Ducis aſſumendos, viſitatores conſtituit & deputauit, qui in clerum tam in capitibus quã in membris, quoties oportunũ videretur debitæ viſitationis officium auctoritate Apoſtolica exercerent, ordinarij loci, & cuiuſcumque alterius licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ. Vlteriuſque ſanctorum Petri Leodienſis, Petri Louanienſis, Ioannis Buſcoducenſis Decanis pro tempore exiſtentibus licentiam fecit, earundẽ Eccleſiarum ſubditos ab excommunicatione ob violentam in perſonas Eccleſiaſticas manuum iniectionem incurſa, alijſque exceſſibus abſoluendi, dummodo eidem Sedi ſpecialitèr reſeruati non eſſent, vel tales propter quos dicta Sedes veniret merito conſulenda. Item & in ijs in quibus Epiſcopus Leodienſis pro tempore exiſtens, quacunque auctoritate, diſpenſare poſſet, diſpẽſandi abſolutionemque & diſpenſationẽ alteri cuicumque ſacerdoti ſæculari vel regulari ſubdelegandi. A B

Erardus igitur in Italia & finibus Venetorum moratus non ſine magna prudentiæ laude, præter legationis negotia fœliciter acta, Eccleſiæ ſuæ Leodienſis memor, vniones aliaſque eius generis pretioſas gemmas emit, quibus venerandi martyris Lamberti thecam, & alias ſacras veſtes, quas adhuc hodie conſpicimus, exornaret.

Monaſterium de Viuegnis reformat: legatos Regum recipit: feſtum Tranſlationis B. Lamberti Martyris adornat cum quibuſdam alijs. C

CAPVT V.

Forma reſtaurandi Monaſteria efficax.

EMicuit in Ordine Cyſtercienſi ab aliquot ſæculis in ædibus non virorum tantum ſed & virginum per Diœceſim Leodienſem magnus perfectionis Chriſtianæ ardor; verum ſeu vitioſa noſtra ad vanitates propenſione, ſeu ſuperiorum oſcitatione, collabente paulatim diſciplina, mores quoque magis magiſque lapſi cœperunt ire præcipites. Quod Præſul in Monaſterio virginum de veteri Vineto accidiſſe animaduertens, anno 1511. hanc illius reformandi normam inijt. D

1511.

Submiſit vitæ inculpatæ virgines, quæ lampades bonorum exemplorum accenſas manibus tenentes, alijs prælucerent. Sciebat ſiquidem prudentiſſimus Præſul nullam efficaciorem eſſe inſtruendi rationem, quam quod alios velis facere, tuipſe prius præſtes, verum caligantes virginum fatuarum oculi, lumen prudentum ferre non valentes, eas earumque opera verborum iniurijs primo identidem laceſſunt, tandem verberibus excipiunt, & Monaſterio pellunt. Sed huic inſolenti vulneri malagma efficax mox fuit appoſitum: Quæ excedere iuſſæ erant, reuocatæ ſunt, & quæ diſcedere alias coëgerant, ad alia Monaſteria, in quibus diſci-

diſciplina vigebat, migrare ſunt compulſæ.

A Dum Pontifex, Hiſpani, Veneti, & Heluetij, Gallo & Cæſari, vt paulo ante inſinuauimus, obſiſtunt: agunt duo Principes magno conatu de conuocando contra Iulium Pontificem concilio, quod anno precedente in Gallia inchoatum, hoc anno Piſis habitum eſt, & poſtea tranſlatum Mediolanum, ac tandem Lugdunum, nullo exitu, interueniente Iulij morte, qui paulo ante contra Concilium Piſanum illegitimum ſcilicet, Lateranenſe œcumenicum indixerat, quod poſtmodum anno 1517. à Leone 10. 17. Aprilis abſolutum fuit. Qua occaſione legati Cæſareanorum & Gallorum ad varia Germaniæ oppida & tandem Leodium magno apparatu ingreſſi, non minori per Præſulem excepti fuêre. B

Cæſar & Gallus conuocant Concilium cõtra Põtificem.

Eodem vertente anno, Geldro nunc in Hollandos, nunc in Brabantos graſſante, miſſi ſunt in Germaniam ſuperiorem legati, qui Cæſari Brabantiæ & aliarum regionum finitimarum adminiſtrationem deferrent. Erat enim Carolus Philippi filius puer adhuc annum agens duodecimum; Cæſar varijs arduiſque Imperij negotijs detẽtus, eam prouinciam filiæ Margaretæ donec ſe expedierit, ante committit.

Cæſar Margaretam filiam Brabãtiæ præficit.

Ante illius aduentum cum Geldri Antuerpianos Mercatores Francofurtum proficiſcentes apprehendiſſent, natum eſt diſpendioſum Comitatui Namurcenſi Patriæque Leodienſi bellum: Siquidem iuſſu Margaretæ bello petiti ſunt Geldri, & Venlonenſe oppidum obſidione cinctum, quod cum aliquot ſeptimanis reſtitiſſet, irrito conatu retroceſſêre Brabanti. Geldrenſes Moſam tranſgreſſi, Hanutum oppidulum & vicina loca Namurcenſia, quod illi oppidum Venlonenſe primi obſediſſent, ſpoliarunt & incenderunt. Tandem in agrum Leodienſem ingreſſi, dum Mercatores in Brabantiam contendentes mercibus lytriſque maximis mulctant, inæſtimabilia damna ruſticis noſtris intulêre. Fiebant interea Leodij excubiæ in mœnibus & plateis Ciuitatis, omniaque contra Geldrenſium futuram, vt videbatur, obſidionem, parabantur neceſſaria. C

D Iiſdem diebus Iacobus Comes de Horne iunior, Brabantinorum partes ſequens ſecundo à Geldris captus fuit; nam pridem in Neer oppido apprehenſus Ruremundam deductus fuerat, cum vxore, quæ ſoror erat vxoris Domini Roberti à Marka filiæ Domini de Croy.

Duplicem Leodienſes Lamberti Martyris Diui tutelaris ſui ſolemnem quotannis facere conſueuerant memoriam, menſe Aprili vnam; Septembri alteram: Hâc Diuo Lamberto gratulamur, cui Deus ſingulari Beneficio Martyrij gloriam decimo quinto Calendas Octobris contulit; Iſtâ ſibi lætantur, quos idem benigniſſimus Deus meritis precibuſque eiuſdem Martyris tot amorum indicijs beneficijſque & imprimis præſentia corporis eius 28. Aprilis ad ſe Traiecto tran-

Duplex S. Lãberti Martyrꝰ Leodij feſtiuitas.

Digitized by Google

tranſlati cumulare dignatus fuit. Vtramque Erardus ſemper ſolemnem habuit, ſed eam qua Tranſlationem celebramus plurimis pietatis religioniſque indicijs, neque immerito proſequutus eſt. Hoc ſiquidem die præcipua Patriæ Ciuitatique Leodienſi à Deo collata beneficia ſimul recolimus, quæ Monulphus 21. Leodienſis Epiſcopus multo ante prædixerat, cum Legiam vicum intuitus, ſibi aſtantibus prophetico tactus ſpiritu diceret: *Eia (inquit) locus quem Dominus ad ſalutem multorum fidelium ſuorum elegit, & quam per merita cuiuſdā ſerui ſui poſtmodum magnificè illuſtratum ſummis Ciuitatibus æquabit.* A

1512. Erardus igitur anno 1512. Tranſlationis S. Lamberti Martyris feſtum maiori quam hactenus ſolemnitate celebraturus, vt Leodienſes ad maiorem Patroni ſui reuerentiam & cultum prouocet, edicto publico omnes ad ſolēnitatem vocat, grauatos debitis, & iudicio conuictos itu & reditu ſecuros facit, quin & exules & à Ciuitate Patriaque proſcriptos iiſque triduum integrum vt proceſſioni illi & feſtiuitati intereſſe libere poſſint, concedit, hac vna lege, vt nemo, exceptis vt ante diximus, priuilegiatis, arma per Ciuitatem geſtare audeat. Celebrato, quod illi, hoc die ſolemne erat ſacrificio, eiuſdem martyris ſanctam venerandamque Caluariam thecæ deauratæ recens recluſam in publica ſupplicatione à quatuor Cathedralis ædis Canonicis primū circumgeſtari fecit, vtque quotannis perpetuis deinceps temporibus ſuo ſumptu fieret à Capitulo impetrauit. Diuerſum prorſus à Nouatoribus huius temporis ſentiens, qui neque ſanctis neque eorum reliquijs ne dum imaginibus & eorum ſimulachris honorem vllum deferri volunt. B C

Caluaria S. Lamberti primum circumgeſtata.

Cæſar informatus Gallorum Regem ſecum minus ſyncerè verſari, ſed & Geldrum aduerſus Brabantos concitaſſe, Gallo relicto ad Pontificem deficit. Idem fecit Henricus 8. Anglorum Rex Summi Pontificis tunc obſeruantiſſimus.

Fiunt igitur vndique belli apparatus, & cum grana hoc anno minus fœliciter proueniſſent, illorūque precium propter rumores bellicos ingraueſceret, Rex Galliæ, Archidux & vicinæ Prouinciæ, inter alia vetant grana extra fines quiſque ſuos exportari, quod aduertens Erardus, & ipſe Officiatis tum Ciuitatis tum Oppidorum Patriæ, D menſis Octobris die octaua, mandat ſimilia edicta per Patriam conſuetis locis promulgari, illaque ab omnibus cuiuſcumque ſtatus & conditionis ſub pœna amiſſionis ipſorum granorum quæ aſportari deprehendentur, obſeruari.

CAPVT

Digitized by Google

A *Seditiones Leodij & Huij ſedat: Eccleſiam D. Lamberti auleis precioſis exornat, pacem inter DD. de Emry & Coſuuaremia componit.*

CAPVT VI.

INeunte anno 1513. Cum Præſul intelligeret multos exteros ſub ſpecie pauperum, tabernas & hoſpitalia Leodienſia frequentare, conuenticulaque nocturna & diurna celebrare, mendicitati, ebrietati, luſibus & ſimilibus inſolentijs vacare, Ianuarij 22. conſilio cum B Magiſtratu Ciuitatis habito, vt omnes ante occaſum ſolis diei proxime ſequentis extra Ciuitatem leucam bannalem, & Franciſiam quam vocant, egrediantur, neque vlterius redeant, ſub pœnâ iam ſæpius contra huiuſmodi vagabundos ſtatutâ, edicit, vetatque tabernarijs, ſub pœna trium florenorum de more ipſi Præſuli Ciuitati & delatori applicandorum, ne deinceps eos receptent. 1513.

Februarij 2. mandat Officiatis, vt in vagabundos, & eos qui Patriæ incolas, aliosque per eam commeantes ſpoliant, aut quoquo modo iniuriam moleſtiamuè adferunt, inſpiciant, illoſque ſine diſſimulatione iuxta edicta iam ſæpius publicata puniant.

Per eoſdem dies populus Leodienſis prætendens ærariũ publicum C minus recte per Ciuitatis quæſtorem & conſules adminiſtrari, in pernicioſam ferè ſeditionẽ (vt ex cauſis huiuſmodi aſſolet) prorupit: Fit ad forum concurſus, ærarij præfectum Cõſuleſq; in domo Ciuica cõgregatos, tanquã peculatus reos magnis clamoribus ſibi tradi poſtulant; accurrunt ex cõpoſito Gemeppienſes vicinã moſæ ripam incolentes, hi fortunas ſuas (quibus forſan nec obolus domi erat) à peculatoribus omni ſupplicio dignis exedi identidẽ vociferantur, Præſul tumultus conſcius celerrime aduolat, hos & illos auctoritate ſermoniſq; ſuauitate ita demulcet, vt rem ad legitimũ examẽ adduxerit, ærarij Magiſtro (quo plebi quadantenus ſatisfaceret) carceri mãcipato, duobuſque de ſingulis opificum Collegijs, qui præſcriptis diebus ra- D tiones ærarij publici audirent, deſignatis.

Nono Calendas Martij obijt Iulius ſecundus Pontifex Romæ: præfuit annos 9. menſes 3. dies 21. multa Italiæ Oppida, quæ à diuerſis Principibus poſſidebantur, armata manu recuperauit, cæterà & modeſtiæ & æquitatis ſtudioſiſſimus. Succeſſit illi Ioannes Medices Florẽtinus qui Leonis X. nomen accepit, creatus quinto idus Martij. Sub hoc finitum eſt Concilium Lateranenſe legitimum, quod annis quinque durauit. *Succeſſio Pontificum.*

Dominica quarta Quadrageſimæ maior rurſus ex longè minonore cauſa tumultus Leodij exoritur. Poſt meridiem, quo tempore rebus gerendis gens noſtra minus apta eſt, Senatus frequens conuenerat in ædem ciuicam, de controuerſiâ quâdam inter

Ii duos

Digitized by Google

duos Ciues cogniturus: eorum alter ad tribunal aſcendens, ab altero gradibus deturbatur, fit clamor; Senatus ſe peti ratus, è feneſtris ſublata voce auxilium implorat, circumuolat ſtatim armata populi multitudo, forum cædibus plenum euulgat fama. Aduolat forti ſatellitio armatus Robertus Markanus; ſubſequitur & ipſe Erardus cum aliquot Prælatis, populoque temerè diſcurrenti grauibus placidiſque ſuis ſermonibus perſuadet, vt ſeorſim quiſque in ſui opificij Cameram ſecedat, ſe eorum cuilibet ſatisfacturum. Etſi vero ipſi nihil vanis clamoribus ſubeſſe compertum eſſet, timebat tamen Præſul prudentiſſimus, ne ſe fex populi immiſceret, & in domos Cleri & Ciuium locupletum inuolaret. Igitur animos furibundæ multitudinis placaturus opificum domos conſcendens, fixo minus cautè veſtigio, de gradibus cadit, & crus ſibi confringit, moxque (mirum dictu) Principis caſu, furore plebis in commiſerationem verſo, tempeſtas ſedata fuit. A B

Erardus crus ſibi caſu confringens ſeditionem ſedat.

Sed nec Hoy defuit per hos dies ſeditionis materia. In diſſoluēdis Patriæ tributis conferebant cum Hoyenſibus Cynacenſes, qui progreſſu temporis ſe plus æquo grauari ſentientes, ab Epiſcopo impetrarunt, vt pro ſe quiſque deinceps ſatisfaceret. Hoyenſes igitur offenſi Cynacenſem Quæſtorem neglecto iuris ordine in vincula cōijciunt, & ad arma conuolant: Epiſcopus iniuriam hanc ſibi fieri ratus, oppidum Hoyenſe Eccleſiaſtico ſupponit interdicto. Graſſabatur etiam ibi lues tantopere, vt præ multitudine defunctorum corpora cōſueto Eccleſiæ ritu amplius inhumari nequirent. His itaque plagis afflicti ad ſe redeunt, captiuū relaxant, Epiſcopo ſupplices fiunt; quos ille ſublato interdicto mox in gratiam recipit. C

Hoyenſes fiūt Erardo ſupplices.

Coloniæ quoque non diſſimilis hoc tempore ſæuijt tēpeſtas. Magiſtri Ciuitatis Paſtoris Eccleſiæ S. Remigij Sacræ Theologiæ Profeſſoris viri optimi, domum, neſcio quo colore quæſito, ſpoliarunt. Clerus rei indignitate offenſus, Parochiam Eccleſiaſtico curat ſupponi interdicto. Paſtor peiora veritus Leodium cōfugit, benigneque à Præſule propter modeſtiam, aliaſque virtutes auditus, præbenda S. Dioniſij forte tunc vacante, donatur. Vulgus interea Magiſtratum Colonienſem tum hac, tum alijs de cauſis in vincula conijciunt, & adminiſtrationis rationes exigunt. Mirum dictu, necdum quæſtionibus adhibiti, Deo corda illorum ad pœnitentiam emolliente, iuſte in ſe commotum populum profitentur, moxque multa extremo digna ſupplicio palam agnoſcunt, prouentus nimirum Ciuitatis clam alienaſſe, Dominum Rickeſteym Archiepiſcopi Vicarium intempeſtæ noctis ſilentio iugulari curaſſe, & alia eiuſce generis. Quibus permota Ciuitas, nouo creato Magiſtratu, decem illorum capite plecti curauit. D

Per eoſdem dies Germani pedites patriam Leodienſem depopulabantur, eratque Præſul certior factus, eos quacumque ratione oppidum aliquot intercipere, & donec eis debita (vt aiebant) ſtipendia ſoluerenſoluerent-

ſoluerentur,retinere ſtatuiſſe. His vt occurrat, ſcribit regionum Patriæ Præfectis, vt feudales reliquoſque omnes ſibi militiæ ſacramento aſtrictos, per edicta publica ſub pœnis in eis comminatis, admoneant vt ad eos patria depellendos ſe comparent compareantque quantocius ducem ſe illis futurum.

A

Cumque Hoy peſtis magis ac magis ſæuiret, Septembris 21. Ciuitati & Patriæ cauens edicto publico mandat, ne quis Hoyenſium vel nauigio vel curru aut aliter merces aliquas in Ciuitatem Leodiēſem importet, ſub pœna amiſſionis ipſarum mercium, & decem Florenorum aureorum. Inſuper ſi qui Ciues Hoyenſes ſani ad Ciuitatem Leodienſem profugerint, in ea permaneāt, ii egreſſi fuerint & ad eam redierint, vno anno à Ciuitate proſcribantur, & mulctam decem florenorum incurrant.

B

Interea milites non Germani tantum; ſed cuiuſuis nationis tam equites, quam pedites Burgundis Geldroque ſeruientes, dum patriam itineribus grauant, prouidus Præſul granorum caritatem ſubueritus, edicit, ne grana exteris diuendantur, alioquin contrafacientes & granorum ſuorum diſpendium patiantur, & ruſtici nullam idcirco à Dominis ſuis gratiam obtineant.

Anno 1514. non obſtantibus ſuperioribus Præſulis edictis, cum rurſus tabernæ & hoſpitalia validis mendicis non ſine boni publici periculo, replerentur; Februarij 4. edictum contra eos renouat, iubetque, vt ante ſequētis diei Solis occaſum, vrbe & ſuburbijs excedant, neque vlterius eam regrediantur, ſub pœna abſciſſionis auriculæ, & perpetui exilij. Tabernarijs vero mādat ne huiuſmodi homines hoſpitio excipiant, ſub pœnâ trium florenorum, toties quoties mandato contraueniſſe deprehenſi fuerint, incurrendâ.

C

Non multos poſt dies Paſcha Leodij celebrat, quo primum ſancti Lamberti martyris templū precioſis auleis condecorat, quæ iam pridem Lutetiæ Pariſiorum doctâ artificū manu magno ſuo ſumptu fieri curârat.

Inſtabat Tranſlationis eiuſdem B. Lamberti martyris dies, quem ſolemnem, vt ante aliquoties fecerat, celebrare proponebat, ſed pijs inimico humani generis obſiſtente conatibus, non defuerunt, qui nonobſtante decreto capitulari ea de re ante biennium edito, eius propoſitum inuerterent. Itaque vt impeditos vidit ſuos conatus, triſtis Francimontium ſeceſſit, & inde ad Regem Galliarū, multis bellorum difficultatibus implicitū vocatus, Carnotenſi Epiſcopatu forte ſub eos dies vacante, donatus fuit.

D

Erardus fit Carnotenſis Epiſcopus.

Menſe Septembri Ludouicus de Emry, de quo ante, Prætorem de Abreue in territorio de Hierges commorantem, ſubmiſſis quinquaginta equitibus totidemque peditibus, Iacobo de Coſwaremia abſente, cepit, & ad ſe adductum carceri mancipauit, quod multorum deinde incommodorum ſeminarium fuit. Studebant id temporis Præſidiarij Caſtri de Loingen Domino de Coſwaremia. Igitur arcem

Digitized by Google

Certamina DD. de Emry & Coſvvaremia.

de Beaken, quæ erat Domini de Emry, totumq́; vicinũ agrum, Dominus verò de Emry pagos villaſq́; de Landeley Patriæ Leodienſis, hinc A inde concutiunt. Nec mora, accenſis magis magiſq́; animis Hiergiani in Hannoniam excurrunt, multoſque pro vno captiuos reducunt, nec excurſionibus modum ponunt, donec Margareta Brabantiæ Gubernatrix abſente Præſule ad Euerardum à Marka, Comitẽ de Aremberch Ciuitatis Leodienſis Mamburnum, legatos menſe Decembri ineunte mittit, qui die locoque conſtitutis, quæ pacis ſunt, ne parua ex ſcintilla magnum enaſcatur incendium, tractent. Igitur rebus vtrinque ad pacem compoſitis, die D. Luciæ ſacro, Erardus è Gallia rediens, venit Dionantum, vbi operiebantur eum Margaretæ legati: qui ante omnia Prætorẽ de Abrieue, quem in carceribus necatũ Coſ- B waremiani ad inuidiã ſparſerant, Præſuli ſaluum & incolumem pręſentant, Quem vt vidit certis conditionibus, imprimiſq́; vt vtriuſq́; partis captiui omnes gratis dimittantur, pacem compoſuit.

Præſul pacem compoſuit.

Hoc anno Carolum Geldriæ Ducem nihil memoria dignũ feciſſe legimus, niſi fortè ſcriptione non indignũ putes, ipſum, quod illi frequens erat, duobus tantum comitibus, mutato habitu, in Galliam per Flandriam cõtendiſſe, & ſub idem ferè tẽpus, quo Erardus ſplẽdido equitũ comitatu redijt, nauigio eodem ſchemate reuerſum eſſe. Sed hoc ferè riſu dignum quidam referunt: Namurcenſes cum id inaudiſſent, exploratores ſubmiſiſſe, qui Ducẽ perueſtigarent, adductumq́; obſoletâ lacerâque veſte hæremitam, Carolum (vt aiebant) oculis C vultuque referentem, quæſtionibus ſubieciſſe.

Conuocat Comitia Patriæ, agit de eâ à latronibus repurgandâ; de operibus antiquis inſtaurandis, & priuilegio Clericorum.

CAPVT VII.

1515. Succeſſio Regum Franciæ.

CAlendis Ianuarij anni, 1515. obijt Ludouicus hoc nomine duodecimus Galliarum Rex, annos natus 57. pater populi dictus, D nulla maſculâ prole relictâ, cui ſucceſſit ex lege Salica Franciſcus primus Valeſius annorum 22.

Continuantur Leodij nocturnæ excubiæ, & quo grauiora in dies à Burguudis Geldriſque imminẽt pericula, eo maiori curâ Præſul prouidet, vt ab omnibus ſeriò & cordatè fiant. Itaque 5. Ianuarij publicè edicit, vt vigiles ſingulis veſperis, ſtatutâ horâ, armati perſonaliter ad portas & mœnia Ciuitatis compareant; ne ſtationem deſerant antequam luce clarâ portæ reſerentur; ne portę noctu ſine ſpeciali mãdato aperiantur; ne quiſquam nauigio, nocturno tempore, Ciuitatẽ ingrediatur aut egrediatur, ſub pœna trium Florenorum, vt ante dictum eſt, diſtribuendorum.

Octaua

Digitized by Google

Octaua Ianuarij Comitia Patriæ Leodij celebrata, in quibus hoc A imprimis à Præſule propoſitum, Qua ratione Patria à latronibus, qui plurimi ſub ſpecie militum per id tempus graſſabantur, liberari poſſet. Cui ideo facilius prouiſum fuit, quod & ipſe ingenio ſuo iuſtitiæ amans eſſet, & muneribus corrumpi neſcius, iuſtitiam à quoquam labefactari non facilè permitteret. Igitur conſultatione cum Ordinibus habitâ, mandat Officiatis, vt ſi quos huiuſmodi per Patriam Leodienſem deprehenderint, ad carceres ſine vlla diſſimulatione deducant, laqueo ſi latrocinio conuicti fuerint, puniendos. *Erardus Iuſtitiæ cultor corrumpi neſcius.*

Vigeſima quinta, Præſul ad conſecrationem Franciſci Valeſij noui Regis Franciæ proficiſcitur, illum, vt & anno præcedente, ſequutus B fuit in Galliam Dux Carolus, conſueto habitu Brabantos Burgundioneſque deludens.

Per hos dies Germani Campiniam vaſtabant, quorum inſolentijs exaſperati Leodienſes, Duce Euerardo à Marka Patriæ Mamburno, arma ſumunt. Centum quinquaginta armatis, quos mirâ celeritate conſcrat, iungit totidem Dominus de Iammay Euerardi ex fratre nepos: quibus in expeditionem paratis, aliquot Germanorum Duces huius ignari, Leodium fortè venientes vinculis mancipantur, cumq; eorum cauſa cognoſcitur, Regis Gallorum Erardiq; literæ ad Magiſtratum Leodienſem pro eis deferuntur, quæ variorum in populo ſermonum materiam ſubminiſtrarunt. Erant qui dicerent Germanos, C vt Patriam deprædarentur, vocatos, quod Epiſcopo & Principi ſuo populus morem minus gereret, alij ex compoſito Duces captos, vt à milite irato tuti eſſent, qui ſe in annum ad bellum Italicum iuramenti religione per Ludouicum Regem adſcriptum, ante tempus dimitti querebatur, & alia eiuſce generis, quæ licentiosè vulgo dicta Regis Franciæ & Epiſcopi animum non parum exacerbarũt. Ineunte igitur Mayo, Præſul rumorum huiuſmodi conſcius, è Gallia rediens venit Dionantum, inde Hoyum, vbi aduocatis Leodienſium Conſulibus, queritur quoſdam factioſos Leodij eſſe, qui & vitæ ſuæ inſidiantur, & nomini ſuo detrahunt, horum ab eis iuſtam vindictam exigẽs. His commota Ciuitas, duos ex ſingulis opificum Collegijs ſubmittit, D qui apud Præſulem vanitatem temeritatemque paucorum quorundã excuſent, vitam porro fortunaſq; Ciuitatis & Patriæ nomine ad eius defenſionem obſequiũq; deuoueant. His vtcumque placatus Princeps, ſub Penthecoſten venit S. Trudonem, inde Curingiã, Stochemium, Traiectum, vbique magno omnium applauſu exceptus, tandem Leodium ipſo profeſto diuiſionis Apoſtolorum, cui Senatus in amoris obſeruãtiæque teſtimonium, cum effuſâ Ciuium multitudine obuiam proceſſit, iterum vanitatem ſparſorum rumorum demiſsè excuſans. *Leodienſes exaſperati arma ſumunt.* *Erardus exacerbatus falſis Leodienſium quorundam rumoribus, placatur.*

Sub Autumnum Stochemium repetit, vt arcis inſtaurationi, quã ad latus Moſæ ruinam minari ſciebat, intenderet: indè non multò poſt Curingiam, vt domus quoque, quam iſthic & ſpecioſam & fortẽ

habebat, vacaret reparationi, firmandæ nimirum conſeruandæque Patriæ, quo ad vixit, continuò intentus. De cuius ſollicitudinis A
cauſa cum ſæpè rogaretur, hoc Apophtegmate reſpondere ſolitus erat: Auem tuto ſeruari quæ firma recluditur cauea. Interea dum in his & eiuſce generis intendit animum Erardus, mirum profectò quantum ædificiorum ab interitu vindicarit, priſtinoque nitori per Patriam Leodienſem reſtituerit. Sciebat quippe magnificus Præſul, magnanimi eſſe Principis ſiſtere ruinas (vt ille loquitur) ſolitudinem pellere, ingentia opera, eodem quo extructa ſint animo, ab interitu vindicare.

Erardus multa ædificia ab interitu vindicauit.

Cum nuperis Comitijs multi quererentur de clericis, qui neglectis habitu, tonſura, ſacriſque officijs, Eccleſiaſtico volunt gaudere B
priuilegio, ille non eam eſſe ſacrorum canonum mentem ſciens, re ſecum diſcuſſa, breuem, eamque tempori non incongruam rationem propoſuit, factoque memoria non indigno exemplo, comprobauit. Ducebatur per id tempus ad carceres ciuis de huiuſmodi clericis vnus, qui exerto cultro ſatellitem ducẽtem impetijt, & grauitèr vulnerauit: Fit illi nouo hoc ſtylo proceſſus; decreto Scabinorum manus cito obtruncatur; feſtinus accurrit cum inhibitione Officialis apparitor, cui pro reſponſione manus iam præſciſſa per ludibrium porrigitur.

Qui gaudeant priuilegio clericali.

Per hos dies cum infeſtarent latrones agros Traiectenſium, Stockhemienſium, Maſeekenſium, Breanorum, Præſul ſe Traiectum confert, & vt officio ſuo Magiſtratus fungatur monet: apprehenduntur non pauci, omnes fere milites Geldri in quos (quamuis Geldris C
fauere non ignoraretur) ſeuerè animaduerti voluit. Inter eos duo inſignes reperti ſunt, vnus qui occiſa matre puerum in vtero palpitantem viuum extraxerat, cumque à ſocijs vt eum ſaltem baptiſaret admoneretur, luto immerſum pedibus conculcarat: Alter qui ſtupratis à ſe fœminis in deriſum ad vmbilicum veſtes præſcindere ſolitus erat, qui admirando Dei iudicio à dæmonibus in aſſumptis glirium corporibus antequam ſupplicio afficeretur, ſuffocatus fuit.

Erardus in Geldros latrones animaduerti iubet.

Diuerſa longè ratione his diebus obierunt D. Lambertus de Vpey Præſulis Cancellarius, & D. Iodocus de Marka Officialis. Siquidem cum diuturnis moleſtiſſimiſque laboribus pro Eccleſia Patriaque fidelitèr exantlatis amplas cumulaſſent diuitias, vterque morti vicinus D
bona ſua *diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eorum manet in ſæculum ſæculi.*

Pſal. 111.

Sed & alio mortis genere per eoſdem dies in fodina carbonaria, octoginta omnis ætatis homines, aquis ſubito ex carbonibus Hullarijs erumpentibus perierunt, ad quorum vlulatus cum matres puerique maximo numero acciti opem illis ferre non poſſent, pro ſolatio ſimiles vlulatus reddebant, vt ſecũdò impleri videretur illud. Ierem. *vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.*

Ierem. cap. 23

Eodem anno perfectum eſt templum Monaſterij D. Iacobi ordinis

Digitized by Google

nis D. Benedicti, induſtria ſtudioque Reuerendi Domini Ioannis de
A Crommoeſe Abbatis.

Magnum quoque per idem tempus ſenſit incrementum Cœnobium Fratrum Eremitarum D. Auguſtini ad ripam Moſæ non longè à Ciuitate ſitum. eleemoſinis memorati Cancellarij, qui teſtamento facultatum ſuarum partem illius ædificationi reliquerat.

Frãciſcus Valeſius Galliæ Rex, licet iuuenis, magno & elato animo cum eſſet, mox cogitationem omnem ad Mediolanenſem Ducatum adiecit, nouo etiam atque antea inuſitato per inacceſſas prius Alpes itinere, Italiam petens. Quo tempore conuenit eum Pontifex, actumque inter eos de pragmatica ſanctione in Gallia abolenda, item de nominatione ad ſacerdotia & beneficia quæ antea erat penes Colle-
B giatas Eccleſias, in Regem deriuanda. Item de annatis & alijs Capitulis in libellum, quem cõcordatum dixerunt, relatis, in magnam Eccleſię Gallicanæ perniciem.

Pragmatica ſanctio per Galliam aboletur & nominatio ad ſacerdotia & beneficia ad Regem deriuatur.

His diebus Dominus de Iammay quatuor florenorum millia Roberto Markano parenti ſuo per Lymburgenſes (quod eos à Geldrorum incurſionibus liberaſſet) promiſſa exegit, quæ cum illi ſoluere tergiuerſarentur, is eos per Longinenſes præſidiarios varijs excurſionibus tentat, Curia Brabantiæ diſſimulante, quod fidem cuicumque datam ſeruandam eſſe dicerent.

C *Simultatem Hoyenſium contra ſe exortam amolitur, tuetur pacta & concordata Germanicæ Nationis contra Louanienſes: Lutherus incipit noua dogmata ſpargere.*

CAPVT VIII.

ANno 1516. Dum Præſul arci Hoyenſi firmandæ totus incumbit, natæ ſunt contra eum Hoyenſium partim obſcuræ, partim apertæ ſimultates, quibuſdam lædi ſuas libertates & priuilegia palam aſſerẽtibus, pleriſque vero omnibus metu perculſis, quod arcem natura ſituque fortiſſimam magis ac magis in dies muniri cõſpicerent. Igitur Erardus huiuſce rei conſcius, arce relicta Francimõ-
D tium 22. Ianuarij, quæ erat D. Vincentio ſacra ſe confert, & vt omnẽ odij ſementem ab animis eorum euelleret, arcis Præfecto mandat, ciues quos ſermonum huiuſmodi auctores exiſtimaret, ad arcem inuitare, menſam ſternere, & iucundè tractare, quin & ipſe reuerſus pleroſque omnes ad menſam adhibitos vrbanius, liberaliuſque ſolito recipit. Quibus alijſque beneuolentiæ ſignis perſpectis, Hoyenſes ſimultate in amorem verſa, ſe totos Erardo velut Patri amantiſſimo crediderunt.

1516.

Arx Hoyenſis magis ac magis munitur.

Menſe Februario Ferdinandus Aragonius multorum Regnorum Rex diem claudit extremum. Itaque Carolus ex Ioanna Ferdinandi & Eliſa-

Digitized by Google

& Eliſabethæ filia primogenitus in Regna Caſtellæ, Aragoniæ, Syciliæ, & Neapolitanum ſucceſſit, annos natus 16. A

Is more maiorum Brabantiæ Principatum ſuſcepit, non vnius tantum vrbis, ſed & omnium vicinarum Prouinciarum gratulatione incredibili, eo enim conſpecto & ſolemni ritu inaugurato, non Trayanum aliquem, vel Anthonium pium, ſed qualem Deus ipſe in Deuteronomij libro deſcripſit. Hoc eſt optimum & ſanctiſſimum Principem, ſibi omnes pollicebantur, ſub quo quaſi fœlici quodam ſydere ad meliorem ſe frugem conuerterent.

Deut. vlt.

Vniuerſitas Louanienſis plures à Leone x. Pontifice maximo impetrauit gratias, inter alias, vt ad quæcunque beneficia vacatura nominari, & illis quocunque tempore vacantibus gaudere & frui poſſent. B Erardus igitur cæterique Diœceſis Leodienſis Prælati ſe grauari exiſtimantes, anno Domini 1517. in Oppido S. Trudonis conuentum celebrant, in quo de pactis ſeu concordatis Germanicæ Nationis cum Summis Pontificibus iam pridem factis maturè tractatum fuit, declaratumque per gratiam Louanienſibus datam alternatiuam mēſium, quam vocant, quæ per concordata ſtatuitur non tolli, ſed ordinarios beneficiorum collatores nihilominus ſuis in menſibus beneficia, vt ante, liberè conferre poſſe. Quæ declaratio Pontificijs & Cæſareis decretis confirmata vſque in hodiernum diem recepta fuit.

1517. Ordinarij per nominationes Louanienſium in ſuis mēſibus non grauātur.

Hoc eodem anno Carolus Hiſpaniarum Rex, Dux Brabantiæ, Comes Flandriæ &c. cum ſplēdido apparatu Middelburgium Zelandiæ C oppidum ſe contulit, & inde in Hiſpanias nauigauit, pulcherrimis ac florentiſſimis Regnis inauguratus; populis vniuerſis, quoquò ſe verteret, egregiam erga eum voluntatem & ſtudium pollicentibus.

Per idem tempus Leo X. Pontifex per vniuerſam Chriſtianā ditionem plenariam omnium peccatorum remiſſionem, quam indulgentiam vocamus, ijs obtulit qui de ſuis facultatibus in expeditionem Turcicam erogarent. Eiuſque rei curam in Germania Alberto Magdeburgenſi Archiepiſcopo demandauit: Magdeburgenſis porro ad eam remiſſionem promulgādam, Ioannem Teſelum Dominicanum Concionatorem aſſumpſit, quo in munere Martinus Lutherus Saxo tunc Monachus Auguſtinianus, poſtpoſitum ſe deſpectumque prætendens, vt erat animi impotens, ſui ipſius admirator, ſermone facūdus, D ſtylum contra ipſam indulgentiam primum vertit, & 95. propoſitiones in eandem euulgauit. Inde fauore Frederici Saxoniæ Principis opulenti & potentis, in cuius gratiam ſe per ſpeciem pietatis inſinuarat, vlterius progreſſus, plura alia fidei noſtræ dogmata damnauit, non alio ſigno aut argumento, quam ſcripturæ deprauatæ iactatione inſolentiaque intolerabili, qua ſe modo prophetam modo Euāgeliſtam aſſerebat, & ſupra mortales vniuerſos, ipſoſque Cœlorum Angelos efferebat.

Vera origo omnium Hæreſum noſtri ſeculi.

In libello aduerſus ſtatum Eccleſiaſticū. Apoc. 9.

Tanto igitur Prophetæ *data eſt clauis non Regni Cœlorum, at putei abyſſi, & aſcēdit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol & aër de fumo putei,*

Digitized by Google

putei, & de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt eis poteſtas, ſicut ha-
A *bent poteſtatem ſcorpiones terræ:* Hic inquam, latiſſima paulatim Hæreſeon & blaſphemiarum clauſtra reſerans, inuectus eſt in Apoſtolicam Patrum doctrinam, in Eccleſiam, in ipſum Deum, aſſerens Dei præcepta vires humanas excedere, non æqua hominibus data eſſe, Deum æque ad malum ac ad bonum hominē impellere: Nullum tota Euangelij lege præceptum extare: Nullum peccatum capitale eſſe, præter incredulitatem, Sacramenta Chriſti nullam gratiam hominibus cōferre, in homine liberum arbitrium non eſſe: hominem ſeipſum damnare ſi vel maximè cupiat, niſi credere nolit, non poſſe; fidem quolibet mortali peccato amitti, iuſtum quouis opere bono peccare,
B adeoque opera omnia, etiam ſanctiſſima peccata eſſe; ſed & corporis Domini ſacroſanctum ſacrificium execratus eſt & exploſit: Sanctorum in Cœlis cum Chriſto regnantium interceſſionem deriſit. Qua errorum caligine ex iniquitatis eius puteo emergente, Fides Chriſti, quæ vna velut vnicus mundi Sol, in hominum animis ſplendebat, adeo in ſectatorum ipſius animis obfuſcata eſt, vt nunc quid potiſſimū credant quem potius ſequantur non videant, tot nempe exitialibus locuſtrarum prædicantium artibus, ex fumo putei præceptoris ſui prodeuntibus dementati.

Hæreſes per Lutherum noſtro ſæculo in orbē inuecta.

Init fœdus cum Brabantis conſentientibus Patriæ ordinibus: Maximilianus Cæſar & poſt eum Carolus V. multa Leodienſibus con-
C *ferunt priuilegia. Pontifex creat Erardum Cardinalem: Lutherus per Germaniam turbas excitat.*

CAPVT IX.

ERardus & Robertus Fratres conſentientibus Patriæ ordinibus, anno Domini 1518. Dominica infra octauam Aſcenſionis Domini, in oppido S. Trudonis, cum Carolo Rege Brabantinorū Duce, ineunt fœdus, hac inter alias conditione, vt ſi alicuius Principis vel Reipublicæ impreſſione agri, alterutrius contrahentium va-
D ſtarentur, alter alteri ſuppetias ferret, donec finibus Patriæ hoſtes fuerint propulſati. Quâ conditione alijſque haud grauatè acceptis, proceres Diſthemium magna omniū congratulatione profecti ſunt, ibique Erardus ipſo die Pentecoſtes, ſplendido apparatu ſacris operatus, ſanctam Synaxim inuiolabilis vnionis ſymbolū manu ſua Naſſouio Principi, vices Caroli Regis tenenti, porrexit, iureiurando de fœdere ſeruando dato acceptoque.

1518.

Cōditio præcipua fæderis initi cum Brabantinis.

Studuerant Erardus Robertuſq; Gallo cum alijs in grauiſſimis rebus, tum bello adhuc vigēte Geldrico, non ſine Maximiliani Cæſaris offenſione. Quid porrò nunc Antiſtitem alioqui conſtantē & magnanimū, Gallo deſerto in partes Caroli inclinarit, variant ſcriptores.

Digitized by Google

Priuilegia data Leodiẽſibus per Imperatores.

Interea Maximilianus Cæſar, quo gratum ſibi fœdus hoc commonſtraret, eodem anno Iunij 24. iura ac priuilegia omnia Principi A
& Eccleſiæ Leodienſi, à Diuis retro Imperatoribus & Romanis Regibus deceſſoribus ſuis, alijſque conceſſa & indulta, motu proprio confirmauit & renouauit, ac inſuper ſubditis, & eiuſdem Eccleſiæ ac Patriæ incolis eodem motu proprio conceſſit, vt quacumque in cauſâ cuiuſuis priuilegij vel prærogatiuæ prætextu extra Patriam, à cognitione ſui Iudicis ordinarij euocari, arreſtari, repreſaliaſque ſeu impignorationes contra eos concedi non poſſint. Vtque perpetuis futuris temporibus, non liceat cuiquam à quibuſuis ſententijs quorumcunque Iudicum Epiſcopi Leodiẽſis Iuriſdictioni ſubiectorum, immediatè ad Cæſarem Cameramuè Imperialem, ſed gradatim teneantur omnes ad Epiſcopum pro tempore exiſtentem, ſeu eius Cõ- B
cilium appellare, aut ſupplicare, neque tamen promiſcuè Cæſar Cameraue appellari poſſit, ſed tum demum vbi capitalis ſumma in prima actione, in bonis realibus & immobilibus ſummam 600. florenorum Rhenenſium auri, ſeu illorum verum valorem, excedit.

Cuiuſmodi gratiæ, vt ſunt Cæſareâ munificentiâ dignæ, ita viciſſim teſtatus eſt ipſe Cæſar ſe haſce non in immeritum collocaſſe, hæc ſunt diplomatis de non appellando verba; *volentes itaq; venerabilem Erardum Epiſcopum Leodienſem Sacri Romani Imperij propugnaculum, atq; præſidij turrim, ac præcipuum membrum, ob eius in nos prædeceſſoreſq; noſtros & Sacrum Imperium benemerita, & crebrius impenſa beneficia, & in futurum ab eo impen-* C
denda, Cæſareo fauore ac gratia proſequi ſpeciali &c. Extant diplomata eiuſmodi gratiarum, ſeu exemplaria eorundem in omnium fere manibus.

Origo Concilij ordinarij.

Priuilegio hoc accepto, Erardus mox Concilium Ordinarium, quod modò viget, Reipub. bono, litiumque cõpendio inſtituit, quod & poſtmodum Carolus v. eodem Erardo inſtante, non ſolum confirmauit, ſed & ſummam infra quam appellari non poſſit, duplicauit, vti etiam per diploma apparet, minus tamen obſeruatum, interiectis ad Imperij Auditorium moratorijs, appellationibus, cui malo prouidendum & adlaborandum, ne in Imperij Auditorio huiuſmodi appellationes recipiantur. D

Frequentia litium in cauſis Eccleſiaſticis multa mala parit.

Et vtinam optimi illius Imperatoris exemplo S. D. N. in cauſis Eccleſiaſticis ſimile aliquod priuilegium irrogaret; non vtique eà eſſet hîc litium frequentia & immortalitas, quam quotidiè videmus honeſtiſſimas quaſque familias ad ruinam præcipites adducere, diſſidia, ſimultates, & odia inueterata in animis ingenerare, ac tandem etiam cædes & homicidia, aliaque plurima mala plerumque parere, nullo quod huc vſque adferri potuerit, remedio.

Sed nec contentus Carolus eas gratias Eccleſiæ & Patriæ Leodiẽſi confirmaſſe auxiſſeque, etiam Archiepiſcopatum Valentiæ in Hiſpanijs Erardo contulit, & Pontifex, cui etiam fœdus perplacebat, eundem ad Cardinalitiã dignitatem ſub titulo S. Chriſogoni euexit, non igno-

igno-

Digitized by Google

ignorans, turbatâ iam Hæreſibus Lutheri Germaniâ, eos dignitatum honorumque calcaribus excitandos, qui hæreſibus, factionibuſque impotentiſſimi huius hominis ſectatorumque eius obuiam ire poſſent.

A

Hoc eodem anno Eraſmus Roterodamus, cuius linguam (vt de Cicerone dixit D. Auguſtinus) hoc noſtrum ſæculum magis quam pectus miratum eſt, Erardo Præſuli Paraphraſim in Epiſtolam ad Romanos dedicauit; in cuius præliminari Epiſtola, multa in eius laudem magnâ ſuâ eloquentiâ congerit: Cui Erardus perhumanitèr comiterque non ſolum reſcribit, ſed & eundem ad ſe magnis promiſſis inuitat; verum cum ille iam Lutheriſaret, Catholicus tamen dici haberique vellet, ſicut in omnium Prælatorum, adeoque ipſius Summi Pontificis gratiam ſe literis ſuis inſinuare ſtudebat, ita nulli eorum, quos Lutheranarum factionum ſciebat eſſe oſores, ſeſe credebat.

B *Eraſmus Erardum timet.*

Cæſar interea de turbis, quas per Germaniam ciebat Lutherus, apud Pontificem queritur, oratque vt rebus malè affectis opem ferat, quicquid decreuerit, curaturum ſe executioni demandari. Itaque citatur Romam Lutherus, eique iudices deputantur: excuſat ille multa, itinerum pericula, inſidias, Iudices ſuſpectos, rei pecuniariæ inopiam, infirmam valetudinem. Interim per Saxoniæ Principem patronum ſuum à Cæſare impetrat intra Germaniam ſibi dari iudices.

Cæſar de Luthero queritur apud Pontificem.

C

Agebat Conuentum id temporis Maximilianus Auguſtæ Vindelicorum, cui Cardinalis Caietanus vir Theologiæ ſcholaſticæ, quam vocant, peritiſſimus intererat. Is fuit Maximiliano vltimus & primus in quo Lutherus auditus fuit. Igitur mandatur negotium Caietano, ad quem vel inuitus venit Lutherus: Is, Luthero vocato, tria petit, primum ab erroribus reſipiſceret, alterum fidem faceret ad eos non reuerſurum: tertium ab ijs quæ turbas in Eccleſia ſererent, penitus abſtineret. Ad hæc Lutherus primum negare ſe erraſſe, tandem terminum deliberandi petere. Quo obtento, poſterâ die reuerſus, hanc ex ſcheda proteſtationem coram Caietano, & quatuor Conſiliarijs proceribus recitauit. *Ego Frater Martinus Lutherus Auguſtinianus proteſtor me colere & ſequi ſanctam Romanam Eccleſiam in omnibus meis dictis & factis præſentibus, præteritis, & futuris, quod ſi quid contra vel aliter dictum fuit vel fuerit, pro non dicto haberi volo*, Hac doloſa proteſtatione, *vir duplex, animo inconſtans in omnibus vijs ſuis*, non paucis etiam magnis viris impoſuit. Cardinalis porrò, vt vlterius ſeſe declararet, inſtabat. Cui ille factâ ſibi ſcripto reſpondendi facultate, multa contra extrauagantem Clementis vi. de Indulgentijs, contra auctoritatem decretalium Romanorum Pontificum, contra merita Sanctorum, contra merita bonorum operum congeſſit. Minatur illi Cardinalis, ni reſipiſcat, excommunicationis ſententiam, ſed non tam eam quam carcerum cuſtodiā timebat vulpes. Quocirca fidem publicam anxius quærebat, quam etiam à Cæ-

D *Lutherus illudit Caietano.*

Iacobi 1.

Digitized by Google

ſare per amicos impetrauit, & mox clam Auguſtâ diſcedens, interpoſitâ à Cardinali ad Pontificem appellatione, iudicium veteratoriè eluſit, ſcilicet ea erat maledico Pontificis obtrectatori cura, Pontificis ſubire ſentẽtiam. Fallebat interim his artibus pleroſque parum cautos, & naſcituri ex illa ſcintilla incendij non ſatis prouidos: Fuit enim ille vt illo æuo Arius, vna ſcintilla, ſed quæ poſtea totum orbem vt vidimus, & etiamnum videmus, depopulata eſt. A

Prouidet peſte laborantibus: Excipit Carolum Cæſarem Electum & Aquiſgranum Imperio inaugurandum deducit: Lutherus à Leone X. tanquam hæreticus excommunicatur, niſi intra certos dies præfixos reſipiſcat. B

CAPVT X.

1519. EPidimiæ lues anno 1519. & ſequenti per Patriam Leodienſem vagata, multa mortaliũ millia abſumpſit, Traiecti, Hoy, Tõgris quinq; vel ſex hominum millia, alibi plura, vix vllo in oppido pauciora.

Quocirca occupabat paſſim omnes ingens trepidatio, diffugientibus de loco in locum ditioribus, & nuſquam tutò cõmorantibus. Sæuiebat quippe malum, non in vrbibus tantum & caſtris, ſed & in locis ſaluberrimis, vel ipſis Ardennæ ſaltibus. Erardus, & cum eo Ciuitatis Magiſtratus, magna celeritate non corporibus modò, ſed & animabus conſulendum rati, primùm loca decernunt, quibus ægri à ſanis ſeparatim agant, & animabus corporibuſq; ſanandis medicos peritiſſimos adhibent. Inter quos emicuit eruditione & pietate inſignis frater Franciſcus Vryon Franciſcani inſtituti ſectator eximius, qui zelo ſalutis animarum accenſus, morte contemptâ, cooperator parochorum factus; nullo pauperum diuitumque facto diſcrimine, Sacramenta non Baptiſmi Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ tantum; ſed & extremæ vnctionis, raro ſane exemplo, lue infectis miniſtrauit. Nec tantum præſenti, ſed & futuris periculis prouidit Erardus, fratribus Lolardis (quorum inſtitutum eſt hoc morbo laborãtibus vel mederi, vel corpora mortuorum ſepelire) Haſſeleto primum in Ciuitatem euocatis. C D

Laus fratris Franciſci Vryon.

Lolardi per Erardum primum Leodium aduocati.

Succeſſio Imperatorum.

Duodecima Ianuarij Cæſar Maximilianus extremum diem obijt, qui varia in adoleſcentiâ expertus, magnanimitâte, patientiâ, & in Deum confidentiâ clarus effectus, bello Belgas, Hungaros, Heluetios tentauit; Rupertum Palatinum Comitẽ fortunis omnibus priuatum in Bauaria fudit, inde Geldriæ Duce in ordinem redacto, & fœdere cum Pontifice & Gallis icto, in Venetos arma conuertit, quibus pleraſque

raſque Ciuitates ademit, præcipuè Veronam, Paduam, Teruiſium.
A Imperauit annos 25. menſes 4. dies 25.

Decima ſeptima Iunij, Francofurti conueniunt Principes Electores, & in Maximiliani demortui locum Carolum Auſtriacum Principem potentiſſimum eligunt. Multum laborauit Gallorum Rex Franciſcus vt is honos ſibi deferretur, nec deerant qui illi fauerent, & inter alios Treuirenſis Elector, ſed plurium ſententiâ Carolus præualuit. Igitur ſtatim miſſus Fredericus Palatinus in Hiſpanias, defert ei Imperium, rogatque vt iter in Germaniam maturet. *Carolus creatur Imperator, eius nominis quintus.*

Decima ſeptima Iulij Martinus Lutherus à Leone Pontifice Romam citatur, & niſi infra 60. dies comparuerit, aut coram duobus
B Prælatis errores abiuret, & de eo fidem faciat, excommunicatur.

Carolus Cæſar eius nominis quintus anno 1520. ſub calend. Aprilis, in Belgicas Prouincias venit. Ibi exacta æſtate Leodium 12. Octobris appulit. Huic Erardus Antiſtes, Clero ac populo comitatus, ad ſuburbia portæ S. Walburgis ſolemni pompâ obuiam venit, eumq; ſuam in aulam deduxit, vbi regali epulo multiſque ab Eccleſia & Ciuitate donis honoratus fuit. 1512. *Cæſar Leodiũ venit.*

Die inſequenti ſacro miſſæ officio, necnon ſolemni ſupplicationi interfuit, cereum manibus geſtans, Erardo venerabile ſacramẽtum deferente.

Leodio Traiectum Erardo comitante, & inde Aquiſgranum inaugurandus proficiſcitur. Sæuiebat id temporis Aquiſgrani, & in vicinia peſtis, quocirca Carolum dehortabantur Electores, ne eò loci inaugurarentur, at ille legem à Carolo IIII. latam neque poſſe, neque velle mutare reſpondit. Itaque Eccleſiaſtici Electores, multique alij Principes viri, nec non Saxonis & Brandeburgici, alijque perplures legati Aquiſgranum venerunt 4. Idus Nouembris. Carolum intrantem exceperunt de more Canonici, & quatuor mendicantium ordines, ac ad ſummum templum deduxerunt, vbi priſco ritu ſub coronâ ferreâ, coram Beatiſſimæ virginis imagine, expanſis in crucis modum brachijs, prouolutus tam diu hæſit, donec hymnus *Te Deum* decantatus eſſet, inde ſacrarium cum Electoribus ingreſſus, ſolitum
C (margin letter)
D iuramentum obiuit, & alterâ die, celebrato miſſæ ſacrificio, reliquæ cæremoniæ peractæ. *Aquiſgrani coronatur.*

Per hos dies Lutherus ſcripta hæreſeos & ſeditionis plena, non ſolum latino, verum etiam, vt facilius vulgus perueterret Alemannico ſermone à ſe compoſita, vel ſaltem ſuo nomine typis impreſſa diuulgat, Papam nimirum & Epiſcopos ſubiectos eſſe gladio Cæſaris: Pontificis poteſtati non modo non obtemperandum, ſed reſiſtendum etiam corpore, ſubſtantia, & viribus omnibus. Nec ſcriptione contentus, facto etiam mentem ſuam patefecit: Nam Wittembergæ ius Pontificum palam incendit, & à Pontifice ſummo ad Concilium appellauit, quaſi vero Concilio obtemperaturus eſſet, qui ius Pontificium Conciliorum ſententijs nitens cõbuſſiſſet. Quapropter mox *Lutherus hæreſes ſuas promulgat & ius Pontificum cremat.*

Ponti-

Digitized by Google

Pontifex mittit Hieronymum Aleyandrum S. Sedis Prothonotariũ ad Cæſarem, vti S. R. & vniuerſalis Eccleſiæ primarium Filium, & Fidei Chriſtianæ ſupremum propugnatorem, petens, vt pro debito Imperialis dignitatis, in vniuerſo primùm Romanorum Imperio, deinde in cæteris ſuis Regnis, Prouincijs & Dominijs, præſtet in auxilium Fidei Catholicæ brachium ſæculare, & citationem in perſonam Lutheri nupèr euulgatam, omneſque pœnas contra eum eiuſque ſectatores comminatas, niſi eum paruiſſe & reſipuiſſe conſtiterit, inuiolabilitèr obſeruari, & executioni demandari iubeat. A

Carolus Cæſar mandat promulgari diploma Pontificium contra Lutherum & Lutheranos: Robertus Markanus ſuo malo à Cæſare ad Gallum deficit. B

CAPVT XI.

1521. IGitur Cæſar anno Domini 1521. ineunte, tanquam S. Sedis obſeruantiſſimus filius, diploma Apoſtolicum in Lutherum euulgatum & per varia & diuerſa Germaniæ loca iam publicatum, mandat non ſolum Louanij in inferioribus Dominijs ſuis; verum etiam Leodij, Coloniæ, Treuiris, & Moguntiæ promulgari: Cumque iam lapſis ſexaginta diebus ad reſipiſcendum Luthero præfixis, merito C pœnas comminatas illi, eiuſque complicibus infligere potuiſſet, nihilominus pro innatâ clementiâ, præſertim cum nonnulli quædam in Lutheri excuſationem adferrent, ad tollendam omnem cauillandi materiam, ipſum prius coram audire, & ad reſipiſcendum exhortari voluit. Quo tum per ſe, tum per alios facto, cum ipſe porrò arrogantius inſolentiuſque ſe gereret, ad pœnarum per Pontificem comminatarũ executionem proceſſit, pro vt ex ſubiecto eius diplomate, omnem huius temporis hiſtoriam veracitèr continente, lector videre poterit; Quod hic, eâ prorſus quâ primum editum & euulgatum eſt, verborum formâ, ſubijcimus.

Clementia Cæſaris erga Lutherum.

Carolus quintus, diuinâ fauente clementiâ, electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c Rex. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Comes Habsburgi, Flandriæ, & Tirolis, &c. D

VNiuerſis & ſingulis Sacri Romani Imperij Electoribus, alijſq. Principibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus: Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus

Digitized by Google

nibus. Nobilibus, Militibus, Clientibus, Præfectis, præſidibus, Iudi-
A *cibus, Sculteis, Burgimagiſtris, Conſulibus, Scabinis; Ciuitatum, op-pidorum, villarum, terrarum, & quorumuis aliorum locorum Communitatibus: Necnon vniuerſitatum, Studiorum ſiue Gymnaſiorum rectoribus, & locum tenentibus, ſeu officialibus eorundem, ac cæteris quibuſcumq́ nobis tam iure ſacri Imperij, quam hæreditario, aut alio quocumq́ modo ſubiectis, & fidelibus dilectis cuiuſcunq́ ſtatus, gradus, aut conditionis ſint, & ad quos præſentes vel earundem exemplum, noſtro, vel alicuius Prælati Eccleſiaſtici ſigillo, ſiue etiam publici Notarij manus ſubſcriptione communitum peruenerit, Gra-*
B *tiam Cæſaream, & omne bonum.*

Ad veri Romanorum Imperatoris officium pertinet, non ſolum fines huius ſacri Imperij, quod præceſſores noſtri Germaniæ principes, ob defenſionem ſanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ, ſuo ſuorumq́ ſæpius effuſo ſanguine, per diuinam gratiam ſibi quæſierunt, ad orthodoxam viam, abductis vel expulſis infidelibus propagare; verumetiam ne qua hæreſeos labes, aut ſuſpicio in iam ſibi ſubditis nationibus, ſacroſanctam religionem noſtram commaculet, ſummo ſtudio prouidere. Aut ſi qua iam oriri cœperit, eam omni ope, omniq́ cura, iuxta normam à ſancta Romana Eccleſia hactenus obſeruatam, delere
C *penitus, & extinguere.*

Quod ſi quis alius è maioribus noſtris, tanto nos magis præſtare debemus, quanto Dei Opt. Max. immenſa benignitas nobis plura regna & Dominia pluresq́ & magis bellicoſos populos, maioresq́ vires, quam iam multis ſæculis alicui principi, qui hiſce titulis ſit potitus, ad ſuæ ſanctæ fidei tutelam, & incremētum elargiri dignata eſt.

Accedit quod quum ex paterno genere è Chriſtianiſſimis Imperatoribus, & Archiducibus Auſtriæ, Ducibuſq́ Burgundiæ: Ex materno verò, Catholicis Hiſpaniarum, Siciliæ, & Hieruſalem Regibus ſimus orti, quorum omnium pro fide Chriſtianâ res præclarè geſtas, nulla
D *vnquam delebit obliuio, non ſine graui conſcientiæ noſtræ onere, & perpetuâ nominis notâ, quadamq́ veluti nebulâ fœlicibus ineuntis Principatus noſtri auſpicijs offusâ, factum crederetur, ſi quæ iam ab hinc triennium pullulare in Germania cœperunt, nouas quaſdam hæreſes, imò verius iam ſæpe olim per Concilia & Summorum Pontificū Decreta, approbante Eccleſia damnatas, & nunc denuo veluti ab inferis erutas, altiores iacere radices vllâ noſtrâ negligentiâ paſſi eſſe videamur.*

Sanè

Sanè veſtrum neminem ignorare exiſtimamus, quibus erroribus & hæreſibus ab orthodoxâ fide longè alienis, quidam Frater Martinus Lutherus ordinis ſancti Auguſtini, religionem Chriſtianam in hac præſertim inclytâ Germanicâ natione, omnis infidelitatis, & hæreſum perpetuâ oppugnatrice, ita inficere conetur, vt niſi maturè occurratur, tota hæc natio, & deinde ſerpente contagione, vniuerſa Christiana reſpublica in abominandum ſchiſma & bonorum morum paciſq; , ac tandem deteſtandam ſui perniciem prolapſura videatur. A

Quapropter non immeritò commotus ſanctiſſimus in Christo Pater Leo X. Sacroſanctæ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ Summus Pontifex, ad quem fidem Catholicam, & Eccleſiæ Sacramenta curare ſpectat, prædictum Martinum à principio clementèr & paternè monuit & hortatus eſt, vt à nefandis huiuſmodi incœptis deſiſteret, & iam ſparſos errores reuocaret. Quod quùm ille neglexiſſet, & peiora ſemper prioribus adderet, idem beatiſſimus Pater ad oportuna, neque tamen inſueta remedia procedere ſtatuit. B

Itaq; conuocatis ſæpius Reuerendiſſimis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Epiſcopis, ac aliïs Prælatis, necnon Regularium ordinum Prioribus, ſeu miniſtris generalibus, accerſitiſq; pluribus ſciētiâ & probitate præſtantibus viris, & in omni doctrinarum & linguarum genere eruditis, ac diuerſarum nationum doctoribus & magiſtris, prædicto tamen Martino prius vocato, ac citato, & in contumacia perſiſtente, ipſius ſcripta tam Alemannico, quàm Latino ſermone edita & edendâ, vt pernitioſa, & fidei vnitatiq; Eccleſiæ contraria, auctoritate ſua Apoſtolicâ, præfatorumq; ad hoc accedente Cardinalium conſilio & aſſenſu, ac Epiſcoporum, & Prælatorum, Doctorumq; & magiſtrorum matura deliberatione damnauit, & vbique locorum comburenda prorſuſquè abolenda cenſuit, & decreuit. C D

Martinum verò ipſum, niſi infra certum expreſſum terminum à publicatione decreti Sanctitatis ſuæ mutata ſententia ſe errores ſuos reuocaſſe, & ad pœnitentiam rediïſſe docuiſſet, vt inobedientiæ & iniquitatis filium, vt ſchiſmaticum & hæreticum ab omnibus euitandum, & provt iura poſtulant, puniendum declarauit, ſub pœnis & cenſuris, quæ in Apoſtolicis literis Bulla plombea cōmunitis, & ſuper hac re editis latius continentur. Quas ad nos, vtpote Chriſtianæ fidei verum & ſupremum propugnatorem, & Sedis Apoſtolicæ,

ſanctæq;

A ſanctaq́ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ primarium filium, & aduocatum, per ſuum & dictæ Sedis ſpecialem nuncium, & Oratorem honorabilem virum nobis dilectum Hieronymum Aleyandrum eiuſdem Sedis Prothonotarium, & Apoſtolicæ bibliothecæ præfectum, deditá ad hæc operâ miſit: petens atque requirens, vt pro officio ac debito Imperialis dignitatis in vniuerſo primùm Romanorum Imperio, deinde (quo Catholicum Regem & Principem Chriſtianum decet) in cæteris etiam Regnis, Dominijs, & Prouincijs noſtris, & præſertim in Germaniá, præſtito in auxilium fidei Catholicæ brachio ſæculari, omnia & ſingula in iam dictis literis Apoſtoli-
B cis contenta inuiolabilitèr obſeruari, & excutioni mandari iuberemus.

Poſt quas quidem prædicto Martino factas à Summo Pontifice monitionem, vocationem, citationem, & ipſius tandem condemnationem, nec non præſentatas nobis eiuſdem beatiſſimi patris literas, bullamq́ Apoſtolicam per varia & diuerſa Germaniæ loca publicatam, & noſtro iuſſu & mandato non ſolum Louanij in inferioribus Dominijs noſtris, verum & Coloniæ, Treuiris, Moguntiæ, Leodij, executioni demandatam, tantum abfuit, vt idem Martinus reſi-
C piſceret, errataq́ ſua reuocaret, & petitá abſolutionis veniá, in gratiam cum Summo Pontifice, & ſancta Eccleſia redire procuraret, vt etiam deteſtabiliores peruerſi ingenij ſui fructus in dies æderet, & perinde ac in manifeſtam Eccleſiæ perniciem furens rueret, complures aceruatim libros non modo nouarum, ſed etiam à ſacris Concilijs condemnatarum hæreſum plenos: nec ſolum Latino; verum etiam, vt facilius vulgus peruerteret, Alemannico ſermone à ſe compoſitos, vel ſaltem ſuo nomine æditos, ferè quotidie diuulgaret. In quibus obſeruatum ab Eccleſia iam tot ſæculis ſeptem Sacramentorum numerum, ordinem, vſum diſſipat, confundit, deturpat. In-
D uiolatas matrimonij leges miris modis fœdiſſimè inficit. Extremam vnctionem cum VVigleffo fictionem dicit. Communicandæ ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ritum ad damnata Boëmorum reuocat inſtituta. At ſaluberrimam contaminatis peccato mentibus confeſſionem, primùm ita inuoluit, vt confuſionem eam è confeſſione fecerit, mox etiam magnâ in parte conuellit, poſtremò adhuc peiora ſe de eá ſcripturum minatur. Vnde nonnulli iam ſumptâ hác occaſione de confeſſionis inſtituto & modo cœperint ſubdubitare. Alij mutilatam & truncam fecerunt, alij verò (prô ſcelus) & confiteri

Digitized by Google

ipſi deſtiterint, & nequaquam eſſe confitendum publicè aſſerere ſunt auſi. Porro Sacerdotalem ordinem, & per quod ſacroſanctũ Chriſti corpus, ſanguiſq́; conficitur, diuinum illud munus, clauiumq́; cæleſtiũ poteſtatem, non ſolum viliſſimi pendit Lutherus, & laicis, pueriſq́; atque adeò fœminis ipſis cõmunia facit; ſed & eoſdem laicos ad lauãdas ſibi in Sacerdotũ ſanguine manus incitat. Ipſum verò ſummũ religionis noſtræ Sacerdotẽ, D. Petri ſucceſſorẽ, & verũ in terris Chriſti Vicarium, non niſi infamibus & probroſis nominat verbis, & frequẽtiſſimis atq́; inauditis inuectiuis, cõtumelijs & blaſphemijs inſectatur. Liberum arbitrium prorſus nullũ eſſe, ſed omnia certa lege ſtare, ex Manichæi quidem & VVigleffi penu depromit, ſed tanquam irrefragabili argumento, ethnicorum poëtarum carminibus confirmat. Miſſæ venerabile Sacramentum neque defunctis neque viuis alijs, quàm ſoli celebranti ſuffragari ſcribit. Ieiuniorum & orationum inſtitutionem & conſuetudinem ab Eccleſia obſeruatam inuertit & corrumpit. De purgatorio & animarum quæ in eo expiantur, ſtatu, deq́; diuini ſacrificij & viuorum ſuffragijs, quæ à nobis fideles defuncti expectant, cum VValdenſibus & VVigleffitis contra Eccleſiam ſentit. De Eccleſia verò ipſa militante, cum Pelagianis & Huſſitis. At ſanctorum Patrum auctoritates & ſcripta ab Eccleſia recepta, pro nihilo habet, eſt vbi etiam ſæpè deridet, debitumq́; illis cultum, & deuotionem deterit & diminuit. Obedientiam & regimen omne prorſus tollit, vnde populi ad defectionem & rebellionem à ſuis tam ſpiritualibus quàm temporalibus Dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia, cum magno & manifeſto Chriſtianæ reipublicæ diſcrimine prouocentur. Quinnimò cùm vitam quandam ſolutam licentioſam, atque ab omni lege explicitam & verè ferinam inducere conetur, ita exlex homo leges ipſas omnes damnat & contemnit, vt decreta ſanctorum Patrum, & ſacros Canones publico igni comburere non formidauerit, facturus peiora Ciuili iuri, ſi non magis ſæculi gladium, quam Pontificis excommunicationes & cenſuras metuiſſet. Iam verò ſacroſanctis concilijs palam contradicere, & pro ſuo arbitratu detrahere non erubeſcit. E quibus potiſſimum Conſtantienſe illud, quod cum perpetua inclitæ Germanicæ nationis gloria pacem & tranquillitatem diſſidenti Eccleſiæ dedit, ita vbiq́; mordet, & impuro, ſceleratoq́; ore lacerat, vt in magnum vniuerſalis Eccleſiæ dedecus & offendiculũ, ſed Germanicæ præſertim nationis opprobrium & ignominiam, Concilium ipſum nunc peſſimè omnium erraſſe ſcribat,

A B C D

A nunc ſynagogam Sathanæ, quiq́ in eo conuenerant, & Ioannem Huſſitam Hæreſiarcham comburi iuſſerant, Sigiſmundum vtiq́ fælicis recordationis Imperatorem, & Sacri Imperij Principes, Antechriſtũ & ſuos Apoſtolos, homicidaſq́ & Phariſæos vocet. Quicquid damnata in eodem concilio omnia Ioannis Huſſitæ errata, Euangelica & Chriſtiana eſſe, & ſe recipere probaturumq́ profitetur. Approbatos verò eiuſdem Huſſitæ articulos nequaquam admittit. In tantamq́ prorupit mẽtis veſaniam, vt ſi ſemel Ioannes Huſſita fuerit hæreticus, ſe plus decies hæreticum Martinus glorietur, homo vſque adeò nouarum rerum, ac potius perditionis humanæ cupidus, vt nihil ferè B ſcripſerit, vel ſaltem ſuo nomine diuulgárit, cui non aliqua peſtis, aliquis lethalis inſit aculeus, præter illos libros, ne nominãdos quidem, ob execrandam eorum materiam ipſius tamen titulo aditos, & ab eo cum reliquis vt ſuos agnitos, quorum ſingula verba ſingula venena meritò quis dicat.

Et ne omnia, quæ innumerabilia ſunt, Lutheri errata ſingulatim percenſeantur, tanquam ſi hic vnus non homo, ſed diabolus ipſe, ſub hominis ſpecie ad perniciem humani generis adſumpta monachi cucul la, quàm plurimorum hæreticorum damnatiſſimas hæreſes, iam diu C ſepultas in vnam ſentinam congeſſerit, & aliquas etiam nouiſſimè de ſuo excogitauerit, ſub ſimulatâ prædicatione fidei, quam ad prætexendos ſuos dolos, tam ſæpè tantoq́ opere obijcit, fidem veram prorſus deſtruit: ſub libertatis, quam promit, ſpecie, diaboli iugum & ſeruitutem inducit. Et ſub Euangelicæ profeſſionis nomine, omnem Euangelicam pacem & charitatem, omnemq́ rerum ordinem, & pulcherrimam deniq́ totius Eccleſiæ faciem inuertere, labefactare, & penitus peſſundare molitur.

Quibus omnibus per nos & concilia noſtra nationum omnium nobis ſubditarum, ſæpius & diligentèr attentis & cõſideratis; & præ-D ſertim in hac parte ab eodem beatiſſimo patre requiſiti, abſq́ inſigni maculá noſtra, atq́ orthodoxæ religionis iniuriâ & detrimento, rem tanti ponderis negligere nequaquam potuimus, vt etiam non debuimus, neq́ voluimus. Sed potius prædeceſſorum noſtrorum Roman. Imperatorum veſtigijs inſiſtentes, eorumq́ pro libertate Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ perpetuò laudibilia facta, ac pias & ſanctas, ſuper puniendis & exterminandis hæreticis, conſtitutiones obſeruantes; conuocatis ſæpius ad præſentiã noſtram propter hoc præcipuè Electoribus, nec non vniuerſis ſacri Rom. Imperij ordinibus & ſtatibus,

Digitized by Google

in hoc VVormatienſi conuentu congregatis, de eorum omnium & ſingulorum vnanimi conſilio, maturâ deliberatione & conſenſu, in hanc tandem deuenimus ſententiam & concluſionem; vt quamuis hominem ita à Summo Pontifice, & Sede Apoſtolica condemnatum, & in ſua obſtinata peruerſitate obduratum, atq; ab vſu Catholicæ Eccleſiæ alienum, & notorium hæreticum audire, omni iure exceptum eſſet; tamen ad tollendam omnem cauillandi anſam, idq; quia nonnulli pleroſq; libros Martino adſcriptos ipſius eſſe apertiſſimè inficiebantur. Complures audiendum à nobis hominem, quàm in eum ad executionem Pontificij decreti vlterius procederemus, aſſeuerabant. Martinum ſæpè dictum, miſſo ad ipſum deditâ operâ vno è Caduceatoribus ſeu præconibus & Heraldis noſtris, ſub libero huc veniendi, & hinc recedendi ſaluo conductu accerſiri iuberemus. Quod & factum fuit, non vt nos de hoc negotio iudicaremus aut cognoſceremus, quum id dubio procul ad Romanum Pontificem & Sedem Apoſtolicam pertineat, neq; vt res ſacroſanctæ fidei noſtræ nunc tandem poſt tot ſæcula per nouas altercationes cum magno fidelium ſcandalo, & perturbatione, ac infidelium deriſione in controuerſiam reuocari pateremur. Sed vt cum vulgi, & plurimorum ita petentium ſatisfactionem, hominis animum percontantes eum bonis monitionibus, & ſuaſionibus ad rectam ſemitā (ſi fieri poſſet) reduceremus. Itaq; Lutherum in noſtra & Sacri Imperij Electorum Principum, Prælatorum, Statuum præſentia conſtitutum juxta formam Imperialis mandati, ſuper hac re nuper interrogari iuſſimus.

Primum nunquid ipſe multos libros ſibi ob oculos adductos, & titulatim nominatos, & alios item qui ſub ſuo nomine circumferuntur compoſuiſſet. Deinde, an ea, quæ in ipſis libris contra ſacra concilia, decreta Patrū ritus & conſuetudine à noſtris maioribus, ad hunc vſq; præſentem diem obſeruatas ſcripſerit reuocare vellet, & ad ſinum & vnitatem vniuerſalis Eccleſiæ redire, adhibitis ad hoc noſtro & Imperij nomine admonitionibus, & adhortationibus, quæ obſtinatiſſimum hominem, etiam lapide duriorem emollire & conuertere potuiſſent. Qui ſanè ſtatim libros ipſos antedictos, vt ſuos agnouit & confeſſus eſt, nunquam ſe id negaturum proteſtatus. Imò & adhuc alios ſe compoſuiſſe dixit, quorum copia quùm nobis non fuiſſet facta, idcirco in medium non fuerant allati.

Quantum

A *Quantum verò ad reuocationem attinet, terminum ſibi ad reſpondendum dari petijt, qui quamuis meritò negari potuiſſet, tum quia nouitates, & errores in fide, nulla ſunt delatione tractandi, ſed ſtatim penitus reſecandi, tum quia ex mandato noſtro ſibi legitimè inſinuato, nec non etiam literis, quas ad eum dederamus, optimè admonitus, quam ob cauſam vocaretur, non niſi ſtatim reſpondere paratus ad tantum Imperialis conuentus conſeſſum venire debuiſſet, tamen ex noſtra clementia & benignitate, vnius adhuc diei terminum ad reſpondenhum ei dedimus, quo elapſo rurſus coram nobis & prædictis ordinibus Imperij comparens, & ſimilibus adhortationibus ſæpius, vt ad cor rediret efflagitatus, pollicentibus* B *etiam nobis, ſi reſipiſceret, erroreſq; ſuos agnoſceret, & quæ in libris eius damnata & mala eſſent, reuocaret, facile nos impetraturos, vt à beatitudine Pontificis in gratiam benignè reciperetur, & adhibito fideli, æquo & diligenti examine, ex ipſius libris, quæ mala ſcripſerat, ſecernerentur, quæ verò bona, auctoritate Apoſtolica approbarentur, ſe ne verbum quidem in ſuis libris mutaturum, imprudentibus ſimul & impudētibus verbis, oriſq; & corporis geſtu, quoduis, potius quàm religioſum aut ſanum hominem præ ſe ferentem apertiſſimè negauit. Quinimò in noſtram & Sacri Imperij faciem* C *Summorum decreta Pontificum, & Concilia ipſa ſacroſancta erraſſe ſæpius, & ſibi ipſis contradixiſſe, & tandem nullius apud ſe momēti fore aſſeuerauit, ſeq; nihil ex his, quæ ſcripſerat reuocaturum, niſi euidenti ſibi ratione, & ſacræ ſcripturæ auctoritatibus ad ſuæ conſcientiæ animiq; ſatisfactionem & aſſenſum fuerit conuictus. Illud ſubinde repetens, & inculcans (quo fraudum ſuarum virus iam multis detegi cœptum occultaret) conſcientia ſibi illæſa & integra, neq; velle ſe, nec poſſe verbum Dei immutare. Mala mens, malus animus. Quaſi verò nos id ab eo peteremus, vt verbum Dei immutaret, ac non potius, vt iuxta verum Dei verbum ad gremium ſanctæ* D *matris Eccleſiæ, à qua tam impiè quàm turpitèr defecerat, rediret. Cuius auctoritatem quùm tantam voluerit eſſe Dominus, idemq; Deus noſter Ieſus Chriſtus, vt qui Eccleſiam non audierit, tanquam Ethnicus & Publicanus ſit habendus: idcirco non immeritò, vel eam ſolam omnibus inuentionibus, & vaframentis hæreticorum longè anteferendam nemo nunquam niſi perditiſſimus & vere hæreticus & Lutherus iudicauit, qui vt tādem egregia ſua hic acta, condigno finè clauderet, & quod peſſimè inceperat, peius terminaret,*

quid animi habeat, & quam fidelium clade exultet, vel in noſtro &
in ſacri Imperij conſpectu diſsimulare non potuit. Nam detortâ (vt A
hæreticis mos eſt) à vero ſenſu ad ſuam impietatem Euangelicâ illâ
ſententiâ: Non veni mittere pacem, ſed gladium. Omnium ſibi,
dixit, iucundiſsimã iſtam in rebus faciem, videre ob verbum Dei ſtu-
dia & diſſenſiones fieri. Id eſt (quod vtinam ne experientia vide-
remus) ob diſsidentes ab Eccleſiæ ritu Lutheri opiniones, quas verbi
Dei falſo titulo prætexit, verè ſtudia contraria, & diſſenſiones, &
diſsidia, & ſchiſmata, & bella, & cædes, & rapinas inter Chriſtianos
concitari.

Tali igitur & tam ſubdolâ atq; hæreticis omnibus peculiari reſ- B
ponſione nobis & ſacro Imperio à Luthero datâ, & ſi decreueramus
ipſo ſtatim remiſſo ad vlteriora progredi (id quod ex ſententia no-
ſtra manu noſtra ſcripta & poſtera die publicata nemini non conſta-
re poteſt:) Tamen ad preces omnium Imper. ordinum inclinati ad-
huc ipſi triduum ad reſipiſcendum conceſsimus. Quo tempore duo
Electores, duo Epiſcopi, duo Principes ſæculares, quoque Ciuitatum
nomine vniuerſos ordines & ſtatus S. Romani Imperij repræſentãtes
& ad hoc communi omnium iuſſu & nomine deputati, vocato ad ſe
Martino prædicto nullum non admonendi & adhortandi eum, vt C
tandem reſipiſceret, & niſi id faceret, quæ ipſum à nobis & ſacro Im-
perio, legumq; conſtitutionibus pœna manerent, declarandi officium
fruſtra inſumpſerunt.

Vnus etiam eiuſdem ſacri Imperij Elector adhibitis ſecum duobus
Doctoribus pietate & ſcientia præclaris, non ſolum adhortationi-
bus, ſed etiam multorum errorum euidentibus redargutionibus ad
ipſius vſq; obmuteſcentiam factis, mox ſeorſim ipſum prudenter &
humanè commonefecit, vt ad Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ
noſtrumq; & ſacri Imperij ſtatuum, & cæterarum fidelium natio-
num ſanam ſententiam, iuxta continuatum tot ſæculis Eccleſiæ ri- D
tum, potius quàm ad ſuam vnius opinionem reſpiceret, à qua ſi re-
cedens in ordinem redire vellet, id ſe primum nonnullorum ſancto-
rum patrum, qui & ipſi aliquando errauerunt, laudabili exemplo,
deinde ſaluis anima, corpore, & honore facturum cognoſceret. Ad
quæ Martinus antedictus, & ſi varia pleraq; & diuerſa cumq; ijs
quæ ſcripſerat, pugnantia, nihilo tamen meliora, aut ſaniora priua-
tim reſpondit, quã publicè corã nobis, & ſacro Imperio fecerat. Atq;
adeò ſe non omnes modo ſupra memoratos, ſed & Concilium ipſum
generale

Digitized by Google

generale (ſi quod fieret) ſuſpectum habere proteſtatus eſt.

A Et (vt certiſſimo, & omni exceptione maiori teſtimonio nobis cõſtat) pollutiſſimo & ſceleratiſſimo ore profari non eſt veritus, res Euangelij & Catholicæ fidei, nunquam fuiſſe in Concilijs generalibus benè tractatas. Vnde non iniuria plurimum nobis mirari ſubiret, cur nam à Summi Pontificis ſententia ad generale Concilium nuper prouocarit, quùm tam impiè de Concilijs ipſis loquatur & ſcribat. Niſi manifeſtè ſciremus, vt nihil eſt hæreticis æquè formidabile, atque œcumenicum Concilium, ita nihil illis iiſdem magis proprium eſſe, quàm vt dictis factiſq́ & ſcriptis ſecum ipſi diſſideant. Quod ſi B vſquam alibi, præcipuè in Lutheri libris (diuina prouidentia ſic operante, quò ipſius vana ædificia per ſe ruant.) paſſim legere & videre eſt.

His omnibus & ſingulis ſic omnino, vt præmittitur, ſe habentibus; quùm prædictus Martinus tam peruerſè & obſtinatè in ſuis adeò manifeſtè hæreticis opinionibus perſiſteret, vt ab omnibus iis, qui ſapiunt, partim demens, partim etiam malo aliquo obſeſſus ſpiritu iudicaretur, nos iuxta tenorem ſalui conductus, ipſum ſtatim à conſpectu noſtro miſſum fecimus, datoq́ ei in comitatu vno ex Heraldis noſtris, & præſcripto termino à vigeſima quinta menſis Apri-C lis, qua ex VVormatia diſceſſit ad viginti deinde proxime futuros dies, quibus peractis vnà ſaluus conductus peractus & extinctus cenſeretur.

Nunc tandem ad reliquas oportunas medelas huic peſtilentiſſimo morbo neceſſarias, in hunc qui ſequitur modum procedere decreuimus.

Primum omnium ad honorem Dei omnipotentis, Romaniq́ Pontificis & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ debitam reuerentiam, pro Imperialis dignitatis officio ac debito, necnõ zelo & ſtudio, quo noſtrorũ maiorũ more, & ingenita etiam nobis vi ad defenſionem Catholicæ fidei, ſan-D ctæq́ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ honorem, tutelam & protectionem, omnes noſtras vires ac facultates, Imperium, Regna, Dominia, amicos, vitam deniq́ & animam ipſam noſtram exponere ſumus parati. Ex Imperiali & Regia auctoritate, necnon conſilio & aſſenſu Electorum & omnium ſacri Romani Imperij Prĩcipum, ordinum & ſtatuum in hac celeberrima & frequentiſſima Imperiali Diata VVormatiæ congregatorum.

Ad perpetuam rei memoriam exequẽdo ſanctiſſimi noſtri Domini

Papæ

Papæ veri in hac parte iudicis ſententiam, decretum, & condemnationem in literis Apoſtolicis (vt ſupra dictum eſt) ad nos directis contentam, Martinum Lutherum vt membrum ab Eccleſia Dei abalienatum, vt obſtinatum ſchiſmaticum & notorium hæreticum à nobis haberi declaramus, & vt talem à vobis habendum decernimus, & edicimus; Mandantes de eorundem Statuum conſilio & conſenſu, ſub criminis læſæ Maieſtatis, noſtræq; & Sacri Imperij grauiſſimæ indignationis, ac etiam amiſſionis Feudorum, Dominiorum, & bonorum omnium; Gratiarum quoq; & omnium priuilegiorum à nobis & Sacro Imperio dependentium, quæ obtinuiſtis hactenus, aut prædeceſſores veſtri quomodolibet obtinuerunt, nec non proſcriptionis, ac Banni, & interdicti Imperialis pœnis. A B

Ne quis veſtrum præfatum Martinum Lutherum receptare, defendere, & ſuſtentare, fouere dicto, facto, aut ſcripto præſumat.

Quinimò poſt elapſum ſupradictum viginti dierum terminum, contra eum, vbicunq; deprehenſus fuerit, & in manu, aut facultate veſtra erit; iuxta formam Imperialis Banni procedatis, vel ſaltem captum tam diu cuſtodiatis, donec Nos à vobis de hac re certiores facti, de legitima in eum proſecutione facienda vobis ſignificemus, vt vos tam ſancti operis & laboris debita præmia, & mercedem etiam vberem cum impenſis ob hanc cauſam factis reportetis. C

Et nihilominus eiuſdem Martini complices, adhærentes, receptatores, & quomodolibet fautores, & ſectatores (niſi ſe iniquitatis ſemitam deſeruiſſe, & authoritate Apoſtolica abſolutionis remedium conſequutos eſſe fidem condignam fecerint) nec non eorum omnia & ſingula bona, mobilia, & immobilia, iuxta Sacras conſtitutiones, ac interdicti & Banni Imperialis legem, & ordinem liberè, & abſque vlla contradictione perſequamini, illoſque & illa capiatis, & in vſus veſtros optimo, & pleno iure conuertatis. D

Mandamus inſuper vobis omnibus & ſingulis præfatis, ſub eiſdem prænominatis pœnis, ne quis Martini Lutheri ſcripta à Summo Pontifice authoritate ſua Apoſtolica, (vt præmittitur) damnata, aut alia quæcunq; tam Latino, quàm Allemannico, ſeu alio quouis idiomate ab eo hactenus compoſita, vel in poſterum componenda, vt pote mala, ſuſpecta, & à notorio & peruicaciſſimo

Hæretico

Digitized by Google

A *Hæretico prouenientia emere, vendere, tenere, legere, deſcribere, imprimere, aut deſcribi, vel imprimi facere, aſſerere, ſuſtentare, prædicare, defendere, præſumat. Nonobſtante quod illis etiam aliqua bona ad fallendas ſimplicium mentes immixta eſſent.*

In quo præter iuſtam Sedis Apoſtolicæ ſententiam, etiam laudatiſſimam veterum patrum inſtitutionem & conſuetudinem, omninò exequendam duximus, qui Arrianorum, Priſcillianiſtarum, Neſtorianorum, Eutychianorum, & aliorum hæreticorum libros, & in illis B *contenta omnia tam bona, quàm mala promiſcuè exuſſerunt, & adnihilarunt: neq; id immeritò, nam ſi optimi quiq; cibi vnius tantum guttæ veneni, quo humanum corpus læderetur, infuſione ſuſpecti, penitus ſunt abijciendi, quanto magis ea ſcripta, quibus tanta & tam noxia animabus venena paſſim inſerta ſunt, non ſolum nobis cauenda ſunt, ſed etiam ne alijs noceant, prorſus deſtruenda, & corrumpenda, atq; ab omni hominum memoria veniunt obſeruanda. Accedit ad id, quod quicquid boni in Martini libris reperitur, id antea à ſanctis Patribus, quos Eccleſia recepit & approbauit, ſæpè dictum & ſæpius repetitum, abſq; vllius periculi aut mali ſuſpicione* C *legi & haberi poteſt.*

Ea propter ſub eiſdem pœnis omnibus, & ſingulis ſupradictis, Vos omnes & quilibet veſtrum tam Principes, quàm alij, ad quos iuſtitiam quomodolibet pertinet miniſtrare, & alij quicunq; in vniuerſo Imperio, Regnis & Dominijs noſtris conſtituti, huiuſcemodi peſtiferos Martini libros, tam Allemannicos, quàm Latinos, impreſſos & imprimendos, aut etiam manu ſcriptos, vbicunq; reperiantur, vtpotè magnæ ſeditionis, ſchiſmatis, hæreſios in Eccleſia Dei fomites, diripiendos, & publico igni conſumendos, penitusq; D *abolendos cum effectu curetis, Apoſtolicisq; nuncijs, ſeu eorum Commiſſarijs, ſi operam veſtram ad hanc rem requiſierint, fideliter & diligenter adſiſtatis. Et nihilominus in eorum abſentia, per vos ipſos hæc ſic fieri noſtro nomine & iuſſu, omninò & reipſa faciatis. In quo omnibus fidelibus dilectis ſubditis noſtris, vt nobis, ac vobiſmet ipſis aſſiſtant & pareant tenore præſentium ſub eiſdem pœnis iniungimus & mandamus.*

Verũ quia maximè cauendũ eſt, ne Martini libri, aut ex illis exſcerpta mala, ſuppreſſo, aut etiã mutato auctoris nomine, publicẽtur.

Digitized by Google

Quia etiã non ſine magna animi noſtri offenſa, multos quotidie vide- A
mus & audimus cum alibi, tum maximè in Germania componi, & im-
primi libros plurimis malis traditionibus & exemplis refertos: & ne
non omni aſtu & dolo humanæ naturæ hoſtis Chriſtianis laqueos ten-
dat, multas paſſim diuulgari picturas & imagines non in opprobriũ
modo priuatarum perſonarum, ſed & ipſius Summi Pontificis, &
Sedis Apoſtolicæ contumeliã excogitatas. Ex quibus omnibus libris &
picturis, Chriſti fideles in maximos tam in fide quã in vitá, & mori-
bus prolabuntur errores, & non ſolum priuata odia, ſcandala, &
ſimultates (prout experientia docet) multis in locis exorta fuerunt, B
verum etiam ſeditiones, tumultus, rebelliones, ſchiſmata in regnis,
prouincijs, & populis, atq; vniuerſa Dei Eccleſia (niſi prouideatur)
ianuam excitanda formidantur. Idcirco ad hanc pernicioſiſſimam
peſtem extinguendam ex ſupradictorum electorum & ſtatuum con-
cordi animo & ſententia omnibus & ſingulis ſupradictis, tam Impe-
riali, quam hæreditario iure nobis ſubditis, ſæpè eos dictis pœnis om-
nibus præcipimus & mandamus, ne quis huiuſmodi famoſos & pe-
ſtilentes libros, ſeu quaſcunq; alias ſchedas, ſcripturas, imagines,
picturas, contra orthodoxam fidem, bonos mores, & id quod ſancta
Romana Eccleſia hactenus obſeruauit, atq; etiam inuectiuas, crimi- C
nationes & ignominias contra Summum Pontificem, Sedem Apoſto-
licam, Prælatos, Principes, Vniuerſitates ſtudiorum, & eorum fa-
cultates, honeſtasq; perſonas componere, depingere, vendere, emere,
tenere, habere, aut imprimi, deſcribi, depingi, vel vendi facere, qua-
uis arte aut dolo audeat, aut attentet.

Quinimo ſub ijſdem pœnis iubemus omnibus, & ſingulis ſupra-
dictis, & præſertim ijs, qui iuſtitiæ miniſterio præſunt, vt eiuſmo-
di libros quoſcunq; antehac impreſſos, vel poſthac imprimendos,
necnon etiam manu ſcriptos, cuiuſcumq; ſint auctoris, aut vbicunq;
locorum per Sacrum Imperium, atq; etiã noſtra hæreditaria regna, D
& Dominia inueniantur, ſimimiliter etiam picturas huiuſmodi &
imagines, noſtro iuſſu & nomine occupent, diripiant, & publico igni
comburant.

Et nihilominus huiuſmodi deteſtabilium librorum, codicum,
ſchedarum & ſcripturarum, & picturarum authores & inuentores,
ac etiam poſt præſentis mandati publicationem, Impreſſores, empto-
res & venditores, qui contra iuſſa facere præſumpſerint (ſi modo id
legitimè conſtiterit) nec non eorum iura, & bona omnia & ſingula
captant

Digitized by Google

A *capiant, apprehendant, & detineant, ac iure bono, quicquid ſibi libitum fuerit de illis diſponant, ita quod de hoc nulli hominum tam in iudicio, quàm extra reſpondere ſint obligati.*

Atq. vt omnis eiuſcemodi, & aliorum errorum occaſio tollatur, & ne aliorum ſcribentium venena longè latèq. diffundantur, ſed præclarum imprimendi libros artificium in bonos tantum & laudabiles vſus exerceatur, ex certa noſtra ſcientia, animoq. deliberato, ac Imperiali Regiaq. authoritate, de maturo ſupradictorum Electorum, & aliorum Sacri Romani Imperij ſtatuum conſilio, deliberatio-
B *ne, & vnanimi conſenſu volumus, & ſub banni, & interdicti Imperialis, & alijs pœnis antèdictis præcipimus & iubemus, tenore præſentis edicti, quod vim inuiolabilis legis habere decernimus, ne quis de cætero Chalcographus & librorum impreſſor, aut alius quiuis vbilibet per Sacrum Imperium, atq. noſtra prædicta Regna & Dominia conſtitutus, libros vllos, ſeu aliam quamcunq. ſcripturam, in quibus de ſacris literis, aut fide Catholica aliquid vel minimum tractatur, non habito prius conſenſu, & voluntate Ordinarij loci, aut eius ad hoc ſubſtituti & deputati, aut authoritate etiam facultatis Theologicæ, alicuius propinquæ Vniuerſitatis, pro prima videlicet impreſ-*
C *ſione, alios verò cuiuſcumq. rei & facultatis libros, ſchedas, & picturas de conſenſu ſaltem Ordinarij, aut eius ad hoc ſubſtituti, vllo pacto imprimere vel vendere, aut imprimi vel vendi facere directè vel indirectè, quoquo modo præſumat, aut attentet.*

Quod ſi quis cuiuſcunq. ſit dignitatis, gradus aut conditionis, hanc noſtram mentem, decretum, ſtatutum, legem & ordinationem in omnibus & ſingulis ſupradictis, tam Lutheranam, quam impreſſoriam materiam concernentibus, inuiolabilitèr obſeruandam vllo pacto, aut quouis quæſito colore vel ingenio contra facere, aut
D *venire auſu temerario præſumpſerit, præterquam quod illud irritũ decernimus & inane, etiam in læſæ Maieſtatis crimen, ac noſtram & Sacram Imperij grauiſſimam indignationem, proſcriptioniſq. & banni, ac interdicti Imperialis, nec non alias ſæpè dictas pœnas ſe ipſo facto incurriſſe cognoſcat.*

Datum in Ciuitate noſtra Imperiali VVormatia, die octaua menſis Maij. Anno Domini milleſimo, quingenteſimo vigeſimo primo. Regnorum noſtrorum Romani ſecundo, cæterorum verò omnium ſexto.

Præclara prorſus Caroli conſtitutio, quam ſi Germaniæ Principes penſi habuiſſent, haud dubiè in tantas calamitates non incidiſſent. A

Cauſâ diſceſſus Roberti Markani à fœdere cum Brabãtis.

Per eoſdem dies Robertus Markanus à fœdere, quod non ita pridẽ cum Brabantis pepigerat, receſſit, cuius hæc cauſa fuiſſe putatur. Markanus Gubernator Bullonienſis, cum de temeratis à Principe Cymacenſi occaſione Domini de Hierges priuilegijs Bullonienſibus, ſæpe apud Cæſarem, ipſiuſque Cancellariam querelas depoſuiſſet, videretque ſe oleum operamque perdere, quærendam aliunde opem ad vindicandam iniuriam ratus, ſibi Galliæ Regem reconciliandum exiſtimauit: Quo haud difficulter impetrato, eius fretus potẽtiâ, non ſolum fœderi renuntiauit, ſed & miſſis Wormatiam, vbi Cæſar Comitijs intererat, fecialibus, ipſi bellum non minus infœlicitèr quam temerè indixit. B

Videbat inde Cæſar quid Gallus in pectore coqueret, nec tam ſibi cum Markano, quam cum eo negotium eſſe aduertebat: Nihilominus priuſquam Gallias petat, Markani temeritatem in aliorum exẽplum compeſcendam iudicans, Comiti Naſſouio mandat eiuſce rei expeditionem.

Is igitur arcem Longienſem primùm, deinde de Maſſoncourt, ac tandem de Sancy capit, ac præſidiarijs non paucis laqueo ſtrangulatis, ſolo æquat. Caſtrum quoque de Iametz aggreditur, verũ Domini de Fleurenges & Sancy Roberti filij, illud intempeſtâ nocte ingreſſi, confirmant Præſidiarios, eoſque obiectâ præſertim crudeli & ignominioſâ morte, quâ Naſſouius milites de Longes & Maſſoncourt affeciſſet, ad generoſam magis mortem appetendam adhortantur. His & alijs erectos animos ad pugnam acuunt, arcem viriliter defendũt, donec tandem Naſſouius obſidione ſoluta arcem de Floranges petit, quam cùm Dominus de Iametz, alter Roberti filius, fratrum exemplo animatus defenderet, à Germanis præſidiarijs clam Cæſari deuinctis, Naſſouio traditus & in caſtrum Namurcẽſe ad cuſtodiam miſſus eſt, arce ipſa ſolo tenus, vt priores, euerſâ. C

Roberti arces per Naſſouium capiuntur & diruuntur.

Sed & Bullonium, cui Robertus præerat, contendit, ac præſidiarijs auro corruptis arcem (alioqui inexpugnabilem) occupat.

Fit Cæſari ſupplex.

Robertus his preſſus anguſtijs, Franciſci de Serckinghem amiciſſimi interuentione, ſex hebdomadarum inducias à Cæſare impetrat. D

Interea varij motus Leodij ſuborti, quibuſdam Gallo Robertoque Markano, alijs Cæſari adhærentibus; multa palam in Cæſarem vti in puerum conuitia, multa in Epiſcopum probra iactabantur: ſed & alij, qui ſibi prudentiores videbantur, grauiora longè machinabantur.

Coniurarant illi Markanum & Gallos, qui ſuburbanis in ædibus portæ Aurotanæ occultabantur, nauigio per priuati cuiuſdam Ciuis poſticum, nocte intempeſta Annunciationis D. Virginis, in vrbem excipere

Digitized by Google

excipere, Epiſcopum Regi Galliæ tradere, Cæſareanos necare, ſed A diuinâ aliter diſponente prouidentiâ, cõiuratione detectâ, Epiſcopus officij magis quam fratris memor, duodecim factionis duces, actis in diuerſum equis, in partes diſtrahi fecit.

Sub hæc Comes de Brayne & Boſſe, Guilhelmi quondam Markani filius, Ciuitatem patriamque patri multa debere cauſatus, Magiſtratui Concilioque Ciuitatis minaces literas pro debiti ſolutione aſſequenda ſcripſit. Idem fecêre & hæredes Frederici de Horn præfecti Iametz, & Domini Roberti Thetin Regis Galliæ Conſiliarij, pro quibus & Rex ipſe partes ſuas interponebat, ſed contrà Cæſar datis literis, omnia quæ vel Ciuitas, vel priuati Ciues ſeu Gallo, ſeu eius adhę- B rentibus debere poſſent, iure belli fiſco ſuo aſcripta eſſe, ſeque illâ liberalitèr condonare Ciuitati reſcripſit.

Lutherus VVormatiâ dimittitur cum fide publica; bellum inter Carolum V. Cæſarem, & Franciſcum Galliæ Regem: Cæſar agit cum Erardo de Coadiutore Cornelio à Bergis.

CAPVT XII.

LVtherus nuper ſub fide publicâ per Cæſarem datâ, Wormatiâ C dimiſſus, in itinere pernicioſiſſimo mendacio ſe contra fidem publicam atrociſſimè vinctum, abductumque fingit & paſſim euulgat. Vnde ferè ad ſeditionem Wormatiæ ventum fuiſſet, niſi veritas mox luculẽter fuiſſet comperta. Ridebat interim ille in ſinu, & Alſtadium ſub patrocinio Saxonis profectus, alios Vulpes meditabatur dolos. Interea Vniuerſitas Louanienſis, tum ſponte ſua, tum per Cæſarem officij admonita, eius ſcripta hæreſeos damnat, editis in lucem certis articulis, quos non multò poſt eruditiſſimis cõmentarijs Ruardus Tapperus magnum Vniuerſitatis illius ornamentum, illuſtrauit. *Lutheri dolus ſeditioſus.*

Per eoſdem dies aliud exarſit bellum inter potẽtiſſimos Chriſtia- *Origo belli Cæſaris & Gallorum Regis.* D ni orbis Principes Franciſcum Valeſium Gallorum Regem, & Carolum Imperatorem, vel quia Gallus prælatum ſibi in Imperio Carolum ægrè ferret, vel quia illuſtrandi nominis occaſionẽ quæreret. Siquidem perſuaſum videtur quibuſdam Chriſtianis Principibus nonniſi bellis inter ſe gerendis immortalitatem parare poſſe. Protractum fuit hoc bellum trigintaocto annis, maximo fidei & religionis, totiuſque Reip. Chriſtianæ detrimento.

Et Rex quidem Franciſcus eâ æſtate venit in Hannoniam, captis exuſtiſque oppidis nonnullis obſcurioribus. Cæſar verò cui inter alios Erardus Præſul erat à conſilijs, Valencenas petens Tornacum obſedit, quod & vltronea deditione cepit.

Digitized by Google

Succeſſio Pontificum. *1522.*

Leo decimus Romæ obit menſe Decembri, in eius locum anno 1522. menſe Ianuario Romæ Pontificem excipit Hadrianum Florentinum Traiectenſem à Traiecto inſigni Hollandiæ oppido, Cardinalem ſanctorum Ioannis & Pauli, eximiâ ſacrarum literarum doctrinâ, atque omni virtutum genere ornatiſſimum, quem Belgium primum & vltimum Pontificem Romanum hucuſque habuit, eſtque vocatus Hadrianus ſextus, nomine, quod olim in Baptiſmo acceperat, reſeruato. A

Creſcebat per id temporis in immenſum, granorum precium per Patriam & vicinas Prouincias: Huic malo remedium adhibens Præſul, edicto publico per Ciuitatem & Patriæ oppida vetat, ne quis cuiuſcumque ſtatus & conditionis, vel flumine, vel continenti, grana extra Patriam euehat, vel exteris diuendat, pœnâ ijs qui ſecus fecerint, exilij decem annorum conſtitutâ, amiſſioniſque curruũ, equorum, nauium, applicandâ pro vnâ parte Præſuli, pro alterâ inſtaurationi Ciuitatis, tertiâ denunciatori. B

Erardus fit Cardinalis.

Per idem tempus Sedis Apoſtolicæ Legatus à Leone decimo miſſus, Erardo Antiſtiti pileum Cardinalitium ſub titulo ſancti Griſogoni Brugas defert, quem Cæſar Erardi nomine precioſo munere honorauit.

Cornelius à Bergis nominatur Coadiutor Leodienſis.

Aduertens verò magni referre qualem haberet Eccleſia Leodienſis Epiſcopum, cœpit Carolus hoc eodem tẽpore cum Erardo à Marka de Coadiutore, qui ei in Epiſcopatus adminiſtratione ſuccederet, agere; erat in aula Margaretæ Brabantiæ Gubernatricis Cornelius à Bergis, vir non minori prudentia, quam vitæ integritate clarus. Hic cùm non modo Cæſari Margaretæque; ſed & Erardo gratus eſſet, & ad regendam eam Eccleſiam maximè vtilis videretur, Erardus Capitulo Leodienſi conſilium Coadiutoriæ aperit, perſonam cõmendat. Annuit Capitulum Cæſaris fauore, & maximè ne per affectiones & reſeruationes liberâ electione, Erardo iam Cardinalitia dignitate inſigniendo, fraudaretur. C

Origo Societatis Ieſu.

Per idem tempus Rex Galliæ Andream Foxeum cognomẽto Aſperotum mittit, qui Nauarram Henrico Alebretto reſtitui curet: Hic negotium à Rege commiſſum acritèr promouens, Pampelonem etiam Hiſpanis eripuit. In eius vrbis arce expugnãda Ignatius Loyoleæ familiæ natu minimus grauiter læſus eſt, quod & illi ſalutis, & celeberrimæ Societatis Ieſu fundationis initium fuit. Suſcitauerat nuper humani generis hoſtis Lutherũ ad Eccleſiæ euerſionem, & ecce Deus ad inimici caput conterendũ, ſocietatem illam, ex milite grauitèr vulnerato, in aciem ducit. D

CAPVT.

A

Adrianus Pontifex ſcribit ad Principes Germaniæ, & imprimis Fredericum Saxoniæ Ducem contra Lutherum.

CAPVT XIII.

EOdem tempore Hadrianus Pōtifex zelo fidei & religionis accenſus, ad omnes ferè Germaniæ Principes ſcribit, monens,
B vt ſuccreſcentia Lutheri dogmata, ſacris literis, Eccleſiæ & priſcorum Patrū traditionibus cōtrāria, explodant; memores quāto ardore maiores eorum antiquam & orthodoxam religionem olim aſſeruiſſent, à quibus degenerare cùm ad famam turpe ſit, tum verò impium foret.

Scribit ſingulatim doctiſſimam, & paternæ beneuolentiæ pleniſſimam Epiſtolam, Duci Saxoniæ Frederico, in cuius dominatu, totius incendij fax Lutherus, agebat. Cuius exemplar, vt huius Pōtificis tum pietas tum eruditio, hiſtoriæ quoque huius temporis veritas clarius eluceſcant; placuit hoc loco totidem verbis, quibus primùm in lucem edita eſt, ſubijcere.

C

EPISTOLA HADRIANI SEXTI PONTIFICIS AD DVCEM Saxoniæ.

Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Satis & plus quàm ſatis ſuſtinuimus, dilecte in Chriſto, ſi forte Dei pietas tuam animam inuiſere dignetur, ac dare pœnitentiam ad cognoſcendū veritatem, vt reſipiſceres à diaboli laqueis, à quo captiuus detineris.

Edita ānoDomini 1522. Ex 4. Con tom. pag. 706. ex Colonien. editione anno 1567.

D *Nouimus te paterne monitum à fœl. rec prædeceſſore noſtro, vt à te ſeparares perniciem illam Chriſtianæ religionis Martinū Lutherum: & cùm iam toti orbi manifeſtæ eſſent ſceleſtiſſimæ machinationes illius, ſperauimus & te ad cor pœnitens reuerſurum, Sed quoniam* expectauimus vuas, & ecce qui fruſtrà conflauit conflator, *(Eſa. 5 a.)* malitiæ enim tuæ non ſunt conſumptæ: *coëgit nos miſeratio tui, (Hier. 6 g.) coëgit paternus amor, quo te & tibi ſubditos Saxones in Domino ſemper fuimus proſequuti, ſalutaribus & paternis monitis adhuc conuenire, vt vel tandem reſipiſcatis, antequàm planè in vos conueniat, (Ibid.) quod mox ſubdit Propheta:* Argentum reprobum vocate eos,

quia

quia Dominus proiecit eos. *Et quid dicemus vobis, quàm Galatis ſuis Paulus*: O inſenſati, quis vos faſcinauit veritati non obedire? *Currebatis bene*. Interrogate patres veſtros, ac dicent vobis; maiores veſtros, & annunciabunt vobis. *Quod ab ea ætate, quo vno eodemq́ tempore vixêre Hadrianus Romanorum Pont. & Carolus ille Magnus Imperator, Saxonicæ fidei plantatores, ad noſtra vſq́ & chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli tempora, aui & proaui veſtri, atq́ adeò Saxones omnes, ſemper habiti eſtis veluti pacis amatores, fidei propugnatores, & per omnia obedientiæ pacifici filij: taleſq́, vt non immeritò Gregorius V. natione Saxo, olim Rom. Pont. Saxoniæ Ducem in Rom. Imperatoris conſtituerit Electorem. Quomodo ergo tam cito mutatus eſt color optimus*? Cur tam facilè transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium quod non eſt aliud, niſi ſunt quidam, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti? Quis vineam Domini Sabaoth tam pulchrè plantatam eſt demolitus? Certè exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. *Sed væ illud à vobis à domeſticis & amicis, à cruciatu precordiorum.*

Gal. 3. a. Deut. 32. a. Thre. 4. a. G. 1. b. Eſai. 5. a. Pſal. 79. b.

Obſecramus te fili dilecte in Chriſto, leua oculos tuos in directum, & vide vbi ſis proſtratus. Conſidera quantum Eccleſiæ Chriſti, tot malis vndiq́ circumuallatæ ac pene oppreſſæ, pro operâ quâ illi ſubuenire debueras, cladem inſuper intuliſti. Oppugnatur foris ab infeſtiſſimo illo ac potentiſſimo Chriſtiani nominis hoſte. Diſſident intus Principes Reip. Chriſtianæ & in mutuam armati perniciem, cruentiſſimis inter ſe odijs confligantur: & in fraterna viſcera ferrum ſtringunt, vt vix Ethnici inter ſe crudelius. An hæc ita tibi viſa ſunt non ſatis grauia, niſi contritionem induceres ſuper contritionem nutriens ac fouens ſerpentem illum in ſinu tuo, qui veneno linguæ ſuæ Eccleſiam & terras infecit adeo, vt nunc peruenerit gladius etiam vſq́ ad animam. Quanto autem pluris eſt anima, quam corpus: tanto grauius eſt prædictis omnibus horrendum illud & pluſquam tartareum venenum, quo hæreſum ac ſchiſmatum contagione tot myriades animarum interierunt, intereuntq́.

Ita tibi debemus omnes, quod nunc paſſim ab vnitate matris Eccleſiæ recedatur: Quod auertatur vulgus indoctum, ac bis mille præſtigijs ac faſcinationibus retrahatur à fide quàm ſuxit ab vbere materno: Quod Baſilicæ ſint ſine plebibus, plebs ſine ſacerdotibus; ſacerdotes

A ſacerdotes ſine debitâ reuerẽtiâ, & ſine Chriſto deniq; Chriſtiani: quòd ſacramenta fidei, non ſacra cenſeantur: quòd ſanctuarium Chriſti, ſanctum eſſe negetur: quòd dies feſti feſtiuis fruſtrentur ſolemnijs: quòd moriantur homines in peccatis ſuis, rapiantur animæ ad tribunal terrificũ, nec pœnitẽtiâ reconciliati, nec ſacra cõmunione muniti: quòd pulcherrimus ille tabernaculi ordo cõfuſus ſit, & pro Chriſtiana pace ac tranquillitate ad rebellionem, ad rapinas, ad cædes, ad incẽdia, cum magno ac manifeſto Chriſtianæ Reip. diſcrimine, veluti claſſico paſſim excitati. Pro quibus egregijs tuis in Eccleſiam Chriſti meritis, quo te præmio, imo quo non ſupplicio dignum cenſebimus?

B At dices forte, ſerpens me decepit. Dignam certe recepiſti mercedẽ, qui illum nutriuiſti in ſinu tuo. Sed itane ſtultus es ac ſine corde, vt in eis maximè rebus, in quibus errare, damnari eſt: vni homuncioni cooperto peccatis, quàm tot ſanctiſs. ab initio patribus, qui in lege Dei meditati ſunt die ac nocte: & quàm tot Vniuerſalibus Concilijs, aduerſus quæ impudens os illud veluti ſepulchrum patens, ſe aperire non erubeſcit: ſanctæ deniq; & Catholicæ Eccleſiæ, cuius ritum, conſuetudinem & decreta, à tẽporibus Apoſtolorũ ad nos vſq; inuiolabiliter obſeruata, vnus iſte ſacrilega temeritate dãnare præſumit, plus cre-

C dere potueris? O cæcam dementiam, ac pluſquã Iudaicam cæcitatem.

Antiqua & vſitata hæreticorum verſutia ſacris literis male intellectis errores ſuos palliare.

At fortaſſis hoc tibi impoſuit, quod veterator ille Martinus & eius ſequaces, de capitulis ſcripturarum viſi ſunt ſua confirmare. Et quis tandem hæreticorum ita non fecit? An non hæ ſunt veteris ſerpentis aſtutiæ, qui hâc veluti eſcâ obducto hamo, miſeris animabus mille technis & verſutijs ſemper eſt inſidiatus, quiq;, quo angularem infringeret veræ fidei lapidem, ac Chriſtianam ſcinderet vnitatem, in ſcripturarum agrum, ſuum ſeminare ſemen & peruerſam ſcripturarum intelligentiam, iampridem eſt aggreſſus? Cum itaq; maxima ſemper pars Eccleſiarum, imperita turba ſit, & vix vnus reperiatur aut

D alter, qui ſpiritualibus oculis de ſcripturarum intelligentia dignè valeat iudicare: ſi quidem librum ſignatum legimus, quem ſolus Leo de tribu Iuda dignatus eſt aperire, ac ſoluere ſignacula eius: quæ tandem eſt iſta diabolica excæcatio vni carnali homuncioni, ſemper eructanti crapulam & potum, quam reliquo orbi vniuerſo, quam tot ſpiritualibus patribus, quorum voluntas ſemper fuit in lege Domini, qui vitæ ſanctimoniâ, oſtenſione ſpiritus, ac virtute, glorioſo deniq; martyrio ſuam doctrinam comprobauerunt, in ſcripturarum intelligentia plus te fidei habere potuiſſe?

Apoc 5.

Nn O ca-

O cæcitatem nouam & inauditam. Vnus Apoſtata tibi potuit perſuadere, fefelliſſe priores vniuerſos, errare poſteros, & in ſolum ſe & quos decepit perueniſſe regnũ Dei, perueniſſe totas miſerationum Dei diuitias, ac gratiam vniuerſitatis? & quid non dicimus cum propheta: Heu, heu, Domine: ergo ne decepiſti populum tuum? *Quin potius,* cur non deuitatis *(ſecundum Apoſtolicum præceptum)* quæſtionibus ac pugnis verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malę, conflictationes hominum mente corruptorum, & ſubuertunt corda audientium, ex operibus ſuis, *iuxta Dominicam deſignationem,* ſtuduiſtis cognoſcere filium *profanum iſtum, qui ad* vos venit primum in veſtimentis ouium, *lupus intrinſecus rapaciſſimus? Si quidem non ex folijs, non ex floribus, ſed* ex fructibus arbor cognoſcenda *erat.*

Hier. 4. 1. Timo. 6. Math. 7. — A B

An non manifeſtiſſimi ſunt nequiſſimi fructus eius? Siquidem ſacrilegus hic aduerſus Deum, imagines ſacras, atq; adeo ipſam crucẽ Christi, ſceleratis manibus confringere, & pollutis conculcare pedibus non formidat: contra ſacerdotes Dei furore impio temerariè debacchans non deſinit laicos ad lauandas ſibi in eorum ſanguine manus, ſedulo concitare: Eccleſiam Chriſti parricidalibus armis oppugnans, hoc agit aſſiduo, vt ſuffocentur homines in peccatis ſuis: hoc vnum elaborat, ne diuina miſericordia ſuis ſacramentis, quæ peccatorum remedia efficacia eſſe voluit, vulneratos in Eccleſia ſua curet. Ita enim ea aut ſuſtulit vniuerſa, aut hæreſeos ſuæ peſtifero infecit veneno, vt toxicum magis requirat, quam animarum medicinas. Præcepit ſuis, ne indignanti Deo quis ſatisfaciat: ne ieiunijs, orationibus, lamentationibus peccata redimat: ne hoſtia illa placens Deo, corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti à ſacerdotibus offeratur quotidie pro peccatis noſtris. Vota docet non reddere Domino Deo ſuo. Et cum ipſe ſit Apoſtata, ac profeſſionis ſuæ deſertor, vt plurimos ſui faciat ſimiles, ſancta illa Deo vaſa polluere non veretur, conſecrataſq; Chriſto Virgines, & vitam monaſticam profeſſas, extrahere à Monaſterijs ſuis, & mundo, immo Diabolo quem ſemel abiurauerunt, reddere. Quod in veteri lege in vmbraticis ſacerdotibus Dominus non tulit, quod ethnici in idolorum ſuorum flaminibus omnes ſunt abominati; Chriſti ſacerdotes etiam viliſſimis copulat meretricibus. Sanctos Patres illos, quorum vita & doctrina illuſtrauit vniuerſum mundum, non ſolum debito honore non proſequitur, ſed multo

Lutheri furor & immanis audacia. Lutheri præcepta qualia. — C D

quàm

Digitized by Google

A *quàm Cain ſceleſtius deſpicit, deridet, contemnit, inſectatur. Sacroſanctis omnibus vniuerſalibus Concilijs impudenti ore palam contradicit, ac ſacrilega lingua detrahit: libertatis ſpecie, licentioſam quãdam vitam, nullis constrictam legibus ac vere ferinam, inducere conatur. Vnde & exlex homo, contemptor ac violator legum omnium, in tantam erupit mentis veſaniam, vt ſanctiſſimorum patrum decreta & Eccleſiaſticos canones igne publico concremare non formidarit. Et breuiter Christianam veritatem, omnem rerum Ordinem, pulcherrimam deniq. Eccleſiæ faciem, à Christo ab Apoſtolis, Apoſtolicisq. viris ac ſanctiſſimis Patribus ab initio conſtitutam,* B *vnus hic poſt tot centenos annos diſcindere, inuertere ac deformare molitur.* Lutherus Concilijs detrahit.

Quòd ſi nondum ſatis etiam internoſcis, de Christiano magiſterio, an de Antichristi ſpiritu iſta proficiſcantur: ſi ita faſcinauit te præſtigiator ille vt credere poſſis vnum hunc perfidiſſimum apoſtatam, veluti alterum Heliſæum habere duplicem ſpiritum Hæliæ, aut alterum eſſe (quem ſe iactitat) Danièlem, in quo ſit ſpiritus amplior & intelligentia ſcripturarum maior, quàm in omnibus olim ſanctiſſimis illis doctiſſimiſq. viris, quâm in ſacroſancta Eccleſia Catholica, quid C *eſt te vno cæcius?*

Aut ſi iam ex fructibus arborem cognóſcens, in errore perſiſtis tamen, quid te miſerius? Sed eſto: transfiguratus ſit coram te Satanas ille in angelum lucis, *& quæ manifeſta ſunt opera carnis ac Diabolica, ſpiritus eſſe & Christi opera, venenatá ſuá facũdiá perſuadere potuerit: Nunquid non vbiq. vel hoc ipſo prodidit, cuiuſnam ſpiritus ſit quòd omnis eius ſermo amarus eſt, virulentus, arrogans ac maledicentiſſimus, nuſquam non ſcatens conuitijs, blaſphemijs, ac ſcommatibus pluſquam venenatis, aduerſus omne Christianæ pietatis, modeſtiæ, manſuetudinis ac benignitatis officium? Nunquid ita docuit* D *Paulus, cuius ſe iactitat ſpiritum habere, cum nulla eius extet Epiſtola, quæ non pacem & vnitatem, ac alias id genus virtutes redoleat? An non Romanos ſuos hortatur in Domino, vt in* charitate fraternitatis ſe diligant, inuicem ſectentur quæ ſunt pacis, & quæ ædificationis cuſtodiant? *Corinthijs an non teſtatur, ſe docere in Eccleſiis,* Deum non diſſenſionis, ſed pacis Deum eſſe? *breuiter nunquid non vbiq. clamat, vbiq. docet Euangelica illa tuba, vt digne ambulemus in omni humilitate ac manſuetudine cum patiẽtiá ſupportãtes inuicẽ in charitate,* ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus in

2. Corint. 11.

Qualis Lutheri ſermo.

Rom. 12. c.

1. Corinth. 14. g.

 vinculo

Gal 6. vinculo pacis, vtque deponamus oẽm iram, indignationẽ, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem? *Quo igitur pacto maledicentiam, amaritudinem, iram, indignationem, blaſphemiã, inflationem, iactationẽ, quæ ita huic peculiaria ſunt, vt illa Paulo ac illius diſcipulis vniuerſis, qui mitis eſt ac humilis corde: non Paulini, non Chriſtiani, ſed Diabolici ſpiritus eſſe certiſſima indicia, vel cæco non clariſſime appareat? Ex verbis illius quomodo non intellexiſti, Chriſtũ in corde ſuo, an vero Antichriſtum haberet, ſecundũ quod ipſa veritas in Euãgelio ayt: progenies viperarũ quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali?* De abundantia enim cordis os loquitur. *Et cum ſcriptũ ſit, quod* maledici regnũ Dei non poſſidebũt: *Item cum in Euangelio dicat Dominus.* Quicumq; dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio: Qui autẽ dixerit, fatue, reus erit Iehennæ incendio: *illũne eſſe Antichriſti Apoſtolum, cuiquam obſcurum eſſe poterit? Qui non modo ſacerdotes Dei, ſed & Principem ſacerdotum Petri ſucceſſorem, Ieſu Chriſti in terris vicarium, tam nefandis infamibuſq; nominibus, tam inauditis contumelijs, conuitijs, ac blaſphemijs, nuſquam non lacerat, diſcerpit, & inſectatur, vt ea commemorare pudica refugiat lingua, & audire horreant aures caſtæ. Qui Apoſtolicam cathedram, in qua præſedit caput Apoſtolorum Petrus, cui præfuerunt tot ſancti Pontifices, quam Eccleſiam principalem, vnde ſit exorta vnitas ſacerdotalis, ſanctus ille & glorioſus martir Cyprianus non dubitat aſſerere, impio ac peſtilenti ore Cathedram peſtilentiæ, Antichriſtianam, Diabolicam, & ſi quæ potuit excogitare nefandiora toties appellare non ceſſat: Qui ſcholas Chriſtianas, quæ tam multos & doctiſſimos, ſanctiſſimoſq; viros, tam egregias in Eccleſiam Dei columnas nobis protulerunt, impudicâ linguâ ſua, lupanariâ, Sodomas & Gomorrhas vbiq; vocare non verecundatur: Qui non ſatis habet omnipotentis Dei ſacerdotes probris omnibus, conuitijs, contumelijs, ac blaſphemijs horrendis & inauditis, nũquam non publicè ac priuatim inſectari quibuſuis canibus viliores facere, niſi etiam laicos concitet ad lauandas ſibi manus in ſanguine ipſorum.*

Ephe 4. — Col 3 — *Lutherus ex ſermone cognoſci potuit valde perfidus.* — Matt. 3. — Matthei. 5. — *Lutheri in Pont. blaſphemiæ.*

A — B — C — D

Cum tamen quanto honore haberi velit ſacerdotes ſuos, maximè autem Principem ſacerdotum, idem ipſe Dominus in Deuteronomio teſtatus eſt dicens: Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus

Deute 17.

Deus

Digitized by Google

A Deus tuus, venieſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunque dixerint, qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtrã. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tẽpore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malũ de Iſraël: cũctuſq; populus audiẽs timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. *Et Samuel cùm ſperneretur à filijs Iſraël, an non dicit Dominus*: non
B enim te ſpreuerũt, ſed me, ne regnem ſuper eos: *manifeſtè oſtendens, inuiſibilem ſe cõtemni, cum viſibilem quis ſpernit ſacerdotem? Quare & Moſes murmuranti aduerſùs ſe populo reſpondit*: non aduerſus me murmuraſtis, ſed aduerſus Dominum Deum veſtrũ. *Quod ſi Leuiticos illos ſacerdotes tanta honoris prærogatiua præcellere voluerit Dominus, qui exẽplari tantum ac vmbræ deſeruiebant cæleſtium, in vmbratico illo tabernaculo ſacrificiorum officia conſummantes: quo tandem honoris loco eos haberi voluit, quibus tradidit claues regni cælorum? tantamq; tribuit poteſtatem, vt* quæ ligarẽt ſuper terrã, ligarentur & in cœlis: & quæ ſoluerent ſuper terrã,
C ſoluta eſſent & in cœlis: vtque quorũ ipſi dimitterẽt peccata, dimiſſa forẽt: quorũ retinerẽt forent & retẽta? *Qui non ſanguinem hircorũ aut vitulorum, ſed Hoſtiã viuã, ſanctã, immaculatã, corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Christi offerunt quotidie pro peccatis noſtris, conficiunt verbo ſuo, ac manibus tractant, & breuiter ſacramẽta omnia, quibus hominibus vita ſaluſq; tribuitur animarũ, ſuis perficiunt orationibus. Quanto, inquam, honore hos præcellere voluerit Dominus, quis tandem dubitabit, quod nec ipſe tacuit, in Euangelio, cùm dicit ad eos*: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum
D qui miſit me? *Et quid conſequitur? Quod in eundem Chriſtum blaſphemus eſſet & maledicus, qui ſacerdoti Chriſti blaſphemat aut maledicit.*

1. Reg 8.

Exod. 16.

Matt. 16.

Luc. 10.

An non hoc primum mandatum in retributione, Honora patrem & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram? qui autem maledicit patri aut matri, morte moriatur. *Nunquid ad carnales tantum parentes illud eſt referendum? Et num minus ad eos qui nos in Chriſto regenerauerunt, per quos Chriſtiani ſumus, qui*

Exo 20.
Deut. 5.

nobis peccata dimittunt, qui cæleſtibus nos paſcunt ſacramentis?

A

Quid ſi peccatores ſunt & mali ſacerdotes? Quid ſi & parentes? nunquid propterea eos non honorare, aut eis maledicere licebit? Nunquid non & Iudas erat inter eos, quos Dominus miſit ante faciē ſuam, & ad quos dicebat: Quicunque non receperit vos neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo aut ciuitate excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati. *An non præcepit ita Apoſtolus*, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis? *Quod ſi malis & peccatoribus non ſit obediendum, quibus tandem? Quoniam* ſi dixerimus, peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. *Ouis es noli diſcutere paſtorem: Noli te iudicem Dei conſtituere & Chriſti. An non ita præcepit Dominus in Euangelio, dicens*: Super cathedram Moſis ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: Si quæ autem fecerint male, facere nolite: *manifeſte ſignificans; habere eos dignitatem, tametſi vitæ eſſent perdita. Nunquid idem Dominus, cum poſtea tempore paſſionis alapam accepiſſet à ſeruo ſacerdotis, dicente ſibi*: Sic reſpondens Pontifici? *aduerſus Pontificem quidquam dixit contumelioſe? quin magis innocentiam ſuam aſſerens & oſtendens*, Si male *inquit*, loquutus ſum, exprobra de malo: ſin bene, quid me cædis? *An non & Paulus, cum cæderetur in Concilio iuſſu Ananiæ, diceretq́ ad eum*, percutiet te Deus paries dealbate: Et tu ſedens iudicas me ſecūdum legem, & contra legem iubes me percuti: *Audiens ab adſtantibus: Sic inſimulas ſacerdotem Dei, maledicendo ipſum? tamen inane nomen & vmbram quandam ſacerdotis cogitans, expauit*; Neſciebam, *inquit*, fratres, quia Princeps eſt ſacerdotum. *Scriptum eſt enim*: Principi populi tui non maledices.

Luc. 10. — Matth. 10. — Hebre. 13. — 1. Ioan. 1. — Matth. 23. — Ioan. 18. — Act. 24. — Exod. 22.

B — C — D

Quo magis miramur, quod ex iſtis diabolici ſpiritus operibus veluti fructibus nequiſſimis arborem peſſimam nondum cognouiſtis. Et quis tandem eſt ita hebes animo, vt non videat quo nunc prorumpant furioſiſſimi conatus iſtius, cùm vt quiſq́ eſt facinoroſiſſimus, deſperatiſſimus latro aut homicida, ſub iſtius vexillis ac ſignis conueniant? Eccleſiam iam Chriſti parricidalibus armis ac ſacrilegis manibus, non clam, ſed palam oppugnantes, conſecrata Deo loca, templa & monaſteria exurunt & profanant: Chriſto dicatas virgines, Sacerdotes Chriſti & monachos crudeliſſime perſequuntur, Eccleſiarum bona diripiunt:

Digitized by Google

A diripiunt: & breuiter, rapinis, latrocinijs, cædibus ac incendijs con-
fundunt vniuerſa: excæcante nimirum eos iuſto Dei iudicio, & in
inſaniam manifeſtam erumpere permittente, vt neminem iam latere
poſsint ſceleſtiſsimæ machinationes iſtius.

Atq́, hi qui peſtifera contagione ipſius infectos ſeſe nunc tandem
cognouerunt ſchiſmatico errore depoſito; ac hæretico furore deſerto,
vnitatis ac veritatis domicilium fidei ſanitate repetunt. Inter quos,
dilectæ nobis in Chriſto Ieſu, cum & te non ex poſtremis reuerſurum
ad ſalutarem matris ſinum ſperaſſemus, quem reuertentem libenter
& obuijs excepiſſemus manibus: bona ſpe tandem noſtra fruſtrati, vi-
B demus ſupra petram indurauiſſe te faciem tuam: videmus perniciem
illam animarum Lutherum ſub tuo patrocinio latitantem, ſuum
adhuc virus longe lateq́; ſpargere. Sed quoniam adhuc potens eſt Matth. 3.
Dominus Deus etiam de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ,
antequam egrediatur vt ignis indignatio eius, & ſuccendatur, nec
ſit qui extinguat: ideo te fili dilecte in Chriſto obſecramus per viſcera
noſtri redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, per Chriſtianam vni-
tatem, per patriæ charitatem, per tuam deniq; ipſius tuorumq; ſalu-
tem, miſerere Eccleſiæ Chriſti, & tot iam malorum procellis vndiq;
exagitatæ ac pene oppreſſæ tua maxime culpa, aliquando fer opem: mi-
C ſerere patriæ noſtræ, quæ ſinceræ olim fidei, eximiæ religionis, ſanctæ
ſub iugo Domini ac religioſæ obedientiæ inſigni præcellens gloria, per-
niciem iſtam religionis Chriſtianæ, ac fidei ac pietatis publicum hoſtē
Martinum, in ſuis ſe peperiſſe ac fouiſſe viſceribus, nunc erubeſcit.
Miſerere deniq; tui ipſius, tuorumq; miſerere ſeductorum Saxonū,
quos niſi reſipiſcatis, & quidem cito, manet præſens & certa vltio
diuina, quam neq; in hoc ſæculo effugietis, neq; in futuro. Hæc dicit Hier. 5.
Dominus Deus: Audi popule ſtulte, audi Princeps qui non ha-
bes cor: qui habetis oculos, & non videtis: aures & non auditis: Ioan. 5.
me ergo non timebitis, & à facie mea non dolebitis? nunquid
D non audiſtis, quæ fecerim in diebus antiquis?

Legite ſcripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere,
& inuenietis, quàm grauis ſemper fuerit, & quàm terribilis diui-
na vindicta in illos qui in populo Dei ſchiſmata concitauerunt.
Nunquid non legiſtis horribilem diuinā vltionem aduerſus Dathan Num. 16.
& Abiron, quod multitudinem aduerſus Moſen cōcitauiſſent, quos
dehiſcens ſub pedibus terra, & aperiens os ſuum, deglutiuit, &
omnia quæ ad eos pertinuerunt, ita vt deſcenderent viuentes
in

in infernum? *Et aduerſus* Core, *quem eandem ob cauſam cum* du- A
centis & quinquaginta viris cœleſtis flamma deuorauit. *Quod ſi*
ob durius imperium fortaſsis, aut quorundam paſtorum ſeu ignauiã,
4. Reg. 17. *ſeu malitiam, ſchiſmata excitanda putatis: nunquid non ex libro Re-*
gum audiſtis adeo indignatum fuiſſe Dominum aduerſus decem tri-
bus filiorum Iſrael, & in omne ſemen eorum, vt dimoueret eos,
& tradiderit in direptionem, donec proijceret eos à facie ſua? *Ob*
3. Reg. 12. *quã tandem culpã, niſi quod ob durius imperiũ Salomonis & imprudẽ-*
1. Reg. 15. *tius arrogãtiuſq; reſponſum Roboam Regis Hieruſalem, ſciſſæ fuerũt*
à tribu Iuda & Beniamin? Quam præſens ſemper fuerit Dominus
2. Paral. 26. *vindex ſacerdotibus ſuis, an non* Saul *ab regio abiectus honore, &* B
Ozias Rex Iuda percuſſus lepra, *propterea quòd quæ ſacerdotum*
erant, contra ſacerdotes Domini ſunt auſi vſurpare, ſufficienti vo-
bis potuerunt eſſe argumento? Et breuiter: An non omnes teſtantur
hiſtoriæ, vniuerſos vltrice Domini manu infœlici perijſſe exitu, qui
in Chriſtos Domini ſacrilegas manus inijcere non formidauerunt?
Contra autem, fœlicia omnia & longam illis contigiſſe vitam, qui
Chriſtum in ſacerdotibus ſuis venerati ſunt? Moueant ergo vos exem-
pla aliorum, & cogitate quid vobis ſit expectandum qui venerabilem
Dei chorum, in manus tentatis tradere profanas. C

Num. 16. *Proinde quod Dominus per Moſen præcepit vniuerſo populo Iſra-*
ël, vt ſepararentur à tabernaculis Core, Dathan & Abiron, nec
tangerent quidquam quod ad eos pertineret, ne inuoluerentur
in peccatis eorum: *Hoc & vobis, præcipuè autem tibi dilecte fili,*
eiuſdem Domini noſtri auctoritate præcipimus & obſecramus in
Chriſto Ieſu, vt ſeparemini à Martino Luthero, auferatis à vobis
petram illam ſcandali, neq; tangatis quod illius eſt, ne & vos di-
uina vltio inuoluat ſubito in peccatis illius. Expurgate *quampri-*
1. Corint. 5. *mum* Fermentum, *quod reliquam fidei veſtræ maſſam corrumpit,*
vt ſitis noua cõſperſio, nouaque creatura. D

Non dedigneris fili dilecte Paulum imitari, quem ſicut viciſti in
Eccleſiæ Dei perſecutione, tam grauem animarum perniciem ſub
tuo nutriens patrocinio: ita reuerſus ad cor, effice vt omnes intelli-
gant tuam conuerſionem: vtq; qui per te ſunt ſcandalizati, in te
rurſus glorificent Deum.

Maxime autem hoc præſta quamprimum, vt impurum os illud
obſtruatur, vt capuletur blaſphema lingua, quæ contra Deum ac
ſanctos eius loqui non ceſſat, & virus ſuum vndiq; ſpargit. Et vt pro-
pheticis

Digitized by Google

A *pheticis vos verbis admoneamus*, State ſuper vias, & videte ac interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea & inuenietis refrigerium animabus veſtris. State, *inquam*, & doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, per quam ambulauerunt Patres veſtri, *quam demonſtrauerunt tot myriades Martyrum, docueruntq́ tot millia Confeſſorum, & ambulate in ea.* Hier. 6. Hebr. 13.

Quod ſi à vobis impetrauerimus, ſicut & ſincere ſperamus, erit quod gaudeamus cum Angelis de peccatore pœnitentiam agente, B & perditam ac rurſus inuentam ouem humeris noſtris ad ouile *Domini gaudentes reportabimus, paternaq́ pietate quantum in nobis fuerit, ſtolam vobis priſtinam reſtituemus. Quod ſi dixeritis, non ambulabimus: & paternè ſalubriterq́ vos monenti reſpondebitis, non audiemus.* Ideo audite gentes; dicit Dominus, & cognoſcite congregationes, quanta ego faciam eis. Luc. 15. Hier. 6.

Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.

Sed & hoc tibi denunciamus in virtute omnipotentis Dei, & C *Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius in terris Vicarius ſumus, nec te in præſenti ſæculo hoc laturum impune, & in futuro æterni te ignis expectare incendium.*

Viuunt vna Pontifex Hadrianus & religioſiſſimus Imperator Carolus, meus chariſſimus in Chriſto filius & alumnus: cuius tu Edictum verè Chriſtianum aduerſus Lutheranam perfidiam, & quam talem decebat Imperatorem, non ſine graui offenſa ac vilipenſione Cæſareæ Maieſtatis, violare non timuiſti. Non committemus, vt quos olim cum Magno Carolo Hadrianus Pontifex in Chriſto renuerunt, nunc Hadrianus Pontifex & Imperator Caro- D *lus ſub ſchiſmatico ac hæretico tyranno, hæreſum ac ſchiſmatum ſinamus interire contagione. Quare reuertimini ad cor; & reſipiſcite, tu tuiq́ miſerere ſeducti Saxones, niſi vtrumq́ gladium, Apoſtolicum ſimul & Cæſareum, olim velitis experiri.*

Scripta Romæ Anno Domini M. D. XXII.

Hadrianvs Sextvs.

Oo Per

Digitized by Google

Per eoſdem dies Henricus eius nominis octauus Angliæ Rex, eodem zelo ardens, magna cum omnium admiratione, doctè ſolidèque ſcripſit in Lutherum, eo nomine à Pontifice, & ampliſſimo Cardinalium Senatu, Catholicæ fidei defenſor tunc appellatus. A

Hoc audito Lutherus omnis pudoris & modeſtiæ oblitus, libro peſtilentiſſimo inſolentiſſimè in eum inuectus eſt, vtque eius eleuet auctoritatem, non ſolum Eccleſiæ Henricianæ inſultat, ſed & omnibus Papiſtis, Thomiſtis, antiquis Patribus, ipſiſmet (quæ fuit eius animi impotentia) Angelis bonis & malis.

1523. Ano 1523. menſe Mayo, habitis Leodij Comitijs, actum imprimis vt edictum Cæſaris contra Lutherum & Lutheranos, non ſolum per Ciuitatem, ſed & alia Patriæ oppida publicetur, vt Curia Officialis, B cæteraque Patriæ tribunalia ab abuſibus repurgentur, vt arces munitioneſque Patriæ contra hoſtium incurſus inſtaurentur. Et quidem edictum mox contra Officiales, tum Leodij, tum per omnes Patriæ regiones publicatum fuit: alia duo, longâ conſultatione habitâ, per varias cauſas in aliud tempus reiecta. Inter alias, operum inſtaurationem retardauit inſolitum gelu, quod menſe Iunio circa feſtum Ioannis exortum, Frumenta, Legumina, Vina, cæteraſque terræ fruges corrupit, & ne quid ſolatij hoc anno reſtaret in Nouēbrem menſem vſque perdurans, omne ſemen infrugiferū reddidit, vſque adeò vt inſequente anno verno tempore, hordeū, quo, præter Patriæ morem, Frumenti loco homines veſcerentur, ſeminandum fuerit. C

Duo propter Hæreſim Bruxellis exuruntur. Edictum Caroli cōtra Lutheranos cœpit per hos dies nouo exemplo Bruxellæ executioni demandari, duobus iſthic Lutheranæ ſectæ exuſtis.

Carolus Borboniæ Dux acceptâ à Gallorū Rege iniuriâ, ad Carolū Imperatorem cum aliquot Galliæ proceribus defecit, magno, vt ſtatim patebit, Regis incommodo.

Succeſsio Pontificum. Decimo octauo Calend. Octobris, Adrianus Pontifex Eccleſiaſticis Sacramentis religioſè acceptis Naturæ conceſſit: præfuit annum vnum, menſes octo, dies ſex, vir dignus qui Pontificatui pluribus annis præſediſſet, in eius locū ſucceſsit Clemēs 7. è familia Medicea. D

Erardus reſignat Epiſcopatum Carnotenſem: ſecta Lutheranorum in multas diuiditur: Rex Franciæ à Carolo Cæſare capitur.

CAPVT XIIII.

1524. REbus in Gallia Flandriaque per militem Cæſareum Gallumque turbatis, Erardus rebus ſuis conſulens, anno ſalutis 1524. Epiſcopatum Carnotenſem, quem à Rege Galliæ, quum illi

primo

Digitized by Google

primo ſtuderet, acceperat, Reuerendiſſimo Domino Guillardo Tor-
A nacenſi Epiſcopo benè de Eccleſia merito, ſub penſione quatuor millium & quingentorum Florenorum quotannis ſibi ſoluendâ reſignauit.

Ineunte quadrageſima Leodij diploma Pontificium promulgari iubet, quo Clemens VII. plenariam peccatorum remiſſionem ijs omnibus indulſit, qui contritione & peccatorum ſuorum ſacerdoti facta confeſſione, nec non triduano ieiunio præparati, ſacram communionem perciperent, oraturi pro Lutheranorum conuerſione, concordiâ Principum Chriſtianorum, & fœlici Pontificatus ſui ſucceſſu. *Oratio pro conuerſione Lutheranorum.*

B Borbonius, quem paulò ante ad Cæſarem defeciſſe diximus, fit Cæſareani ductor exercitus: Igitur in Italiam contendentem ſequitur Rex Gallus, vbi Papiam infœliciter per aliquot menſes obſidet.

Per hoc tempus cœpit ſecta Lutheranorum diuidi in Zuinglianos, qui tropum in verbis ſacramenti Euchariſtiæ inducunt: Carolſtadianos, qui particulam (Hoc) in verbis Cœnæ Chriſtum ipſum menſæ aſſidentem monſtrare dicunt, quam opinionem amplexantur & Anabaptiſtæ, qui *In, cum, vel ſub pane*, corpus Chriſti eſſe aſſerunt. *Zuinglius & Carolſtadius diſcedunt à Luthero.*

Edidit & hoc tempore Lutherus libellum Germanicum ſeditioſiſſimum de mercaturis & fœnore, in quo mirum dictu qualiter Principes proſcindat, & apud ruſticum vulgus, cui ſcripta ſua dirigit, contemptui habeat.

C Ineunte Autumno cœpit aduerſus Comitem Luphum Sueuum, per occaſionem huiuſmodi librorum Germanicorũ, ruſticorum bellum, contra Clerum Principes, & Magiſtratus longè pernicioſum, quod deinde ſerpſit ferè per totam Germaniam, Alſatiam, & Sueuiam. *Bellum ruſticorum contra Principes Germaniæ.*

Nouembris 26. cum precium annonæ ſupra modum excreſceret, volens Præſul piſtorum ſordibus fraudibuſque modum ponere, edicto publico præſcribit panibus venalibus pondus, vtque quiſque ſuis panibus notam propriam imponant edicit, pœnâ poſitâ amiſſionis panum, & vnius Floreni aurei, toties quoties mandatum tranſgreſſi fuerint.

D Anno inſequente 1525. vigeſima quinta Ianuarij, & cereuiſiæ coctoribus ex eadem occaſione leges edicit, menſuram illiuſque precium præſcribit, plures honoratos Ciues nominans & in tutelam ſuã ſeu ſaluam guardiam, quam vocant, recipiens, qui cereuiſiæ coctorum officinas, & Ciuitatis ſuburbiorumque tabernas viſitent, videantque an edicto paruerint, pœnâ ijs ſtatutâ qui vaſa & pocula patefacere & oſtendere noluerint, quæ rebellibus & ſaluæ guardiæ infractoribus infligi ſolita eſt. 1525.

Eodem anno paulò antè Dominicam palmarum, Geldri patriam Leodienſem & Namurcenſem ingreſſi, vt in Galliam ſe conferrẽt, Namurcenſes ſuperbo & elato animo in Geldros conſpirant, inſæ-

Digitized by Google

uiunt, verum à Geldris ſtrennuè propulſati, multiſque ex ſuis cæſis, ac interfectis, quo maiori imminenti periculo ſibi proſpicerent, depoſitis, abiectiſque calceis in fugam turpem ſeſe coniecerunt, vnde vox de vulgo concepta, quæ etiam num durat, *La iournee des ſauattes*, id eſt, dies ſolearum abiectarum. A

Erardus recõciliatur Trudonenſibus.

Fuerat Erardus ab aliquot annis Trudonenſibus non abſque cauſa offenſus, hos tandem interuentu Domini Philippi à Reueſteyn, aliorumque Procerum & Baronum in gratiam receperat: Igitur vt omnem animo ſimultatem depoſuiſſe populo Trudonenſi oſtenderet; hoc anno illuc cum dictis, alijſque Principibus, Dominicâ feſtum D. Lamberti inſequente, proficiſcitur, & viciſſim magna beneuolentiæ ſignificatione excipitur, precioſiſque muneribus, ipſe, cæterique Principes honorantur. B

Strages Gallorum apud Papiam.

Galliarum Rex cum iam in quartum menſem fruſtra oppugnaſſet Papiam, nouis Cæſarijs copijs ſuperuenientibus, prælio decertare coactus fuit, ſed nobiliſſimis quibuſque Gallorum Ducibus & proceribus interfectis, inter quos fuit & Dominus de Florenges filius Roberti à Marka, Rex ipſe acriter pugnans viuus in poteſtatem hoſtium venit. Ea victoria Hiſpanis & Germanis effuſius lætandi materiam præbuit, quod in diem natalem Caroli Cæſaris victoris, qui eſt D. Mathiæ ſacer incidiſſet. Aduentante æſtate Gallus captiuus portu Genuenſi ſoluit Hiſpanias verſus accito ſibi itineris Comite Carolo Lanoio, qui ea calamitate cõſternatum eius animum, inicêta meliori ſpe, nitebatur recreare. Vbi in Hiſpaniam ventum eſt, Cæſar initio illum ſuum in conſpectum venire noluit: quod Regem adeò malè habuit, ſpe iam quaſi omni deiectum, vt in morbum periculoſiſſimũ inciderit, qui & ſupremum diem ei allaturus videbatur, nj ſtatim Cæſar humaniſſimus liberali eum colloquio ſolatus fuiſſet, ſeque illum propediem dimiſſurum recepiſſet, Quocirca confirmatâ Regis valetudine, propoſitæ ſunt conditiones pacis, quæ Francis graues viſæ, ſed vt tempora illa poſtulabant, tum quidem ferendæ: Iis igitur acceptis, Rex duobus filijs natu maioribus datis obſidibus, redit in Galliam. Huius Regiæ calamitatis annum numerali diſticho pulchrè expreſſit doctiſſimus Paſcaſius Berſelius Cœnobij S. Laurentij prope Leodium religioſus. C D

Gallus à Cæſare dimittitur.

VerIs honor perIIt, qVId CandIda LILIa MarCent?
Pro ZephIro BoreaM GaLLICVs orbIs habet.

CAPVT

Digitized by Google

A

Inſtituit proceſſionem & ſupplicationem feſti Tranſlationis S. Lamberti; nundinas quoq; & luſtrationem Ciuium armatorum: erigit ſibi monumentum: iubet mandari executioni Edictum Caroli contra hæreticos.

CAPVT XV.

B FEſtum Tranſlationis B. Lamberti Erardus iam pridem decorare meditatus, obiectis ſibi à quibuſdam Canonicis multis remoris, hoc demum anno 1526. communi Canonicorum aſſenſu piam hanc ſuam voluntatem exequutus eſt, ordinatâ ad id ſolemni miſsâ & ſupplicatione, ad quam imprimis Ciuitatis & ſuburbiorum Prælatos, Canonicorum Collegia, religioſorum conuentus, Parochiarum rectores, denique Magiſtratum, Scabinos, trigintaduûm viros, Iuratos, Commiſſarios, Opificum collegia, Ciuium ſocietates, propoſitâ ſingulis mercede, non inuitat tantum; ſed etiam acceptâ fide ad eam frequentandam celebrandamque obſtringit: Prælatos quoque per Diœceſim diſperſos, ad hanc ſupplicationem cohoneſtandam ornādamque, per literas quotannis aduocari mandat. Vtque ad diei huius C decus magnificentiamque nihil deeſſet, Ciuium armatorum luſtrationem inſtituit, nundinas denique publicas, quibus totis tribus ſeptimanis, octo nimirum ante ipſum feſtum, totâ feſti octauâ, & octo poſt illud, exteris aduenisque cuiuſcumque generis, exceptis Patriæ inimicis, & propter demerita ſua exulantibus, merces Leodium liberè inferre & vendere, obæratis quoque Ciuitatem peragrare commorarique impunè liceat. 1526.

Maij ſeptima foro piſcium leges impoſuit, vt piſces exotici antequam venum exponantur, luſtrentur, ne quis ex corruptorum piſcium eſu noxam contrahat: vt nemo à mercatoribus exteris piſces D emat, niſi toto matutino tempore ad meridiem vſque Ciuibus venales expoſiti fuerint, pœnâ trium Florenorum aureorum in præuaricatores conſtitutâ.

Maij 28. piæ Societati Capuccenorum initium dedit frater Mathæus à Baſſa nobili Vmbrorum familia ad Mardam fluuium, qui in Cœnobio montis Forentij apud mōtem Feltriū in Vmbria ſumpſit veſtem diui Franciſci colore ſubcinericio, approbante hunc ordinem Clemente 7. authēticis tabulis & literis quinto kalendas Iunias eiuſdem anni, de qua re quidam ſic ſcripſit.

Ecce Capucceni Mathæus nominis auctor
Seraphici lumen ſuſcitat ipſe foci.

Oo 3 Huic

Digitized by Google

Huic ordini & Sodalitati multa priuilegia Paulus 3. irrogauit, quæ deinceps à Pio 4. poſtridie kalendas Aprilis anno 1560. firmata ſunt. A
In hac monaſticâ profeſſione nominis fit mutatio & veluti nouis hominibus noua induuntur nomina, attamen mutato nomine, retinetur familia & agnationis cognomen.

Per hos dies quale Lutherus Euangelium in Orbem inuexerit ſectatores eius vitâ ſuâ prodiderunt, Andreas Carolſtadius primus ſacerdotũ huius ſæculi vxorem ducit. Hunc ſtatim innumeri per Germaniam (proh dolor) tum monachi tum monachæ ſequuntur, ſuas quoque Lutherus ipſe Euangeliſta celebrat nuptias, iunctâ ſibi ſanctimoniali.

Cum toto Epiſcopatus tempore Erardus operibus vel nouis extruendis vel veteribus inſtaurandis intentus fuiſſet, monumenti quoque ſibi condendi, nouiſſima præ oculis habens, non immemor eſſe B
1527. voluit. Igitur anno ſalutis noſtræ 1527. æreum auro elaboratum, varijs ſculpturis inſigne, vt precio, ſic & ſignificatione notabile, ſibi fieri curauit; viſitur ipſo chori Cathedralis medio virtutum iconibus ad latera adiunctis, ac duabus figuris elegãtiſſimè ſuperpoſitis, vnâ ipſius Erardi in genua manibus iunctis prouoluti Cœlum ſpectantis, alterâ mortis, digito ipſum compellantis, non ipſi Erardo tantum quo ad vixit, ſed & ſpectantibus omnibus, viuam & ſalutarem inſtantis mortis futuræque vitæ ad quam nobis continuis virtutum exercitijs aſpirandum eſt, memoriam ingerens. Quanquam Sleydanus Lutheri ſectator huius æui hiſtoricus, in ſuis peſtiferis commentarijs Erardũ idcirco vanæ ab hominibus quæſitæ gloriæ inſimulet: Sed aliud Sleydanum pungebat, nempe quod Præſul acerrimus ſui temporis fidei adſertor, defenſor & propugnator, ſæuerius quàm is vellet in hæreticos inquireret & animaduerteret: quod nec ipſe in eiſdem Commentarijs, celare potuit, dum de eo ſcribit: *Mortuus etiam fuit paulo ante Erardus Markianus Cardinalis Epiſcopus Leodinus, quo vix alius doctrinæ cauſa plures afflixit*, doctrinæ ſcilicet nouæ & lutheranæ. C

Sleydanus hæreticus Erardũ calumniatur.

Cum aliquoties in Comitijs patriæ actum fuiſſet de arcibus patriæ inſtaurandis; menſe Aprili in Conuentu patriæ, in id opus 12000. florenorũ per regiones patriæ cõtinuis ſex annis colligẽda cõcedũtur.

Maij quinta Dux Borbonius Cæſareani ductor exercitus, dum Florentiam Franco fauentem inuadere parat, illique confœderati Pontifex, Veneti, alijque Itali, præcluſo itinere obſiſtunt, conuerſo agmine, Romam inuadit, cumque ad caſam muro coniunctam ſchalas adponi iubet, craſſiore glande traiectus in limine execrabilis victoriæ ſuæ occubuit, ſic vt incolæ ſummas omnis acerbitatis perpeſſi calamitates tolerantius ferrent, quod diuis tutelaribus ſuas aras defendẽtibus tormentum in inguen damnati cœlo hoſtis direxiſſe pie credẽrent, ſic in limine portentoſæ temeritatis ſuæ perijt, vltore quidem magno Deo, ne abominabili victoria & truculẽtiſſima tot inſontium hominum cæde lætaretur. D

Borbonius Romam inuadens ceditur.

Perrum-

Digitized by Google

Perrumpunt nihilominus milites, Romamque ac Pontificem capiunt. Quod ſimul atque in Hiſpaniam ad Cæſarem perlatum eſt, ilico ludos qui recens nato Philippo edebãtur ceſſare iubet, & vt Pontifex cum Cardinalibus quamprimum libertati reſtituantur mandat; quod tamen non prius quàm ingentibus damnis perpeſſis contigit. Vt de cæteris nihil dicam, Guilhelmus Enkeuordius noſtras, quem Adrianus ſextus Cardinalem crearat, triginta ducatorum millibus ſe ſuamque domum redimere coactus eſt.

Anabaptiſtarum ſecta his diebus vigere cœpit, qui à Luthero ſe originem trahere gloriantur, ob eius Epiſtolam ad Waldenſes, in qua ait melius eſſe amittere Baptiſmum, quam pueros ſine fide, ideſt non credentes, baptiſare. Habent hi multa pernicioſa dogmata, negant Baptiſmum paruulorum: baptiſatos, vbi ad ætatem adultam venerint, rebaptiſant, volunt omnia eſſe communia etiam vxores, vt olim Plato in ſua repub. *Origo ſectæ Anabaptiſticæ.*

Per eoſdem dies Henricus 8. Angliæ Rex vxorem Cæſaris Materteram repudiat, Pontifice & Theologis factum valdè improbantibus. Quod in Anglia hæreſeon & conſequentium calamitatum, quæ in hunc vſque diem perſeuerant, initium dedit. *Initium hæreſeon in Anglia.*

Fuerat nuperis Comitijs Aprili menſe habitis concluſum de hæreticis, iuxta Cæſaris edictum non ita pridem Leodij & vicinis locis publicatum, coercendis, de arcibus Patriæ inſtaurãdis, & nonnullis alijs fœlici Patriæ & Ciuitatis regimini oportunis. Cæterùm cum lentius executioni demandarentur, è Curingiâ hoc anno 1528. Calend. Aprilis, Præſul Capitulo Leodienſi, Concilio Ciuitatis & Scabinis ſcribit, ſimulque mandat, vt decreta ſua quantocius exequantur, & N: ſacerdotem aduenam Gallum, obſparſa nuper noua dogmata comprehenſum, & brachio ſæculari traditum; vel proſcribant, ſi reſipiſcat, vel pertinacem flammis tradant, quod non multo poſt, non procul à Scholarium Monaſterio ad ripam Moſæ factum fuit. *1528.* *Sacerdos hæreticus Leodij exuritur.*

Per hos dies precio granorum excreſcente; quod locupletiores granaria clauderent, Erardus conſilio cum Clero, Conſulibus, Iuratis, & alijs eiuſce rei intelligentibus habito, certum precium granis ſtatuit, mandatque omnibus, quibus vltra familiæ annonam grana ſuperſunt, vt illa ſtatuto precio vendant, neque monetam maiori vel minori valore exponant vel recipiant, quam nouiſſimum de valore monetarum edictum habet, pœnâ conſtitutâ ſecus agentibus quinque Florenorũ aureorum, vnâ parte, ſi tranſgreſſor Eccleſiaſticus fuerit, applicandâ denunciatori; reliquis quatuor fabricæ Eccleſiæ cui ipſe ſubfuerit: Si vero laicus, duabus Præſuli, tertia Ciuitatis inſtaurationi.

Per eoſdem dies Geldri Traiecto eijciuntur, & tandem pax cum illis inita poſt 30. & eo amplius annorum bella cum Belgis habita. *Geldrici belli finis.*

Eodem tempore Epiſcopus Traiectenſis omnem ditionem ſuam tranſtulit in ius Ducis Brabantiæ, accedente non ſolum regionis

totius

Digitized by Google

totius; verum etiam Romani Pontificis conſenſu. Porrò Iuriſdictio Spiritualis manſit Epiſcopo, & præterea reditus quidam annui non contemnendi. A

Habita quoque id temporis Comitia Imperij Spiræ, in quibus actum de expeditione contra Turcas, & pace religionis: Cæterum ita diſceſſum eſt, vt Ferdinandus Rex non minimo dolore ex amiſſa Hungaria affectus, & reliquis ditionibus ſuis anxiè metuens, nulla potuerit auxilia impetrare, niſi nouatores ſua ſineret retinere dogmata. Quamquam & in hoc ipſo Conuentu proteſtati ſeu conteſtati ſunt ſe quibuſdā decretis Comitiorū non poſſe ſubſcribere, ideoq; ad Cæſarem prouocare; inde cœpit nomen proteſtantiū, quod hodie adhuc in ore multorum eſt. Itaq; publico decreto permiſsū eſt, vt in fidei & religionis negotio ita ſe gererent, vti & Deo & Cæſari factorum ſuorum rationem reddere poſſent, nihil tamen vſque ad generale Concilium innouarent. B

Vnde proteſtātes dicti.

Creſcunt interim paſſim per Germaniam ſpecioſo proteſtationis & appellationis colore miræ inſolentiæ, quarū mentionem faciens Eraſmus, ipſe inter alia Erardo Præſuli hæc ſcribit.

Fortaſſe nouum iſtud non eſt, quod Ioannes Oecolampadius hic publicè vxorem duxit, puellam ſanè lepidam, idem fecit Concionator Auguſtinenſium, & nuper Concionator Franciſcanus. Hac ſanè via damnant illorum hæreſim qui deteſtantur coniugium: vnus inter hos erat celebs, qui pridem à Magiſtratu damnatus, publicitus in foro virgis cæſus eſt, ferreum cingulum collo geſtans, atq; ita per Carnificem ductus extra portam in exilium; eiecti ſunt ſimul piſtor illius hoſpes & huius vxor, quam arte mira deluſam vt à marito ſecubaret, conſtuprare ſolitus, non omnino neſcio vt videtur, marito. Accipe alteram fabulam. In pago quodam cui nomen vicus vetus, ruſticus quidam in diuerſorio dum Euchariſtiam ridet, ſubito exanimatus eſt. Rem ſic actā fuiſſe teſtes docuère: Aedituus quidā ruſticus præferebat ſcriniolū plenum panibus conſecrandis, quas hoſtias vocant, huic comes erat alter ruſticus, qui quondam fuerat æditaus, vbi ventum eſt ad vicum modò dictum, libuit illi bibere: In diuerſorio petit comes ille ab æditu o hoſtiam dono, illo contento accepit, & incipit per ludibrium conſecrare: Cauponaria videns increpat, ille nihil (inquit) tua refert, abi, apporta vinum. Vbi redit mulier offendit hominem collapſum, rogat quid habeat, reſpondent ibi potantes in alia menſa, fortaſsis habet eum ſyncopis. Mulier adfert acetum, admonet, ſed fruſtra, erat planè mortuus. Hæc non eſt fabula. Feruntur & alij rumores, verum nolui parum comperta ſcribere. Datum Baſileæ Calendis Octobris. 1528. C D

Sacerdotes heretici vxores ducunt.

Conſecrans per ludibrium ſubito moritur.

CAPVT

A

Impetrat à Pontifice Maximo ſibi dari Coadiutorem Cornelium à Bergis, qui recipitur à Capitulo : habentur Leodij Comitia. Anniuerſarium Sacrum cum exequijs ſibi inſtituit.

CAPVT XVI.

B PEtierat pridem Erardus à Summo Pontifice, conſilio aſſenſuq; Capituli, Cornelium à Bergis ſibi Coadiutorem dari, porrò negotio in annum 1529. pluribus ex cauſis protracto, tandem Cæſar beneficium hoc à ſua Sanctitate impetrat, quod mẽſe Martio literis Capitulo ſignificat, & vt Cornelium gratioſè, debitaque cum obſeruantia recipiant, rogat. 1529.

Igitur Cornelius cum diploma Coadiutoriæ ſuæ 20. Aprilis Capitulo obtuliſſet, illudque publicitus de more lectum maturèque examinatum fuiſſet, iuratis per eum certis in eo legibus expreſſis, conſultiſque Capituli Statutis, in Coadiutorem, magnâ omnium gratulatione, receptus fuit.

Cornelius à Bergis ſollicitante Cæſare datur Erardo Coadiutor cum ſucceſſione.

Iunij 3. 4. 5. & aliquot ſequentibus diebus Comitia Patriæ habita, C in quibus inter alia deliberatũ de cõflandâ pecuniæ ſummâ, in quam nuper, in circuli Weſtphalici cõuentu, pro ſumptibus Coronationis Caroli Cæſaris, Patria Leodienſis cenſa fuerat.

Auguſti quinta pax à toto Chriſtiano Orbe vehementèr expetita tandem Cameraci, inter potentiſſimos Chriſtianorum Monarchas Carolum Cæſarem, & Franciſcum Gallorum Regem, eorumque fœderatos coaluit, conuenientibus illic Illuſtriſſimo Cardinali Saluiato Summi Pontificis Legato, Margaretâ Cæſaris amitâ Belgij Gubernatrice, cui tunc à Conſilijs erat Erardus Præſul, Ludouicâ Franciſci Regis matre, & innumeris alijs omnis nationis proceribus.

Tunc perſolutum Regis Frãciæ pro captiuitate lytrum, Regij quoque liberi redditi, ducta etiam in Galliã Leonora, Cæſaris ſoror, iam D Regi deſponſata. Quibus peractis Principes toto ferè Orbe Chriſtiano ceſsêre ab armis.

Porrò hæretici Baſilienſes, Argentinenſes, Heluetij, Tichurnij, Bernates, causâ religionis, varias per Germaniam controuerſias mouent : Peſtifer quoque morbus, ſudorem Anglicum vocabant, vtramque Germaniam peruadit, multis hominum millibus intra vigintiquatuor horas extinctis, antequam certum Medici remedium inueniſſent. Leodij, Traiecti, Coloniæ, & vicinis locis vis huius morbi tam atrox fuit, vt etiã aliquos intra horas duodecim enecaret. Inficiebãtur illo morbo non ſenes, non pueri, ſed mediæ ætatis viri robuſtiſſimi; inuadebãtur verò de repẽtè, alij comedẽtes, alij ambulantes,

Tumultus per Germaniam.

Digitized by Google

alij fabulantes quidam etiam dormientes, nonnulli tamen, vbi virus illud deſudaſſent, ſeruabantur. Florebat Leodij Gilbertus Lymburgius, inſignis Doctor medicus, qui curando huic morbo toto pectore incubuit, indeque claruit Præſulis & ſucceſſorum Antiſtitum Archiater effectus. A

Præſul Erardus igitur nouiſſimorum, vti verum decet Antiſtitem, aſſiduam fouens meditationē, qui iam pridem ſepulchrum ſibi ſtruxerat, hoc anno 1530. menſis feb. 13. exequias anniuerſarias ſibi de-
1530. functo celebrandas viuens inſtituit, verbis ita conceptis.

ERARDVS DE MARKA *miſeratione diuinâ tt. S. Griſogoni S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Valentiæ, Epiſcopus Leodienſis, Dux Bullonenſis, & Comes Loſſenſis, &c.* B

Notum facimus vniuerſis & ſingulis præſentis æui & futuri harum inſpectoribus, quod quoniam in animæ noſtræ refrigerium & ſalutem anniuerſarium noſtrum in Eccleſia noſtra Leodienſi, annis ſingulis celebrari diſpoſuimus, pro eo nōnulla bona hæreditaria infra declaranda noſtris denarijs emimus & comparauimus, literis contractus huiuſmodi ac Apoſtolicæ Sedis confirmatione ſuper hoc confectis, ſubſequutis: Et quia circa celebrationem eiuſdem anniuerſarij, ac diſtributionem bonorum huiuſmodi, certas conditiones & nonnullas cæremonias, ac modos & formas in perpetuum obſeruari ſtatuimus, C *quas volumus & mandamus illæſas & integras ſine interruptione aliqua continuari, præſentibus ad futuram rei memoriam duximus declarandas.*

Primo pro fundatione eiuſdem anniuerſarij noſtri, noſtræ mentis & intentionis eſt, quod donamus Eccleſiæ noſtræ ſub conditionibus & formis ſequentibus, terrā ac redditus de Velem cum ſuis emolumentis ſitam propè S. Trudonem, quam quidem terram noſtra pecunia emptam eſſe ex literis inde confectis prænotatis clarè extat; eâ tamen lege, vt dictum Dominium in illis nobis & poſteris noſtris ſucceſſoribus Eccleſiæ noſtræ Leodienſis Epiſcopis in perpetuum maneat intactum, D *vtpote inſtituendi & committendi ibidem Iuſtitiam illiuſq; Officiatos, vti & quemadmodū prioribus totis temporibus terra ipſa prædeceſſoribus noſtris ſpectauit; conditionibus etiam diſtribuendi & conuertendi bona taliſmodi; adiectis his quæ ſequuntur.*

Primum ex ijſdem bonis, quorum in præſenti ad formam quadringentorum florenorum monetæ Brabantiæ eſt valor, duodecim florenos ſimilis monetæ in vigilijs & totidem in miſſa pro beneficiatis communibus volumus & mandamus diſtribui in promptis ſecundum

formam

Digitized by Google

A *formam & conditionem ſubſcriptas, ſimul conſtituentes viginti quatuor florenos dictæ monetæ.*

Item matriculariјs pariter & duobus ſubcuſtodibus duos florenos in vigiliјs, & totidem florenos in miſſa, efficientes quatuor florenos.

Item tribus miniſtrantibus ſeu ſeruientibus altari maiori, vt tam in vigiliјs quam in miſſa frequentes ſedulo inſeruiant, coniunctim florenum vnum.

Item Theſaurario qui noſtri monumenti curam habebit & onus id B *purum & nitidum conſeruandi, florenos duodecim: Quod ſi hoc neglexerit, Dominorum Decani & Capituli Eccleſiæ noſtræ Leodienſis erit alium in eius locum ſubſtituere, qui in idem officium & commodum ſuccedet.*

Item pro quatuor magnis & grãdiuſculis cereis circa ſepulturam, ac duobus aliјs cereis ad maius altare ponendis, ac arbitrio prædictorum Dominorum faciendis, quatuor florenos.

Item Officiatis ad luminare pro incendendis candelis, vnum florenum.

Item tribus virgiferis coniunctim, vnum florenum.

C *Item Notario, vnum florenum.*

Et Decano aut ſeniori Canonico volenti id officiј in ſe ſuſtinere, vnum florenum in vigiliјs, & vnum florenum in miſſa, qui duos florenos faciunt.

Diacono verò & Subdiacono, cuilibet decem ſtuferos, facientes ſimul vnum florenum.

Chori prouiſoribus aut chorum tenentibus, vtriq; decem ſtuferos, tum in vigiliјs, tum in miſſa, qui duos florenos conſtituunt.

Item nouem Canonicis ſenioribus præsbyteris, aut Diaconis vel Subdiaconis, qui nouem lectiones cantabunt, vnicuiq; tres ſtuferos, D *qui viginti ſeptem faciunt.*

Chori pueris, qui primi nocturni tria reſponſoria cantabunt, ſingulis dimidium ſtuferum, tres ſtuferos ſimul conſtituentes.

Canonicis paruæ menſæ, qui ſecundi nocturni tria reſponſoria cantabunt, cuilibet vnum ſtuferum, ſimul iuncti ſex ſtuferos conſtituunt.

Canonicis ſancti Materni, qui duo priora tertiј nocturni reſponſoria cantabunt, vtriq; duos ſtuferos, qui ſimul iuncti octo ſtuferos faciunt.

Digitized by Google

Ad horum enim cantationem omniũ & ſingulorum reſponſoriorũ, volumus ex eis qui præſtantiori voce ſint per ſubcantorem ordinari, eademq́, reſponſoria ad Moyſis ſtatuam decantari, duobus autem Canonicis Eccleſiæ per ſeniorem Canonicum cappa indutum in choro ordinandis, ternos vtriq́, ſtuferos, coniunctim ſex ſtuferos facientes, qui nonum reſponſorium ad Aquilam cantabunt. A

Hæ autem diſtributiones, & aliæ quæ ſpecialitèr ponuntur, erunt ſingulæ ſingulis, præter communem ordinariam cuilibet ſub ſua vacatione deſtinatam, ſaluæ.

Item Cantoribus qui cantabunt Libera me Domine *poſt nonum reſponſorium, in diſcantu, vnum florenum.* B

Item pro cantorum, qui miſſam in diſcantu cantabunt, prãdio, florenos tres.

Subcantori autem, vt eorum quæ dicta ſunt curam habeat ac ordinet, vnum florenum.

Chori pueris, vnicuiq́, ſtuferum vnum in vigilijs, alterum ſtuferũ in miſſa, decem & octo ſtuferos conſtituentes.

Computatori autem, vel ei qui præfati anniuerſarij noſtri diſtributionem partietur, decem ſtuferos in vigilijs, & decem ſtuferos in miſſa, vnum florenum conſtituentes. C

Quæ omnes ſummæ præfatæ ſimul reducta, ſexaginta duos florenos decem ſtuferos conſtituunt.

Reſiduum verò antedictæ ſummæ æqualitèr diſtribui volumus Dominis Eccleſiæ Maioris, duobus Ciuium Magiſtris & Maiori Præfecto, nec non Scabinis, Scabinorum Clerico maiori, & Ciuitatis Graffiario, ambobus bis pro vno computatis, cuius dicti reſidui Sacellani Epiſcopales, tam in abſentia quam præſentia, Epiſcopi loco, participes erunt.

Ad hæc volumus quod præfati noſtri anniuerſarij vigiliæ cantentur poſtridie Innocentium, ac ſequenti die miſſa, nihilominus ſi Thomæ feſtum contingeret fore Dominico die, tunc eodem die vigiliæ cãtabuntur, & die Lunæ miſſa, eo quod penultima Decembris deſignati & electi fuerimus: vigiliæ ac miſſa quas ad hæc peculiaritèr conſcribi fecimus, ritu ac vſu Romano decantabuntur. D

Præterea noſtræ mentis eſt, quod Maior Præfectus, duo Ciuium Magiſtri, quatuordecim Scabini ac eorum Secretarius, Graffiarius, vigilijs ac miſſæ interſint hoc ordine ac modo, vt ſcilicet Maior Præfectus, ſenior Burgimagiſter cum ſenioribus Scabinis, & eorum Secretario

Digitized by Google

A *cretario, in dextro latere chori, in ſuperioribus ſtallis aſſiſtant, iunior verò Burgimagiſter cum reliquis Scabinis & Ciuitatis Graffiario, ſiniſtri lateris chori ſuperiores cellas occupent, ac eorum vnuſquiſq; diſtributionis tantundem conſequatur, quantum quiſq; Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, ita vt Scabinorũ Secretarius & Ciuitatis Graffiarius loco vnius habeantur, dimidiatamq; vnius Scabini diſtributionem percipiant, & præfati Maior Præfectus, Burgimagiſtri, Scabini, Secretarius, Graffiarius, ac eorum vnuſquiſq; tenebuntur tam in vigilijs quam in miſſa Roſarium noſtræ Dominæ cum deuotione pro animæ noſtræ ſalute, ac redemptione abſoluere, obliganturq; tam*
B *præfati Canonici, quam omnes & ſinguli ſupradicti à principio vſq; ad finem, tum vigiliarum, tum miſſæ præſentes adeſſe, quod intellectum volumus, ſcilicet quod intrabunt ante* Magnificat *in vigilijs, & ante Epiſtolam miſſæ; mandabiturq; matricularijs vt tempeſtiuè & per debita interualla notantèr ſonent & pulſent, vt omnes in tempore adeſſe queant; ſed ſi Canonicorum quempiam aut quoſpiam extra Ciuitatem vel Epiſcopi, vel Capituli, aut Patriæ cauſsâ, pari modo Burgimagiſtris, eas ob cauſas, aut Scabinos propter Iuſtitiæ negotia abeſſe contingeret, in his mentis noſtræ eſt, vt eorum diſtributionem, ac ſi præſentes eſſent, aſſequantur & habeant, quod quidem*
C *ſimilitèr obſeruatum volumus, ſi morbo impedirentur, aut quid incommodi ijs qui in choro aderunt accideret, quo exire cõpellerentur, non eos ideo diſtributionis priuatos iri, ſi vero contingeret Dominos propter peſtem vel aliam contagioſam infirmitatem ſeſe mutuo licentiare ad recedendum à Ciuitate, abſentium diſtributiones cõmittimus eorundem Dominorum diſpoſitioni, vt ſcilicet & ijdem abſentes recipiant, vel careant, quemadmodum Capituli auctoritate deſuper fuerit prouiſum.*

Intelligendum tamen duximus de omnibus & ſingulis prætactis diſtributionibus, eo ordine & modo, vt perceptâ à Capitulo integrâ
D *huiuſmodi ſolutione, integras; ſin verò temporis calamitate, aut alijs inconuenientijs cauſantibus, dimidiâ parte, medias, vbi verò portione aliqua, ad ratam perceptorum diſtributiones facere teneantur; Si verò prorſus nihil ab eis fuerit receptum, nihil diſtributionis facere teneantur, nihilominus anniuerſarium noſtrum, prout præfertur, celebrare habebunt & erunt aſtricti. Ad hæc omnia & ſingula ſicut ſupradictum eſt conficienda & obſeruanda, legamus & damus ac conferimus Eccleſiæ noſtræ Leodienſi præfatam terram de Velem, cum*

Digitized by Google

omnibus ſuis appendicijs & pertinentijs vniuerſis, quorum omnium & ſingulorum integram adminiſtrationem, regimen & dominium cum pleno iure Eccleſiæ noſtræ prædictæ donamus, & volumus penes eos perpetuum remanere, conditionibus tamen ſupra expreſſis ſaluis, ac etiam infra exprimendis. A

Quia ſi contingeret (quod Deus auertat) anniuerſarium noſtrum, diebus quibus à nobis ordinatum eſt, ſecundum vſum ac ritum Romanum non celebratum iri cum cæremonijs & ordinationibus præfatis, aut præfati Domini Eccleſiæ noſtrum monumentum è loco, vbi nunc eſt, amouerent, aut ſi contingeret chorum ampliari aut reformari & monumentum noſtrum huiuſmodi rurſus in medio chori eiuſdem, eadem forma & tali loco, quibus nunc eſt, non reponerent aut recollocarent, illum in euentum damus, & legamus præfatam terram de Velem Ciuitatis Leodienſis Ciuibus & incolis intra Ciuitatis muros habitantibus, vt huiuſmodi terræ fructus & prouentus in hunc qui ſequitur vſum conuertantur, hoc eſt ipſius Ciuitatis quinque vicinijs, videlicet Fori, ſancti Ioannis, ſancti Seruatij, Inſulæ & vltra Moſam, ad dotandum & maritandum in qualibet vicinia vnam filiam eligendam per duos Burgimagiſtros, tres ſeniores Scabinos, ac cum earundem viciniarum Curatis, aut in eorum abſentia vicecuratis, qui quidem præfati vno quoq; anno conueniant penultimâ decembris in Eccleſia Parochiali S. Andreæ in foro, horâ nonâ antemeridianâ, ac ibidem coram Sacroſanctâ Euchariſtiâ in manibus Curati Eccleſiæ præfatæ iuramentum præſtabunt, quod tertio die poſt eligent in dictæ parochiæ ſacrario, in ſingulis vicinijs præſcriptis, vnam bonam, pauperem, & honeſtam puellam puberem ex redditibus dictæ terræ de Velem, æquali portione ſingulis puellis diſtribuentes, maritandis dictæ viciniæ certo miniſteriali in Ciuitate redditus habenti, hoc ſaluo quod ex ipſis redditibus & prouentibus de Velem decem Floreni, viginti ſtuferis Brabanticæ monetæ pro quolibet Floreno computatis, excipientur, vt in animæ noſtræ redemptionem & ſalutem in fratrum Cruciferorum huius Ciuitatis Conuentu vigiliæ & miſſa inſimul manè decantari & celebrari mandentur die præſignatâ; Quæ quidem puellæ per ſupradictos ſic electæ cum earum maritis in nuptiarum celebratione ſolemniter in præſentia eorum qui eas elegerunt, iurabunt, vitâ eis comite, dictis vigilijs & miſſæ ſe interfuturos, oraturoſq; pro anima noſtra ſalute roſarium noſtræ Dominæ deuotè & ex corde. Et dictæ B C D

monetæ

Digitized by Google

moneta adhuc quinq; Floreni capietur pro Burgimagiſtris, & trium
A *Scabinorum ac quinq; Curatorum, ſcilicet SS. Andreæ, Ioannis, Seruatij, Nicolai, & Martini in Inſula prandio, quod vbi lubebit facient, dabunturq; vltra & diſtribuentur vnicuiq; eorum ſtuferi quinq;, qui ſimul redacti viginti conſtituunt Florenorum ſummam.*

De his enim omnibus & ſingulis ſupradictis Domini de Capitulo binas eorum ſigillo ſigillatas, ac per eorum Secretarium ſignatas conſignabunt & dabunt literas, vnas enim huius Ciuitatis Magiſtratui & Conſulatui, alteras ſimiles Scabinis ſupradictis. Qui vero Burgi-
B *magiſtri & Scabini in eorum inſtitutione in obſeruantiam perpetuam eorum quæ dicta ſunt, ſolemne præſtabunt iuramentum, ſicq; miniſteriorum Iurati & gubernatores in eorum inſtitutione etiam facient in loco* du Deſtroyt, *in præſentia Dominorum Burgimagiſtrorum.*

Et quia intelligimus terram ipſam de Velem in fructibus augmētari poſſe, remittimus & committimus id negotij ac rei Dominis Eccleſiæ noſtræ præfatæ, & cum clauſulis quibus ſupra, prout eſſe expedientius & vtilius videbitur, agant; & eorum profectū & vtilitatem faciant, conditionibus tamen ac cæremonijs, & modo for-
C *maq; vtrobiq; ſupraappoſitis ſaluis & integrè ſeruatis, quas integrè ſecundū ſupra ſcripta volumus & mādamus imperpetuū obſeruari illæſas, exhortantes dictos Dominos Decanum & Capitulum confratres noſtros, quatenus huiuſmodi conditiones recipere & obſeruare dignentur, ſub modis, formis, cōditionibus & cæremonijs antedictis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus appendendum duximus. Datum anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo, menſis Februarij die 13.*

Nos vero Decanus & Capitulū Leodiēſe præſentatis nobis ex parte Reuerēdiſſimi Domini Cardinalis præfati ordinationibus, clauſu-
D *lis, cōditionibus & diſpoſitionibus præſentibus præſcriptis, illiſq; per nos capitulariter, Capitulo ad hoc ſpecialiter indicto, lectis, viſitatis, & maturè examinatis, referentes gratias dicto Domino noſtro de fauore nobis impenſo, per præmiſſa, donationem, fundationem, cæremonias, modos & formas, qualitates & conditiones præſcriptas, recipiendas duximus, & recipimus illaſq; in perpetuum pro nobis & ſucceſſoribus noſtris illæſas conſeruare, adimplere & effectualiter conſummare promiſimus, ac ad hæc nos & noſtros ſucceſſores obligamus,*

prout

prout recipimus, promittimus & obligamus per præſentes. In cuius rei teſtimonium Sigillum Capituli noſtri præſentibus, vnà cum ſigillo dicti Domini noſtri D. Cardinalis, appendendum duximus. Datum anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo, menſis Februarij die decima octaua. A

Intereſt Auguſtanis Comitijs, & Coronationi Ferdinandi Romanorum Regis.

CAPVT XVII. B

Confeßio Auguſtana multoties mutata.

COmitia eodem anno Aprilis 8. Auguſtæ habentur celeberrima, ipſo Imperatore præſente, quibus quoque Erardus Præſul interfuit: In eis Lutherani nuper proteſtantes vocati, ſuam fidei ædunt profeſſionem à Melanctone compoſitam, multoties deinde mutatam. Zuingliani etiam ſuam longe diuerſam offerunt.

Calēdis Decembris diem ſuum Mechliniæ obijt Margareta Cæſaris Maximiliani filia, Belgarum Moderatrix laudatiſſima.

1531. Anno inſequente 1531. pridie Epiphaniæ, Coloniæ in primario templo, Principum Electorum ſuffragijs, creatus eſt Romanorum Rex Ferdinandus, & vndecima Ianuarij aſſiſtentibus iiſdem, alijſque pluribus Principibus, inter quos erat Erardus; Aquiſgrani coronatus eſt. Inde Præſul Leodium reuerſus, Comitia Patriæ 14. Februarij habuit, in quibus de coërcendis hæreticis, de colligendis contra Turcam copijs & quibuſdam alijs actum fuit. C

Ferdinandus creatur Rex Romanorum.

Ferdinandus Rex paulo poſt Germaniam repetit, Cæſar Bruxellas, Erardo eum ſequente, ibi Maria Cæſaris germana Margaretæ nuper defunctæ in adminiſtratione ſufficitur.

Coniuratio Ripariorum.

CAPVT XVIII. D

EIuſdem anni menſe Martio, magna erat Leodij annonæ penuria, grana imprimis admodum cara, augeſcebatque in dies precium, ſeu noſtratibus ſeu exteris, ea contra nupera mandata exportantibus, vt vna die ſubinde tredecim, ſubinde quatuordecim equi granis onuſti, portam Aurotanam egredi viderentur, non ſine magno Ciuium murmure. Quamobrem ſub finem menſis Maij, abſente Principe, ab vtroque Magiſtratu, Eccleſiaſtico & Ciuili, generalis granariorum viſitatio decreta fuit, quæ cùm abundare deprę-henſa

Leodij magna annonæ penuria.

Digitized by Google

henſa eſſent, ordinatum de ijs aperiendis, graniſque quæ vltra cuiuſlibet familiæ neceſſitatem ſupereſſent, præfixo à Magiſtratu precio, vendendis, frumenti quidem ſextario tribus florenis, ſiliginis viginti octo aſſibus monetæ noſtratis, modio item ſpeltæ quinque eiuſdem monetæ florenis, neque pluribus, ſub pœna publicationis granorum & alia ciuili arbitraria: Mandatum paritèr ne cuiquam extero grana diuenderentur, ſed ſolis noſtratibus, & vicinis Imperij incolis pro neceſſario eorum dumtaxat alimento.

Præſcribitur granorum vendendorum precium & quædam alia.

Et hæc quidem optimè decreta erant: Verum haud diu obſeruata, quod vicinis in locis grana maiori precio vendebantur, ſic enim fiebat, vt ea nemo Leodium venalia adferret, & quæ inerāt, citius quam exiſtimatum erat ab incolis illa vili ementibus, furtimque aſportantibus conſumerentur. Mandato igitur hoc pacto illuſo, quilibet impunè grana ſibi emit, illaque quibus libuit, & quanti voluit & potuit diuendidit: quod coniurationis occaſionem præbuit.

Mandata eluduntur.

Igitur 2. Iulij in quam incidit feſtum Viſitationis B. Mariæ Virginis, incolæ de Tilleur, vico ad Moſæ ripam ſito, pulſato tympano, arma arripiunt, Iemeppianos alioſque vicinos conuocant, animo (vt prætexebant) Leodium eundi, agendique vt mandata nuper ſuper annonæ adminiſtratione lata obſeruentur, reuera autem Leodium inuadendi & ſpoliandi. Ad ſtrepitum tympani tantus mox Ripariorum creuit numerus, vt vicinus Prætor de Mōtegnee nequaquam cunctandum ratus, nobilibus viris Emundo Baroni Swatſemburgenſi, Domino de Hierges, & Ioanni Viron Domino de Boſſut Balliuo Comitatus de Mohault, tunc Ciuitatis Conſulibus, magna feſtinatione enuntiarit Ciuitati conſulendum; magnam Ripariorum tumultuantium manum in procinctu eſſe, vt Leodium inuadant. Quo intellecto armant ſe extemplo Ciues, ad portas mœniaque propugnanda accurrunt. D. de Viron Conſul illis obuiam eundū exiſtimans, comitatus aliquot peditibus in diui Ægidij monte eorū circitèr 600. armatos, ordineque militari diſpoſitos offendit: hos comitèr ſalutat, adfatur, ſciſcitaturque quid quærerent, quid agerent? Quem illi toruo minacique vultu reſpicientes, acclamant tumultuantes, volumus granorum minui precium, ordinationeſque ea de re factas obſeruari. Ille vt cœperat tempuſque ferebat, blandè leniterque admodum reſpondet, eas ſe quantum licuit obſeruaſſe, obſeruarique mandaſſe, modo deficientibus Leodij granis, ad alia remedia recurrendū & iam rationem iniri qua cuiuſlibet, & eorum imprimis neceſſitati ſatisfiet, rogare ſe proinde vt poſitis armis & affectibus domum reuertantur, & deſignent aliquot, qui ad craſtinā Leodij cum Magiſtratu & alijs conſulturi de remedijs, ordinaturique compareant. His & alijs huiuſmodi verbis placantibus, nūmos aliquot aureos dedit, quos tantiſper in potum, cui eos de more deditos ſciebat, impenderent, quibus illi deliniti retroceſſerunt.

Incolæ de Tilleur arma ſumunt.

D. de Viron coniuratis obuiam vadit.

Datis in potū aliquot aureis eos ad tempus placat.

Digitized by Google

Verum ex iis quidam Laurentius ſubtilis nuncupatus, Simonis à campo de Montegnee filius, ſociis relictis, alios primum 25. circitèr, A deinde perplures circa pagum de Montegnee & vicina loca collegit, & cum eis reuerſus in Tilleur, vbi aderant adhuc præcipui tumultuantium duces, cœperunt in eos ſcommata iacere tanquam viles & degeneres, qui aliquot cereuiſiæ hauſtibus imponi ſibi permiſiſsēt, quocirca inclinatos iam ad ferociā animos reſumpſerunt, & per Gemeppiā, vicinoſq; pagos peruagātes, maiori ſe quam ante numero in vnū coëgerunt. Et quidem inclinante ſe iam die, vallis S. Lāberti Monaſterium ad Moſæ ripam adgredi & ingredi tentauerunt, ſed repulſam paſſi, noctem in adiacentibus pagis exegerūt, ſubmiſſis interim à Monaſterio, ne quid deterius molirentur, eſculentis & poculentis. B Ibi coniuratum de mutuis ferendis auxiliis, cogendiſque ad ſui arbitrium Leodienſibus, electis in eam rem Michaële & Goffino Caltrou de Tilleur fratribus.

Iterum maiori quam ante numero coëunt.

Riparii coniurant & præfectos ſibi eligūt.

Riparij impetunt Ciuitatem, ab ea repulſi, ſcripto quid petant ſignificant.

CAPVT XVIIII.

Qvibus ita peractis ſummo diluculo ſeſe ex condicto diuidētes, C ad tria circumquaque milliaria conuocandis auxiliis intenderunt, quibuſdam locis campanis etiam ad arma pulſatis, tantaque celeritate ad crucem de Herbize, locum conuentioni deſignatum, tantaque multitudine conuenêre, vt ante octauam matutinam tria hominum millia cenſerentur, præter mulieres plurimas cultris oblongis ad iugulandum, & ſaccis ad ſpolia colligendum, vt aiebant, inſtructas. Et quia ipſi coniurationi nocturnæ eorum plurimi non interfuiſſent, renouata eſt eo loci per omnes promiſcuè, ſublatis etiā cum iuramento dextris, in ducum manibus coniuratio. Inde mox Leodium contendunt vbi Magiſtratu & Concilio rerum quæ gerebantur certiore facto, habita deliberatione, viſum eſt ab eis ſcriptum D ſuæ petitionis exigere, ita futurum arbitrantibus, vt dum eiuſmodi ſcriptioni impedirentur, animos ipsâ morâ, vt genti aſſolet, remitterent, conſilia Magiſtratus capeſſeret maturiora. Illi igitur non aduertentes quid ageretur, mox Petrum Conſtantini coniurationis ſocium qui petitionem eorum ſcripto mandet, deputant.

Tria milia cōiuratorū præter mulieres.

Rogantur vt ſcripto ſuā petitionē donent.

Deliberatur interim de mittendo ad eos Comite de Arenberch, viro ob morum ſuauitatem omnibus grato, quo cum proficiſcuntur nobiles Illuſtreſque viri Comes de Horn Præpoſitus Leodienſis, necnon Eimundus Baro de Zwatzembourgh Conſul, & Richardus de Merode, qui etſi auctoritate & eloquentia plurimum valerent, omnemque

Comes de Arēberch cum aliis ad eos mittitur.

Digitized by Google

nemque ijs demulcendis induſtriam adhiberent, nihilominus ani-
A mis ſeditioſę plebeculę gratioſis illorum pollicitationibus potius exaſperatis, factum eſt, vt dum cùm alijs tractarent, alij in portas vſque D. Margaretæ irrumperent: Et quidem anteriorem portam magna violentia, cuſtodibus proſtratis, ingreſſi, alterâ quoque occupaſſent, niſi Ogerus de Marneff D. de Swatzembourgh miniſter, equo præcurrens periculum ante nuntiaſſet, in quo nec ipſe periculo caruit, equo ipſius grauiter vulnerato.

Ad clamorem igitur & ſtrepitum Ripariorum, aliorumque qui ad portas erant, Ciues magnis animis accurrentes, portas defendunt, turbulentos propulſant, mœnia præſidio firmant. Inter quos emi-
B cuit Bartholomæus de Rieu cognomine Gandauo iunior, inter ciues vir honoratus, qui non ſolum magno animo Ripariorum conatibus reſtitit, ſed etiam pari dexteritate vnam ex portis Ciuitatis clauſit, quod reuerſo Præſuli vbi innotuit, eum donauit munere & officio Scabini Leodienſis. Nec difficulter maiores temeritatis pœnas Leodienſes Riparijs inflixiſſent, coniectis in eos lapidibus, tormentiſque ac bombardis diſploſis; ſed cum legatos illos, primarios Ciuitatis viros, in ſua quaſi poteſtate haberent, rem periculo plenam facilè aduertentes, manus continuerunt.

Interim prudentiori, quam profecti fuerant conſilio ſeſe à turba ſubducentes viri nobiles, rebus infectis, poſt alium alius in vrbem reuertuntur. Vltimus apud eos manſit D. de Merode, qui vt ab ag-
C greſſione vicinæ portæ S. Walburgis, cuius proxima mœnia tum fortè reparabantur, eos tantiſper diuerteret, pluribus cum eis egit, & traditos ſibi petitionis eorundem articulos, per portæ rimam Capitulo Leodienſi ac Concilio Ciuitatis tranſmiſit, tali ſub tenore.

Vobis Dominis noſtris, Ciuium Magiſtris, & 32. miniſterijs, omnibuſque & ſingulis bonis Ciuibus Ciuitatis Leodienſis.

Supplicamus imprimis, vt ſicut vobis maiores noſtri Franſciſias, immunitates, & priuilegia conſeruarunt, ita illa nobis & poſteris noſtris ſeruetis.

Similiter rogamus, vt bonus noſter conciuis Ioannes Alberti è
D carcere dimittatur, præſertim cum Scabini Traiectenſes eum abſoluerint, nullamque in eo mortis cauſam per leges ſuas, quæ ſunt Imperij & Ciuitatis Leodienſis, repererint.

Tertiò, vt priuilegia quæ benigniſſimus Imperator noſter nouiſſimè nobis dedit, ſeruiant non feudalibus tantum, ſed quibuſcumque Ciuibus.

Quarto vt edictum granorum nuper in foro ad puteal (peronem vulgo vocant) proclamatum, ſed minimè ſeruatum obſeruetur, & antequam hinc recedamus, granariorum fiat exploratio, graniſque precium certum ponatur, nempe ſextario frumenti 24. aſſes, ſiliginis 22. & ſpeltæ iuſtâ quâdam proportione, cereuiſiæque coctoribus, ſub pœna amiſſionis ſuorum vitæ & bonorum interdicatur, ne

poculum quocumque prætextu plus octo ſolidis vendant.

Quintò vt cui plus granorum quam ad menſem ſuppetat, quod ſuperfuerit dicto precio diſtribuatur, nec ea cura normaque viſitandorum granorum diſtrahendorumque ſit in Ciuitate tantum, ſed etiam ad Hasbaniam & alia patriæ loca protendantur. A

Sexto vt Curiæ Officialis fiſci procuratoreſque nullum deinceps in nos alioſue Ciues, ſed in Eccleſiaſticas tantum perſonas citandi, aut quomodolibet procedendi ius habeant, alijs ad Scabinos & alia tribunalia laicalia remiſſis.

Ad poſtremum, omnibus notum volumus nos hoſce articulos cōcordibus animis probaſſe, ſtatuiſſeque nequaquam ab inuicem ſeparare, potius quiduis experiri; quin & ſanguinem vitamque ipſam effundere, quam ab ijs vel latum vnguem recedere. Intollerabilia hactenus mala nimia lenitate & ſocordiâ noſtrâ perpeſſi ſumus, ſors exigit modò, vt Ciuitas petitioni noſtræ ſe accommodet, articulos noſtros probet, laudet, promulget, promulgatoſque ſigillo Ciuitatis munitos nobis repræſentet. B

Riparij dato petitionis ſuæ ſcripto ad portas quaſi caſtra metantur.

His articulis datis adſtant portis, ac quaſi caſtra ad illas metantur, domos ſuburbanas inuadunt, atque etiam deprædantur.

Magiſtratus deliberat, vt Riparijs ſatisfiat: ſenſim remittit ſe eorum furor, & diuiſi propria repetunt. C

CAPVT XX.

LEcto Ripariorum ſcripto, actis quoque eorum conſideratis, facilè cuiuis apparuit coniurationem hanc alio quam ad annonæ curam inclinare, remedia proinde quamcelerrimè malo applicanda, ne ſi tardaretur, qui in Ciuitate erant populares, ineditâ agitati, eâ occaſione oblatâ, mutare omnia, euertereque ſtuderent, & alij quos flagitia & æs alienum domibus expulerant, vel quos malus in Curiam Spiritualem animus ſtimulabat, vel quos denique extrema pro eo tempore annonæ egeſtas ruri opprimebat, Riparijs ſeſe adiungerent. Quare maturis inter Capitulum & Magiſtratum habitis conſultationibus; in eam itum eſt ſententiam, quam Ægidius Blocquerie Canonicus & ſigillifer Leodienſis ſuggeſſit, nimirum, vt granariorum iterata fieret viſitatio, granaque reperta precio iuxta decreta & Ordinationes tum Capituli, tum Scabinorum Leodienſiū nuper præſcripto, venundentur. D

Trepidat Ciuitas.

Ægidius Blocquerie ſigillifer ſuggerit remedium.

Dein vt neque Eccleſiaſticus, neque alius quiuis plus granorum penes ſe retineat, quam illi vſque ad D. Remigij feſtum neceſſarium fuerit.

Inſuper vt ceruiſiarij ceruiſiam maioris precij quam duodecim

ſolidorum

Digitized by Google

ſolidorum in ſingula pocula maiora, non conficiant.

A Ad hæc, ſi granorum viſitatione factâ, deprehendantur alendæ Ciuitati & ſuburbijs non ſufficere, conſletur ab vtroque Magiſtratu ſumma pecuniaria, qua comparentur diſtribuanturque ſingulis familijs, per ſextaria, precio iam ante ſtatuto.

Et ad euitandas fraudes, qui grana hoc modo ſibi comparare volent, adferent teſtimoniales ſuæ familiæ à iuſtitia loci quem incolunt.

Præterea vt omnes Iudices tam Curiæ Spiritualis quam reliquorum tribunalium, Iuſtitium, ad inſtar illius quod tempore meſſis edici ſolet, edicant, ac impoſterum Officialis proceſſus ſuos iuxta B paces hactenus initas, inſtituat, neque illarum terminos vllo pacto excedat.

Ad vltimum attento quod Ioannes Alberti extra Iuriſdictionem Leodienſium captus fuerit, ſub Iuriſdictione nempe Capituli Aquēſis, & quod Comes de Arembérch hac occaſione cum parentibus & amicis, captiuum ſibi relaxari petant, videri relaxandum, hac ratione huic ſeditioſo prauoque populo forſan fieri poſſe ſatis.

His igitur conſtitutis, miſſi ſunt ad Riparios ſub ſeptimam veſpertinam Comes de Arembérch, & D. de Waroux, qui (aſſumpto ſecum Gůilhelmo Champion, Ciuitatis Graffiario poſtmodū Scabino Leodienſi qui noſtrate lingua hiſtoriam Ripariorum nobis reliquit) decreta hæc inſinuarent.

C Lecta ſunt itaque illis in S. Ægidij prato per Graphiarium, aſtantibus captiui iam relaxati parentibus, qui de ipſius relaxatione teſtarentur. Iam enim ſuaſu cuiuſdam Ioannis Geure Ciuis Leodienſis inducti, punctum hoc præ reliquis vrgebant.

Habitâ lectione, paulo quietiores facti, exemplar edicti acceptare recuſarunt; ne acceptans inde pro duce coniurationis haberetur, ſed miſſuros ſe qui exemplum ferret, reſponderunt. *Fiunt quietiores.*

Sequēti mane, factâ exploratione quid coniurati agerent, intellectum eſt eos de ſeparatione facienda conſilium capere, nolle tamen reſoluere, prius quā remiſſione, ſi quid forſan offendiſſent, à Ciuita-D te accepta, quod aſtu eluſum fuit, reſponſo pro re nata à nonnullis dato, non id petendum ne crimen fateri videantur, qui quod feciſſent criminis nomen non mereri exiſtimarēt. Quocirca pars verſus Monaſteriū S. Laurentij, pars verſus Coquinos, Auguſtinenſes, Guilhelmitas, alij verſus vallem S. Lamberti receſſere. Vnde pigri & famelici ventres, ſeu extortâ, ſeu emendicatâ largitione pabulum accepēre. *Recedunt à Ciuitate.*

Sparſus eſt interim per Ciuitatem rumor eos Moſam traieciſſe, vt per priuata Ciuium poſtica, quæ ſunt ad ripam, regrediantur. Quocirca pulſatis ad arma campanis, maior quam ante trepidatio Ciuitatem peruaſit.

Digitized by Google

A

Magiſtratus Erardum Bruxellis agentem reuocat: ille mox reuerſus petit granorum prouiſionem fieri, & de pœna per Riparios coniuratos promeritâ, ſtatui.

CAPVT XXI.

QVare diligentiſſimæ fiebant excubiæ, noctu diuque conſtitutis ad portas vndecunque non Ciuibus tantum, ſed & Canonicis, tum Cathedralis, tum Secundariarum Eccleſiarum, plateis B quoque diligenter etiam nocte ſuccenſis, paſſim ignibus cuſtoditis, & per ſuccedaneos vigiliarum præfectos, continuè perluſtratis.

Erardus gratanter recipitur.

Sed & res viſa eſt Antiſtiti Erardo, tum forte Bruxellis agenti, ſignificanda, qui nuncio accepto, mox Leodium ad decimam Iulij repetijt, ingenti populi applauſu & gratulatione, velut vnicum & ſecurum Patriæ præſidium exceptus, præſenti neceſſitate populum illi magis vt aſſolet, conciliante. Nec cunctatus Capitulum Leodienſe, Magiſtros Ciuium, Scabinos, Commiſſarios, denique Ciuitatis Concilium conuocat, enormitatem facinoris coniuratorum deteſtatur, impunitatis illorum pericula exponit, & quo maiori animorum populi coniunctione omnia fiant, petit triginta duo opificum Collegia C conuocari, illiſque à ſe dicta ſuis verbis referri: cumque in re tanti momenti eorum conſilio vti vellet, nec poſſent, niſi magno familiæ ſuæ diſpendio omnes, quoties opus foret, impoſterum conuenire, petit decem boni nominis & famæ viros rerum peritos, ab ijs deputari, qui ſibi in conſilijs de ijs, quæ è Repub. videbuntur capeſſendis, pro eorum parte aſſiſtant; atque vt popularium paupertati, & inediæ turbarum radici quantocius occurratur, fit noua per Eccleſiaſticos & alios granorum viſitatio; compertoque grana neceſſitatibus publicis non ſufficere, mittitur cum ſex florenorũ millibus Hermannus Eynetten Canonicus Leodienſis cum Ciuitatis Graſſiario ad Oppidum Trudonenſe, qui frumenta comparent, & mox Leodium vehi curent: Sed & alij alio eiuſdem rei causâ, magnâ ſollicitudine D mittuntur. Grana alibi carius comparata, Leodij & in ſuburbijs viliori precio, ſuſcepto communiter per Clerum & Magiſtratum diſpendio, diſtrahuntur. Et ne quid deſit, Antiſtes ſe ad præſcriptam ſummam quæ neceſſaria fuerint, adnumeraturum addicit. Aduertebat ſiquidem prudens Princeps, populum illum frequentiſſimum, in tanta rerum penuria, haud aliter contineri poſſe.

Fit noua granariorum viſitatio.

Grana aliunde aduehuntur.

Cenſura triginta duorum Miniſteriorum de pœna Ripariorum.

Triginta duo interim Miniſteria, factâ ſibi pro parte Principis propoſitione, ſaluâ ipſius Principali auctoritate & iudicio, cenſent de Riparijs, vt coniurationis auctores, ſuaſores, ſollicitatores, qui tympanum pulſarunt, alioſque verbis vel factis ad rebellionem animarũt, qui

Digitized by Google

qui Ciuitatem vi ingredi & quaſi obſidione cingere voluerunt, cum
A ſuis complicibus, priuilegijs, libertatibus, Ciuitateque ipſa perpetuis futuris temporibus, tanquam Principi & Ciuitati infideles ac periuri priuentur. Si qui tamen mortis metu ac minis forſan coacti, eorum partes ſequuti ſunt, ſupplicant illorum haberi rationem, vt & Ciuiũ, vt ſi qui forſitan ab ijs, vti complices, odio, aut praua ſuggeſtione accuſentur, iudicio iuxta leges patrias pulſentur. Et quo ad petitam deputationem, nominant de ſingulis ſuis collegijs vnum, vt ſi quando opus ſit, eo citius poſſint de ijs quæ geruntur conſcij fieri, atque deinceps vt omnis turbationis euellatur occaſio, vnioque & tranquillitas inter Clerum & populum ſit eo ſtabilior, ſupplicant vt pro
B leuandis Ciuitatis oneribus, quæ alioqui inſupportabilia ſunt, placeat ſuæ gratiæ ordinare, quatenus Monaſteria, pia loca, ac aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ, Capitulo Leodienſi, fundi Domino excepto, ſaltem pro aliquo tempore, tributa vt reliqui Ciues pendant, vel aliud aliquod promptum ad id ſolamen reperiatur. Deinde vt reformatio Curiæ ſpiritualis fiat, breuiſque in iudicijs ordo ſtatuatur, nec Officialis de alijs quam ad ſuam Iuriſdictionem ſpectantibus cognoſcat. Iura quoque pragmaticorum ad antiquam taxationem reuocentur, aliter iura capere præſumentes, in aliorum exemplum puniantur; vti ſæpius in Patriæ Comitijs ordinatum fuit: Ad extremum, vt edictum granorum in ſolamen pauperum nouiſſime publicatum, æquè ab Ec-
C cleſiaſticis & ſæcularibus perſonis obſeruetur, placeatque gratiæ ſuæ iuxta nouiſſimam ſuam promiſſionem, coemendis granis ſummam aliquam pecuniæ conferre, qua pauperum indigentiæ ſubueniri poſſit, cauereque ne grana, ſicuti nuper magno ſuo damno & periculo contigit, extra Patriæ limites auehantur.

Deputatio 32. virorum qui ſint à conſilijs Principi.

Poſtulata 32. Miniſteriorũ.

Poſtquã deliberationes huiuſmodi 32. Collegiorũ per Ciuium Magiſtros, Cõſiliarios & alios Ciuitatis primores, Principi porrectæ fuiſſent, iubet cõmunitatem iterum ad domum Ciuicam cõuocent, quo mentem eorum proprius intelligere, & finem Ripariorum negotio imponere poſſit. Dominica inſequenti, communitate congregatâ, criminis Ripariorum grauitatem, quam nuper in Capitulo Leodienſi
D diſertè eleganterque oſtenderat, hic ſanè longè copioſius eloquentiuſque de ea diſſeruit: petens vt quid de ijs fieri placeat, ipſi etiam paulò diligentius explorent liberiuſque ſignificent. Neque enim illos ſolum Principi & Ciuibus debito contraueniſſe iuramento, ſed eorum nefario conſilio Ciuitatem adeoque Patriam vniuerſam in maxima pericula veniſſe; cædes, incendia, rapinas, aliaque fœda atque crudelia facinora in Ciues paraſſe patraſſeque: viderent quas pœnas in Reipublicę hoſtes, in ſeditioſos, in parricidas, Imperij iura, ipſeque leges, conſuetudineſque municipales ſtatuiſſent.

Erardus illa gratanter accipit.

Rurſus deliberatur de pœna ripariorum.

Communitas auditis Principis propoſitionibus, viſo etiam triginta duorũ Miniſteriorũ iudicio, rebus denique ſecundum iura & conſuetudines Patriæ pro grauitate penſatis, cenſuit primùm, ſeditionis

auctores,

Digitized by Google

Pœna Ripariorum.

auctores, tympanorum campanarumuè pulſatores, aliorum ſollicitatores, curſores, ad arma proclamantes, articulorum dictatores, ſcriptores, Ciuitatis obſeſſores, inuaſores denique quoſcumque ad rebellionem prouocantes, vita boniſque omnibus mulctandos, illorum bonis, oneribus & munitionibus Ciuitatis applicatis, domibus verò à fundamentis abſque reſtaurationis ſpe ad centum ſaltem annos euerſis, ac ædium aliorumue bonorum ipſorum quorumcunque alienatione, à coniuratione facta, irrita declarata. A

Secundùm, vt qui eos ſuapte ſponte ſequuti fuiſſent, nudis capite & pedibus, fune è collo dependente, ſola veſtiti interula ad Eccleſiam Leodienſem veniant, & genibus in terram deflexis, Deum, Beatam Virginem Mariam, Beatum Lambertum tutelarem, Principem ac Capitulum Leodienſem veniam rogent, indeque eodem ſchemate ad forum regreſſi, genibuſque aduoluti, implorent miſericordiam à Magiſtris Ciuium, Concilio Ciuitatis, omnibuſque in vniuerſum Ciuibus, deinde priuilegijs ac libertatibus ciuicis careant, ab armis quibuſcumque (cultello cuſpide carente excepto) in Ciuitate & leuca, vt vocant, bannali penitus abſtineant, ſub dextræ amiſſionis pœna, armis ſi quæ habuerint, ilico ad manus Iuſtitiæ loci, & inde ad Concilium Ciuitatis deferendis. Denique ſepta ad S. Margaretæ ſtrata per leucam præſcriptam continuent, certâque ſummam ad opus Ciuitatis numerent. B

Tertium, vt qui non ſua ſponte ſed minis coactos ſe prætenderint, id intra præſcribenda tempora legitimè comprobent, ſub pœnâ prædictâ. C

Et qui fugam arripuerint, niſi ſe intra certũ tempus iudicio ſiſtãt, tanquam primi ordinis & claſſij criminoſi puniantur in exemplum.

Viſis ordinationibus de pœna Ripariorum per Ciuitatem factis, iubet per Prætores locorum fieri inquiſitiones.

D

CAPVT XXII.

Brardus mandat ſcribi nomina coniuratorum.

PRinceps auditis vt præfertur, Ciuiũ ſententijs, rem omnem in ſuum Concilium refert, & ſequenti die, quæ fuit decimaſexta Iulij, iubet expediri mandatum ad Prætores, Scabinos, alioſque Officiatos iuſtitiarum, ſub quibus coniurati degerent, vt nomina & cognomina eorum tam virorum quam mulierum, quam diligentiſſimè fideliſſiméque ante meridiem diei proximæ Mercurij reſcribant, niſi eorum numero adſcribi velint, velle enim ſe miſericordiam & iudicium facere, prout delicti cuiuſque ratio exegerit.

Deman-

Digitized by Google

Demandatur mandati huius executio Ciuitatis Graffario, qui publico ſecum aſſumpto nuncio, ac duobus dumtaxat cuſtodibus, onus, etſi propter recentem adhuc nebulonum commotionem furoremque pertimeſcendum, fortiter exequutus, ab Officiatis inquiſitiones generales obtinuit, ad quas examinandas deputati M. Ægidius Blocquerie ſigillifer, M. Gerardus Mewen vicedecanus, Iacobus de Bouiſſet Scholaſticus, & M. Iacobus del Sart Canonici Leodienſes, Ioannes de Viron D. de Boſſut Ciuium Magiſter ſupradictus, Onuphrius de Cellier, M. Leonardus Wert Doctor medicus Ægidius Oranus, Ioannes de Saulci iuris vtriuſque Licentiatus, quatuor Scabini Leodienſes, Ioannes du Sart Scabinorum ſupremus Grapharius Wericus Pietkin, Ioannes de Foumal Balliuus S. Lamberti, Andreas Sauuage, Ægidius Libot, quatuor Ciuitatis Conſiliarij: Anthonius Randach, Petrus d'Heur, Nicolaus du Cheual bardé, Ciues Leodiẽſes. Repetitis igitur & examinatis à nouo ad certiorem informationem teſtibus, recenſuerunt primarios coniurationis reos qui ſequuntur.

Examinantur inquiſitiones Officiatorum.

Primarij coniurationis auctores.

Imprimis ex pago de TILLEVR.
Goffinus Caltrou
Michaël eius frater.
Henricus Quæſtor.
Ioannes Alardus.
Pirardus Coſtain.
Michaël Waſſeige
Dionyſius eius frater.
Quidam Sartor de Seranio ſic nominatus.

Ex pagis de SERANIO, & GEMEPPIA.
Ioannes Carodea.
Hubertus Nihat eius frater.
Petrus le Charlier.
Ioannes Damſy.
Henricus Oudelet.

Ex pagis de ANS & MOLLIN
Laurentius Goffin.
Ioannes Piet.
Petrus Ægidij:
Seruatius Gheſel.
Paſcaſius Martini

Ex pago de HOLONIA AD LAPIDES
Iacobus minor del vache.

Ex pago de MONTEGNEE,
Ioannes le Bierleur
Ioachimus le Bierleur

Ex pago de magna FLEMALIA.
Gerardus du bois,

Ex pago de parua FLEMALIA,
Ioannes d'Oumal.

Ex pagis de OVGREE & SCLESSEIN,
Simon Marbaize.
Nicolaus Raymont.
Humblerus Frerard.
Ioannes Thomæ.
Petrus le Charton.
Gerardus dict le Bailly:
Ioannes Barba.
Nicoláus d'Ougree.
Gerardus Ioannis Ramey.
Gerardus le Sergeant.
Alexander de Ramey
Thonnon des Champs.
Simon Depen.

Digitized by Google

A

Mandat auctores coniurationis per Prætores capi, præſcribitq; modum procedendi, quem illi ſequuntur.

CAPVT XXIII.

CÆterum quo promptior ſecuriorque foret facinoroſorum apprehenſio, Princeps Prætores dictorum pagorum ad Iulij 23. vocat, eiſque tam verbo quam ſcripto, præſcribit dictorum reorum apprehenſionem, vtque ad ſequentem diem omnes Iuriſdictionis ſuæ incolas conuocent, tam eos qui coniurationis ſunt, quã alios indiſcriminatim, interrogentque ſuo nomine, an vt ſubditos fideles decet velint Principem Dominum ſuum agnoſcere, eiuſque parere mandatis: qui ſi velint omni ope ſibi in capiendis & ad Principem ſuum deducẽdis perſonis in ſchedula deſcriptis aſſiſtant, quo poſſit ex eis, de toto conſpirationis negotio, plenius informari. Prætores mandato ſcedulaque acceptis, Iuſtitiarios & alios Iuriſdictionis ſuæ conuocant, mandatum prælegunt, parent omnes, aut timore offenſæ, aut gratiæ, vel minoris ſpe pœnæ; capiuntur tantum duodecim, alijs fuga ſibi conſulentibus. B C

Nomina Captiuorum ſunt.

Ex pago de TILLEVR
Dionyſius filius Henrici waſſaige
Ex pago de SERAING,
Ioannes Carodea.
Ex GEMEPPIA
Quidam dictus le creſpoux charlier, &
Thomas Germea
Ex parua FLEMALIA
Gerardus du bois, &
Ioannes Danneau.

Ex OVGREE
Iacobus à Barba
Ex pago de MONS,
Theodoricus Sartor
Ex pagis ANS ET MOLLIN
Laurentius dictus ſubtilis.
Paſcaſius Martinon.
Ex pago de MONTEGNEE,
Ioannes malus,
Ioachimus le Bierleur

D

Auctores Coniurationis afficiuntur ſupplicio.

CAPVT XXIIII.

HIs ad Officialis Leodienſis carceres adductis, & quæſtionibus ſubiectis, propria eorum cõfeſſione deprehenſum eſt illis propoſitum

Digitized by Google

A poſitum fuiſſe, Ciues pleroſque omnes neci tradere, & Ciuitatem ſpoliare, ad id facinus plures ſecum induxiſſe. Quocirca Scabinorum Leodienſium iudicio, lata in eos mortis ſententia, data tamen per Principem delicti venia Ioanni Danneau, Ioanni Malo & Ioachimo le Bierleur, iuxta ſecundum articulum, quod alijs innoxiores viderentur.

Erectum itaque in medio fori Theatrum ampliſſimum cicumſtantibus Ciuium Magiſtris, ac decemuiris, vexillis militari more explicatis: ibi decolati vitam finiêre, capitibus haſtis affixis, & ad portas S. Margaretæ, S. Walburgis, & Auroti omnium conſpectui exhibitis, & repreſentatis.

B Sed & alter quidam Gerardus le Sergeant, ex pago de Ramey captus, & circa nonam matutinam adductus, coniuratorum facilè Princeps repertus, inſequente horâ confeſſione ſacramentali munitus, paritèr dignum factis ſuis vitæ exitum inuenit. Dicitur is in theatro non ſine plurimorum admiratione ſeu commiſeratione imperterritus ſaltitare cœpiſſe.

Erardi Edictum de regimine granorum cum quibuſdam alijs.

C

CAPVT XXV.

PEnultima Iulij, Princeps, quo magis ac magis Ciuitatis tranquillitati conſulat, habita cum Capitulo & primoribus Ciuium deliberatione, nonnulla edicit bono publico vtilia, ac primum quidem de non aſportandis granis ſub pœnâ publicationis, & 20. Florenorum auri, quacumque exportandi licentiâ, ante forſan etiam Eccleſiaſticis perſonis conceſſa vel impoſterū concedenda, non obſtante: facta quibuſcumque Ciuibus ea publicandi, ſi quæ aſportari depræhendantur, facultate.

Secundo, de nonnullis tabernis occaſionem ruinæ permultis præbentibus, & caritatem inferentibus occludendis, certoque in ſingula ceruiſiæ pocula precio, duodecim ſcilicet Leodienſium ſolidorum, ſub conſimili publicationis pœna, & quatuor auri florenorum.

D

Item de augendâ contra piſtores falſarios per Ciuitatem & illius immunitatem mulctâ, pro prima vice vnius floreni auri, pro ſecūda duorum, pro tertia trium, ac tandem euerſionis fornacis, necnon priuationis miniſterij ad annum, ac tandem pro quarta vice ſub pœna arbitrario in aliorum exemplum irroganda.

Ac ne Officiati ſua forſan diſſimulatione, quoquo modo mandatorum huiuſmodi executionem retardent, ſtatuta in eos pœna dupli illius, quod alias contrauentores fuiſſent promeriti.

Exteris quoque pauperibus, qui propter ſocorum & eleemozi-

Digitized by Google

narum beneficia ſolent communiter Patriam, magno pauperũ ſubditorum diſpendio, prægrauare, vt intra triduum Ciuitatem & milliarium banni excedant, alioquin virgis primum, deinde pugno, ac tandem vita mulctentur. A

Sed de aſcriptis ad collegia Opificũ, vt ante omnia Villico & Scabinis Leodienſibus, ac Magiſtris Ciuium exhibeantur, & poſtea apud Principis Concilium repræſententur, cum alioquin frequenter vſu veniat, vt ij potius ad turbas quam ad boni Ciuis officium Collegia affectent.

Et has quidem ordinationes ab omnibus laudatas, Præſul paſſim per Patriam, prout quemque contingebant, publicis edictis promulgari, & ad obſeruantiam deduci iuſſit.

Pœna Ripariorum qui ſponte auctores coniurationis ſequuti ſunt.

Quo verò executionem iam contra Riparios ſtatutam compleret, mandauit Officiatis locorum, vt ad primam Auguſti omnes qui coniurationis rei fuiſſent, iuxta ſcedulam Leodium pro obedientia præſtanda adducerẽt; quod & factum fuit, illi ſiquidem mox ad portam S. Margaretæ deducti, ac inde ſola interula induti, nudis pedibus ac capitibus intectis, capiſtro à collo dependente Ciuitatem ingreſſi ſunt, & in Eccleſia Leodienſi flexis poplitibus Principem & Capitulum, in foro verò, conſcenſo pulpito, in quo duces eorum ſupplicio affecti fuerant, Magiſtratum ac Ciues veniam rogarunt, miſericordiam conclamantes. B

Quibus factis per Tortorem ad portam Aurotanam deducti ſtricto Iuſtitiæ gladio ſignati dimiſſique ſunt. Atque eo ordine fuerunt & alij illius farinæ homines ipſo S. Laurentij pariter mulctati; alij verò excuſationes ſuas ſcripto dederunt, reliqui fuga ignominiam euaſerunt. C

Cometes multorum obituũ prænuntius.

Eiuſdem anni menſe Auguſto, peruigilio Aſſumptionis B. Mariæ, & diebus octo ſequentibus, viſus eſt Cometes multorum obituum, vt putabatur prænuncius. Siquidem obiêre per hos dies Ludouica Franciſci Regis Galliarum mater, Maximilianus Sfortia, Princeps Aurantius, tormento bellico extinctus. Item Ioannes Hornenſis Eccleſiæ Leodienſis pridem Præpoſitus, qui nuper vxorem duxerat, eo fini, vt eſſet qui in Comitatum Hornenſem ſuccederet. Euerardus quoque à Marka, Comes de Aremberch Mamburnus Leodienſis, in hopomachia ſiue diſcurſorio, vulgus torneamentum vocat, per Nobiles Cæſareæ Maieſtatis Bruxellis habitis, equo excuſſus, qui inde Leodium delatus in templo fratrum Cruciferorum honorificè ſepultus eſt, Præſule & vtroque Magiſtratu, totoque Ciuitatis Leodienſis Clero aſſiſtente. D

Mortuus quoque non multo poſt Zuinglius in bello contra quinque pagos Helueticos. Is inuentus à duobus Catholicis adhuc ſpirans, interrogatuſque num confeſſione expiare ſe vellet, mortuum ſe ſimulans nihil reſpondit. Alius verò ſuperueniens, vt vidit improbum, lethale vulnus inflixit, detulitque ad belli duces, qui eum

judicio

iudicio publico proditionis & hæreſeos damnatum, flammis tradi
A iuſſerunt.

Oecolampadius etiam ſub idem fere tempus, à fœmina (vt quidã aiunt) quam inceſtis polluerat nuptijs, in lecto extinctus eſt, ſiue ignitis ſathanæ telis & haſtis confoſſus, vt ſcribit Lutherus, ſiue iuxta alios ſui ipſius manibus clam peremptus.

Menſe Octobri Bruxellenſes in collectores noui vectigalis cereuiſiarij inſurgunt, ſopitur quantocius motus, Cæſare qui iſthic erat, vectigal tanquam iniquum improbante. *Motus Bruxellis à Caſare quomodo ſedatus.*

Leodij exactè ſeruabatur edictum cõtra Dardanarios mercatores, qui grana ex Suburbijs & alijs vicinis Pagis emebãt, vt illa mox carius
B reuenderent: vnde fiebat vt ruſticis grana quoque non aduehentibus, eorum precium Leodij creſceret, non ſine noui tumultus periculo. Igitur huiuſce rei Præſul certior factus, è Bruxella 25. huius reſcribit, edictúmque de granis nouiſſimum moderatus, concedit facultatem quibuſcumque per Patriam grana comparandi, vt ea per Ciuitatem & Oppida ſtatim reuẽdant, precio tamen æquo eoque minori, quo breuiori tempore grana reuendiderint moderamine adhibito, ne magna quantitate grana emant, & in granarijs ſuis donec preciũ excreuerit retineant, ſub pœnâ in alijs edictis conſtitutâ.

C *Mutuat Patria viginti aureorum Imperialium millia pro milite contra Turcas. Quidam Riparij afficiuntur ſupplicio. Modus procedendi contra hæreticos, & quædam alia.*

CAPVT XXVI.

ANno 1532. Cùm Turca Germaniæ, ingenti armatus exercitu, immineret, Cæſar quo communibus Imperij auxilijs poſſet reſiſtere, habitis Norimbergæ Comitijs, rurſus coactus eſt in eam cum proteſtantibus venire cõuentionem, quam quidam pacem 1532.
D publicam, alij (interim) vocabant; nimirum vt donec habitum eſſet generale Concilium, nulli fieret de religione queſtio. Quâ conuentione factâ, mox communi omnium conſenſione, decreta præſtitaq; Cæſari auxilia. *Interim conſcribitur.*

Ac Patria quidem Leodienſis, quæ circuli Weſtphalici pars eſt, ad centum viginti equites, & pedites 380. ſubminiſtrandis cenſita fuit, qui vt promptius expedirentur, Erardus viginti aureorum Imperialium recens cuſorum millia dedit Patriæ mutua, & pro fœlici expeditionis huius ſucceſſu, Sacra ſolemnia, ac preces publicas inſtituit; mandauitque vt per omnes Eccleſias etiam conuentuales,

horâ meridianâ, campanæ, ad refricandam orationum huiuſmodi memoriam, compulſarentur. A

Pax publica. Habebat pax publica inter alias hanc conditionem, omnes Imperij Principes aduigilare debere, vt nemo militem cogat in terris & Dominijs ſibi ſubiectis ad militandum Principi externo, niſi obtentâ à ſe licentiâ. Similiter neque priuatum quemque cuiuſquam Principis externi iuramento militari ſe obſtringere poſſe, niſi impetratâ à Principe ſuo facultate, ſub pœnis in diplomate ipſo pacis publicæ expreſſis.

Eodem anno alij ſex riparij extremo ſupplicio vitam finiêre, vnus quod contra Principis prohibitionem gladium geſtare deprehenſus eſſet, alij tres quod Domini temporalis de Ramioulle, dum Leodij B cum familia feſtum Tranſlationis S. Lamberti celebraret, domum ſpoliaſſent, fuit & alius propter furtum captus; verum per virginem, quæ illum in maritum petijt, Principis indulgentiâ redemptus.

Per eoſdem dies, ſæuiebat Huy & alijs vicinis in locis peſtis, multique ſubitâ contagione moriebantur. Sagax Præſul veritus ne contagium in Ciuitatem ſuam ſerperet, publicè edixit, ne quis Hoyenſium infectorum illam ingrediatur, aut merces, veſtes, ſimiliaque vtenſilia, toto infectionis tempore importet nec importari faciat, pœnâ ſex florenorum aureorum tranſgreſſoribus conſtitutâ, Nauim mercatoriam Hoyenſem, quibus neceſſaria hinc inde aduehi ſolent C emanere iuſſit, donec alitèr per eum ordinatum eſſet, aliaque nonnulla eam ad rem maximè vtilia.

Heretici Leodij inſoleſcentes reprimuntur. Eodem tempore occaſione concordiæ Cæſaris cum proteſtãtibus paulo antedictæ, cœperunt quidam Leodienſes de Lutheraniſmo ſuſpecti, magnâ licentiâ, de fidei articulis diſputare, quod Præſul haud ferendum ratus, multos qui ſe proteſtantes gloriabantur, re cognita vel proſcribi, vel ſupplicio tolli iuſſit.

Die 23. Iunij, duo viri & totidem mulieres, propter hæreſim lutheranam, carceribus mancipati, poſt multa, vt ſolent nouatores illi adferre ſubterfugia, conuicti, ſeu ſupplicij timore, ſeu veræ & Catholicæ doctrinæ amore, abiuratis ante omnia hæreſibus, in æde D ſacra D. Lamberti cum reliquis Catholicis venerabile Sacramentum ſequuti, viri quidem nudis capite & pedibus, cæreum ardentem manibus geſtantes publicam egerunt pœnitentiam.

Dominica ſequente, Magiſter Hoſpitalis Coquinorum nuncupati, qui ex Lutheri doctrinâ, contra fidem Eccleſiæ Catholicæ, locum purgandarum animarum poſt mortem reſtare negabat, & ipſe carceri mancipatus, cum tandem nouis Lutheri dogmatibus renuntiaſſet, ſolemnem quoque obedientiam in eadem æde peregit, & officio quod gerebat, priuatus, ad Boneffienſe Monaſterium, melius in doctrinâ & vitâ inſtruendus, miſſus eſt.

Per idem fere tempus quidam Eccleſiæ D. Dionyſij Leodienſis Canonicus

Digitized by Google

nonicus de nouis quoque Lutheri dogmatibus ſuſpectus, cum, diligenti inquiſitione factâ, in domo eius libri Lutheri, alijque plures hæretici reperti eſſent, fuga vitæ ſuæ conſuluit.

A

Alter S. Martini Canonicus, etiam de hæreſi accuſatus, quorundam errorum reuocatione, quorundam vero explicatione & moderatione factâ, vt ſolidiori fidei doctrinâ imbueretur, Coloniam ablegatus, ibique anno integro ſacrarum literarum ſtudio vacare iuſſus eſt.

Erat id temporis Leodij hæreticæ prauitatis Inquiſitor quidam Ordinis Carmelitani S. T. D. qui auctoritate tam Pontificiâ quam ordinariâ fultus, diligentem in inquirendis Lutheranis eorumque fautoribus nauabat operam, hunc Ciues, alioquin boni, perſequi cœperunt, quod in proceſſibus, quos contra hæreticos inſtituebat, eorum priuilegia ac Franciſias læderet, quod nimirum per Scabinos, Magiſtros, & Iuratos Ciuitatis, more maiorum, & vt pactiones pacum habent, non iudicarentur Ciues, ſed ad vnius Inquiſitoris iudiciũ; Itaque in Concilio Ciuitatis ſtatuerunt deinceps in materia damnatæ religionis contra neminem procedi debere, niſi prius per legem & Franciſiam de dictis factiſve hæreticis conuictus, & ad Iudicem Eccleſiaſticum vti talis remiſſus fuerit: Cuiuſmodi ſtatutum, cum Præſul circa feſtum S. Iacobi in Concilio Ciuitatis vti ſacris Canonibus contrarium reclamaſſet, ac reuocari mandaſſet, res in magnam fere abijt diſſenſionem, & quãtumuis tunc edictum Cæſaris renouaretur, & præcipua Capita ad Patriæ Officiatos, pro animaduerſionis in Lutheranos normâ, mitterentur, aliud tamen à Ciuibus nihil obtineri potuit, quam vt ſaluis priuilegijs Ciuicis admitterentur; quod equidem pijs iuſtiſque Erardi deſiderijs atque conatibus non parũ remoræ ac impedimenti attulit.

B

Concilium Ciuitatis quid in negotio religionis ſtatuerit.

C

Eodem anno Comitia Leodij menſe Iulio habita, quibus de ſubſidijs ad bellum contra Turcam neceſſarijs actum fuit. Qua occaſione exarſerunt Ciuium animi contra Collegiatas Eccleſias & Abbatias ratione vectigalium ſibi & non illis ſuper vino cereuiſiaque impoſitorum, & tandem Concilio Ciuitatis habito, communi Ciuium ſententia Clerus omnis, primario tantum excepto, in contributionibus publicis, Ciuibus exæquatus eſt. Quibus cum Clerus ſuas libertates ac immunitates obijceret, Præſul diſſidium ſic compoſuit, vt tam hi quam illi, in ſingula vini plauſtra quæ aliunde cõpararent, tres auri florenos, ſexennio durante, penderent, priuilegijs Cleri poſt id tempus in hoc & alijs quibuſcumque ſemper ſaluis.

Quid circa Clerum ſtatuerit.

D

Serpebat interea magis ac magis Epidimiæ lues & Ciuitatem ipſam & ſuburbia inuaſerat, multaque hominum millia abſumpſerat. Itaq; Præſul de ſuorum Ciuium ſalute ſollicitus efficaciora meditatur adhibere remedia. Igitur Septembris 22. iubet edici ne quis infectorum terra, aqua, die, noctu Ciuitatem ingrediatur, aut merces cuiuſcũque generis inuehat, ſub pœna exilij 50. annorum per quinque miliaria à Ciui-

Digitized by Google

à Ciuitate, & confiſcationis mercium, veſtimentorum aut quarumcumque aliarum rerum in Vrbem, eiuſque Suburbia importatarum. A
Iubet quoque vt peſte iam infecti in Ciuitate & Suburbijs, virgam album vnius vlnæ cum dimidia manu geſtent, ſaniorumque conuerſationem euitent, pœnâ proſcriptionis vnius anni à Ciuitate tranſgreſſoribus conſtitutâ. Mandat quoque plateas & aquarum canales apertos & mundos teneri, & bis ſingulis ſeptimanis repurgari. Vetat ne infecti fontes contingant, ſed ſi quæ lauanda linea, vel veſtimenta ſeu alia habeant, ea in Moſa flumine abluant.

Octobris vigeſima nona, certior fit Præſul de Germanis iter per Patriã Leodienſem capientibus, veritus ergo ne quid ſiniſtri aut incommodi ſeu militibus, ſeu ſuis ſubditis accidat, ſcribit Arembergio Prætori, vt militem, ſi quidem ita oporteat, per patriam, minore quo B fieri poterit agricolarum diſpendio, deduci curet, caueatque ne quiſquam ſeu verbo ſeu facto militem lædat, ſicut nec miles cuiquã ſubditorum vim aliquam aut iniuriam faciat, ſed victualia æquo precio ſoluat, ſin alitèr, pulſatis ſignis, manu ruſticorum facta, de more omnes è Patriæ finibus pelli curet.

Præſul ſcholas & conuenticula hæreticorum prohibet.

Decembris tertia, edicto vetat ne quis cuiuſcumque conditionis aut ſexus fuerit ſcholam aperiat, aut conuenticula ſiue paruo, ſiue magno numero virorum, mulierum, puerorum, aut puellarum in quibus hæreſes ſeu Lutheranæ, ſeu aliæ quæcumque doceantur, habeat, ſub pœna amiſſionis priuilegij Ciuici & miniſterij, ſi cui quis C iam aſcriptus fuerit, vbi crimen per legem & Franciſiam (vt vocãt) legitimè probatum fuerit.

Altero die præſente in ipſo Ciuitatis Conſilio Præſule, quidam Ioannes ſcholarum Eccleſiæ S. Pauli Magiſter, nuper eiuſdem Eccleſiæ æditüus, quod Lutheranam hæreſim pueros docuiſſet, & per legem & Franciſiã conuictus fuiſſet perpetuo exilio extra Ciuitatem & Dominia Principis mulctatus fuit.

Gallus interim cum Anglo fœdera primum Bononiæ in Gallia, mox Caletij renouat, vterque belli Turcicj ſe ſpectatorem præbens.

Erardus controuerſiam inter duos Abbates ſancti Trudonis, & quæſtionem de Monaſterÿ ſub Epiſcopo Leodienſi ſubiectione ſopit. D

CAPVT XXVII.

CVm menſe Nouembri anni ſuperioris obijſſet Guilhelmus Abbas Trudonenſis, relicto ſibi auctoritate Apoſtolica Coadiutore Georgio à Sareins à Mechlinia; nihilominus religioſi iure ſuo conſueto vti cupientes, Rudgerum Franconis, ex Oppido Trudo-

Digitized by Google

Trudonenſi oriundum in ſuum Abbatem elegerunt, quæ res magnarum illic turbarum fuit Seminarium: tandem cõtrouerſia hoc anno, A directione & auctoritate Præſulis ita compoſita eſt, vt à Conuentu electus, Præpoſitus cum certis prærogatiuis vocaretur, alter Abbas remaneret.

Quia porro in expeditionibus Romanis de dicta coadiutoria factis, expreſſum erat Monaſterium Trudonenſe Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum eſſe miſſis ad Monaſterium Commiſſarijs, nobili viro Guilhelmo Colhem Domino temporali de Duras, & M. Ioanne Bardoulle Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Decano, curauit ex Abbate & Conuentu ſciſcitari, num de certa eorum ſcientia & aſſenſu fuiſſet B ea clauſula literis huiuſmodi inſerta; qui quidem capitulariter congregati, omnes & ſinguli vnanimitèr recognouerunt, confeſſique fuerunt, quod prædictum eorum Monaſterium Reuerendiſſimo Epiſcopo Leodienſi pro tempore exiſtenti, tempore impetrationis dictarum literarum Apoſtolicarum, ac ante illud immediatè ſubfuerit, ſemper & ſubſit, exhibitis tum realitèr literis ſanatorijs ab eodem Pontifice Clemente 7. de eadem data cum primodictis.

Et quia conati ſunt nonnulli ſuper ea re controuerſiam, aliquot ab hinc annis, facere, magno Eccleſiæ Leodienſis & ipſius Monaſterij diſpendio, lubet actus de quibus præfertur ex ipſis originalibus, qui in cartophylatio Eccleſiæ Leodienſis aſſeruantur, hic attexere.

C *In nomine Domini Amen.*

Tenore præſentis publici inſtrumenti, cunctis pateat euidenter & ſit notum, quod anno à Natiuitate eiuſdem Domini milleſimo quingẽteſimo triceſimo tertio, indictione ſexta, die verò decima nona menſis Februarij, horâ nonâ ante meridiem vel circitèr, Pontificatus Smi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Clementis diuinâ prouidẽtiâ Papæ ſeptimi, anno decimo, coram Nobilibus Venerabilibuſq́; & circumſpectis viris D. D. de Colhem, D. temporali Dominiorum de Duras, Buinghen, Graſen, &c. necnon M. Ioanne Bardouille Decano Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Leodienſis, Commiſſarijs Reuerendiſſimi Illuſtriſſimiq́; Domini noſtri D. Erardi à Marka titulo S. Griſogoni S. R. E. Præsbyteri Cardinalis, ad infraſcriptis intereſſendum, & faciendum, vt dicebatur deputatis, in meiq́; Notarij publici, & teſtium infraſcriptorum ad hæc vocatorum & rogatorum præſentiâ, perſonalitèr conſtitutis, Reuerendo P. & D. D. Georgio Sareins moderno Abbate, necnon Rudgero Vrancken Præpoſito, Iacobo de ſancto Amando Priore, & Petro Poels Cellerario, Guilhelmo de ſancto Audomaro Suppriore, Petro de Aquiſgrano, Guilhelmo de Ghelmen, Thoma de Oppen, Henrico de VVerchtia, Leonardo de Stenuordia, D

Digitized by Google

Bernardo de Hiſta, Ioanne de Aldenardo, Mathæo de Bruxella diſpenſatore, Eucherio de Louanio, Theodorico de Louanio, Trudone de Gemblaco cuſtode, Daniele de Mechlinia, Amando de Hubertinghen, Andrea de Tornaco, Anthonio de Douffet, Petro de Louanio, Franciſco de Antonia, Othone de Blocherie, Lamberto de Stappel, & Ioanne de Metteccuen Religioſis profeſsis Monaſterij ſancti Trudonis in S. Trudone, ordinis S. Benedicti, Leodienſis Diœceſis, in eorum loco capitulari ſolito, ad infraſcripta per campanæ ſonitum, vt moris eſt, ſpecialitèr indicto, congregatis ac capitulantibus & Capitulum repræſentantibus, expoſitum fuit ibidem publicè quod alias literis Apoſtolicis ſuper perpetuâ coadiutoriâ, & illa ceſſante præfectione Abbatiæ dicti Monaſterij S Trudonis, pro parte antedicti Domini Georgij Særeins apud S. Sedem Apoſtolicam expeditis & obtentis, ac illis tam Reuerendiſsimo Domino noſtro Cardinali & Epiſcopo Leodienſi præfato, quam prænominatis conuentualibus reſpectiuè oſtenſis & prælectis narratum & deſcriptum comperiebatur in eiſdem dictum Monaſterium S. Sedi Apoſtolicæ prædictæ immediatè ſubiectum eſſe, quod in magnum tam dicti Reuerendiſsimi Epiſcopi Leodienſis pro tempore exiſtentis, quam dictorum Religioſorum vergebat diſpendium, cùm idem Monaſterium Epiſcopo Leodienſi pro tẽpore exiſtenti, Ordinario loci iure, immediatè ſubiectum fore dinoſcitur, fuerũt ab hoc prælibati Reuerendus D. Pater Abbas, cæteriq́ Religioſi prænominati interpellati eorum ſuper præmiſsis præſtare conſenſum. A B C

Qui ſiquidem Reuerendus Pater D. Abbas & Religioſi ſingularitèr ſinguli expreſſè dixerunt & confeſsi fuerunt, ac in mei Notarij publici infraſignati legitimè ſtipulantis & recipientis; vice, loco & nomine omnium & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit, quomodolibet in futurum recognouerunt, tenoreq́ præſentium recognoſcunt, ac eorum quilibet recognouit, recognoſcitq́, & fatetur, quod prædictum eorum Monaſterium Reuerendiſsimo D. N. Epiſcopo Leodienſi Ordinario loci pro tempore exiſtenti, tempore impetrationum dictarum literarum Apoſtolicarum, ac ante illud immediatè ſubfuit, & ſubeſt de præſenti, iuxta etiam voluntatem & decretum cæterarum aliarum literarum Apoſtolicarum antedicti Smi. D. N. Papæ moderni ibidem expoſitarum & oſtenſarum, quarum tenor hic de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. D

Clemens

Digitized by Google

A *Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei*

Dilecto filio Georgio Sareins Abbati Monaſterij Boneſſienſis, Ciſtercienſis Ordinis, Leodienſis Diœceſis, Salutem & Apoſtolicā benedictionem. Perſonam tuam nobis & Apoſtolicæ Sedi deuotam, tuis exigentibus meritis, paternâ beneuolentiâ & gratioſo fauore libenter proſequimur. Hodie ſiquidem ex certis cauſis tunc expreſſis, nos te Coadiutorem perpetuū & irreuocabilem dilecto filio Guilhelmo de Bruxella Abbati Monaſterij S. Trudonis, Ordinis S Bene-
B *dicti, Leodienſis Diœceſis, in regimine & adminiſtratione dicti Monaſterij in ſpiritualibus & temporalibus, per alias noſtras literas cōſtituimus & deputauimus, ac eidem Monaſterio, cùm primū illud per ceſſum vel deceſſum, ſeū quamuis aliam dimiſſionem vel amiſſionem dicti Guilhelmi Abbatis etiam apud Sedem prædictam, aut alias quouis modo vacaret, de perſona tua ex hodie prout ex tunc & è contra prouidemus, teq́ illi præficimus in Abbatem, curam, regimen & adminiſtrationem ipſius Monaſterij, tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in eiſdem literis (in quibus quod dictum Monaſterium Sedi prædictæ immediatè ſubiectum erat, ex-*
C *preſſum fuit) plenius continetur. Cùm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, Monaſterium prædictum Epiſcopo Leodienſi pro tempore exiſtenti, iure ordinario, immediatè ſubiectum ſit, & propterea dubites literas prædictas tibi minus vtiles exiſtere, teq́ deſuper moleſtari poſſe tempore procedente, nos tibi ne dictarum literarum fruſtreris effectu, prouidere, teq́ præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, gratioſo fauore proſequi volentes, ac à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq́ Eccleſiaſticis ſentētijs, cenſuris, pœnis, à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis,*
D *ad effectum dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluendum, & abſolutum fore cenſentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica etiam auctoritate decernimus, quod literæ prædictæ & proceſſus habiti per eaſdem & in eis contenta ac inde ſequuta quæcumq́ valeant, plenamq́ roboris firmitatem obtineant, & tibi ſuffragentur in omnibus & per omnia, perinde ac ſi in eiſdem literis, quod Monaſterium prædictum Sedi prædictæ immediatè ſubiectum erat, tacitum, & quod eidem Epiſcopo iure ordinario ſubijciebatur, expreſſum fuiſſet, quodq́ propter præmiſſa, nullum eidem con-*

Sſ2 ſtitu-

ſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Monaſterij & ordinis prædictorum, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus illis quæ in dictis literis volumus non obſtare, cæteriſq́; contrarijs quibuſcũq́;. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurũ. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1532. 6. non. Octobris, Pontificatus noſtri anno nono. A B

De & ſuper quibus omnibus præmiſſis antedicti D de Colhem & M Ioannes Bardoulle Cõmiſſarius dicti Domini noſtri Reuerendiſſimi Cardinalis & Epiſcopi Leodienſis, pro iure & intereſſe illius, & ſuorum ſucceſſorum, necnon Reuerendus P. & D. Abbas atq́; religioſi ſibi reſpectiuè vnum vel plura publicum ſeu publica fieri petierunt & confici à me Notario publico infraſignato inſtrumẽtum ſeu inſtrumenta. Acta fuerunt hæc in prædicto loco Capitulari ſub anno, indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu præſcriptis; præſentibus ibidem R. P. D. Gerardo Quilre Abbate Monaſterij S. Laurẽtij propè & extra muros Ciuitatis Leodiẽſis, ac Domicello Guilhelmo de Femi, necnon D. & M. Ioanne VVitten V. I. Licẽtiato, & venerabilis Curiæ Leodienſis cauſarum Aduocato, necnon Ioanne vanden Boenten, præſbytero Eccleſiæ Collegiatæ B. M. Virginis oppidi S. Trudonis Capellano, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiterq́; rogatis. C

Et ego VValterus de Puteo Clericus Leodienſis Diœceſis, publicus ſacra Imperiali auctoritate, & venerabilis Curiæ Leodienſis Notarius iuratus. Quia præmiſſæ expoſitioni; rogationi, confeſſioni, literarumq́; Apoſtolicarum præcopiatarum oſtenſioni & exhibitioni, omnibuſq́; alijs & ſingulis præmiſſis, dum ſic vt præmittitur fierent & agerentur, vna cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaq́; omnia & ſingula ſic fieri vidi, ſciui & audiui, atq́; in Notam ſumpſi. Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum manu alterius, me interim alijs occupato negotijs, fideliter ſcriptum exinde confici, atq́; in hanc publicam formam redegi, ſigno nomineq́; & cognomine meis ſolitis & conſuetis conſcripſi & ſubſignaui. In fidem, robur & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus. D

VVALTERVS DE PVTEO.

CAPVT.

Digitized by Google

A

Creatur Legatus à latere, Eccleſiam Cathedralem campanis eximijs ornat, Lutheranos perſequitur cum quibuſdam alijs.

CAPVT XXVIII.

INeunte anno 1533. Pontifex virtutum Præſulis fama permotus, eoq; maioribus in rebus vti cupiens, eum legatum de latere creat, quo officio in reſtauranda, pro virili Cleri ſui exempti diſciplina, præclare functus eſt. *1533. Erardus legatus à latere.*

B

Eo tempore duas inſignes campanas, vnam Erardi alteram Griſogoni nuncupatas miræ magnitudinis & præcij proprio ære fundi, & Eccleſiæ Leodienſi conſecrari fecit. *Eius munificentia.*

Per eoſdem quoque dies quendam Deſiderium Lutheranæ doctrinæ propagatorem Morinenſem presbyterũ per Inquiſitores & ſuum Suffraganeũ exauctorari & brachio ſæculari tradi iuſſit. Is cum multos hæretica prauitate infeciſſet, vereque pœniteret, abiuratis hæreſibus fidem Orthodoxam Patrum vti vnicam eamque ſalutarem recognouit, mortique iam vicinus, non eam quam ſe millies meritum fatebatur, ſed hoc vnum deflebat, quod multos à vera ſalutis ſemita abduxiſſet. *Lutheranorum perſequutor.*

C

Iunij 9. Edictum nuper contra hæreticos promulgatum iterum publicari præcipit, illique adijcit, quod quicumque ab eo tempore per legem & Franciſiam hæreſeos conuicti fuiſſent, niſi ante feriam ſextam quæ erat altera feſti venerabilis Sacramenti, de hæreſi pœnitentes veniam humiliter petierint, & deinceps fidem Catholicam & Romanam amplecti & iuxta eam viuere promiſerint, priuilegio Ciuico, & opificio cui aſcripti fuerint perpetuo priuentur. Et qui B. Mariam Virginem aut alios ſanctos blaſphemaſſe aut Purgatorium negaſſe aut contra traditiones & cæremonias Eccleſiæ Catholicæ Romanæ loquutus fuiſſe conuictus fuerit, eandem cum cæteris pœnam, niſi præſcripto tempore pœnitens veniam petierit incurret.

D

Quocirca cum quidam Ciues Richardus Hoeſmã vitrarius, Carolus calceator, Ioannes Faber lignarius, Sebaſtianus à Quercu, Petrus Piſtorius, Lambertus de Bure Iunior & Ioannes Reneri de Hæreſi per legem & Franciſiam conuicti, impœnitentes gratiam præfixa die non petijſſent, perpetuo à Ciuitate & Patria Leodiẽſi proſcripti, & eorum bona ærario publico adiudicata fuerunt.

Alios quoque Ciues ſeptem, carceribus propter hæreſim mancipatos, cum pertinaces eſſent, bonis eorum Ciuitatis ærario adſcriptis, proſcripſit. Alium dein quendam (le grand Hanſer) vocatum

Digitized by Google

virum ſeditioſum in ſui appræhenſione lethaliter, quod ſatellitibus reſiſteret, vulneratum, mortis pati voluit ſententiam, vnde in ſedili ad ſupplicij locum portatus, ac in aliorum exemplum capite truncatus fuit. A

Cœpit primum his diebus Præſul Palatium illud Regale, quod non tam ſibi, vt apparet, quam poſteris exſtrruxit, habitare.

Iiſdem depopulata eſt agrum Traiectenſem, vicinumque Lymburgenſem, cohors militum, verius prædonum, qui ſe filios Iſraël agnominabant, quod nullum, vt aiebant, Ducem præter Deum agnoſcerent; hi præter nefandas inſolentias, quas templis, rebus ſacris, & Chriſto ſacratis virginibus inferebant, etiam infantes ignibus torrebant, vt aurum à parentibus exprimerent, tamen aduentantibus B Comitibus de Naſſau & Buren cum valida manu, illlinc, alio obuia quæque vaſtantes, commigrârunt.

Cùm ſuperiore anno Clemens Pontifex, ad bellum contra Turcã gerendum, immenſam auri vim contuliſſet, ſuum in Rempublicam animnm verè paternum egregiè teſtatus, hoc anno Iulij vltima, eiuſdem auctotitate, Clerus Brabantię, Hollandiæ, Zelandiæ, vocatus fuit ad Oppidum Louanienſe, vbi publicatum fuit vectigal Sacerdotijs impoſitum, medietatis omnium prouentuum, qui in terris Cæſareæ ſuæ Maieſtati ſubiectis reperirentur.

Vectigal Clero imponitur in bellum contra Turcas.

Hoc anno libertas ſecuritaſque ſolita decima ſeptima Septembris, pro celebritate Beati Lamberti promulgari, reſtricta eſt ad ſanos C propter graſſantem Epidemiam, excluſis publico edicto peſtiferis, infectaſue domos inhabitantibus, edicto etiam de alba virga geſtanda repetito.

Nouembris octaua, cùm multi grana extra Ciuitatem & Patriam exportarent, illaque exteris diuenderent, proindeque annona ingraueſceret, Erardus prouidus edicta per Officiatos Patriæ, locis cõſuetis, publicari mandat, quibus omnibus cuiuſcumque ſtatus & conditionis prohibetur, ne grana extra Patriæ fines quocumque modo aſportent, ſub pœna confiſcationis granorum & decem florenorum aureorum.

D

Grauiter accipit controuerſiam inter Haſſeletenſes & Zonhouienſes exortam. Iterum inquirit in hæreticos & condignis pœnis afficit.

CAPVT XXIX.

1534. ORta inter Haſſeletenſes ac vicinos Zonhouienſes ratione limitum controuerſia, Haſſeletẽſes ſumptis armis turmatim fines Zonhouienſiũ ingreſſi, illos bello laceſſere cęperũt anno 1534.

quod

quod grauitèr Præſul accipiens, cito vindicaſſet, niſi ille factionibus
A hæreticorum diſſipandis diſtractus, & illi modeſtius agentes, diſpoſitioni iuris & miſericordiæ eius ſe ſubmiſiſſent.

Pullulabat ſiquidem Leodij & paſſim hæreſis, præſertim Lutherana omniaque ſenſim ad turbas & ſeditiones tendebant; quibus vt efficacius minorique difficultate ac ſtrepitu iret obuiam Præſul Principſque circumſpectus, tempori ac neceſſitati indulgendum ratus, Maij 6. conuocatis Conſulibus, Scabinis, Commiſſarijs, totoque Ciuitatis Concilio, magnâ, quâ pollebat, tum eloquentiâ, tum auctoritate, tandem effecit, vt ex ſingulis Ciuitatis parochijs boni aliquot Ciues nominarentur, quibus vna cum Conſulibus, Scabinis, Iuratis
B & Comiſſarijs, plena poteſtas daretur normam cōdendi, iuxta quam in hæreticos ſtatim inquiri, & remedium promptum malis imminentibus adferri poſſet. Illi igitur gnauitèr officio functi, Maij 9. Præſuli totique Ciuitatis Concilio retulerunt videri ſequentia poſſe pro lege ſeruari; vt omnes ij ciues qui hactenus de hæreſi vel diffamati, vel accuſati, vel iam conuicti à Ciuitate profugerant, priuilegio Ciuitatis & miniſterio ſi cui adſcripti erant excidiſſe cenſerentur; officiatumque Epiſcopi de eis eorumque bonis, provt iudex legitimus ordinauerit, conſtituere. Sed & qui à nouiſſima remiſſione 9. Iunij anni ſuperioris finita hæreticis adhæſiſſe fauiſſeuè quoquo modo, vel per affectos ſupplicio alias accuſati fuiſſent apprehenderētur, carceribuſque manciparentur, cautione tamen adhibitâ, vt honeſti ciues,
C qui fama hæreſeos ante non laborauerint, non niſi præuiâ diligenti informatione apprehendantur, apprehenſique non prius quæſtionibus ſubijciantur, quam coram Conſulibus miniſterijque ſui Officialibus in ſuis defenſionibus auditi. In hæreticos porro de hæreſi necdum accuſatos conuictoſuè, cuiuſque Parochiæ Commiſſarij, Scabino vno & aliquot Iuratis adhibitis, inquiſitiones toties quoties libuerit, vſque ad plenariam eiuſce luis extirpationem, promoueant; de quibus ſecundum legem & Franciſiam iudicetur, ſic tamen vt apprehenſibiles iudicati, non niſi pede ligato audiantur, alioquin de ijs pro cauſæ meritis ſtatuatur, & profugæ poſt triduum pro confeſ-
D ſis habeantur, & iuribus ciuicis, ſuique miniſterij priuentur. Quæ omnia ad annum edicto publico inuiolabiliter obſeruari iubeantur, quo finito prout res tempuſque poſtularent, vlterius ſtatueretur: anterioribus nihilominus ordinationibus in ſuo robore manentibus.

Præſul cum concilio Ciuitatis quid de hæreticis ſtatuerit.

Inquiſitionibus factis, deprehenſi ſunt plurimi Lutheranis dogmatibus imbuti, non viri tantum, ſed & mulieres, omnis condition s & ætatis. Erardus igitur adhibitis Theologiæ peritis, præſertim Carmelitis & Dominicanis, multos ad veræ doctrinæ ſemitam reduxit, pertinaces flammis tradidit, quoſdam Patria eiecit, alios erudiri petentes, vel carceribus detinuit, vel ad ſcholas publicas, certo illis præſcripto tempore, dimiſit.

Qualiter hæreticos correxerit.

Hoc

Hæreſes Pariſijs ſeminatæ. Hoc eodem tempore, Pariſijs in ipſa aula Regia atque alijs vrbis & regni locis, ſcripta quædam affixa fuêre Zuingliani dogmatis, quibus Sacroſancta Euchariſtia indignis contumelijs lacerabatur, quæ res Franciſcum Regem vehementiſſimè commouit: quocirca indicta fuit ſupplicatio publica, cum venerabilis Sacramenti delatione, in qua ipſe ardentem geſtans facem, ſequente eum Reginâ Leonorâ, regijſque liberis & aulæ proceribus, omnique populo, ſcelus hoc expiare conatus eſt: ac deinde à meridie, grauiſſima oratione ad eius deterrimæ peſtis extirpationem, omnes hortatus; ſæueriſſima de quibuſdam hæreticis ſupplicia ſumi iuſſit, vt alij eorum exemplo deterrerentur. A

Rex Angliæ fit hæreticus. Hēricus ipſe Rex Anglorum, inſano Boleniæ adamatæ amore excæcatus, Catharinam vxorem legitimam Ferdinandi Hiſpaniæ Regis filiam, Caroliique quinti Imperatoris materteram repudiat, & ab Eccleſia Catholica deficit, ſeque Eccleſiæ Anglicanæ caput edicit: Quem ob id Clemens ſeptimus Pontifex, cum conſilio Cardinalium, Caroli quinti Imperatoris, & Franciſci Gallorum Regis, à cōmunione Eccleſiæ excludit. B

Succeſſio Pontificum. Clemens VII. Florentinus Iuliani filius, Leonis decimi patruelis, rediens à nuptijs Catharinæ de Medicis (Henrico Valeſio Franciſci Regis Galliæ ſecundo genito nuptui datæ) in Vaticano exceſſit ſeptimo Kalendas Octobris, anno ætatis 56. menſe decimo, die ſeptimo. Præfuit annis decem, dies ſeptem, in eius locum electus Paulus III. coronatus tertio Nonas Nouembris. Hic indixit Concilium Tridentinum, quod dum bellicis motibus impeditur, nouem Antiſtites ſpectatæ eruditionis, & vitæ integritatis legit, quibus interim reformādi Cleri rationem conſtituendam demandat. C

Menſe Octobri Erardus Præſul Ciuium ſuorum, ſimulque vicinorum vtilitatis ſtudioſus, forum pecorum ad portam amari cordis, perpetuis futuris temporibus, annuatim in feſto Simonis & Iudæ celebrandum inſtituit, in quo mercatores à creditorum ſuorum impetitione tuti, & ab omni vectigali liberi quatuor continuis diebus, 26. ſcilicet Octobris cum pecoribus ſuis venire, 27. & 28. vendere, & 29. domū redire poſſint, abſq; cuiuſquā moleſtia; hæreticis tamen ac peſte infectis, Patriæque inimicis exceptis: quo tempore ſicut & alijs, edicta ſua contra eos ſeruari & executioni mandari præcepit. D

Nouembris decima quarta, de pace & tranquillitate Ciuitatis & Patriæ ſuæ ſollicitus, nonnulla ad eam valdè conducibilia edicit; vt nullus cuiuſcumque ſtatus & cōditionis, exceptis priuilegiatis, arma per Ciuitatem ſiue diu ſiue noctu geſtet, ſub pœnâ ſex florenorum Leodienſium; vt exteri Ciuitatem cum armis ingreſſi, illa, quamdiu in Ciuitate moram trahunt, in hoſpitijs ſuis deponant: qua de re per hoſpitem, ne ignorantiam prætexere poſſint, admonebuntur, ſub pœnâ conſimili: vt priuilegiati neminem armis impetant, ſub pœna dupli & amiſſionis ſui priuilegij: vt nemo per Ciuitatem ambulet

noctu

Digitized by Google

noctu ſine lucerna accenſâ, diſcoopertâ, & lucente, & vt nullus Ta-
A bernarius vel Tabernaria Ciues compotantes, aut chartis, aleis, aut ſimilibus vacantes, vltra ſeptimam veſpertinam domi receptet, indictâ pœnâ ſex florenorum, quos ante triduum ſoluere teneatur, aut in carcerem detrudatur, vbi exceptiones ſuas ante triduum allegare teneatur, vt antiquitus obſeruatum fuit: vt Maior Prætor, aut eius locum tenens, ſatellites habeant induſtrios & vigilantes, boni nominis & famæ, qui his & ſimilibus ſtatutis executioni demandandis aſſiduè & certatim inuigilēt, iuxta antiqua ſtatuta & vti vocant regimina: vt in infractores antiquorum pactorum, regiminum, ſtatutorū, abſque diſſimulatione, vt ipſæ paces & regimina habent, animaduer-
B tatur: vt decemuiri electi per miniſteria luſtrentur & reuideantur, & ſi inter eos aliqui minus idonei ad hoc munus & officium reperiātur, alij ſurrogentur, qui toties quoties acciti fuerint, officio ſuo reſpondeant, & faciant ſatis; & alia nonnulla id genus.

Annum Domini 1535. rurſus Præſul vigilantiſſimus penè totū inſumit in inueſtigandis, coërcendis, puniendiſq; hæreticis. Temporis extrahebatur multum, quod Ciues nonniſi per legem & Franciſiam, vt ante diximus, in conciues inquiri permittebant. Inuēti nihilominus multi, quidam pertinaces, nonnulli dubitantij, plurimi ſuſpecti, è quibus duo Lutherum pro Propheta & Euangeliſta habentes, ignibus traditi, plurimi proſcripti fuēre. 1535. *Duo Lutherani ignibus traditi.*

C Sub finem Maij obijt D. Paſchaſius Berſelius ad S. Laurentiū propè Leodiū monachus, Orator & Poëta inſignis, vt ex epiſtolis Deſiderij Eraſmi Rotherod. ad Berſeliū, & Berſelij ad Eraſmū, lectori cōſtabit.

Iunij decima renouat Præſul edictum cōtra Riparios promulgatū anno 1531. Auguſti 5. cuius hæc erat ſumma; Riparios, & cum eis cōplices fœderatos & ſeditioſos, qui obedientiā publicam præſtiterūt, vita durante, priuilegijs & libertatibus Ciuitatis & Suburbiorū priuatos eſſe, neq; in eam cum vllo armorū genere ingredi poſſe, excepto mēſali cultro ſine cuſpide, ſub pęna abſciſſionis pugni. Teneri quoq; omnes, intra 15. dies à publicatione, arma quæcūq; ad manus Iuſtitiæ loci habitationis eorū deponere, ibiq; iurare ſe nulla alia habere, neq; alia empturos eſſe, ſub pęna arbitraria, niſi aliter per Principem ordi-
D natū, & illis indultū eſſet. Iuſtitias verò locorū teneri illa medio iuramēto deponere ad manus Scabinorū, Conſulū, & Iuratorū Ciuitatis.

Sub hoc tēpus, cùm per Flandriā & Brabantiā, & primū Louanij & Gādaui nouæ leges emanaſsēt & promulgatę eſſent de validis mēdicātibus coërcēdis, multiſq; incōmodis & periculis, quib⁹ ſub ſpecie mēdicitatis, oppida exponebātur auertēdis: deq; indigenis miſeris & miſerabilibus perſonis, ſenibus maximè & impotētibus ſuſtētandis, ſeriò mādauit Præſul, vt leges illę per ſuos Cōſiliarios reuiderētur, & ſi moribus noſtris cōgruere poſſent, illis & nos pro maiori quiete & ſecuritate Ciuitatis, & oppidorum vteremur, ſed negotio hoc lentius procedēte, & morte Præſulis præter opinionem citius obrepēte, res infecta remanſit.

Digitized by Google

Perſequutio catholicorum in Anglia. Iunij vigeſima ſecunda, Rex Angliæ mutatâ religione in alterum Neronem mutatus, Ioannem Ficherium Epiſcopum Roffenſium & Thomam Morum Regni Cancellarium, pluresque alios Catholicos omnis ſtatus & conditionis, quod ipſi ex impudenti repudio inauſpicatas nuptias affectanti declararint, neque illis ſubſcribere vellent extremo ſupplicio affecit. A

Eandem ob cauſam, Carthuſiani Londunenſes Regis iram incurrunt, & horrendis afficiuntur ſupplicijs.

Eodem honore digni fuerunt & plures Franciſcani, quos obſeruantes vocant.

Per hos quoq; dies Geneuēſes primū Catholicā eiurāt religionē, exactiſq; Epiſcopo & Paſtoribus, Caluino ſe deformandos tradunt. B

Munit Patriæ Oppida, & illam ducentorum millium & 500. florenorum Brab. debito liberat: Hæretico linguam clauo perfodi iubet.

CAPVT XXX.

1536. MEnſe Ianuario anni 1536. Georgius Scherque eques, ductabat per Brabantiā Cęſareorū turmas nouem, quibus cùm ſtipedia non ſoluerentur, cœperunt Ducis ſui ſpreto Imperio longè latèque Bruxellenſem, Mechlinienſem, Louanienſem, vicinoſque agros depopulari. Erardus veritus ne abſente Cæſare hic tumultus creſceret, & Leodienſem ditionem miles ingrederetur, cœpit arces & oppida milite, rebuſque ad defenſionem neceſſarijs munire. Cæterum cum Patria ærario publico careret, quin etiam quingentis ſupra ducenta florenorum millia obærata eſſet, Præſul prouidus Pater familias, in publico ordinum conſeſſu, omnium Patriæ onerum diſſolutionem in ſe recepit, ſi publica Ciuitatis & Patriæ vectigalia ſuæ adminiſtrationi, ad quatuor annos permitterentur, quod vtrique fęliciter ceſſit: Nam & ipſe inſtantibus Patriæ neceſſitatibus prouidit, & breui ſpatio Patriam vniuerſo debito liberauit. C D

Prouidentia Erardi.

Robertus à Marka Præſulis frater, qui in defuncti Euerardi Mamburni à Marka officium ſucceſſerat, his diebus moritur.

Eodem tempore quidam doctrinæ Lutheranæ ſectator pertinax & facundus, cùm non deſineret, etiamnum in ipſo carcere, Lutheri dogmata auribus mentibuſque aſtantium inſtillare: Erardus, huic ſimilibuſque periculis per Iudices prouideri mandans, effecit, vt huic primum, cæteriſque porrò ſimilibus ſeminiuerbijs lingua clauo perfoderetur.

Bellum inter Francum & Cæſarem. In inferiore Germania bellum acre inter Francum & Cæſarem per hos quoque dies exarſit. In Morinis Rex Francus Hiſdinum deditione

ditione capit. Cæſareani fanum Pauli vicinum expugnant, Monſtrolium deditione capiunt, & vtrumque incendunt, demum Morino vrbe, quam obſidebant, relictâ, inducias in decem menſes accipiunt.

Anno Domini 1537. menſe Martio, Paulus Pontifex Reginaldum Polum, ex Margareta Eduardi Angliæ Regis nepte prognatum, quem paulo ante in Cardinalium ordinem aſciuerat, in Britanniam legatum miſit, vt Henricum Regem ad ſaniora conſilia reuocaret: verum Rex iam Franciſco Regi ſcripſerat vt legatum ad ſe captiuum in Britanniam mitteret. Cuius rei commonitus Cardinalis, ex Gallijs in Flandriam profectus, aliquot diebus hæſit Cameraci, inde Leodium ab Erardo Præſule fide publica euocatus, & ſex circiter menſes ſummâ humanitate tractatus fuit. 1537. *Reginaldus Polus Card. ab Erardo excipitur.*

Ad hoc ipſum tempus, nuncium fertur Haſſeletum noctu à Cæſarijs tumultuantibus, captum depopulatum, & igne ſuccenſum; quod quamuis vanum eſſet, hoc boni rumor ille attulit, vt oppida Comitatus Loſſenſis diligentèr ſe cōtra exauctoratum à Mariâ Reginâ Scinckij militem, per agros longè lateque id temporis quoque vagantem, firmo militum præſidio munierint.

Iunij 17. ſolemne ſacrum cum ſupplicatione in Ciuitate Leodienſi celebratum, cui Polus interfuit, Cleroque vniuerſo & Ciuibus aſſiſtentibus, contritis & confeſſis plenariam peccatorum indulgētiam auctoritate Pontificia conceſſit. *Confert plenariam indulgentiam.*

Vltimâ Iunij, cum omnes ſine diſcrimine venationi vacantes, Patriam ſyluaſque omnes feris ſpoliarent, Præſul animum adijcit, vt & ipſi quoque venationi aliquem præſcribat ordinem: Publico igitur edicto ſtatuit neminem ſiue nobilem ſiue ignobilem, venationi ſiue magnarum ſiue paruarum ferarum, quocumque modo vacare poſſe, ſine ſua vel ſui venatoris licentia, pœnâ conſtitutâ pro prima tranſgreſſione 60. Caroleorum aureorum, pro ſecunda 120. & pro tertia dupli irremiſſibiliter perſoluenda: nobiles domi propriæ canes alere debere; quod ſi penes ſuos agricolas nutriri curent, Agricolas ipſos niſi obtentâ ſimili licentiâ, canibus venari non poſſe; minus retia, quibus cerui, apri, & ſimiles maiores feræ capiuntur tendere, ſub pœna amiſſionis retium & 60. vt ante Caroleorum aureorum. Mercatores, miluos, vultures & ſimiles aues cæteris inſidiantes per patriam venales deferre nō poſſe, niſi ad aulam primo eas venales detulerint, ſub pœna publicationis auium: Aues eiuſmodi domitas & ſigno aliquo notatas, ſi perditæ ab aliquo reperiantur, ad aulam deferri debere, vt per Principem vel ſuum venatorem de eis, quod æquitatis erit ſtatuatur, ſub pœna 60. Philipporum aureorum: Artocrearios feras per ruſticos captas emere non poſſe, ſed eas apud venatorem deferre deberre, vt de eis quod rationis erit ſtatuere poſſit, conſtitutâ tranſgreſſoribus pœnâ 20. florenorum pro prima, pro ſecunda 40. pro tertia 100.

Digitized by Google

Auguſti vndecima, rurſus per totam Patriam Leodienſem publicatæ fuerunt Indulgentiæ inſtar Iubilæi,& omnibus ijs conceſſæ,qui A præmiſſa peccatorum contritione & confeſſione, necnon trium dierum ieiunio ſacram communionem ſumerent,& Deum ad auertenda quæ à Turcis & Lutheranis hæreticis impendebant pericula, precarentur.

Eiuſdem menſis 21. recedentem à Ciuitate Legatum Polum, Præſul, Clerus, totaque Ciuitas magno honore affecit.

B

Erardus Synodum Diœceſanam celebrare volens impeditur: in morbum incidit, moritur & ad ſanctum Lambertum ſepelitur.

CAPVT XXXI.

Concilio œcumenico bellorum motibus alijſque proteſtãtium tergiuerſationibus impedito,multæ per Germaniam ſubiectaſque Cæſari Prouincias Synodi fuêre celebratæ, & nuper quidem Prouincialis Coloniæ habita Diœceſanas vero hoc anno 1538. celebrarunt Epiſcopi Oſnaburgenſis, Monaſterienſis, Traiectenſis, C Mindenſis: tentauit & hoc idem Erardus, conuocato Leodium ad diem octauam Ianuarij Clero, ſed conatu irrito. Siquidem cum nuper 29. Nouembris, auctoritate Legati Apoſtolici, tum publicè, tum priuatim vti cœpiſſet, eâque fultus in Conuentu Cleri primarij, de eius conſilio, nonnulla contra concubinarios & concubinas,& quædam alia pro reſtituenda diſciplina Eccleſiaſtica conſtituiſſet; Clerus ſecundarius tam Ciuitatis quam Patriæ & Diœceſis Leodienſis, ſeu legati poteſtatem veritus, ſeu reformationis impatiens, relicto Leodio,Louanium decima quarta eiuſdem menſis ſeceſſit, ac ibi de multis contra pios Præſulis conatus conſtituit, agentibus id ſeu per ſe, ſeu per alios, Canonicis alijſque præsbyteris, è quorum ædibus D concubinas eiecerat. Siquidem nullam Eccleſiaſticis mulierum cohabitationem permittebat, niſi quæ eis ſanguine proximo iunctæ eſſent, & tales quæ per ætatem & bonum nomen nullam incontinentiæ ſuſpicionem admitterent.

1538.

Multi de Clero pijs conatibus Erardi obſiſtunt.

Graſſabatur ijs diebus per agrum Dieſtenſem,& Comitatum Loſſenſem, in municipijs præſertim de Inackmechlen, Spalbeeck, & vicinis miles impius,qui præter conſuetas huiuſce generis hominum concuſſiones, pueros & infantes,alios igne, alios aquis in conſpectu parẽtum torquebant, pecuniam his artibus à miſeris paganis extorquentes. Hos Præſul, Iuſtitiæ tenax, ſubmiſſis de repẽte per noctem equitibus,cõprehenſos cõdigno eodem in loco affici iuſſit ſupplicio.

Ianuarij

Digitized by Google

Ianuarij 15. quæ incidit in feriam ſextam poſt feſtum S. Anthonij, *Præſul oſtreorum eſu morbum & mortē ſibi conciliat.*
A Præſul cùm ſub cœnam oſtrea commediſſet, in febrem lethalem, præter omnium opinionem incidit: Inſequenti die, inclinante ad mortem morbo, Capitulum Leodienſe ob id coactum ſubmiſit partim Canonicos, partim alios nobiles viros, qui arces & munitiones Patriæ priſco more, non ſecus ac durante interregno, cuſtodirent.

Februarij decima ſexta, quæ dies ſabbati fuit, inter primam & ſecundam noctis, Erardus eadem febri, exeſo propemodum corpore, perceptis Catholico ritu Sacramentis, ſummo ſui deſiderio relicto, ad æternum tranſijt Sabbatiſmum, cum Eccleſiam Leodienſem rexiſſet annis triginta duobus, menſe vno, diebus octodecim. Annũ obi-
B tus doctiſſimus huius temporis poëta hoc verſu numerali expreſſit.

SI neget InfLeCtI LaChesIs VeL honore VeL aVro,
LegItIMVs teſtIs PræsVL ErardVs erIt.

& alius.

QVod neC honos, neC opes, neC gLorIa, Vertere CVrsVs
AſtrorVM poſſIt, PræsVL Erarde VIdes.

Corpus eadem die exenteratum & aromatibus conditum, Epiſco-
C pali deinde habitu ornatum, in palatio populo viſendum exhibitum fuit, pleriſque omnibus eum vti Patrem Patriæ & Principem pacis deflentibus.

Octaua die inſequente, iuſta Funebria illi ab vtroque Magiſtratu totoque Clero & populo Ciuitatis, tribus continuis diebus, magnâ pompâ & impenſâ perſoluta, & corpus ſepulchro plombeo reconditum. Vltima exequiarum die, quæ in Calend. Mart. incidit, monumento, quod ipſe ſibi viuens in medio chori erexerat, illatum fuit. Cui hoc Epitaphium ipſe inſculpi iuſſit.

Erardus à Marka mortem habens præ oculis viuus poſuit.

D

Cor Hoy in templo Cruciferorum, ad dextrum ſummæ aræ latus, æditiore muri loco, prope venerabilis Sacramenti ædiculam collotum eſt. Ipſius exta in Cœnobio ſeptem fontium nuncupato, non procul à Bruxella, prout ipſe vltimâ ſuâ voluntate diſpoſuerat, ſepulturæ mandata.

Digitized by Google

DE CORNELIO A BERGIS A
85. EPISCOPO LEODIENSI.

Cornelius à Bergis recipitur in Epiſcopum, inauguratur, coërcet hæreticos.

CAPVT I.

Parentes Cornelij à Bergis. 1538.

ERARDO à Marka ſuccedit Cornelius à Bergis, Cor-
nelij Domini de Bergis & Mariæ Dominæ de Seuen- B
berch filius, anno ſalutis noſtræ 1538. qui fuit Pauli 3.
Pontificis maximi quintus, Caroli v. Cæſaris 20. Frá-
ciſci primi Francorum Regis 24. Fuerat is iam antea
ad Cathedram deceſſoris ſui, Capituli iudicio & aſſen-
ſu, in Coadiutorem electus, & ſummi Pontificis voluntate confir-
matus.

Inauguratur Ciuitati Leodienſi.

Igitur prima Martij lecto in Capitulo confirmationis diplomate,
ſeruatis de more ſolemnijs, Cathedram Leodienſem conſcendit, &
16. Iunij auxiliãtibus magnatibus, Domino Philippo Nigri aurei vel-
leris Cancellario ac Cæſareæ Maieſtatis legato, Dominis de Molem-
baix, de Bergis, de Buren aurei quoque velleris equitibus, Comiti-
bus Hornenſi, Rupefortenſi, Arembergio, & pluribus alijs, magnâ
omnium Patriæ ordinum lætitiâ, Ciuitati inauguratus eſt, vt ſingula-
tim Bollendinus Poëta tribus libris pulchrè deſcripſit, cratere aurato
à Magiſtratu Leodienſi idcirco donatus.

Comitia & quæ in eis tractata.

Sub finem menſis Iunij Comitijs Ordinum Patriæ habitis, de tri-
bus præcipuè tractari voluit, de dimittendo milite, arcibus reparan-
dis, & hæreticis corrigendis. Ac primum quidem miles, qui nuper
propter bellorum pericula ſupra ordinariũ præſidiũ in arcibus con-
ſtitutus erat, expeditè dimiſſus, quod rumores haud vani pacis inter
Cæſarem & Regem Galliæ conciliatæ magis magiſque crebreſcerẽt. D
Contra hæreticos Lutheranos, & imprimis Anabaptiſtas edicta ad
Patriæ officiales miſſa, quibus vt officio, iuxta Caroli Imperatoris
ſcitum, ſatisfacerent, ſerio & ſeuerè admonebantur. De arcium re-
ſtaurandarum ratione quæſtio, varijs de cauſis, vt in Comitijs aſſolet
in aliud tempus dilata eſt.

Anabaptiſtæ extremo aſſiciuntur ſupplicio. Vnus ex eis publicè à dæmone ſtrangulatus.

Hac tempeſtate Anabaptiſtæ ex Anglia pulſi, in varias inferioris
Germaniæ oras ſe diffundunt; plurés, cum Curingiam, Haſſeletum
& vicina loca adueniſſent, vigilantia officiati in cuſtodiam miſſi, ſup-
plicio affecti ſunt: viri nouem flammis exuſti, fœminæ decem ſub-
merſæ. In his quidam Ioannes à Rommershouen iam palo Curingiæ
affixus, cum rogũ tortor appararet, ſpectantibus ſtupentibuſq́; cun-
ctis qui aderant, à Diabolo ſtrangulatus eſt. Prædixerat is eodem
dictante

dictante Magiſtro, ſe quicquid molirentur homines, igne haud moriturum. Ita illudit fidelibus ſcilicet ſeruis ſuis humani generis hoſtis.

Eodem tempore pleraque omnia Geldriæ oppida à ſuo Principe Carolo Egmundano defecerunt ad Guilhelmum Cliuiæ & Iuliç Ducem: defectionis occaſio fuit, quod Carolus videbatur eam munitiſſimam regionem in ius Regis Gallorum, cuius erat admodum ſtudioſus, transferre conſtituiſſe; quod Geldrenſes, ne Gallis ſeruire compellerentur, minimè ſibi faciendum putabant. Quod quam ipſi Iuliæ Duci inauſpicatum, Leodienſibuſque damnoſum fuerit, mox apparebit.

Pleraque Geldriæ Oppida ad Ducem Iuliæ deficiunt.

Per eoſdem dies Ioannes Caluinus Zuinglij diſcipulus, contẽpto magiſtro, propriam ſectam inſtituit; docuit filios baptiſatorũ naſci ſanctos, gratiam ſemel habitam non poſſe amitti, omnes veros fideles eſſe prædeſtinatos, & his ſimilia errorum monſtra, quæ in quatuor libris Inſtitutionum, verius deſtructionum eius, plenius continentur.

Sub idem quoque tempus, Berganus Præſul nonnullas ordinationes edidit contra abuſus Curiarum ſæcularium, & ſtellionatus crimen modũq; & praxim cõtra illud procedendi & animaduertendi, quæ in Archiuia Scabinorum Leodienſium relata ſunt.

Anno ineunte 1539. nuncium affertur; Ducem Cliuiæ Ducatum Geldriæ ſibi armata manu vſurpaſſe: Quo diuulgato, plures Leodij Duci Cliuiæ ſtudentes, proditionis accuſati, ſupplicio extremo affecti fuêre, Coryphæo eorum Anderlino cognomine in Patriam Iuliacenſem profugiente. 1539.

Proditio detecta.

Igitur Præſul veritus ne quid ſiniſtrũ huius occaſione Ciuitati Patriæq; accideret, publico edicto nõnulla ſanxit pacis tranquillitatiſq; conſeruandæ ergo vtilia; vt in muris & portis Ciuitatis excubiæ fierẽt, vt ad excubias deſignati ipſi ſeſe ſiſtãt, & ab hora veſpertina vſq; ad ſextam matutinam in ſtatione maneant, vt excubiarum præfecti eos cõtinuo circumluſtrent, vt platearum præſides, tum in Ciuitate, tum in ſuburbijs, in proditionis ſuſpectos aduigilent, vt omnes Ducibus ſuis obediãt, ne Ciuitatis portæ ſine graui cauſa ac maturo conſilio noctu aperiantur; ſi tumultus & clamor ad arma exoriatur, nemo ſtationem ſuam, niſi à præfecto ſuo admonitus, deſerat: nemo per mœnia Ciuitatem ſub pœna capitis ingrediatur, nemo nauigio noctu in vrbem intromittatur, exteros aut proſcriptos nullus receptet aut celet, vxores & proles Riparíorum, Lutheranorũ & aliorum proſcriptorum Ciuitatem non ingrediantur: ſi maritos proſcriptos ſequutæ non fuerint, ſed in Ciuitate remanſerint; non egrediantur, neque vltro citroque literæ mittantur, nemo ſiue diu ſiue noctu laruatus incedat aut cum tympano & fiſtula choreas ducat. Et alia quædam id genus ſub grauibus pœnis edixit, ac præconio promulgauit.

Præſul multa ſanxit Reipub. vtilia.

Sub idem tempus cum Præſul inaudiſſet ad Hoſpitalia tabernaſque Ciuitatis

Ciuitatis & Suburbiorum magnam exterorum pauperum multitudinem ſolere quotannis, tempore præſertim Hyemali, conuolare, qui frequenter & diuerſa morborum genera in Patriam inuehunt, & eleemoſinas, quæ pauperibus incolis dari conſueuerunt, ſua importunitate præripiunt, nonnunquam etiam exploratorum funguntur officio; menſe Ianuario programmate ſtatuit vt deinceps nullus cuiuſcumque conditionis tres dies in Ciuitate vel Suburbio moretur, ſed tertia die ante ſolis occaſum Ciuitate & Suburbijs excedat, alioqui vir per fori publici circuitum virgis cedatur, mulier perone ignito vſtuletur, vir & mulier per annũ à Ciuitate & Suburbijs proſcribantur, & ſi ſecundò recurrerint, viro auricula abſcindatur, mulieri in altera maxilla pero candens imprimatur, ſi tertiò, à Patria centum annis & die vno, id eſt in perpetuum, proſcribantur. A B

Edictum cõtra mendicos exteros vagabũdos.

Præcedẽs æſtas inuſitato æſtu torrida fuerat, adeò vt Rhenus apud Coloniam, Sequana Pariſijs, & Moſa Leodij in exiles quoſdam canales coarctati, vado pene omni exſiccato, ſe tranſmeabiles præberent, vnde murium ingens copia nata, qui exeſis graminum & ſatorum radicibus, fruges hominibus, pabulum pecoribus multis in locis ademerunt. Quod præuidens ſagax Præſul, miſſis in Lotharingiam & alias regiones tum literis, tum pecunijs, tantam granorum multitudinem aduehi mox curauit, vt menſis Maij die decima, non ſolum exteri mercatores, ſed & Ciues qui grana proprio ære empta, ex exteris Prouincijs in Ciuitatem aduexerant, quererẽtur neminem eſſe qui ſua grana etiam precio mediocri emeret, rogare ergo Præſulem & Magiſtratum, vt grana ſua, nonobſtantibus cõtrarijs edictis, liceat alio vehere, vel etiam exteris huc venientibus vendere, quod edicto publico illis permiſſum fuit, hac cautione, ſi prius tribus continuis diebus grana ſua venum publicè expoſuiſſent, neque alia quam quæ aliunde allata eſſent venundarent. C

Abundans granorũ prouiſio.

Menſe Iunio nõnulli Ducis Cliuiæ partes ſequuti, Traiecti ad Moſam turbas excitant. Gerardus de Goer vrbis Gubernator dum malo naſcenti occurrere ſtudet, trucidatur: ſimiliter & Magiſter Remigius Printemps Oppidi Conſul, quarum cædium cauſâ multi plebei ſupplicio afficiuntur.

Tumultus Traiecti.

Exeunte menſe Septembri, fit Præſul certior per Germaniam copioſum cogi exercitum, qui veroſimilitèr per agrum Leodienſem tranſiturus, & vicos miſeroſque ruſticos depopulaturus eſſet. Quamobrem vigeſima Octobris, mandat Patriæ Officiatis per loca cõſueta edici, vt omnes cuiuſcumque ſtatus & conditionis, pro ſua quiſque conditione, arma parata habeant, & ad præfecti ſui iuſſum ſequãtur, quo ille præſcripſerit: vt nemo alterius Principis militiæ ſe aſcribat ſine Principis licentia, & ſi qui iam forſan inſcripti fuerint, reddito quod receperint ſtipendio, in Patriam ſuam intra dies quindecim redeant, ſub pœna publicationis bonorum Ciuitati aut oppido ſuæ habitationis applicandorũ: vt vagabundi qui ſæpius ſub ſpecie Ægyptiorum D

Edictum militare.

Digitized by Google

tiorum, quos vocant, exploratorum funguntur officio, & multa ſu-
A perſtitioſa, multa quoque furta & latrocinia excercent, patria pel-
lantur, & ab ea in perpetuum proſcribantur & banniantur.

Anno 1540. ineunte, Præſul cum Magiſtratu, Ciuitatis inſtaura- 1540.
tioni, quæ maximè illi cordi erat, manum admouet: Menſe ergo
Ianuario portam amari cordis turri muriſque marmoreis munire *Porta amari*
aggreditur, ſtructurâ, quæ modo apparet, amplâ & pulcherrimâ. De *cordis inſtau-*
ponte quoque ad poſticum bogardicum, quo ex ſabulonia in Inſulam *ratur.*
transeatur, conſilium init, ſed Moſa per æſtatem prope exhauſto, re-
clamantibus moletrinarijs, opus intermiſſum fuit. Quare ad repa-
randam Eccleſiam parochialem Vndecim millium Virginum (quæ
B 14. Auguſti anni præcedentis, caſu vnius turris palatij, ſolo ferè
æquata fuerat) animum adijcit, nec non muros ſororum Clariſſa- *Et Eccleſia*
rum, quæ Ciuitatis mœnibus adiacent, reſtaurat; nihilque non *vndecim mil-*
tentat quo Ciuitatem ciuibus commodam, exteris ſpectabilem *lium virginũ.*
reddat.

Ianuarij vltima renouat edictum contra exteros per Ciuitatem
mendicantes; ne vltra tres dies morari Leodij per tabernas vel hoſ-
pitalia permittantur; ne ſæpius in anno quam ſemel Leodiũ veniant;
ne ſe Ciues iactitent eo prætextu, quod forſan quinquennio hactenus
in Ciuitate tolerati fuerint; vtque Hoſpitalium gubernatores in eos
inuigilent, eoſque coërceant ſerio mandat.

C Februarij 21. rurſus proſcribit Ægyptios, (quos vocant) mandat-
que publico edicto, vt ante ſolis occaſum ſub pœna furcæ, & publi-
cationis mobilium exeant, omnem officiatis ſuo edicto diſpẽſandi fa-
cultatem adimens.

Aprilis 6. inſtante feſto Tranſlationis B. Lamberti Martyris & tu- *Cultus erga D.*
telaris noſtri pro ſua erga eum reuerẽtia & pietate, plateas per quas *Lambertum.*
dicti Martyris imago circumgeſtari ſolet, ornari, & à ſordibus mun-
dari, mandat, comminatâ trium aureorum pœnâ ijs, qui ante ſuas
ædes ſordes & ſubluuies reliquerint.

D *Carolus V. agit cum Cornelio de Coadiutore illi dando; ordo militaris Leodij ſeruari conſuetus.*

CAPVT II.

MAij 13. Romanorum Rex Ferdinãdus paucis comitibus venit
Leodium, illum Regio epulo Prę ſul, Magiſtratus vero aliquot
vini cadis, & auenæ mẽſuris excepit. Regem ſequutus eſt Prę ſul Bru-
xellas, inde Gandauũ ad Carolũ Cæſarem ipſo die Mathæi, vbi inter
alia cępit Cę ſar de Georgio Auſtriaco in eius Coadiutorẽ promouẽdo
ſermonem miſcere; expedire hoc fieri, ne vacante Sede, pluribus de

 Epiſcopatu

Digitized by Google

Epiſcapatu contendentibus, Patria Leodienſis vicinæque Prouinciæ omnes nouis bellorum tumultibus agitarentur. A

Sub idem tempus venit eo & Dux Iuliacenſis, qui Ducatum Geldrenſem vltro ſibi (vt aiebat) oblatum iam poſſidebat, volebat ille cum Cæſare paciſci, verum nihil tum effectum.

Cum Leodij armorum geſtatio hactenus frequentibus edictis omnibus prohibita fuiſſet, exceptis priuilegiarijs, Præſul ſolers & prouidus Auguſti decima quarta certum haſtæ genus perniciale, *Picot de Hacourt*, vulgò nuncupatum, nuperè per quoſdam in abuſum reuocatum, non tantum non geſtari, ſed nec omni modo fieri, vendi, aut domi haberi mandauit, pœnā prima vice, publicationis ipſius haſtæ & viginti florenorum aureorum, ſecunda dupli, & tertia capturæ & B animaduerſionis iudiciariæ in refractarios.

Hiſce diebus cùm Cæſar per hæreditarias Germaniæ inferioris ditiones, omnibus mandaſſet & interdixiſſet, ne Lutheri aliorumue hæreticorum libri vſquam reciperentur, venderentur, legerenturue, capitis pœnâ in rebelles ac obnitentes conſtitutâ. Idem actutum per Patriam Leodienſem edixit Præſul, quod & ante mille annos & quòd excurrit ſanciuerat Conſtantinus Imperator, Arrij & ſectatorum eius libros cōburi mandans capitis ſentētiâ in eos latâ qui eiuſmodi codices vel occultaſſent, vel non ſtatim combuſſiſſent.

Librorum hæreticorum prohibitio.

Octobris 26. forum pecuarium non ita pridem ab Erardo à Marka inſtitutum renouat, ijſdem gratijs & priuilegijs quibus primo donatum fuerat. C

Nouēbris 5. quod & antea ſæpius prædeceſſores ſui prouidè cauerāt edicit ne quis deinceps, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue laicus, tempore hyemali noctu ſine lumine in publicū prodeat ſub pœnis antea ſtatutis.

Vigeſima tertia Decembris, Cæſar miſſo ad Capitulum Eccleſiæ Leodiēſis legato, petit Georgium Auſtriacum, vigore literarum Apoſtolicarum, in Canonicum Leodienſem recipi.

Auſtriacus fit Canonicus.

Excurrit modo annus 16. ab Ignatij Loyolæi ad ſanctioris vitæ ſtudium conuerſione, quod omne tempus Maureſæ, Romæ, Venetijs & Hieroſolimis, vſque ad annum 1525. in iaciendis cæleſtis vitæ fundamentis tranſegit, ab eo vero tempore Barcinone, Compluti & Pariſijs decennio integro Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudia fœlicitèr peregit, laureâ etiam Philoſophicâ donatus, reliquum quadriennium vſque ad hunc Chriſti annum 1540. iuuandis proximis, ſocijs quos iam ante collegerat informandis, & futuri inſtituti meditationi contulit: tandem hoc ipſo anno ineunte, Societatis Ieſu & nomen & inſtitutum à Paulo 3. Pontifice approbatum. D

Inſtitutum Societatis Ieſu à Paulo 3. Pontifice confirmatur.

Cum Præſul non ignarus eſſet belli quod Gallus Cæſari occultè infenſus inferre meditabatur, ſciretque Leodij non deeſſe qui Galli partes ſectarentur, ordinem militarem qui in belli, obſidionis, vel tumultus periculo, hactenus obſeruari conſueuit, propter multorū præfectorū mortē interruptū, nouis præfectis inſtaurandū exiſtimauit.

Itaque

Digitized by Google

Itaque Ciuitatem vti antiquitus in quinque regiones diſtribuit, nimirum in Forenſem, vltramoſanam, Inſulenſem, S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Seruatij.

A

Ordo militiæ Leodij ſeruari ſolitus.

Sub Forenſi has Eccleſias comprehendi voluit; Cathedralem, parochialem noſtræ Dominæ ad fontes S. Andreæ, S. Catharinæ, S. Gengulphi, S. Magdalenæ, S. Stephani, vndecim millium virginũ, S. Aldegundis. Harum ſubditos, exorto belli vel tumultus alicuius periculo, conuenire iuſſit, Cathedralem quidem cum ſibi ſubditis in ipſius Eccleſiæ clauſtro, vbi ſibi præfectum crearent, cui illius regionis omnes obedire teneantur; aliarum vero Eccleſiarum ſuppoſita in foro, quibus per Præſulem ipſum vel alios inferius nominandos

B duodecim præfecti aſſignabuntur.

Sub vltramoſana has Eccleſias recenſuit, Religioſorum Scholarium, Parochialem S. Nicolai, S. Phoillani, S. Remacli, & Eccleſiam Fratrum Franciſcanorum de obſeruantia, incolaſque circa Eccleſiam S. Phoillani congregari voluit, ſub præfectis pariter duodecim nominandis.

Sub Inſulana regione, has Eccleſias ſtatuit S. Iacobi, Belli reditus, S. Pauli, S. Ioannis Euangeliſtæ, Dominicanorum, Carmelitarũ, Cruciferorum, Parochiales quoque S. Martini, S. Alberti, S. Nicolai, ſancti Remigij, S. Chriſtophori, S. Veronæ; Indigenis ſub ducibus octo deſignandis ante Eccleſiam S. Pauli conuenire iuſſis, ita tamen vt Abbates S. Iacobi & Belli reditus, Canonicique S. Ioannis & Cruciferi domi

C ſe contineant, diligenter aduigilaturi ne per poſtes ſeu poſtica quæ ad ripam Moſæ habent, per inimicos fiat impreſſio.

Intra terminos parochialis S. Ioannis Baptiſtæ, Eccleſias eſſe voluit, Collegium S. Bartholomæi, parochiales iam dicti ſancti Ioannis, S. Thomæ, S. Georgij, S. Fidis, & Eccleſiam Fratrum Minorum, omneſque ſub ductoribus pariter creandis voluit ante ædes pannificum cogi.

Sub S. Seruatij limitibus comprehenſæ fuerunt Eccleſię S. Laurentij, & Collegiatæ S. Petri, S. Crucis, S. Martini, Parochiales præfati S. Seruatij, S. Seuerini, S. Margaretæ, S. Huberti, S. Michaëlis, S. Remacli in monte, S. Gertrudis, & Eccleſia Lollardorum, quos ſimiliter

D ante Eccleſias S. Seruatij, ſub præfectis nouem, conuentum facere voluit.

Porro dedit ſingulis Eccleſiaſticorum collegijs poteſtatem præfectum vnum nominandi, qui cum cæteris præfectis etiam præeſſet, reſque adminiſtraret.

Indicto huiuſmodi conuentu, nemini licere voluit regionem ſuam egredi, nemini ſe ſtatione ſibi à præfecto præſcripta abſque eius licẽtiâ vel mandato, dimouere, ſub pœna arbitraria. Sed quoſque præfectis ſuis dicto obedientes eſſe, ſeu ad excubias, ſeu ad miſſionem, ſeu ad alia obtrectantes carceribus per præfectos ciueſque ipſos tradi, iuxta legum præſcripta corrigi, ſi de facto reſtiterint, de facto

Digitized by Google

procedi & bonum factum hoc Ciuitatis futurum.

In ſuburbijs quoque extra portas Aurotanam, amari cordis S. Leonardi, veteris vineti, S. Margaretæ, S. Martini, S. Walburgis, ſingulis duos præeſſe voluit, quorum officium ſit ſuos, ſi forſan clauſis portis motus quiſpiam fieret, ad exequendum quæ per Ciuitatis præfectos ordinabuntur, præſto habere. A

Omnes vero præfectos tam Ciuitatis quam ſuburbiorum, curare imprimis voluit noſſe ſubditorum ingenia & mores, vt vbi opus fuerit, eorum operâ tutius ſecuriuſque vti poſſit.

Cauit quoque diligenter, ne præfecti portas Ciuitatis, noctu præſertim aperiant, niſi prius maturo cum alijs præfectis conſilio habito.

Si oriretur incendium, iuſſit aduigilare præfectos, ne quis regionem ſuam vel plateam egrediatur, niſi petitâ prius & obtentâ licentiâ, ſub pœna decem florenorum aureorum armamentario Ciuitatis applicandorum, qui ſi ſoluendo non fuerit, carceribus menſe integro manciparetur; Extingui vero ignem incendij per quemque in regione & platea ſua debere, aduocatis de licentia præfecti ordinibus mendicantium, Dominicanis, Carmelitis, Obſeruantibus, & Lollardis. B

Quamobrem mandauit, vt in ſingulis regionibus ſitulæ coriaceæ, & ſimilia inſtrumenta præſto eſſent, locis ad id deſignatis aſſeruanda; in Forenſi quidem apud Minores, in Vltramoſana apud Scholares, in Inſulana apud Dominicanos, in regione S. Ioannis Baptiſtæ apud ædes pannificum, S. Seruatij apud Lollardos. C

Inſuper mandauit, ſub pœna capitis, ne quis per mœnia Ciuitatem ingrediatur vel egrediatur, neue nauigio, hyeme quidem poſt ſeptimam, æſtate poſt decimam, ſub pœna decem florenorum vt ſupra applicandorum, aliaue arbitraria: ſaluo piſcatoribus piſcandi per noctem iure; ſic tamen vt quos tunc contrauentores deprehenderint capiant, vel ſi nequiuerint, ad conſules vel preſectos deferant, ſub conſimili pœna.

Voluit etiam diligenter obſeruari, ne quis campanâ pulſatâ, aut aliô quocumque ſigno, temere ad arma conclamet, nec ad id quiſquam plateam aut regionem ſuam egrediatur, niſi conſilio cum præfecto, qui vbi opus fuerit, & in regione & in platea periculum ſubeſſe videbit, arma ſumere mandabit. D

Tandem ſupremum militiæ tribunal in domo ſuæ Ciuitatis conſtituit, cui vel per ſe dum Leodij eſſet, vel abſens per ſubſtitutos intereſſet, cum aliquot à Capitulo & alijs ab Archidiaconis, Abbatibus, alijſue Prælatis, alijs quoque à Clero ſecundario, adiunctis Scabinis Leodienſibus aliquot, & Conſulibus. Atque ad hoc quidem tribunal ſinguli regionum præfecti ſuas referent difficultates, omnia ad præſcriptum acturi & exequuturi.

CAPVT.

Digitized by Google

A *Cornelius petit à Capitulo ſibi dari Coadiutorem Georgium Auſtriacum; qui è Gallia, Leodium veniens, capitur. Aquarum inundatio: coniuratio detegitur.*

CAPVT III.

ANno 1541. Idem Præſul Ianuarij 3. Capitulo Leodienſi propoſuit ſe, ſi illius conſenſus acceſſerit, ex conſilio Cæſareæ Maieſtatis decreuiſſe, ſub beneplacito S. Sedis, aſſumere in Coadiutorem & Succeſſorem D. Georgium Auſtriacum, Maximiliani Cæſaris filium, Archiepiſcopum Valētinum, cui Capitulum, aliquot dierum deliberatione habita, gratioſe benignéque aſſenſit. 1541.

Dux Cliuienſis (quem Geldrenſes nuper pro Duce ſibi aſciuerant) reiectus nuper à Cæſare, Galliæ Regem quem non ignorabat Cæſari infenſiorem adit, initoque contra Cæſarem fœdere, Rex illi coniugem Ioannam è ſorore Margareta Nauarræ Regina neptem promittit, puellam longè omnium totius Galliæ opulentiſſimam. *Dux Cliuiæ ad Gallum deficit.*

Cum igitur miles vndiq; vicinis in Prouincijs cogeretur, nec quid molir etur & quo tenderet ſatis ſciretur; Præſul ſuis Ciuibus & Patriæ cauens, Martij decima ſeptima edictum militare iterum publicari iubet, vetatque ne quis alicuius Principis militiæ contra Cæſaream Maieſtatem ſe aſcribat, ſub pœna perpetui exilij. Mandat contra vt Præfecti regionum præſto ſint, & ſerio in exteros alioſque de quibus ſiniſtra opinio haberi poſſet inuigilēt, vt omnes ad arma habiles præſto ſint, & ſinguli Præfectis obediant, rebelles carceribus mancipentur: armis ſe opponentes, armis cædantur, quod veluti Ciuitatis factum excuſandum promittit.

Aprilis 16. liberum forum, ab Erardo bon. quondam mem. inſtitutum edicto publico celebrari mandat.

Maij prima cùm fama Epidimiæ per vicinas Prouincias ſerpentis increbeſceret, Præſul de remedijs prouidens, plateas mundari, canales & riuulos obſtructos aperiri mādat, ne quis porcos in Ciuitate enutriat, ſub pœna vnius floreni aurei prohibet: Porcum triduo poſt publicationem in plateis deprehenſum, per ſatellites apprehendi mactarique præcipit, quarta parte ipſis ſatellitibus, reliquis tertijs proximiori hoſpitali aſſignatis.

Pendebat controuerſia inter Comitem Markanum & Arembergium ex vna, & relictam D. Ioannis Markani, eiuſque liberos Ioannem & Guilhelmum, ex altera partibus: Præſul veritus ne huius controuerſiæ occaſione ad arma veniretur, Iunij 19. edicto publico cauit, ne quis cuiuſcumque ſtatus & conditionis alteri parti ſeruiat, aut quocumque prætextu arma ſumat. *Præſul cauet ne ad arma veniatur.*

Auguſti 27. rurſus edictum militare, de ordine tempore belli in Ciuitate & ſuburbijs ſeruando renouat, & omnes in armis ad iuſſum ſuorum præfectorum preſto eſſe iubet. A

Regnum Hungariæ fere totum peri. Chriſtianis.

His diebus regnum Hungariæ fere totum adimitur Chriſtianis; Mortuo enim Ioanne Winoda Rege, cum Ferdinandus Cæſaris frater ſuccedere ſperans, Budam Regni Sedem obſidione cinxiſſet, per Turcas fuſus eſt, Budaque potiuntur Turcæ.

Per hos quoque dies duo Galliarum Regis legati ad Turcam miſſi, à Cæſareanis intercepti, in Pado flumine interficiuntur, quod Regem ante exaſperatum ad bellum contra Cæſarem reſumendum vehementer accendit.

Georgius Auſtriacus à Gallo captus.

Georgius Auſtriacus Archiepiſcopus Valentinus, ex Hiſpania ad Eccleſiam Leodienſem à Cæſare euocatus, dum per Galliam iter maturat, ignarus belli quod recens inter Gallum & Cæſarem recrudeſcebat, Lugduni iuſſu Regis in carcerem conijcitur, hoc veroſimiliter conſilio, vt eo illic retento alium ſuæ factioni adhærentem ad Epiſcopatum Leodienſem promoueret. B

Hungariâ vt diximus Chriſtianis fere deperditâ, Ratisbonnæ Cæſariana indicuntur Comitia, ac bellum tandem in Turcas mouendum decernitur. Exercitus Germanorum ad recuperandam Budam miſſus, Ducum ſocordia profligitur. Cæſar aduertens periculum, quod à Turcis Germaniæ, totique Reipub. Chriſtianæ imminebat, vt hoſtem diſtrahat, in Aphricam expeditionem parat: inſtructoque potentiſſimo exercitu in Algeriam vela facit, ſed irrito conatu, claſſe inſtructiſſima ſoluta & fracta, & tantum non fluctibus maris aliquoties obruta. C

Cæſar in Algeriam expeditionem parat, quo conſilio

Aquarũ damnoſa colluuies.

In pago de Ans, non procul à Leodio, nubes cum tonitru rupta tantam aquarum vim & colluuiem effudit, vt vicinas valles campoſque replens magnum flumen excitarit, indeque in Ciuitatem ſumma impreſſione rapidiſſimoque impetu deſcendens, grandibus ſaxis, trabibus, arboribuſque, quæ ſecum vehebat, obuia quæque obruerit, ædificia diſiecerit, penuaria, domos, puteos, Eccleſias repleuerit, exeſtuante diem totam & noctem dicta colluuione. Nec multum diſpar aquarum inũdatio hoc ipſo tempore, anno 1614. quo hæc ſcribimus accidit, Leodij Moſa ſic vbique excreſcente, vt non modo ipſam Inſulam aquis repleuerit, verum etiam pleraſque alias Ciuitatis plateas nauigabiles effecerit, inque multorum ædes ad contignationes vſque ſe penetrarit, durante inundatione à prima die Decembris vſque ad ſeptimam eiuſdem, quo temporis interſtitio ceſſatum fuit à diuinis in Eccleſijs Collegiatis ſanctorum Pauli, Ioannis, Dionyſij, Bartholomei, item in Eccleſijs Prædicatorum, Hieronymitarũ, Cruciferorum, Carmelitarum, Belli reditus, S. Iacobi, alijſque non paucis, vt pote quæ nulli ſicco pede eſſent peruiæ. D

Octobris vigeſima quarta forũ pecuariũ, quod ipſo ſanctorũ Simonis & Iudæ ex inſtitutione quondam Erardi à Marka circa Cornelij montem

Digitized by Google

montem celebrari ſolet, auctoritate Capituli Leodienſis, Præſule abſente, ob maiorem Ciuium & Mercatorum commoditatem, in loco Grauioul nuncupato, ad ripam Moſæ deinceps celebrari, edicto publico mandatur, remanentibus iiſdem quibus antea priuilegijs & libertatibus; quæ tranſlatio per ipſum Præſulem Berganum, Conſules, Iuratos & Concilium Ciuitatis eiuſdem menſis 26. edicto ſuccedaneo rata habita fuit.

A

Nouembris vigeſima prima Præſul fit certior militem in agrum Leodienſem tendere, quare renouato militari edicto, vnanimi Capituli, Conſulum, Iuratorum & Concilij Ciuitatis conſenſu, iterum iubentur omnes cuiuſcumque ſtatus & conditionis, in armis præſto

B eſſe: Simulque vetatur ne quis alteri Principi ſine licentia Præſulis, militet; ſi quis forſan militiæ iam aſcriptus ſit, intra quindenam, deſerta militia, in Patriam redeat, ſub pœnâ proſcriptionis. Sub eadem pœna pelli iubentur exteri & vagabundi. Eodem edicto prohibetur quoque ne grana quocumque prætextu flumine terraue Patria euehantur, ſub pœna publicationis nauium, curruum, equorum, & ipſorum granorum, necnon decem florenorum aureorum more priſco applicandorum. *Varia edicta.*

Nec multo poſt Decembris 12. iterum Ægyptij (quos vocant) Ciuitate & Patria proſcribuntur, mandaturque cauponibus vt nomina aduentantium quotidie Prætori, eoue abſente, deſignatis per quinque Ciuitatis diſtrictus edant & referant.

C

Eodem die præſcriptum ab Erardo fori piſcarij regimen, edicto publico, certis cõditionibus, pro maiore Reipub. commoditate temperatur.

In anni exorſu, cùm primores nonnulli tum laici tum Eccleſiaſtici Gallo ſtudentes, Ciuitatem ei tradere machinarentur, Præſulis vigilantiâ detecti, cito transfugerunt, famuli tamen capti, & diſtracti in partes. *Coniuratio detecta.*

Anno Domini 1542. menſe Ianuario, habitis Spiræ Comitijs, conceſſa ſunt Ferdinando Romanorum Regi octo millia equitum & 40. millia peditum, quo Hungariã è poteſtate immaniſſimi Chriſtianorum hoſtis vindicaret & eximeret. Quocirca Patria Leodienſis circuli inferioris Germaniæ pars decima, ne officio deeſſet, extẽplo 180. equites, & 470. pedites duce Domino de Frentz inſtruxit. *1542.* *Leodienſes cõtra Turcam inſtructi.*

D

Cæſare (vt vulgo ferebãtur) fluctibus maris apud Algeriam obruto, Gallus cum Duce Cliuienſi & alijs fœderatis importuniſſimum ſuſcitant bellum. Igitur rebus ad id iam pridem comparatis, quintuplici exercitu ditiones Cæſaris inuadunt. Gallus Henricum filium natu maiorem in Citeriorem Hiſpaniam, Carolum filium alterum in Luxemburgenſem agrum mittit, qui mox aliquot oppida expugnat; Vendomium Principem in Atrebatos atque Morinos, qui etiam fœliciter pugnat. Guilhelmum Longæum in Pedemontium, Longouallum & Martinum Roſſemium in inferiorem Germaniam. Hi vt *Gallus cum Duce Cliuiæ bellum Cæſari infert.*

de-

de cæteris taceamus, Belgium inuadunt; horrendiſque paſſim incendijs & flagitijs patratis, parum abfuit quin Antwerpiam opulentiſſimum Emporium, & Louanium celeberrimam Academiam proditione caperent. Verum præterquam quod miſeros & innoxios Agricolas, ambuſtis pagis innumeris, ad inopiā redigerent, nihil ab eis laude dignum geſtum eſt. A

Accurrit Cæſaris exercitus è Brabantia.

Paulo poſt, accurrens è Brabantia Cæſaris exercitus Iuliacenſem regionem populatur, & oppida omnia Luxemburgenſia à Gallo occupata recuperat. Opponit ſe fortiter Principis Iuliacenſis miles, & Brabantos regredi compellit: occubuerunt tamen Hinsbergi, itemque Suſteriæ & Duræ non pauci.

B

Comitia ordinum Patriæ: Præſul imminentibus à Gallo & Duce Cliuiæ periculis occurrit: Cæſar bello Iuliacenſi finem imponit.

CAPVT IIII.

DVm circumquaque Patria Leodienſis à tot exercitibus vaſtaretur, magnaque omnes teneret trepidatio, Præſul Maij vltima Comitia Patriæ habet, in quibus magna prouidentia ſolertiaque pericula, quæ ditionibus ſuis impendebant, auertit. Siquidem in eis conſultum fuit, militem qui iam in expeditionem contra Turcam paratus erat, retinere, quòd ille Patriæ conſeruandæ omninò neceſſarius videretur, nec minus hic quam in Hungaria Cæſari ſtuderet, Gallo maxime (vti ferebatur) Turcis, contra quos in Hungaria pugna erat, fœderato. C

Viſum quoque & alia vndecim ſigna tam equitum quam peditum, Sampt & Stampel ductoribus, colligere, & per oppida vbi magis neceſſarium videretur diſtribuere.

Riparij priuilegijs reſtituũtur.

Aduocati etiam ex Suburbijs Ciues, qui reparandis muris aggeribuſque conſtruendis ſuam nauarent operam: in quibus Riparij, Gemeppienſes, Scleſſiani, Ougreani, Flemalienſes, & vicini reliquos omnes & fide & numero diligentiaque ſuperârunt, & idcirco à Principe Patriæque ordinibus, priuilegijs, quibus ſub Markano exciderant, reſtituti ſunt. Nec defuerunt officio Ciues intranei, ex qualibet familia viro, qui eiſdem ſuo ſumptu vacaret operibus, aſſignato. D

Iunij decima tertia, iterato publico edicto vetatur ne quis cuiuſcumque ſtatus & cõditionis, externo Principi contra Cæſaream Maieſtatem vel Patriam militet, ſub pœna banni: daturque facultas omnibus & ſingulis Patriæ officiatis, vt omnes contra edictum hoc militantes, quocumque loco, ſine ſtrepitu iudicij, carceribus mancipẽt, extremo afficiẽdos ſupplicio. Mandatur præterea Ciuibus omnibus, vt hoc

Digitized by Google

vt hoc periculoſo tempore ordinem militarem alias præſcriptum ad
A amuſſim obſeruent.

Iunij vigeſima prima, creſcente periculo, Præſul anxius cōmuni
Conſulum & 32. miniſteriorum ſententiâ, plura edicit paci tranquil-
litatique publicæ comprimis vtilia; vt militibus exteris Sacramento *Præſul multa*
militiæ Præſuli, Ciuitati, Patriæque aſtrictis, Ciues victualia iuſto pre- *edicit Reipub.*
cio, ſicut cæteris ciuibus, vendant: ne Ciuis militem, neć miles Ci- *vtilia.*
uem, vel verbo, vel facto aggrediatur, ſub pœna carceris: vt ſicuti
ciuium Præfecti militem iniurioſum apprehendere poterunt, ita &
ductor militum ciuem, quem ſtatim tamen ad carceres Ciuitatis de-
ducere teneatur; quos nec ciuis, nec miles egrediatur, niſi ſolutis de-
B cem aureis, aliaſue, ſi pauper, pœnâ arbitrariâ ſupportatâ: Vt ſi quis
vel minimo indicio inimicis fauere, vel ab eis literas recipere, vel
verba ad tumultum prouocantia proferre deprehendatur, confeſtim
Præſuli, vel Conſulibus, aut Præfectis, qui ad manum erunt denun-
cietur; vt exteri quatuor duntaxat annorum Ciues, ante triduum
Prætorem Conſuleſue accedant, de opificio quod exerceant, deque
conuerſione ſua & moribus, ſub pœna priuationis Iuris Ciuici, do-
cturi; vt reliqui omnes exteri intra 24. horas Ciuitatem egrediantur,
neque vltra noctem vnam in ſuburbijs morentur: vt nullus ciuium
Ciuitatem egrediatur, aut ſua inde aſportet, ſub pœna amiſſionis pri-
uilegiorum & libertatum Ciuitatis: vt mox ſigno per Præfectos mi-
litiæ dato, omnes officinæ è foro aſportentur, quo miles ibi facilius
C cogi luſtrarique poſſit, & quædam eiuſce generis alia.

Iulij vndecima nōnulla alia haud minus oportuna ſanxit, cū enim
ciues per imperatas ſibi Angarias in reſtaurandis Ciuitatis muris pa-
rum promouerent, conductus eſt, precio per eos ſoluendo, magnus
operariorum numerus, quod & edicto publico populo denunciatur;
abſentes quoque, in Ciuitatem ſub pœna perditionis Iuris ciuici re- *Intēdit reſtau-*
uocat, deputatque qui ædificia, officinas, arbores, & alia eiuſce gene- *rationi Ciuita-*
ris, intra & extra mœnia impedimenta, quæ in propugnanda Ciuita- *tis.*
te officere poſſent, demoliantur. Cumque poſtremum hoc per de-
putatos negligentius executioni propter obſtacula demandare-
D tur, is cum Conſulibus & Cōcilio Ciuitatis Iulij decima quarta præ-
cipit, vt quicumque ædes habent muris Ciuitatis contiguas, illas
intra quatriduum, minore quo poterunt ſuo damno demoliantur,
relicta ſedecim pedum via, alias ipſa Ciuitas illorum deficientium
ſumptibus dirui curabit. Similiter cauit vt quicumque habent hor-
tos, prata, vineas, ſepes, arbores, & ſimilia, quibus ſe hoſtis occul-
tare, aut inde damnum Ciuitati inferre poſſit, illa ad centum pe-
des dimoueant, aut ipſorum ſumptibus Magiſtratus dimoueri cura-
bit.

Iulij vigeſima prima cùm ciues & præſidiarij aduerſum Laniones
Macellarioſque, ratione fori carnium, controuerterent, & querelæ
naſcerentur, res per Præſulem & Conſules, ſic compoſita fuit, vt

publico edicto Ciuibus promiſcuè ac militibus pecora mactandi, carnes tum priuatim tum publice vendendi facultas ad reuocationem A vſque concederetur.

Dux Iuliæ inſidiatur Traiecto.

Nec trepidabat tantum patria Leodienſis, ſed & Brabantia ad bellum minime parata, vehemẽterque oppido Traiectenſi metuebatur, qua de re Maria Belgij Gubernatrix, Præſuli ordinibuſque patriæ ſcribit, Sittardiæ alijſque Iuliæ locis cogi militem qui Traiecto inſidietur, curaturam ſe vt Traiectenſe præſidium duplicetur, ſi Leodium quoque officium præſtet. Augebat ſuſpicionem quod per hos dies veniſſet e Gallia fecialis (Heraldum vocant) qui à patria reparationem de Guilhelmo Markano iam pridem ſupplicio Traiecti affecto petebat.

Interea Leodij, & in cæteris patriæ oppidis, continuæ noctu diuque ad portas & muros excubiæ fiebant: Sed & iuſſu Præſulis per Eccleſias totius Diœceſis ſacrificia preceſque diurnæ & nocturnæ fundebantur, nihilque quod ad placandum Deum pertineret omittebatur. B

Dum ſibi muriſque ſuis inuigilant Ciues, nata eſt fere in clauſtro Bartholomeano ſeditio, cuius hæc erat occaſio: Habebant Canonici Bartholomeani à primæua fundatione hortos domeſticos, muris ad ripam Moſæ ſeſe protendentibus cinctos, inque muris illis poſtica & ædiculas: Ciues igitur hoſtium, vt aiebant, metu, poſtica claudere, ædiculas ſubruere, tranſitum per hortos ſibi vſurpare: contra Canonici cum ſuis domeſticis, vicinis, amiciſque, ſe opponere, reſiſtere. Et C iam res in tumultum abibat, ni Præſul ipſe accurrens rem totam cognouiſſet, ſuaque tum auctoritate tum prudentia hoc modo ſedaſſet: nempe vt Canonicis per Ciues nulla vis, nullaue iniuria fiat, ſed belli tempore Canonici poſtica claudant, Præſidiarijſque pro muris tuẽdis ſi impreſſio illic fiat, acceſſum præſtent.

Sedatur ſeditio in clauſtro S. Bartholomei.

Dum hæc geruntur hoſtis Galliam repetit, & ſtatim ductoribus Sampt & Stampel cum militibus præſidiarijs, ſtipendia ſoluũtur, publicoque edicto Septembris 18. dimittuntur.

Serpebat tunc peſtis in foro pecuario. Quamobrem regimen pro tempore contagioſo ab Erardo præſcriptum eodem die renouatur, D mandaturque vt pecora, non iam loco peſtilentiali ſed aperto & ſalubri, in platea minoritarum deinceps vendantur, ſub ijſdem, quibus ante, legibus & priuilegijs, donec aliter fuerit ordinatum.

Graſſante in dies magis ac magis peſtilentiâ, Septembris penultimâ renouatur idem mandatum, ediciturque ne qui cum peſte infectis conuerſati ſint, ſanos ante 40. dies accedant, ſub pœna trium florenorum aureorum.

Interea milites exauctorati agrum Leodienſem depopulabantur, quocirca Decembris 23. ſerio mandatur Officiatis iudiciariæ manus in graſſantes iniectio & pœna laquei: qui ſi validiores appareant, perſonatis per vicos campanis illis obſiſtant.

Digitized by Google

In his diebus indictum à Paulo tertio Concilium Tridentinum tribus potiſſimum de cauſis, vt hæreſes extirpentur, Eccleſiæ diſciplina reſtituatur, pax denique recuperetur. *Indicitur Concilium Trid.*

Anno 1543. quinta Ianuarij, Maria Belgij Gubernatrix rurſus ſcribit Capitulo Leodienſi Ducem Iuliæ multa ſecreto machinari; vt Traiectum ſibi vicinum oportunumque intercipiat: in eandem ſcribit ſentētiam altera die Magiſtratui dicti oppidi. Hac occaſione Præſul cum Ciuium Magiſtris & alijs, de porta Ciuitatis qua Traiectum tenditur, deque muniendis muris & propugnaculis illi adiacentibus agit, certis nominatis architectis; qui manum operi quamprimum admouerunt. 1543.

Eodem menſe redeunt ex Gallia Longeuallus, & Martinus Roſſemius in ditionem Iuliacenſem, & Cæſareanos expugnant, bellicis eorum tormentis in oppidum Ruremundenſe abductis. *Roſſemius Cæſareanos expugnat.*

Ianuarij 18. Præſul Edictum de ordine militari tempore obſidionis in Ciuitate ſeruando renouat, & habito cum 32. miniſterijs conſilio, vetat ne quis contra fœdera inter Cæſaream Maieſtatem, Præſulem, & ſtatus patriæ inita loquatur, aut quoquo modo populũ ad ſeditionẽ rebellionẽue excitet, ſub pœna carceris & criminis læſæ Majeſtatis.

Longeuallus & Roſſemius menſe Aprili magna celeritate in Lymburgenſem agrum deſcendunt, plurimis pagis vaſtatis, incenſiſque, multis captiuis abductis. Magna vbique trepidatio, alijs Traiectum, alijs Leodium aliaque ad loca fortiora diffugientibus.

Menſe Mayo quidam Regi Galliæ militantes & coniurati Bruxellæ capiuntur, examinati & quæſtionibus expoſiti, quoſdam Leodienſes coniurationis ſocios accuſant, quo intellecto & inquiſitione more maiorum facta, manus iudiciariæ iniectio in Ianum de Saterelle, oriundum & ortum de Cheſteadun, per Scabinos Leodienſes decernitur, hic carceri mancipatus & examinatus propius, coniurationem aduerſus Ciuitatem Leodienſem detexit, & expoſuit, coniurationiſque ſocios nominauit, Raſonem de Lamine iuniorem, Petrũ de Ora, Iacqueminum Alardi, Magiſtrum Ioannem Chirurgum in ponte inſuſæ habitantem, Magiſtrum Gabrielem Tholoſanum, Ioannem Noel, Ludouicum Chabot Præsbyterum Sabaudum origine, & Otteletum de Foumal: coniurârant de prodenda Ciuitate Longeuallo & Roſſemio Regi Gallorum dedenda, in coniuratores, re comperta, atque cognita, animaduerſum, viciſſimque & alternatim in Auguſto menſe, deſecata & abſciſſa capita, vt & trunci ſiue corpora ſecta in partes quatuor, Ludouico caput reſciſum, & corpus ſepulturæ per libitinarios traditum, vt & Petro cuius caput etiam in ſublime adfixum.

Anno inſequenti, Ianuarij quinto animaduerſum in Raſonem fugitiuum, & repertum in Ciuitatem reductum, cui etiam collum deſecatum, & truncus ſectus in partes quatuor, hic à coniuratis accuſatus, vti coniurationis auctor & princeps, qui cum ijs cōpoſitus, nihil

confiteri voluit, & vt in theatrum publicum plectendus prodijt, quiritatus eſt falſo ſe accuſatum, non accuſare Scabinos Leodienſes rerum capitalium Iudices iniuſtitiæ, quod lege Leodienſi vſurpatum, comparatum atque receptum ſit, ſi quis capitalis criminis reus per duos criminis reos accuſetur, qui accuſationem morte inſecuta confirmauerint, accuſatum etiam inconfeſſum, eadem pœna puniri. Ianuarij die 24. Otteletus damnatur capitis, eique die altero caput reſcinditur, & portæ ciuitatis exponitur. A

Leodienſes redduntur memores fœderis initi.

Poſtmodum Maria Gubernatrix Dominum de Noirthout aulæ ſuę Magiſtrum Leodium mittit, qui Præſuli capituloque memoriam fœderis inter Carolum Cæſarē & Patriam Leodienſem anno 1518. initi renouat, petitque nomine Cæſaris & Mariæ, ne liberum hoſtibus tranſitum per patriā & oppida concedant, quod Præſul proximis Comitijs ſe propoſiturum, & habito communi conſilio reſponſurum repromittit. B

Iunij vndecimâ lectum fuit in Capitulo diploma Pontificium, quo Georgius Auſtriacus Archiepiſcopus Valentinus renunciatur Coadiutor & ſucceſſor Bergij Antiſtitis Leodienſis.

Iunij 15. comitia ordinum Patriæ celebrantur, ibi primum Maſekenſes, Stockhemienſes, Breenſes, & alij ſe à Cliuenſibus continuo vaſtari queruntur. Couinenſes quoque & Caſtiletenſes, ac vicini ſe eadem à Gallis pati conteſtantur. Fit deinde mentio fœderis initi anno 1518. quo de longa controuerſia habita, & viſum fuit reſpondendum Cæſari Mariæque Gubernatrici, Leodienſes tranſitum hoſtium pro virili impedituros. Ad querelas oppidanorum & ruricolarum monentur officiales, & arcium præfecti, diligenter ſuo fungantur officio. C

Vigeſima ſeptima Iulij, Gubernatrix magnam vim pecuniæ in ſumptus belli Cliuenſis & Geldrenſis à Prouincijs Belgij impetrat.

Cæſar bello Cliuenſi & Geldrenſi breui tempore finem imponit.

Cæſar relictis Hiſpanijs Italiam ac Germaniam prætoriens, Bonnam appellit, inde luſtrato exercitu 21. Auguſti Duram nuper à Gallis captam iter intendit, quò cum peruenit, fecialem mittit, qui vrbis deditionem petat. Ea non impetrata, horribili tormentorū tonitruo quaſſat mœnia, donec tandem quinto incurſu capitur. Durâ expugnatâ abit Iuliacum, quod vacuum fere inuenit, demptis paucis feminis & exacta ætate viris. Poſt Ruremundam proficiſcitur: in eo itinere ex omnibus prope Iuliacenſis Regionis oppidis veniunt legati, deditione pacem expetentes. Idem faciunt Zutphanienſes & alia Geldriæ oppida. D

Dux Iuliæ fit ſupplex Cæſari.

Cæſare apud Venlonem agente, Princeps Cliuienſis ſanis vſus cōſilijs, comitibus Henrico Brunſuicenſi Principe, & legatis Archiepiſcopi Colonienſis ad Cæſarem ſupplex venit, ab eoque certis conditionibus in gratiam recipitur, quas breuitatis ergo omittimus. Hic belli Iuliacenſis Leodienſibus admodum moleſti & damnoſi finis.

CAPVT

A

Georgius Auſtriacus cuſtodia liberatur, diem ſuæ inaugurationis Capitulo ſignificat.

CAPVT V. ET VLT.

CVm Georgius Auſtriacus Coadiutor Leodienſis, cuſtodia Lugdunenſi liberatus, Bruxellas veniſſet, Capitulum Leodienſe ſub finem Auguſti, duos Archidiaconos ad eum delegat, qui no-
B uam ei dignitatem gratulentur, iuramentumque conſuetum recipiant.

Bergius Præſul menſe Octobri ex arce Hoyenſi, negotium quoddam Domini de Freins militum contra Turcam ab eo collectorum Præfecti, Capitulo Leodienſi per literas commendat, à quo tempore nihil ob eo factum geſtum reperio. Veroſimile eſt eum, vel hoc anno exeunte vel ſequenti ineunte, Epiſcopale munus onuſque depoſuiſſe; cùm illud forti conſtantique animo, infirma licet fere ſemper valetudine, ſex annorum ſpatio ſuſtinuiſſet.

Cornelius quando defunctus Epiſcopatu.

Hac Hyeme ager Leodienſis à latronibus & vagis militibus, nonobſtantibus nuperis edictis, ſtudioque & vigilãtia Officiatorum magnas calamitates perpeſſus eſt; maximis quoque & immodicis vecti-
C galibus oneratus & preſſus: nam hoc & præcedenti anno octo ſupra ducenta florenorum millia in ſtipẽdia militum, tam in Turcas quam pro Patriæ defenſione dependit.

Anno 1544. Ianuarij ſecunda, Cæſar Bruxellã Spiram ad comitia contendit, in quibus iterato ſtipendia ſex menſium Ferdinando pro quatuor millibus equitum, & viginti quatuor millibus peditum, in Hungariam aduerſus communem hoſtem mittendorum, addicũtur. In ijs quoque curat Cæſar Regem Galliæ hoſtem Imperij, quod fœdus cum Turca iniſſet, pronunciari; inhibetque ſub pœna capitis, ne quis exteris, & præſertim Gallis militet; moxq; iuncto cum Anglis fœdere, menſe Aprili irrumpit in Gallias.

1544.

Rex Galliæ fœdus init cum Turca.

Cæſar cum Anglis.

D Vagabantur ijſdem diebus plurimi ſine lare, ſine fide, qui militiæ prætextu non ſolum commeatum à ruſticis minaciter exigebant, ſed & ab inuitis pecuniam extorquebant, magno cum Patriæ detrimento. Cui incommodo prouidetur, facta ruſticis armorum gerendorũ facultate.

Maij 29. Gubernatrix monet Capitulum Leodienſe de Cæſare fratre & Angliæ Rege cõtra Gallum cõmunem Imperij hoſtem, decem ſigna peditum, & mille ducentos equites Germanos circa Aquiſgranum conſcribere, qui breui per Patriam Leodienſem in Hãnoniam & Artheſiam contendant, rogare idcirco deſignari, qui eos minore quo fieri poſſet damno per patriam deducant, necnon hoſpitia &

Colligitur milites Germanos circa Aquiſgranum.

 com-

commeatum æquo precio præberi mandent, ſcripſiſſe ſe Chriſtophoro van Langhebeich eorum ductori, ne miles cuiquam iniuriam inferat. A

Inſidiatur Ciuitati ob non ſoluta ſtipendia.

Vigeſima ſecunda Iunij frequentibus multorum literis nunciatur Capitulo, verendum ne miles Germanus, quod ei ſtipendia non ſoluerentur, Ciuitatem aut vicinum aliquod oppidum intercipiat. Itaque communi conſilio Capitulum cum Magiſtratu nocturnas diurnaſque ad portas & muros Ciuitatis excubias conſtituit, ſcribitque Tongrenſibus, Haſſelenſibus & locis vicinis, vt ſimili ſe modo tueãtur, fideleſque porro excubitores habeant.

Suburbijs multa damna infert.

Vigeſima tertia ſub auroram, Germani pedites multa hoſtilia in Ciuitatis ſuburbijs exercent. Quare Capitulum quantocius Chriſtophoro eorum Duci ſeuere ſcribit, niſi militem in officio contineat, Ciues in eos arma ſumpturos. Scripſit Capitulum ſimilis argumenti literas Philippo Nigri Canonico Leodiẽſi & Brabantiæ Cancellario, qui 26. reſpondit. Gubernatricem ad hæc indoluiſſe mandaſſeque Commiſſarijs, vt quantocius militi ſoluantur ſtipendia. B

Cæſar Lotharingiam ingreſſus, Luxemburgum Gallis extorquet, inde Lyneum oppidum & arcem: mox Sadeſirium obſidione premit; Henricus Angliæ Rex Boloniam fortiſſimè oppugnat, & capit, quod maiores eius regni Reges fruſtra tentarant. Cæſar capto Sandeſirio ad Matronam vſque promouet, tum demum inter Cæſarem & Regem pax certis conditionibus firmata eſt, quas pro ratione breuitatis omittimus, moxque Cæſar in Flandriam ſe recipit. C

Pax inter Cæſarem & Gallum.

Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis Clerum ad defectionem fruſtra ſollicitat.

Ingraueſcente hoc bello gallico, Hermannus Colonienſis Archiepiſcopus Lutherana hæreſi iam pridem infectus, aduocato Bucero Lutherano, reformationem, verius difformationem Cleri ſui vrget; opponit ſe Clerus, eumque hortatur & obſecrat, vt rem deferat ad œcumenici Concilij cognitionem. Princeps male perſuaſus perſtat in ſententia, Clerus conſtans prouocat ad Summum Pontificem & Cæſaream Maieſtatem, ipſique Eccleſiæ Metropolitanæ Canonici, patriæ Ordinibus conuocatis, Archiepiſcopi conatus explicant, Cæſaris mãdatum eſſe, ne qua ante generale Concilium religionis mutatio fiat, hortanturque ordines, vt in Catholica, & quam ab Apoſtolis acceperint, & hactenus conſeruarint, fide, cum ipſis permaneãt. D Archiepiſcopo quoque prolixè ſcribunt, eumq; vt Summi Pontificis atque Cæſaris, quibus ipſe quoque ſubditus ſit, ſententiam expectet, identidem monent. Quibus literis primariæ ædis, itemque D. Gereonis Canonici, & vniuerſitas ſigilla ſua appendunt.

Pridie calend. Aug. Georgius Auſtriacus Epiſcopus Leodienſis, iam pridem electus & confirmatus, ſcribit Capitulo & ordinibus patriæ ſe inaugurationi ſuæ diem conſtituiſſe Dominicam poſt Aſſumptionis B. Mariæ quæ in 17. menſis Aug. incidebat.

DE

Digitized by Google

A DE GEORGIO AVSTRIACO 86. EPISCOPO LEODIENSI.

Georgius Auſtriacus Patriæ inauguratur, Comitia ordinum celebrat. Priuilegia à Cæſaribus conceſſa confirmari procurat.

CAPVT I.

B AD ſtatum condictum diem, ſplendido magnatum Comitatu, ſumma Patriæ congratulatione, Ciuitatem Leodienſem ingreſſus eſt Georgius Auſtriacus Maximiliani primi Imperatoris filius, ſeruatiſque priſco more ſolemnijs inauguratus.

Georgius Auſtriacus Maximiliani Imper. filius.

Altera die Conuentum habet ordinum qui quidem comprimis celebris fuit, præſentibus adhuc Leodij fere totius Patriæ prælatis, magnatibus & nobilibus.

Deliberatum de ſumptibus belli contra Turcas à receſſu anni 1542. debitis, deque lite ac proceſſu, quem ob non miſſum tunc militem in Hungariam, Fiſcalis Imperij contra patriam Leodienſem inſtituerat. Item de formula decreti contra Regem Galliæ Turcæ Fœderatum, & eo nomine Imperij hoſtem declaratum con-

Comitia, & quæ in ijs acta.

C cipienda euulgandaque. Præterea de hæreticis, maximè Anabaptiſtis corrigendis, de pœnæ qualitate & bonorum eorundem publicatione; deniq; de Ægyptijs, quos vocant, ex finibus Imperij proſcribendis, quorũ plures exploratorum loco Turcis ſeruire deprehendebantur. Tandem de lytro viginti quinque millium aureorum & aliorum ſex milium ſumma, pro expenſis per Præſulem in ſui redẽptionem Regi Galliæ ſolutis, dum à Cæſare ad hanc Eccleſiam & Patriam regendam vocatus, in itinere à Gallo captus, & duobus ac viginti diebus retentus fuit. Sed & de ære alieno per quondam Præſulem Bergium ratione Patriæ contracto.

Poſt longam inter Status diſceptationem, de ratione ſubſidiorum D Imperialium contra Turcas conuenit, & Præſuli ad memorata onera ſupportanda duodecim millia in ſingulos ſex inſequentes annos cõceſſa. Edicta quoque concepta publicataque, vt iuxta nouiſſimum Imperij receſſum, nemo Regi Gallorum militet, nemo Ægyptios receptet, Anabaptiſtæ proſcribantur, pertinaces etiam mortis ſupplicio puniantur; bona tamen vxoribus, prolibus, & legitimis hæredibus, ſi Catholici fuerint, relinquantur.

Initio Septembris Præſul exiguo admodum Patriæ nobilium comitatu, à reliquis oppidis priſco more, magno applauſu, receptus eſt, amplis vbique muneribus donatus.

Secunda

Digitized by Google

Regina Galliæ venit Bruxellas ad Cæſarem fratrem.

Secunda Octobris pax nuper inter Cæſarem & Gallum inita Bruxellis, præſente Cæſare publicatur. A

Vigeſima ſecunda Domina Leonora Galliæ Regina Bruxellas ad Cæſarem fratrem venit, comitata duobus Principibus, filijs Ferdinandi Romanorum Regis, alijſque perplurimis Galliæ Ducibus & Comitibus, profectus eſt & illuc Præſul Auſtriacus, totoque menſe Bruxellis conſtitit, donec Regina inde tertia Nouembris diſcedens Gallias cum Duce Aureliano, innumeriſque alijs Principibus & nobilibus repeteret.

Edictum de granis non exportandis.

Decembris 18. Præſul intelligens mercatores lucri cupiditate grana cuiuſcumque generis patria euehere, non ſine euidenti caritatis annonæ periculo, Edicto publico prohibet, ne frumentum, ſiligo, B auena, & aliæ fruges, quocumque quæſito colore, finibus patriæ efferantur, mandatque officiatis, vt hoc ſuum edictum per loca patriæ conſueta diuulgetur, conſtituta pœna præuaricatoribus pro prima vice publicationis granorum & decem Caroleorum, ſecunda 20. ſimilium florenorum, tertia ſuæ grauiſſimæ indignationis, declarans nihilominus intentionis ſuæ non eſſe, quo minus vicini vltramoſani, Lymburgenſes, Dolhemienſes & alij fœderati, quantum ad victum & familiæ ſuæ ſuſtentationem, empta hinc efferre poſſint, cum multa ad vitam quoque ſuſtentandam neceſſaria quotidie ab eis viciſſim inferantur, ſi tamen prius non lucri cauſa, ſed pro priuato vſu & neceſſitate illa ſe emere fidem fecerint.

Pax publicatur Leodij.

Poſtmodum nuncijs pacis Leodium allatis magna paſſim lætitiæ C ſigna exhibita fuêre frequentes ex mœnibus tormentorum & bombardarum fragoſi ſonitus editi, ignes paſſim per plateas incenſi, campanæ per Eccleſias pulſatæ.

1545. Ineunte anno 1545. Magiſtratus interea operibus nuper ad portam S. Leonardi cœptis inſiſtit, & murum marmoreũ elegantem qualem hodie cernere eſt, proſequitur.

Initium Concilij œcumenici.

Septima Ianuarij, Concilium generale nuper indictum, ſumit initium.

Menſe Iunio, Cæſar Clerum & Academiam Colonienſem in ſuum patrocinium recipit, & Hermannum Archiepiſcopum, de quo ante aliquid, intra diem triceſimum ad ſe venire & accuſationibus reſpondere iubet. D

Idem Paulus Pontifex menſe Iulio facit, & intra ſexageſimũ diem illum ad vrbem vocat.

Vigeſima Iulij, Cæſar inſtante Præſule priuilegia, quæ non ita pridem ipſe Maximilianuſque Leodienſibus conceſſerant, adprobat & rata habet.

Quinta Septembris, Capitulum Leodienſe iubet conuocari Abbates & Decanos ſeu vicedecanos Eccleſiarum ſecundariarium in loco Capitulari ſuæ Eccleſiæ, ad deliberandum de negotijs communem Eccleſiæ & Patriæ ſtatum concernentibus, & ſingulatim de tributis à

Clero

Digitized by Google

A Clero & ordinibus Patriæ ab anno 1542. debitis, qui quidem reſponderunt nouum ac inſolitum eſſe, vt propter eiuſce generis negotia eo loci compareant, parituros iuſſioni, ſi ad conſuetum Capitularem S. Petri locum cõuocentur, cumque ea de re non pauci ſermones haberentur, reproduxerunt declarationem quondam Ioannis Hornei Epiſcopi, ſuper ea controuerſia factam anno 1493. penultima Maij, quæ in ſumma habet, primum perſonas ſecundarij Cleri in ea qualitate non eſſe de Statibus Patriæ, nec cum ordines Patriæ ad Comitia vocantur, illas conuocari: ſi quid Epiſcopus, Ordines aut Ciuitas ab ijs petãt, vel cum ijs communicare velint, cum eis in loco Capitulari S. Petri tractandum eſſe, non videri æquum vt Cleri Secundarij bona, B ſine illorum aut ſaltem maioris partis ſcitu & conſenſu, cuiquam obligationi ſubijciantur.

Clerus ſecundarius conueniri debet in Capitulo S. Petri.

Declaratio Hornei q. Epiſcopi.

Cum certis legibus conceſſiſſet Præſul quibuſdam, vt grana extra patriam edicto nonobſtante diſtraherent, illi auaritia excæcati ita omnia efferebant, vt Præſul metu penuriæ eiuſmodi conceſſiones omnes retractarit ac reuocarit, facto ad id 21. Septembris edicto.

Præſul reuocat cõceſſiones à ſe factas.

Decembris 12. ſimili edicto ſyluam Epiſcopi vulgo nuncupatam, in diſtrictu Seranij ad moſam, hactenus ſine ordine cæſam, ab abuſibus, præſcriptis certis legibus vindicat, comminatâ in tranſgreſſores pœnâ pro prima vice 10 florenorum aureorum, ſecunda 20. tertia ſuę grauiſſimæ indignationis.

Syluam Epiſcopi ab abuſibus vindicat.

C Vt animaduertit Cæſar in Comitijs Wormacenſibus proteſtantes in bellum Turcicum nihil collaturos, niſi Concilium generale ad cõtrouerſias fidei decidendas, non quale Pontifex ac Catholici, ſed quale ipſi vellent, vltro obtinerent, ſimulque Spirenſis Camera, vti ipſi præſcriberent, reformaretur, Gerardum Veltunichum multa eruditione & linguarum peritia præditum, ad Turcam miſit, paciſcendarum induciarum ergo; tuncque de bello proteſtantibus inferendo cogitare cœpit.

Origo belli cõtra proteſtantes.

D *Comitia celebrat, Edicta contra hæreticos publicari curat. Martinus Lutherus moritur, & eius dogmata in Concilio Oecumenico damnantur. Carolus Cæſar de proteſtantibus triumphat.*

CAPVT II.

ANno 1546. pridie Kalendas Ianuarias, Præſul comitijs habitis, agit de reformationibus Curiæ Officialis & aliorum tribunalium, de remedijs contra inſolentias militum Patriam 1546.

Digitized by Google

depopulantium, de hæreticorum pœnis, tributorumque in ſtipendia militum conceſſorum ſolutione. A

Comitia & quæ in ijs acta.

Longa fuit conſultatio; deſignati ex ſingulis ordinibus aliquot, qui abuſus & corruptelas Curiæ annotarent, de remedijs cogitarent, eaque Præſuli & Statibus in ſcriptis offerrent. Ad compeſcendas militum depopulationes, fit per Officiatos diligens de eis inquiſitio, ſcribiturque Mariæ Gubernatrici, vt illa memor fœderis caueat ne miles Leodienſes hoſtiliter tractet, ſed ſociorum more, modeſte cum eis ſe gerat. Contra hæreticos iubentur iterato edicta promulgari; & in negligentes tributorum ſolutores brachium præſulis ſæculare inuocari.

His diebus publicatur Leodij diploma indulgentiarum, pro fœlici œcumenici Concilij nuper incœpti progreſſu. Illo hortatur Pontifex in vniuerſum omnes, vt eueſtigio ſeſe comparent ad pœnitentiam, delicta Sacerdoti cõfiteãtur, ternis per hebdomadã diebus ieiunio corpus macerẽt, ſacris interſint ſupplicationibus, ſi per valetudinem non poſſint locupletiores, in pauperes aliquid erogent, tenuiores ſubinde orationem Dominicam recitent, omnes vero venerandum Euchariſtiæ ſacramentum percipiant. B

Prima ſeßio Concil.

Septima Ianuarij, aucto iam Patrum, Epiſcoporum, & Doctorum numero, habetur prima ſeſſio Concilij.

Ianuarij vigeſima, Præſul aduertens eo fere tempore, plures ſolito inſolentias, rixas, noxas, conflictus, mutilationes, cædes in Ciuitate & ſuburbiis reliquiſque patriæ oppidis fieri, Edicto publico, ſtatuta aduerſus noxios publicata renouãt, & ſub pœnis indictis executioni demandari præcipit. C

Secũda ſeßio.

Quarta Februarij fit ſecundus Concilij conſeſſus, quo tempore Lutherus ad Comites Mansfeldios proficiſcitur, vocatus ab eis, vt dicebatur, componendi cauſa diſſidij: priuſquam Iſlebium perueniret, malæ ſuæ mortis prænuncios habuit; deinde Februarij octaua mortem ipſam, de qua loquens ſic falſo, vt ferè de omnibus, falſus vates vaticinatus fuit,

Falſum Lutheri vaticinium.

Peſtis eram viuus, moriens tua mors ero Papa.

D

Nam iuſto Dei iudicio tunc mortuus eſt, cùm Pontifex orbi Chriſtiano auctoritatem ſibi à Chriſto collatam oſtendens, eius dogmata in Concilio œcumenico damnat, & in ea æternum iacit anathema.

Hermannus Archiepiſcopus hæreſeos damnatus.

Sub idem tempus Clerus & Academia Colonienſis litem aduerſus Hermannum Archiepiſcopum cœptam, magno ſtudio Romæ proſequitur, quibus ſe adiunxerunt Leodienſis & Vltraiectẽſis Epiſcopi, & Academia Louanienſis. Itaque Põtifex, Aprilis decima ſexta, lata ſententia, illum quod ſuæ ſalutis immemor, contra doctrinam Eccleſiæ, Apoſtolorũ traditiones, Eccleſiaſticos ritus & cæremonias, contra Leonis decimi cẽſuram aduerſus Lutherum & ſocios editam, non vno modo peccarit, ab Eccleſiæ communione ſubmouet, & Archie-

chiepiſcopatu, cæteriſque ſacerdotijs priuilegijs, & facultatibus qui-
A buſcumque priuat, eiuſque ſubditis mandat, ne deinceps ei pareant,
Iuramento fidelitatis illos abſoluens, & huic perpetuum ſilentium
ſumptuumque litis refuſionem imponens.

Maij decimanona, inualeſcente granorum pretio, renouantur edi-
cta de eorum regimine ante ſæpius publicata, data inſuper cuiuis in *Cautio tempore cariſtia.*
ea aſportantes manuum iniectione: cumq; nihilominus rerum om-
nium increbreſceret cariſtia, & iam pauperiores in ditiorum domos
inuolare comminarentur, iubet Præſul Iunij decima octaua, vt diuites
grana venum exponant, emptorum nomina, vna cum rei emptæ
menſura fideliter deſcribantur, & ad deputatum in hoc à Præſule
B Scabinum ſingulis triduis referantur, ne qua fraus per lucri auidos,
vltra quam priuata neceſſitas poſtularet, ementes contingeret.

Iulij poſtrema renouat quoque edictum in fures, qui ex vinetis &
hortis fruges ſiue noctu, ſiue diu ſurripiunt.

Ad ſeptimum Auguſti, Mechliniæ puluis tormentarius, turri qua- *Tormentarius*
dam ad mœnia incluſus, fulmine ictus & incenſus, ipſam turrim pri- *puluis accen-*
mum à fundamentis, proxima deinde ædificia ad quingẽtos amplius *ſus multa dam-*
paſſus in circuitu exuſſit, lapides ingentes correptos ac in ſublime *na adfert.*
ſublatos, pleroſque ad 600. paſſus tranſportauit, arbores radicibus
euulſit & ambuſſit; denique totam propemodum vrbem deforma-
uit, trecentis plus minus partim incendio abſumptis, partim ruinis
C ædificiorum obrutis, præter eos qui grauitèr vulnerati mortem effu-
gêre, quorum ingens erat numerus, compluribus quoque biduo ac
triduo, nonnullis quatriduo poſt è cellis ſubterraneis, ad quas confu-
gerant, prodeuntibus.

Octobris decima tertia, renouatur edictum in granorum præem-
ptores, qui extra forum ea emebant, vt Dardanarij aucto precio lon-
ge carius reuenderent. Idemque repetitur Nouemb. 3. iubeturque
ſingularum parochiarum valuis affigi.

Cæſar hoc anno & inſequenti proteſtãtes Germaniæ, Deo, Eccle-
ſiæ, & ſibi rebelles, debellat.

Leodij, cum laniones promiſcue carnes priuatis in ædibus vende-
rent, magno Ciuium diſpendio, Præſul commune macellum in loco
D vulgo Curia Epiſcopi nuncupato, extrui curat; & vt à mercatu die-
bus Dominicis ac feſtiuis abſtineant, feriatiſque niſi ſacro miſſæ of-
ficio, loco ibidem ad id ſpecialiter conſecrato deuote operato, merces
venum exponant, edicit. Cum vero ad id macellum propter impedi-
menta curruum equorumque cum granis illuc aduentantium, vix
pateret acceſſus, forum granorum, quod ante ibidem conſtitutum
erat, Nouembris vigeſima in plateam Minoritarum amplam & ad id
idoneam pro maiori Ciuium commoditate tranſtulit.

Archiepiſcopus Colonienſis ſententia Pontificis, vt diximus, dig- *Hermanni ex-*
nitatibus exauctoratus, vt hoc quarta Nouembris primum certo in- *auctorati im-*
tellexit, edito ſcripto ad legitimum Germaniæ Concilium, quale *pudentia.*

 nimirum

Digitized by Google

nimirum proteſtantes ſibi fingebant, prouocat, quod vbi inchoatum fuerit, proſequuturum ſe contra Pontificem appellationem, non minus impudenter, quam inſolenter iactat. A

Nouembris 27. multæ monetæ Angliæ, quæ ſolent eſſe probatiſſimæ, repertæ adulterinæ, igni, publico edicto, Leodij adiudicantur.

Menſe Decembri, Ioannes Waldore, quo ſe ab homicidio patrato depurgaret, in Auditorio Scabinorum Leodienſium allegauit & deduxit, occiſum ſibi inſidiatum, ac ab eo ſummis iniurijs affectum, euocatumque ex domo balnearia, ad tutelam ſui corporis inuaſum occidiſſe, & id probandi ergo, mulieres duas carbonum ſeu hullarum per vicos & plateas gerulas, in teſtes produxit, quæ iurato teſtatæ ſunt, ab occiſo ex domo balnearia euocatum, multis iniurijs affectũ & inuaſum, idque ſe vidiſſe: verum hæc teſtimonia ſuſpecta Iudicibus, placuit teſtes vocari, iterari & repeti, quæ ſeparatim rogatæ & examinatæ, conſtantèr & perſeuerantèr prius teſtimoniũ firmârunt, vt autem res examinatur propius, ſuperuenit Franciſcus Oranus Iuriſconſultus Scabinus Leodienſis, & Præſulis priuati ſecretioriſque Concilij Conſiliarius, qui re intellecta, iudicauit ſeparatim amplius interrogandas, an ne vicum & locum patrati homicidij monſtrare poſſent, quæ vocatæ reſponderunt, certo poſſe, aduocatur Prætor, qui cum viatoribus ſuis, vnam deducat, quæ vicum & locum demonſtret, altera interim retenta: hæc locum à domo & platea balnearia longe alienum deſignat, qua reducta, altera ducitur, quæ plateam & vicum diſſimilem demonſtrat. Detecto periurio, decreta in eas iudiciariæ manus iniectio, quæ factum ſuum deplorantes, vltro ac ſponte confeſſæ & teſtatæ ſunt, ſe patrati homicidij plane neſcias, & quo loci patratum, ſibi à Ioanne Waldore eiuſque patre & matre, alijſque promiſſis donis corruptis, præſcriptum quod dum in teſtes producerentur dicturæ eſſent, quin etiam intellecto eas in teſtimonio repetendas, aduocaſſe & monuiſſe, vt cõſtanter in teſtimonio prius dicto perſeuerarent, & ita detecta falſitas, & ex ſuo iudicio comdemnatæ ſunt. Exemplo Danielis Prophetæ, qui ſeniores illos duos in Suſannam teſtes, iudicio ſuo condemnauit, quorum alter ſub primo, id eſt ilice, alter ſub ſchino, id eſt lentiſco ſtupratam aſſerebat, & ita falſimonium detexit Propheta. Apud Romanos periuri, ſaxo Tarpeio deijciebantur, hæ Scabinorum Leodienſium ſententia periuræ, de ponte arcuum in Moſam deiectæ. In auctores, corruptores & perſuaſores ad exemplũ animaduerſum. Hæc res in acta publica relata eſt.

B C D

1547. Sub huius anni 1547. initium, quinto Kalend. Henricus 8. Angliæ Rex, ſeptimum & quinquageſimum annum agens, Gangrenæ morbo, qui ſiniſtrum crus atrociter exederat, fato functus, filium puerum relinquens, Princeps quidem naturæ donis cumulatus, in quo ſi in voluptates ſolutior, & inde quæ ſecuta ſunt peruerſior non fuiſſet, nihil in eo regium deſiderari poterat, hic Pontificiam auctoritatem execratus, à quo, titulo defenſoris Eccleſiæ Catholicæ decoratus, ſe

caput

Digitized by Google

caput Eccleſiæ miſer nec miſerabilis conſtituit, exinde innumeros A actus tyrannicos aduerſus religionis Catholicæ aſſertores atque vindices exercuit, adeo vt irritata Tygride ſęuerior, fœta Leæna rabidior, efferato Lupo rapacior, ſitique exuſto Dracone viroſior euaſerit.

Progrediente anno Adolphus Scauenburgus Comes, in locum Hermanni Colonienſis Archiepiſcopi 25. Ianuarij auctoritate Apoſtolica ſufficitur; Itaque miſſo diplomate, Pontifex monet totius Regionis Ordines, vt eum pro ſuo Præſule recipiant & agnoſcant, Cæſare ad id exequutore conſtituto. Qui mox Legatos Coloniam mittit Philippum Lalengum Geldriæ Præfectum, & Viglium Luichemũ Iuriſconſultum, & per eos interpellat Prouinciæ Ordines, quos ad certum diem conuenire iuſſerat, vt relicto Hermanno, fidem & ob- B ſequium Scauenburgo nouello Antiſtiti præſtent. Mox per totam regionem, quam non parum Bucerus corruperat, Archiepiſcopi mãdato, religionis facta eſt reſtitutio.

Adolphus Schauenburgus creatur Archiepiſcopus Colonienſis.

Galliarum Rex Franciſcus, literarum parens appellatus, ſanctiſſimis Eccleſiæ ſacramentis munitus, 54. natus annum, pridie Kalend. Aprilis, defunctus eſt, & laudabili fine quieuit, cum ex nimia iactatione equeſtri, qua ille immodice venabundus vtebatur, ei enatum eſſet circa ſedem vlcus malignum, & ſenſim collabẽtibus viribus in vico Rãbuleto defeciſſet, eo quidem tranquilliore abruptæ vitæ exceſſu, quod Henricum filium, qui iam prudẽtiſſimi Regis præclarum ſpecimen præbuiſſet, regni ſui hæredem relinqueret, qui nunc regnat C annum agens viceſimum octauum, quem piè Franciſcum patrem priuſquam vitæ munere & officio fungeretur, monuiſſe, Stephanus Paſchaſius in Senatu Pariſienſi Aduocatus præſtãtiſſimus,

Sucesſio Regñ Franciæ.

Iure madens longoq́, toga limatus in vſu,

Atque etiam Poëta celeberrimus teſtãtum facit, cuius hi ſunt verſus,

Nato hæc Franciſcus dixiſſe nouiſſima verba
Fertur, & in gemitus proſilyſſe pios,
In primis venerare Deum Chariſſime fili,
Mox tibi ſit populi cura ſuprema tui,
Dixit & occubuit, duone præcepta putato,
In duo peccat, qui peccat in alterutrum,
D *Nam cui nulla Dei cura eſt, nec cura ſuorum eſt.*
Et cui non populi cura, nec vlla Dei eſt,

Cùm magna Leodij & vicinis in Prouincijs granorũ eſſet penuria, Præſul cum Magiſtratu paternum erga ciues animum exhibens, conflata ingenti pecuniâ, Cliuiam, Ruremundam, Amſterdamum, quin & in Gallias & Sabaudiã vſque, pro granis cõparandis mittunt. Cumq́ue pluribus in locis premente vbiq; ægeſtate, cõparata varijs quæſitis prætextibus retinerentur, miſſis huc illuc tum literis, tum donatiuis, ſumma contentione diligentiaque, relaxari curârunt.

Occurritur penuria granorum.

Menſe Aprili Ioannes Fredericus Dux Saxoniæ proteſtantium caput, in conflictu à Cæſareanis capitur. Philippus Lantgrauius Haſſiæ non multo poſt Cæſaris fidei ſe ſubmittere cogitur. De capto Duce carmen numerale hoc editum eſt. A

Cæſar proteſtãtes vicit.

CVM VIret AprILIs tranſaCta LVCe GeorgI,
dVX SaXo ô Cæſar præda petIta tIbI eſt.

Dederat Præſul lanionibus non ita pridem laniarium ſeu macellum, & ijs præſcriptas leges. Verum cùm Ciues experientia docti, aduertiſſent nonnullas minus è pub. bono eſſe, ſupplicârunt vt eas benignè interpretari moderarique dignaretur: Præſul re maturè cum Cõſulibus & Concilio Ciuitatis diſcuſſa, publico edicto Iulij ſeptima ſtatuit, vt ſpatio ſaltem trium menſium quilibet lanionum, cuiuſlibet generis carnes vendere poſſet, quodq; laniarium ſeu macellum æſtiuo tempore ab hora ſexta matutina vſque ad ſeptimam veſpertinam pateret, pœna refractarijs indicta prima vice viginti florenorum aureorum, ſecunda quadraginta, tertia grauiſſimæ ſuæ indignationis. B

Præſul leges lanionibus datas moderatur.

Per hos dies priuatorum quorundam ædes apud mœnia extructæ, boni publici cauſa, mandante Præſule, Conſulibus in Conſiliũ adhibitis, venduntur tolluntúrque, earum precio iacturã facientibus conſtituto & aſſignato.

Auguſti decima octaua, edicta in præemptores cuiuſcumque annonæ renouantur. C

Controuerſias Cleri ratione contributorum exortas ſedat. Formulam (interim) nuncupatam Clero promulgat, examen Ordinandorum reformat. Carolus V. Auſtriaco Coadiutorem dari petit.

CAPVT III.

NOuembri menſe & proximè ſequentibus, cùm quæſtio eſſet de colligendis tributis, quibus Clerus à comitijs anni 1542. obnoxius erat, variæ ſicut antea exortæ ſunt querelæ. Nam prætérquã quam quod oẽs illorũ grauitatem abhorrerent, Clerus ſecundarius ſuum in onera huiuſmodi conſenſum acceſſiſſe negabat. Quidam Menſas S. Spiritus, Cõfraternitates, Guldas, quas vocant, Hoſpitalia, Xenodochia & alia pia loca grauari contra morem querebantur: Alij eximi Archidiaconatuum & bonorum litigioſorum prouentus, nonnulli exactorum & collectorum fidem ſuſpectã habebãt. Quæ controuerſiæ præter confuſionem, hoc mali adferebant, quod interea æris alieni magis magiſque creſceret inter uſurium. D

Clerus ſecundarius in ſoluendis tributis ſe difficilem exhibet.

Sub

Digitized by Google

Sub idem tempus freqūetiores fiebant à noctiuagis per Ciuitatem A contentiones, rixæ, mutilationes, cædes. Præſul idcirco remedium adhibere, & probis ſolatiū, improbis vero terrorem inijcere volens; habitâ maturâ cum Clero primario & ſecūdario, Scabinis, Cōſulibus, Iuratis, & Commiſſarijs, toto denique Concilio Ciuitatis deliberatione, 24. Decembris grauius in eos in hunc fere ſenſum edicit.

Vt hyeme, ac ab edicti quidem promulgatione ad Paſcha, nemo Eccleſiaſticus vel Laicus per plateas armatus, inermiſue, abſque claro & oculis omnium perſpicuo lumine incedat, ſub pœna carceris ac trium aureorum tertiatim Præſuli, Ciuitati, ac apprehenſori pendenda.

B Noctiuagi vbicumque locorum etiam per Eccleſiarum immunitatem, clauſtraque liberè liciteque apprehendantur. Nemo armis clam aut in aperto vtatur, armatuſuè per Ciuitatem incedat, ſub pœnis indictis, & armorum publicationis, ſolis Principis Officiatis, Dominis Fundarijs, Scabinis, Conſulibus, Commiſſarijs, eorumque aduerſitoribus, miniſtris & famulis exceptis: excubitoribus quoque quamdiu funguntur officio, & extraneis dum ad hoſpitia diuertunt, hoſpitibus iniunctione facta, vt extraneos moneant de armis tantiſperdum in vrbe morantur, ſeponendis, ſub pœna commiſſi; transgreſſoreſque ſiue in flagranti apprehenſi, ſiue poſtea conuicti, paritèr mulctam ſoluere teneantur. Ne qua vero edicti huiuſmodi prætextu fiat cuiquam iniuria, carceribus ignominiosè datis, pecuniauè C iniuriosè extorta; voluit officiatos eſſe circumſpectos, nec Prætorem abſque Conſulibus, Conſuleſue abſq; Prætore cum captiuis de mulcta tranſigere. *Edictum cōtra Noctiuagos.*

Homicidæ, mutilatores, & alij criminoſi, ſi ad locum immunem, puta Prædicatorum, Minorum, aliorumuè Ordinum mendicantium, vti ad aſylum confugerint, teneantur Superiori domus iuramentum de non egrediendo clauſtrum præſtare, qui ſi nihilominus egreſſi fuerint, iure immunitatis & aſyli priuentur, & reuerſi apprehēdi poſſint, nullo iure aſyli aut immunitatis ſuffragante.

Aggreſſores ciuium in flagranti capti aut poſtea conuicti pugni abciſſione abſque remiſſione puniantur: & ad apprehenſionem vigore huius edicti faciendam quilibet ciuis auctoratur, ac in Principis tute-D lam protectionemque ſuſcipitur.

Tabernarij ab edicta die vſque ad Dominicam primam quadrageſimæ, aliaſque Hyeme ab hora ſexta veſpertina neminem in taberna excipiant, ſub pœna trium aureorum tam à receptis quam à receptatoribus præſtanda: quam in rem Prætores & Conſules tabernas poſſint ingredi, & in commeſſantes manus inijcere.

Anno 1548. Februarij decima ſexta, Præſul Cleri difficultatibus finem poſiturus, illum ad aulam ſuam conuocat, tributorum grauitatem neceſſitate excuſat, vt pote ſine quibus, neque Turcæ à finibus Chriſtianorum arceri, neque religio ab hæreticis defendi poſſet. 1548.

Menſas

Menſas ſancti Spiritus, Xenodochia aliaque pia loca tributis hac tantum vice ſubijci; vt cæterorum membrorum onus alleuietur, cum poſt reliquorum ordinum conſenſum nimis diu tergiuerſatum, attentis maximè rationibus pregnantiſſimis, quibus prudentum iudicio reſpondere non poſſet: neceſſum ergo vt cum res maiorem moram non patiatur, ipſe Principali ſua auctoritate cõtrouerſiam finiat, illumque communi conſenſui ſubijciat. Archidiaconatuum prouentus non ſubijci, quod incerti, & precia ferè laborum. Ad poſtremum, fideles ſe Collectores adhibiturum ſpondet, edicitque tempus intra quod, ſub pœna geminandæ contributionis exſoluant. A

Præſul Clero Secũdario reſpondet.

Martij vigeſima tertia, inſequutus cõcluſionem Comitiorum nuper Auguſtæ habitorum, edicto vetat, ne quis contra Cæſaream Maieſtatem arma gerat, externo Principi ſine licentia militet, & ſi qui iam forſan huiuſmodi militiæ aſcripti ſint, illam deſerant, ſub capitis bonorumque publicationis, necnon exilij etiam vxorum & prolis rebellis pœna. B

Libelli famoſi contra Principis officiatos.

Cùm inquiſitiones inſtitutę fuiſſent contra nonnullos qui inſuper habitis ſtatutis & iureiurando, officia & munera publica conuiuijs, largitionibus, & alijs illicitis modis ambierant, ſparſi ſunt mox contra primarios Præſulis & Ciuitatis Officiales libelli famoſi, grauiſſimis calumnijs referti, vulgus ad tumultus & ſeditionem prouocãtes: huic periculo vt obuiam iret Præſul, Aprilis 21. edicto publico mandat, vt exemplaria omnia vel comburerentur, vel ad Prætorem ſuum deferrentur, qui ſecus fecerit, & exemplar aliquod quacumque via & ratione diuulgarit, vel ſecreto alicui communicârit, pro auctore reputetur & corrigatur. C

Chartæ collegij Piſcatorũ approbatæ.

Habebat collegiũ Piſcatorum, iam ab antiquo, munimẽta & chartas, iuxta quas res ſuas agere, & piſces ciuibus & alijs diuendere ſolebant; præſertim anni 1479. menſis Ianuarij die decima ſeptima, ſed cũ illæ vim legis non haberent, neque à Præſule, Scabinis, Conſulibus, Iuratis & Concilio Ciuitatis laudatæ probatæque eſſent, ſupplicârunt Præſuli vt illas reuidere, & ſi expedire bono publico iudicaret, probare dignaretur; Quod ille menſe hoc Martio, ſi triginta duobus Miniſterijs nullum præiudicium adferrent, ad ſuam vſque reuocationem & moderationem adprobauit. D

Hoc tempore Concilium Oecumenicum, quod Tridenti habebatur, nonnihil diſtractum, quibuſdam delegatis ob aëris incommoda inde reuerſis, idcirco Cæſar promouendæ reformationis orthodoxæ, paciſque cupidus, certis commiſit Theologis, vt formam religionis tantiſper in Germania viciniſque locis obſeruandæ conciperent, quæ (interim) nuncupata eſt: fuit ea formula à Bucero & alijs Hæreticis reprobata vti doctrinæ Papiſticæ, vt aiebant, compendium, à Catholicis vero notata quoque, quod Sacerdotes quas duxiſſent vxores ante Concilij determinationem, non cogerentur dimittere, nec Laici qui ſub vtraque ſpecie communicarent

municarent compellerentur calice abſtinere. Cæſar ſicut alias A ſemper, ita & hic nihil in religionis negotio per ſe ſtatuere cupiens, conceptum ad Pontificem mittit, qui illum ad incudem reuocatum, duobus illis articulis à Catholicis minus rectè acceptis mutilat, reliquis probatis & à pleriſque omnibus Chriſti fidelibus receptis.

Formula (interim) neque hæreticis, neque Catholicis ſufficit.

Septima Nouembris, Præſul indictâ Synodo, inter cætera, Prælatis, Archidiaconis, Abbatibus, Decanis, & alijs intereſſe ſolitis dictam formulam prælegi mandat, quæ nullo contradicente acceptata eſt.

Similitèr Archiepiſcopi Germaniæ, & qui ſub illis ſunt Epiſcopi, B per ſuam quiſque Diœceſim conuentus agunt, vt ad eandem formulam Eccleſias emendent; Nam & hoc facturos ſe Cæſari in Comitijs promiſerant. Non defuêre tamen in Archiepiſcopatu Colonienſi & alijs pleriſque difficultates, quod reformationis eiuſce exemplaria necdū correcta eſſent & Sacerdotū, vt dictum eſt, Matrimonia tolerarentur, ſed Epiſcopi hoc ad Lutheranos dumtaxat, non ad Eccleſiæ Romanæ adhærentes ſpectare inquiebant: vnde & in Synodis ſuis eiuſmodi Matrimonia inceſta, liberoſque ex ijs illegitimos declarârunt. Extat de his Synodus, tum à Præſule noſtro habita.

An ſacerdotibus coniugium permiſſum fuerit.

Hoc anno Cæſar, proteſtantibus victis; rebuſque vtcumque in Germania compoſitis, in Belgium redit, ſeruato apud ſe Frederico Saxo- C niæ Duce, Lantgrauio vero Aldernandam, quod eſt Belgij oppidum, in cuſtodiam miſſo.

Philippus Cæſaris filius tunc viginti & vnius annorum, euocatus à patre, ad iter in Belgium ſe comparat, relicto in Hiſpanijs ad gubernacula Maximiliano patruele: Nouembris vigeſima quinta cum triremibus quinquaginta, totidemque ferè nauibus onerarijs, apud Genuam primo, & inde in alijs Italiæ portubus lociſque magnificentiſſimè excipitur & inde Mediolanum contendit.

Cum inter alia Menſe Nouembri, Præſul in Synodo ſalubritèr prouideque ordinaſſet, neminem deinceps ad ſacrum ordinem admitti debere, niſi ab examinatoribus à ſe conſtitutis per exa- D men non qualecumque, ſed diligens & fidele, fuiſſet moribus & literarum ſcientia repertus idoneus, audiretque nonnullos vel propter inſcitiæ ſuæ conſcientiā non audentes, vel per proteruiam examen hoc ſubire dedignantes, ſpem collocare in diſpenſationibus Apoſtolicis facilè (vt dicebant) impetrandis; quarum vigore ab Epiſcopis extraneis ordines ſuſciperent, & in eis etiam in Diœceſi Leodienſi miniſtrarent: Is Decembris 23. obliquis huiuſmodi vijs obuiam ire volens, omnibus & ſingulis Diœceſis ſuæ Prælatis, Paſtoribus quoque, plebanis eorumque vicarijs, in virtute S. Obedientiæ, & ſub excōmunicationis ſuſpēſioniſq; à diuinis officij; pœnis diſtrictè mandat, ne poſthac aliquem ſub prætextu cuiuſcūq; diſpēſationis

Contra ſubterfugientes examen.

ſeu licentiæ, in Eccleſijs, Monaſterijs, aut Capellis ſuæ Iuriſdictionis, publicè vel occultè celebrare, aut in ordinibus ſic ſuſceptis miniſtrare permittant, niſi docto prius legitimè de licentia ab Ordinario ſuper hoc obtenta, quam nulli dare intendit, niſi quem examinatores compererint, atteſtatique fuerint probitate morum & ſcientia ſatis inſtructum. A

1549. Sub tempus veris anno 1549. tandem in Belgium Philippus appulit, ingreſſuſque eſt Bruxellas ſumma patris gratulatione, & ingenti Belgarum ſtudio. Quæ deinde ſequuta eſt æſtas, ea fere tota mirificis erga iuuenem Principem exhibendis pompis, dum is inaugurandi cauſa circumducitur, liberalitate incredibili conſumpta eſt, adeo vt non deſint qui annotârint ſolos Antuerpienſes, in publica hac congratulatione, ſupra centena tricena coronatorum millia expendiſſe; B alijs ſane quamopulentis vrbibus, ad conſimilem & ſuis facultatibus correſpondentem magnificentiam, inde animatis.

Cæſar petit dari Auſtriaco Coadiutorem.

Iulij tertia, Cæſar mittit ad Capitulum Leodienſe Comitem de Aremberch Friſiæ Gubernatorem, & Magiſtrum Gerardum de Velwyck Conſiliarium, qui ſe decima eiuſdem menſis Capitulo ſiſtunt, vbi nomine Cæſaris graui diſertaque oratione ſignificant, Cæſaream Majeſtatem maximis grauiſſimiſque rationibus adductam optare, vt primo quoque tempore de Coadiutore & ſucceſſore Præſuli Auſtriaco dando ſub S. Sanctitatis eiuſdéque Præſulis beneplacito cogitent. Rationes per eos allatæ eo tendebant; Patriam Leodienſem vicinis C circumquaque Cæſareæ Majeſtatis Prouincijs cinctam, nullo pacto his bellorum tumultibus defendi ſeruarique poſſe, niſi Principem & Epiſcopum habeat Imperatori, cui ſubditur, coniunctum.

Deliberatio Capituli ſuper petitione Cæſaris.

Sequenti die, Præſul his alijſque argumentis permotus, in Coadiutoriam petitam præſens conſenſit: verum cum res magni momenti eſſet, eius deciſio in feſtū S. Ægidij per Capitulum dilata eſt, decretūq; omnes & ſingulos Canonicos intra Prouinciam agentes, tam reſidētes quam non reſidentes, ſpeciatim ob eam rem ad eum ſtatum condictum diem conuocandos.

Igitur ipſo die S. Ægidij auditis ſingulorum Canonicorum ſuffragijs, Gerardus Groesbekanus tum Decanus, Legatis renuntiauit Capitulum Cæſareæ Majeſtatis voluntati aſſentiri, his conditionibus; vt D Cæſarea Majeſtas illiuſue poſteri deinceps huiuſmodi Coadiutorijs, iuxta ſpem nuper à Cæſare datam, Capitulum non grauent: vt Capitulum via ſcrutinij, aut alia canonica tres quatuorue aut plures eligat ex ſuo gremio, maximè ad hoc regimen idoneos, deinde ſuę Majeſtati ipſique Præſuli præſentet, vt ex illis, quem ad hanc dignitatem vtiliorem iudicabunt, ipſi aſſumant. Facto igitur Scrutinio, compertum fuit, D D. Anthonium Perenottum Epiſcopum Attrebatenſem, Gerardum Groesbekanum Decanum Leodienſem, Hermannum à Renemburch Præpoſitum ſanctæ Crucis Leodienſis, Anthonium à Schawenburch Præpoſitum Traiectenſem, & Robertum à Bergis

Conſentit tandem in Coadiutoriam certis legibus.

à Bergis Prothonotarium Apoſtolicum, reliquos ſuffragijs excede-
A re. Quod poſtero die Canonici Oratoribus Cæſareis retulerunt, ſimulque literas in eam ſententiam ad Cæſaream Majeſtatem dederunt.

Secunda Octobris, Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus Concilium Prouinciale celebrat; cuius canones & decreta, cum reformationis formulæ, iuſſu Cæſaris antea propoſitæ confirmia eſſent, ipſe Cæſar, quoad opus eſſet, & per ipſum fieri poſſet, eadem cõfirmauit, & vt ab omnibus cõprouincialibus ſanctè inuiolabiliterque ſeruarẽtur, ſub pœnis mandauit. *Cõcilium prouinciale Adolphi Archiepiſcopi.*

Decima Nouembris moritur Paulus tertius Pontifex, anno ætatis
B ſuæ 82. vir ſapiẽtiâ, doctrinâ & virtutibus illuſtris, primus iſtius temporis Eccleſiæ vniuerſalis reformator, præfuit annis quindecim, diebus viginti octo. Succedit illi Iulius tertius, anni inſequentis Februarij ſeptima. *Succeſſio Pontificum.*

Tertio Comitia celebrat, reformationes conceptas petit confirmari à S. Sanctitate & Cæſarea Maieſtate.

CAPVT IIII.

C

DEcima quinta Decembris; Præſul conuentum ſuorum Ordinum habet: In ijs actum de contributionibus Imperialibus diſſoluendis: de nominando aliquo qui curam controuerſiarum Iuriſdictionalium aſſignata mercede ſuſcipiat, de puniendis præuaricatoribus priuilegiorum, præſertim per Maximilianum & Carolum Cæſares conceſſorum; de reparanda Præſulis aula, cuius vna turrium non ita pridem caſu ſuo Eccleſiam vndecim millium Virginum contriuerat; de lite intenta per Dominum de Frentz, ratione ſtipendij illi ab anno 1542. debiti, de reformationibus tribunalium & quibuſdam eiuſce generis alijs. De quibus quid viſum fuerit
D hucuſque non reperi. *Comitia & quæ in eis acta*

Decima octaua Decembris, Cæſarea Maieſtas agit Capitulo gratias, declaratque ſe, de conſilio Præſulis noſtri, ex electis & illi per Capitulum præſentatis nominrae in Coadiutorem Robertum à Bergis. *Literæ Cæſaris ad Capitulum.*

Sub idem tempus Præſul & Magiſtratus murum Ciuitatis marmoreum, à loco qui fons ſancti Lamberti nuncupatur, ad hortos vſque Canonicorum Eccleſiæ S. Pauli deducunt, magnum Ciuitatis & munimentum & ornamentum, inſtaurata ſimul à fundamentis eiuſdem materiæ porta Aurotana.

Menſe Ianuario anni 1550. Cæſar grauiſſimũ per Belgium edictum 1550.

Digitized by Google

contra hæreticos promulgat, inquiſitores per Prouincias inſtituit, in non ſeruantes edictum graues quoque pœnas comminatur. Quare ſine mora pluribus in locis pertinaces hæreticos rogo & flammis tradi mandat. A

Edictum Cæſaris cõtra hæreticos.

Vltima Ianuarij, forum granorum à platea Minorum in plateam Epiſcopi, vulgo ad gurgitem Moſæ, pro maiori commoditate transfertur.

Excreſcebat in dies granorum precium, tum quod meſſis anni præteriti exigua admodum fuerat, tum quod vicinæ Prouinciæ inhibuiſſent granorum cuiuſcumque generis euectionem.

Præſul quoque Februarij prima, vetat cuiuſque generis fruges è Patria euehi & aſportari, ſub pœna publicationis illarum, necnon equorum, curruum, nauium quibus vectæ fuerint prima vice, & ſecunda dupli, ac tandem grauiore arbitraria. B

Cùm multæ monetæ, & inter alias quædam dicta *Carolus*, tanquam falſæ, in vicinis prouincijs reprobatæ ac damnatæ eſſent, quidam mercatores magnum earum numerum vili comparârunt, & in Patriã Leodienſem, vbi monetæ falſitas ignota erat, important; quocirca Præſul, Martij vigeſima tertia, iubet contra huiuſmodi importatores, tanquam contra falſos monetarios, procedi & animaduerti.

Vltima Maij, Cæſar relictâ Bruxellâ Auguſtam Vindelicorum, ad comitia cum filio proficiſcitur. Ibi fertur Cæſar multum egiſſe cum Ferdinando fratre, de Philippo filio ad Imperij ſucceſſionem admittendo: ſed nihil effectum. Non dubium quin Cæſar Reipublicæ Chriſtianæ conſulere voluerit, qui ſciret Philippi ampliſſimas ditiones & vires futuras Imperio valdè oportunas, quandoquidem & Turcæ vicini, & alij hoſtes nonniſi ſumma potentia arceri poſſent. C

Cæſar Philippum filium ad Imperium promouere ſtudet.

Iulij tertia, iterum Comitijs Leodij habitis, agitur de reformationibus euulgandis; cùmque poſt plures deliberationes, ferè ab omnibus reciperentur, tandem propoſuit Præſul de petenda illarum à S. Sanctitate & Cæſarea Majeſtate confirmatione.

Concilium Oecumenicũ Tridentum tranſlatum.

Sub Idus Nouembris, Iulius tertius Pontifex Concilium, ob bellum Germanicum diſſipatum, reſtituit Tridenti, dicta die ad Maij Kalendas, nec tamen ante Kalendas Septembres anni ſequentis, ob impedimenta interim occurrentia, quicquam agi potuit. D

Leodienſes inaudito militem in Patria Bremenſi & circumuicinis cogi, nullo diſcrimine facto, cui iuſiurandum præſtandum foret, concurrunt militiæ nomen daturi: Verum Præſul anno 1551. Ianuarij tertia, edictum eiuſce prohibitorum iam ante latum renouat.

1551.

Reformationes Auſtriacæ publicantur.

Februarij vigeſima quinta, reformationes laicales rerum temporalium à Cæſare probatæ, eduntur & publicantur. Quibus in ordinem & ſtatum meliorem iuris tractandi, dicendique ratio reſtituitur; poſtmodum decima quinta Decembris, ſiluis & nemoribus le-

ges.

Digitized by Google

ges dedit, aduerſus vage diſtruncantes, hacque & illac interlucantes
A ſiluas, ſiluiſque glandarijs, paſcuis & compaſcuis abutentes, & vt a-
buſionibus, depopulationibuſque, vaſtationibuſque nemorum & ſilua-
rum prouideretur, paſtui, cæſioni certa tempora, atque etiam mo-
dum lignationi præfiniunt, in eam rem ſaltuarijs & cuſtodibus con-
ſtitutis, indictiſque pœnis contra infractores. Harum legum ſuaſor,
compoſitor, & digeſtor fuit Franciſcus Oranus Scabinus Leodienſis
Præſulis Procancellarius.

Circa hæc tempora, Oſiander vnus ex confeſſionis Auguſtanæ ſe-
ctatoribus, ſed propter nouas hæreſes factus ipſe hæreſiarcha, do-
cuit Charitatem & Iuſtitiam & Sapientiam, quibus homo iuſtus
B & ſapiens eſt, eſſe ipſam Dei eſſentiam, cuius abſurdam Philoſo-
phiam & Theologiam non pauci miſeri & miſerabiles amplexati
ſunt.

Iulij vigeſima prima, alias indicuntur comitia, quibus Præſul agit
potiſſimum de vectigalibus ſoluendis, quæ Ferdinando Regi, pro *Comitia & quæ in eis tractata.*
defenſione & conſeruatione Regni Hungarici, conceſſa fuerant.
Itemque de mercatoribus, qui equos extra Prouincias Cæſaris, con-
tra eius edictum, venales habebant. Conſultatione habitâ, de equis
mandatum factum edicto Cæſareo conforme, memorataque tributa
ſoluenda.

Eodem die cum ordines ijſdem Comitijs queſti fuiſſent de malo
ſyluarum regimine, non ſine graui totius Patriæ detrimento; Præ-
C ſul rationem earum deinceps adminiſtrandarum, ab Ordinibus pro-
batam edicit.

Eadem tempeſtate, Galliæ Rex Octauium Farneſium in ſuam
fidem & clientelam recipit, & Parmæ, inuito Pontifice, Gallicum
præſidium imponit: Pontifex opem Cæſaris, tanquam Eccleſiæ de-
fenſoris, contra Farneſium implorat, nec eam Cæſar Pontifici ne-
gare potuit, quod Parma tunc eſſet ditionis Pontificiæ. Hæc res ini-
tium præbuit calamitoſiſſimo & maximè diuturno bello gallico, *Initium belli Gallici.*
quod non Germaniam tantum, ſed & Belgium & Leodienſem ditio-
nem peruaſit & multum afflixit.

Cæſar haud ſatis aduertens, quid Gallus in pectore coqueret, hę- *Cæſar pellit prædicātes hæreticos.*
D reticis profligandis vacat. Auguſti vigeſima ſexta Eccleſiæ Augu-
ſtanæ miniſtros Euangelicos ſcilicet, intra diem tertium publico
edicto excedere iubet, nec vſquam omnino intra ſuas ditiones con-
cionari permittit. Incuſſit horum profligatio magnum hæreticis
terrorem, omnibus haud dubiè idem ſibi quoque formidantibus.

Digitized by Google

A

VVilhelmum à Pictauia Scholaſticum Leodienſem ad Concilium Tridentinum mittit: Præfectus Bullonenſis arcem Gallo dedidit.

CAPVT V.

AD Calendas Septembris Tridenti Concilium reſumitur. Profecti ſunt illuc inſtante Cæſare tres Germaniæ Archiepiſcopi Electores, Moguntinus, Colonienſis, Treuirenſis, & præter B hos etiam aliquot Germaniæ Antiſtites: Auſtriacus Præſul per valetudinem ſe excuſauit, miſſo pro ſe Wilhelmo à Pictauia Scholaſtico Leodienſi, viro, ſicut generis nobilitate, ita admiranda doctrinâ & maximè pietate præſtanti. Erant in eius comitatu & aliquot literarum ſacrarum viri periti, & inter eos Anthonius Ghenardus poſtmodum Canonicus Leodienſis, ad examen ordinandorum, & parochialibus Eccleſijs præficiendorum inter alios deſignatus, vir vt modeſtiſſimus ita & S. T. peritiſſimus. Profecti & eò, inſtante Cæſare, vniuerſitatis Louanienſis aliquot in Theologia Magiſtri, Michaël Bayus ab Atho, Ioannes Heſſels à Louanio, & Cornelius Janſenius Hulſtenſis S. T. Doctores.

Decembris 24. renouantur edicta annonæ non exportandæ, prop- C ter præſentem neceſſitatem.

Rex Gallus excurrit in Patriam Leodienſem.

Ijs etiam diebus, cœpit Rex Franciæ, & ipſius fœderati, in Patriæ Leodienſis fines excurrere, prædamque agere. Quamobrem Præſul Cæſareæ Maieſtati fœdere iunctus, maturo cum Capitulo ſuo Ciuitatiſque Magiſtratu habito conſilio, omnia bona, villas, Dominia, poſſeſſiones, terras, decimas, quæ Rex ipſe Galliæ, eiuſue confœderati habent & poſſident in agro Leodienſi; bona item omnia tam mobilia quam immobilia, eorum etiam Leodienſium qui Gallo militant, quamdiu illius militiam ſequentur, iure belli vti commiſſa publicat: mandatque vt Coloni terrarum & poſſeſſionum nulli alteri quam deputatis à ſe ſyndicis ſoluant, ſub pœna geminandæ ſolutionis. Tandem prohibet vt cùm multi per patriam exploratores à Gallis in dies mittantur, nulli exteri niſi probè cogniti hoſpitio excipiantur, & ſi qui Gallo ſtudentes agniti fuerint, intra quindecim dies ab huius edicti promulgatione, ſibi aut ſuo Prætori deferantur, ſub pœna ſuæ indignationis & quinquaginta florenorum aureorum de more applicandorum.

Præſul publicat bona Gallo militantium. D

1552. Germani cum Gallo feriunt fœdus.

Anno 1552. octaua Ianuarij, conueniunt Ordines Patriæ, quibus Antiſtes propoſuit certis nuncijs compertum habere ſe, Germanos Gallo Fœderatos Cæſari bellum indicere ſtatuiſſe: Gallos, vt Cæſareanis Belgij Prouincijs officiant, per ditionem Leodieſem iter facturos,

Digitized by Google

ros, itaque deliberandum de medijs quibus patriam ſaluã eſſe velint, A præſertim cũ ſibi pactũ ſit fœdus defenſiuũ cum Cæſare: Re per Ordines diligentèr perpenſâ, placuit ducentos equites & quadringentos pedites aſſumendos, qui per loca hoſtibus infeſtiora, magiſque obuia diſtribuantur, & in eam rem ſub communi Ordinum obligatione, ſumma centum & quatuor millium florenorum ad cenſum annuum colligatur. Ad hæc decretum, vt ſinguli ordines duos conſtituant; cum poteſtate tum milites colligendi, tum ſtipendia diſtribuendi, aliaque omnia quæ pro re nata expedire videbuntur, agendi. *Comitia & quid in eis actum.*

In eum quoque finem, Ianuarij decima tertia, edicto publico omnes exteros, ſiue viros ſiue fœminas per Patriam, pagos, tabernas, B hoſpitalia repertos, pelli mandat, pœnis conſuetis, niſi intra triduum paruerint irrogatis: Iubet quoque oppida, arces, munitiones omnes, præſertim Moſæ vicinas diligenter cuſtodiri, nautis etiam præcipi, vt in tranſeuntes Moſam per loca inſueta inſpiciant, neminem præſertim incognitum, Moſam tranſmittant, ſub pœna commiſſæ nauis, & 10. Florenorum aureorum mulcta.

Maij ſeptima inſtituit granorum luſtrationem per Ciuitatem & Suburbia, cognitâque inde annonæ penuriâ, Maij vndecima renouat edicta eiuſmodi temporibus conſueta: ceruiſiæque & panum coctoribus leges dat, pondus pani & precium ceruiſiæ præſcribit.

Igitur Germani, Dux Mauritius, Albertus Brandeburgicus, & alij Gallo Fœderati, bellum ſuum orſuri, illius cauſas, editis libellis, per C Europam ſpargunt, & Cæſarem qui de bello vix inaudierat, in inuidiam vocant. *Libelli famoſi in Cæſarem.*

Pro parte Galli ſcriptum lingua vernacula excuſum, in fronte pileum inter duos pugiones præferebat, ſubtuſque erat titulus Regis, qui ſe libertatis Germanicæ & Principum captiuorum vindicem appellabat: Sunt qui dicant Symbolum hoc in antiquis numiſmatibus ab illis qui Iulium Cæſarem occiderant, vſurpatum.

Cum nuntium de bello hoc Tridentum allatum eſſet, paulatim Concilij patres domum, re affectâ, ſed non confectâ, reuertunt. *Cõcilium Tridentinum diſſoluitur.*

Principes Mauritius & Albertus Brandeburgicus, Germaniæ vrbes Cæſari ſubditas, titulo libertatis miſere affligunt, capiũt, vaſtant. D Gallus cum maximis copijs Germaniam ingreditur, non per Artheſiam, Hannoniam & ditionem Leodienſem, vt exiſtimatum fuerat, ſed per Lotharingiam, vbi Tullum, Virdunum, Metim Imperio ſubtrahit, Lotharingiam occupat. *Germaniæ vrbes Cæſari ſubiectæ affliguntur.*

Conuenitur interea Lincij (quod eſt Ferdinandi Regis Oppidum) atque ibi cum Ferdinando Mauritius de pace tractat.

Nec multo poſt, Mauritius redit cum Cæſare in gratiam, Rege Gallorum inſuper habito, & militem ſuum in Hungariam contra Turcam ducit. Dum Gallus in Germania adhuc verſatur; Cæſareani duce Martino Roſſemio Gallias inuadunt, & Campaniæ Gallicæ fines incendijs longè latèque vaſtant. Quocirca Rex de tuendis potius *Mauritius Dux Cæſari reconciliatur. Martinus Roſſemius Gallias inuadit.*

ſuis

Digitized by Google

quam alienis occupandis, deliberat.

A Dum hæc aguntur, ſoror Cæſaris Maria conuentum agebat Aquiſgrani, pro fœdere cum vicinis ineundo ac paciſcendo. Cliuiæ Dux conuocatur: Colonienſis Archiepiſcopus eo profectus, in Burgũdicę domus venit ſocietatem: Idem facit Leodinus Præſul, iam ante Cæſari fœdere iunctus.

Gallus mox traiecto Moſella rediens, Luxemburgicum agrum depopulatur, & incendit, exemplo (vt ipſe aſſerebat) Roſſemij prouocatus. Caſtris deinde poſitis Danuillerium oppidulum deditione capit, itemque Iuodium ex præcipuis ibi propugnaculis vnum. Inde Bullonium Principatus Leodienſis caſtrum, ingenio loci munitiſſimum, in eius quoque poteſtatem venit. Erat eo loci Guilhelmus Nothus ex nobili familia Horiana qui abiecto perfidoque animo arcem alioqui inuincibilẽ Regi dedidit, & Leodium per milites præſidiarios, quo illi innocentiam ſuam probarent reductus. B

Gallus deditione Bulloniũ caſtrum capit.

Per hos dies, Lantgrauius (quem anteà Mechliniæ retentum diximus) cuſtodia à Cæſare dimiſſus, domum iter intendens; dum Traiectum ad Moſam venit, Mariæ Reginę mandato, quæ tunc iſthic erat, retinetur, & Hiſpanis totum iam quinquennium ipſius cuſtodibus, redditur cuſtodiendus: cuius cauſa fuit, quod Riſcebergus, qui ſub Lantgrauij filio ſtipendia fecerat, cum ſuis copijs ad Albertum tranſiſſet. Qua quidem re, pacem nuper cum Mauritio initam Regina violatam dicebat, ideoque minus ſibi licere illum dimittere, donec Cæſaris fratris ſui voluntatem exploraſſet. C

Lantgrauius Traiecti quare retentus.

Sub idem tempus, Maria Gubernatrix, vt Gallis fines noſtros hoſtilè populantibus, obuiam iret, Cæſaris copias ad Sambram, petente Præſule, duci iuſſit: Et ne miles, penuria annonæ preſſus, prædas per Patriæ fines agat, Iulij 6. edicto Ciuibus facultatem commeatum ad caſtra liberè vehendi concedit.

Maria Cæſaris ſoror ſuccurrit Leodienſibus.

Clerum ſecundarium difficilem ad contribuendum flectit. Cæſar meditatur erigere nouos Epiſcopatus. Difficultates circa reformationes exortæ componuntur. Præfectus Caſtri Bullonenſis decollatur. D

CAPVT VI.

MEnſe Iulio, cum Clerus ſecundarius ſolutioni ſubſidij defenſiui, nouiſſimis Comitijs per ordines Patriæ indictis conceſſi, ſe difficilem præberet; Præſul Decanos Eccleſiarum Secundariarum ad Capitulum Leodienſe, in quo ordines conuenerant vocat, capitatimque rogari iubet, num cum Principe & Ordinibus tuitioni

Digitized by Google

tioni & defenſioni Ciuitatis & Patriæ adeſſe velint, ac in eam rem
A cum ijs intribuere: Ad quod Decanus ad S. Petri (qui primum in Clero ſecundario locum occupat) ſe vti hactenus perparatum fuiſſe, & etiamnum eſſe, totis viribus defenſioni Patriæ adeſſe, totamque ſubſtantiam & vitam vna cum Principe Patriæque Ordinibus expendere velle, vtque idem faciant, ſuos confratres exhortaturum. Cui ſententiæ ex tempore Decani ad S. Pauli, Crucis, & Bartholomei præſentes acceſſerunt; monentur, vt tam abſentes, quam & Cleri ſecundarij Capitula in craſtinum officij commonefaciant, ſententiamque Principi & Statibus referant. Poſtridie rurſus ad condictum comparentes Decani cum delegatis Eccleſiarum ſecundariarum, retulerunt Cle-
B rum eadem die ad S. Petrum congregatum reſoluiſſe, ſecundum ſchedulã coram exhibitã quam ſubijcimus. Ibi factæ hinc inde proteſtationes, primum pro parte Cleri ſecundarij, quod per ſubiectam reſolutionem nequaqnam intendant priuilegijs & exemptionibus ſuis derogare, pro parte vero Capituli Leodienſis ac reliquorum ordinũ, quod per quamcumque reſolutionem, oblationem, ſolutionem, & præſtationem haud velint quoquo modo à iure, de imponendis Clero ac alijs ditionis incolis, eorumue bonis, in ſubuentionem communium Patriæ neceſſitatum, ſubſidijs antiquitus competẽte, recedere.

Exemplar Schedulæ tale eſt.

C *DEcani ſeu Vicedecani & Deputati Secundariarum Eccleſiarum Ciuitatis Leodienſis, habito in ſuis Capitulis hoc mane tractatu, ſuper die heſterna propoſitis, in loco Capitulari Leodienſi, pro parte Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis, & ſui Venerandi Capituli ac Satuum Patriæ Leodienſis; tandem in maiori Capitulo apud ſanctum Petrum congregati, vnanimi conſenſu & voto declarârunt & decreuerunt eidem Principi, eius Ciuitati & Patriæ, pro illius defenſione, ad vltimum vitæ ſpiritum, cum alijs viris optimis, pro ſuis viribus & qualitatibus aſsiſtendum fore & aſsiſtere, omneq. belli diſcri-*
D *men, vnà cum Illuſtriſsima ſua Gratia, ac prætacta ditionis Leodienſis proceribus, pro vt hactenus ſemper, ita & in futurum ſuſtinere & expectare longè paratiſsimos fuiſſe, eſſe & fore. Et vlterius pro huiuſmodi defenſionis ſubſidio (citra tamen Eccleſiarum ſuarum earundemq. ſuppoſitorum, priuilegiorum, exemptionum, & libertatum, quorumcunq. læſionem & præiudicium) taxârunt ſuas Eeccleſias intraneas quatuor, ſanctorum Martini, Pauli, Ioannis, & Dionyſij, & quamlibet earum ad ſeptingentos & quinquaginta, reliquas vero tres ſanctorum Petri, Crucis, & Bartholomæi, quamlibet earum ad quin-*

Aaa *gentos*

Digitized by Google

gentos florenos Brabanticos, in duobus terminis mediatim (infra octo dies & feſtum ſancti Remigij proximum, ſeu alias iuxta ſuam diſcretionem & arbitrium, pro temporum & periculorum exigentia & neceſſitate, præfigendos & proſcribendos) ſoluendos, & ſoluere velle, rogantes & obnixè obſecrantes Illuſtriſſimam ſuam gratiam, vt hanc ſuam oblationem, beneuolo & clementi animo recipere, necnon ſuarum Eccleſiarum Deputatos, & Commiſſarios ex Clero ſecundario collectarum & colligendarum diſtributionem admittere, moram quoque allatam boni & æqui conſulere dignetur, cùm hactenus animi & intentionis diſſimilis non fuerint, prout Illuſtriſſima ſua Gratia de his abundè frequentèr & diuerſimodè conſtare putant & exiſtimāt. Datum Leodij apud S. Petrum anno 1552. Menſis Iulij die nona. A B

Auguſti die decima ſeptima, edicta renouat ab bonam politiam & faciliorem ciuium conuictum pertinentia; puta contra præemptores & Dardanarios, qui merces in foro emunt vt ſtatim reuendant; contra vagabundos & otioſos homines præſertim exteros, vineas & hortos ſpoliantes; nutrientes in Ciuitate Columbas, Porcos, ſordes in canales riuulorum per Ciuitatem decurrentium proijcientes, & eiuſce generis.

Faciliori quoque mercatorum negotiationi ſub idem tempus cōſulens, thaleros & alios nummos argenteos ad eundem valorem intrinſecum & extrinſecum cum alijs Imperij, cudit. C

Tranſibat hoc tempore Rhenum cum ingenti exercitu Cęſar, Gallo occurſurus: cuius copijs ne annonæ prætextu per agrum Leodiēſem defluerent, Præſul Septembris vltima, omnibus qui annonam ad caſtra vexerint tributa relaxat, Ciuitatis iuribus exceptis.

1553. Anno 1553. in Februario, ſtatuta conſiſtorialia, ac reformationes Iudiciorum Spiritaliū Ciuitatis, & Diœceſis Leodienſis, Præſul Georgius, per Iulium tertium Pontificem maximum, anno 1551. ſexto Kalendas Auguſti probatas & confirmatas, anno 1553. edi & in iuſtum ordinem digeri iuſſit. In ijs aſſiduam nauauit operam, Reuerendus ac Eximius vir Ioannes Huetius Iuriſconſultus præſtantiſſimus Canonicus ad diui Lamberti, & ad diui Petri Præpoſitus, Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis ſigillifer, & Vicarius generalis, antea Curiæ Epiſcopalis Officialis, in cuius Officialiatus locum ſuffectus Reuerēdus & Spectabilis Carolus de Nicket ad diui Lāberti Canonicus, ſanctæque Crucis Decanus. D

Per hos dies Cæſar animaduertens hæreſes per Belgium vires ſumere, edictaque ſua exiguum aut nullum fructum facere; de alio remedio deliberat. Suggerebant quidam, in tanta Ciuitatum Oppidorum & pagorum frequentia, populorumque multitudine, Epiſcopos deſiderari, qui qua opus eſſet cura, multitudinem regere, rectamque

viuendi

Digitized by Google

viuendi rationem edocere poſſent; cœpit itaque de nouis Epiſcopati-
A bus per Belgium erigendis cogitari; reſque aliquamdiu Bruxellis ſecreto agitata, deputatis per Cæſarem & Philippum Regem (quos inter præcipui erant Cardinalis Grauellanus, & Præſes Nigri) qui dicto negotio incumberent, ac Belgium in certas Diœceſes diſtribuerent, Ciuitates Eccleſijs Cathedralibus conuenientes, doteſque ſufficientes (miſſis ad eũ finem per ſingulas Prouincias ſcrutatoribus) deligerent. Diligenter igitur hoc negotium, ſed clam Archiepiſcopo Colonienſi, Cameracenſi, atque Leodienſi, adeoque etiam ipſis Statibus & Prouincialibus inſcijs, tractabatur. *Conſilia de nouis Epiſcopatibus erigẽdis.*

Aprilis vndecima, cœperunt denuo Leodij comitia indici, in qui-
B bus de ſubſidijs defenſiuis, præſertim contra Gallos circumquaque Patriam concutientes & de reformationibus minus obſeruatis actum eſt.

Obtinebat & occupabat armis Bullonium Gallus, ex quo quotidianæ fiebant excurſiones & depopulationes, vnde verendum erat, ne incolæ ſolum mutare cogerẽtur. Viſum igitur ſubſidia, prçcedentibus comitijs conceſſa, diligenter colligi debere, alia quoque quinquaginta duo florenorum grauium millia adijcienda. Viſum quoq; vt ea ſaltem reformationum capita, de quibus nulla eſſet ſuborta cõtrouerſia, ad amuſſim obſeruarentur, reliqua quæ dubietatem admitterent, per deſignandos à Principe & Statibus examinarentur & reſoluerentur. *Galli depredantur agrum Bullonenſem.*

C Aprilis decima quarta, Guilhelmus nothus de Horion Præfectus Ducatus Bullonenſis, qui annis triginta adminiſtrationi Caſtri præfuerat, cauſâ per Scabinos Leodienſes cognitâ, diſcuſſâ & & examinatâ propius, damnatur capitis, & ſequenti die in Theatro publico ac foro decollatur, eiuſque bona omnia quocumque locorum ſita, pro damnis & intereſſe, Præſuli & Capitulo Leodienſi addicta & adiudicata: cauſæ decollationis & addictionis bonorum enarrantur & recitantur prolixius in ſententia, per quatuordecim Scabinos Leodienſes, rerum capitalium Iudices, vnanimi ac conflato iudicio recitata, & in acta publica relata. *Gubernator Bullonẽſis truncatur capite.*

Eodem tempore Cæſar Terouennam Morinorum Galliæ Oppi-
D dum obſidet, tandemque vigeſima Iunij expugnat, & ſolo æquat.

Iulij ſexta obijt in Anglia Eduardus Rex, circiter annorum ſexdecim: ſucceſſit illi Maria Catharinæ illius, quam Henricus à ſe ſepàrârat, filia, Virgo prudentiſſima, & Catholicæ Religionis amantiſſima, quæ deſponſata paulo poſt Philippo Caroli Cæſaris filio, pulſis nouatoribus, Catholicam in Anglia Religionem, magna ex parte reſtaurauit. *Religio reſtauratur in Anglia.*

Cæſaris exercitus, Terouennâ dirutâ, progreſſus è Morinis in Atrebates, arcem Hiſdinum, circa finem Iulij, vi capit, ibi interfecti fuẽre multi, & ex prima nobilitate Galliæ multi capti, & inter hos primi nominis Galliæ Mareſcallus Markanus Ardennas.

Digitized by Google

Sub finem Octobris, Michaël Seruetus Tarraconenſis Geneuæ ſupplicio affectus eſt, Caluino curante: is profeſſione medicus, annos natus viginti quinque, cùm impuras manus ad Theologiæ ſacra attuliſſet, erroneas de Sacroſancta Trinitate, ad Dei contumeliam pertinentes opiniones inuexerat, libris editis ſeptem de erroribus Trinitatis, docens nullã eſſe in Deo realem generationẽ, nullã eſſe in Deo perſonalem diſtinctionẽ, non debere homines baptiſari, niſi ætatis ſuæ anno triceſimo. A

Accedente iam Hyeme, cùm plures inſolentiæ, furta, homicidiaque per noctiuagos, tam externos, quam internos, in ipſa Ciuitate, ſumma proborũ omniũ perturbatione, cõmitterentur; edicta cõtra huiuſmodi nebulones, hactenus publicata, Decembris 14. renouat, & vt illa exequutioni demandentur, & pœnis iam pridem præſcriptis puniantur, ſeuerè præcipit. B

1554. Anno 1554. Cardinalis Polus ex vrbe profectus, cùm aliquanto tempore ſubſtitiſſet in Germania, venit Bruxellas 25. Ianuarij, magnis ceremonijs & ſolemnitate à Clero exceptus. Tractabatur tunc de Matrimonio Philippi Cæſaris filij cum Maria. Cæſar itaque, Matrimonij confirmandi cauſa, ampliſſimam legationem mittit in Angliam, Comite Egmundano illius duce. Hic cùm eodem menſe Londinum appuliſſet, poſt aliquot dierum conſultationem, rem affectam conficit, inuitis non paucis, qui auctore Viato, ſeditionem excitârãt. Ibi Regina turbam ad arma excitatam mira dexteritate ſedat. Viatus capitur, & in carcerem conijcitur, nec multo poſt capite truncatur. C

Mox Religio Catholica in Anglia reſtituitur, & multi, qui ſe euangelicos dicebant, inde fugiunt, ſedeſq; diuerſis in locis apud Germanos & Belgas commutant.

Deponit querelas in Comitijs Circuli VVeſtphalici. Gallus Bouinium incendit; Dionantum ſe dedit; Mariæburgum capit & munit: Carolomontium in agro Leodienſi ædificatur. D

CAPVT VII.

MEnſe Februario, Præſul mittit legatos ad Comitia circuli Weſtphalici, quæ Coloniæ habebantur: Ibi queritur de damnis, occaſione belli Cæſareani perpeſſis, oppidis in agro Leodienſi ab eo ædificatis, pagiſque à patria diſtractis; eaque reſtitui, vel pro ijs ſatisfieri petit. Sed hæc reijciuntur in alia Comitia Auguſtæ breui celebranda.

Interea Cæſar veritus, ne copiæ ſuæ commeatus defectu, tumultuarentur.

Digitized by Google

tuarentur, vetat extra patrimoniales ſuas prouincias cuiuſcumque
A generis annonam efferri, pœnis grauiſſimis comminatis.

Idem & Præſul, ne ſuo deeſſet officio, in patria ſua Leodienſi Feb. die 19. conſtituit.

Vagabūdi & validi mendicantes, cum Ciuitatem & ſuburbia pœnarum metu ingredi non auderent, eodem tempore errabant per vicos & villas patriæ, ruſticos & mercatores ſpoliantes: quapropter Præſul edicta, contra illos hactenus habita, Maij 7. renouat, adijcitque non officiatos tantum, ſed & quoſcumque patriæ incolas huiuſmodi homines apprehendere libere poſſe, dummodo ad publicos carceres deducantur; vtque de ijs breuis iuſtitiæ adminiſtratio fiat, vult captos
B ſtatim interrogari qua ratione vitam ſuſtentent, qui ſi prouentus annuos non habeāt, nec artem ad ſe ſuſtentandū ſufficientem calleant, ſtatuit iudiciū illud ſufficere ad quæſtiones, quibus de furtis & latrocinijs interrogentur, ſicque per ſex ad minus menſes in odium & deteſtationem huiuſmodi prædonum, per quemcumque iudicem procedi & iudicari debere. *Modus procedendi contra vagabundos & validos mendicantes.*

Decima ſexta Iunij comitia indicuntur & celebrantur, in quibus actum de Dionanto, & reliquis patriæ munitionibus firmandis; quin & de ipſo Leodio, ſi imparato forſan adhuc Cæſare hoſtis aduolet; deque pecunijs ad hæc omnia neceſſarijs. Monetur itaque D. Henricus de Berlaymont, cognomine Floyon, vt ipſe cum ducentis militibus quantum poteſt Dionantum ſe cōferat, eaque omnia agat,
C quæ fidelem Præfectum ſimili caſu ac euentu agere conuenit. Deinde nominati fuerunt qui de milite & eorum ſtipendijs, & alijs, quæ neceſſitas præſens poſtularet, curarent; ſaluo quod vltra 25. florenorum millia, quæ tunc concedebantur, & alia quæ ſuperioribus Comitijs conceſſa fuerant, non colligerent ſupra alia 52. millia, niſi habito ea de re Ordinum aſſenſu & mandato. *Comitia & quæ in ijs acta.* *Ordines mittūt D. de Floyon Dionantum*

Iunij decima quinta, edictum contra validos & otioſos mendicantes iterum promulgatur.

Sub finem Iunij, Gallus cum exercitu Campaniæ fines egreſſus, ad Moſam iter intēdit, & Cæſaris Prouinciam extremis finibus Namurcenſium coniunctā inuadens, Bouinium imprimis Oppidū vi capit,
D ac cęſis pleriſque cum militibus, tum ciuibus, diripit & flammis amburit. *Bouinium ſpoliatur & exuritur.*

Inde Dionantum vicinum aggreditur, miſſoque feciali, rogat, Cæſarine, an ſibi adhærere velint: illis tacitè Cæſareanos ſe declarantibus, Oppidi muros maximis & frequētibus tormentorū ictibus pulſat, quaſſat atq; diſiicit, factiſq; aliquot aſſultibus, certis cōditionibus ad deditionem cogit: oppidū ab igne ſeruandum, vitam ciuibus ſimul & præſidiarijs ſaluam fore, quæ tamen parum fideliter ſeruata fuere. Nam & miles, ſolis Germanis & Leodinis saluis, trucidatus eſt, & Hēnricus de Floyon vir nobilis generoſus & magnanimus, Dux præſidiarius præter pactam legem captiuus in Gallias abductus. *Dionātum cogitur ſe dedere.*

Mariæburgum deinde in agro Leodienſi per Cæſarem nouitèr extructum capit, & opera præſidioque munit, maiora dubio procul iſtic tentaturus, niſi Cæſar Bruxella digreſſus, cum ſuis copijs Namurcum veniſſet. Mox Binchium ex præcipuis Hannoniæ oppidis, & arcem de Traizné, quæ erat alter ſeceſſus Reginæ Mariæ amœniſſimus, deditione capit, diripit, incendit, deniquè longè lateque rapinis ac incendijs omnem illam regionem deuaſtat: Annus occupationis & deprædationis trium iſtorum oppidorum hoc verſu numerali à quodam huius temporis Poëta comprehenſus eſt. A

Mariæburgũ à Gallo captũ.

EXpVgnata IaCet VICtore BoVInIa gaLLo
VIX Conſtans dInanta perIt, BIns Igne CreMatVr. B

In Atrebatum deinde finibus, Rentinm obſidet, aduentanteque Cæſare, cuius iam demum erant collectæ copiæ, ab obſidione diſcedit, commiſſis vltro citroque prælijs minus Cæſari ſecundis.

Sub id tempus Præſul ſecuritati Ciuitatis & Patriæ conſulens, edicto vltima Iunij diſtricte prohibet; ne quis Ciuitate aut Patria puluerem tormentarium, vel ſal nitrum, abſque ſpeciali licentia educat, moxque Iulij die quarta, cum rumor hoſtilis exercitus aduenientis crebreſceret, magna ſolemnitate edictum, eiuſmodi occaſionibus ſolitum obſeruari, renouat. Nominantur noui per regiones Ciuitatis & ſuburbiorum præfecti, deſignantur excubiarum loca, iubentur omnes cum ſæculares tum Eccleſiaſtici arma aliaque neceſſaria habere, omneſque per omnia præfectis ſuis in re militari parere & obedire. C

Leodienſes timent ſibi à Gallo.

Poſt exactos aliquot dies, rogante Cæſare, datur ciuibus facultas commeatus liberi ad ipſius caſtra, publici boni ergo, tranſuehendi.

Interea Cæſaris filius Philippus, ad 19. Iulij, ex Hiſpanijs cum claſſe in Angliam appulit, & quarto poſt die Vintoniam, vbi Regina eum præſtolabatur, ſub veſperum venit, & ad primarium vſque templum progreſſus, præeunte nobilitate, & Epiſcopo Vintonienſi, ac alijs, honoratiſſimè excipitur.

Die altera D. Iacobo Hiſpaniarũ patrono & tutelari ſacra, peractæ ſunt regales nuptiæ. D

Graſſabatur peſtis Namurci, Veruiæ, & alijs vicinis locis, quare Præſul ſollicitus, Sept. 14. ſeuerè prohibet, ne aduẽtantes, eorumue res quiſquam receptet ac edictum de peſte renouat, quod ingeminat Octob. 18.

Sub finem cuius menſis, Cæſar non procul ab Heſduno, quod anno ſuperiore captum demoliri mãdarat, idoneum ſpeculatus locum, nouum ibi ac ſecurum oppidum extrui iuſſit, ac quo ſecurius perfici poſſet, exercitum iſtic exhibet alitque.

Cardinalis Polus abſoluit Anglos.

Vigeſima tertia Nouembris, cùm Cardinalis Polus Summi Pontificis Legatus, Brabantia Londinũ veniſſet, petentibus Philippo Rege, & Maria

Digitized by Google

& Maria Regina, ſupplicantibuſque Angliæ Ordinibus, incolas omnes à ſchiſmate cenſuriſque abſoluit, & in Eccleſiæ gremium, tanquam filios vere pœnitentes & obedientes, recipit.

A

Anno 1555. Ianuarij tertia, Philippus iam Rex Angliæ, Sedi Apoſtolicæ obſequentiſſimus, publica comitia indicit, quibus imprimis decreta Henrici octaui Regis, quæ à viginti annis plurima contra religionem Orthodoxam ediderat ac edixerat, irrita & nulla declarat, ac Pontificem Maximum Eccleſiæ Anglicanæ caput promulgat. Et hæc quidem miſſa inſigni legatione Summo Pontifici Romæ ſignificantur, gratiæq; actæ, quod miſſo illuc Cardinali Polo, tam benignè Regnum illud ſchiſmaticum, in gratiam receperit. 1555.

Pontifex Eccleſiæ Anglicanæ caput.

B

Ianuarij quarta, cùm multi criminis legis Iuliæ de ambitu accuſarentur, & varijs largitionibus ſordibuſque, cum publicè in popinis & tabernis, tum clanculum, varijs falſiſque quæſitis coloribus, omnia fere officia publica mendicarentur emerenturque; Præſul legem renouat, quâ omnes iureiurando publicè præſtito, ſe pro munere aut officio aſſequendo, ne quatuor denarios dediſſe, per ſe, alioſue promiſiſſe, teſtari tenentur.

Eodem tempore, plurima pro pace & tranquillitate hactenus inſtituta renouat, vtque ad amuſſim, ſub conſuetis pœnis obſeruentur, ſerio mandat, iubet, atque præcipit.

C

Comitia celebrat: Theodoricus Hæſius Inquiſitor moritur: Carolomontium ædificatur.

CAPVT VIII.

MArtij decima ſeptima, communibus Patriæ comitijs, de tribus potiſſimum deliberatur; de hæreſibus in dies propter impunitatem legis & Franciſiæ excreſcentibus, compendioſiori, ſecretiorique via reprimendis; de euerſis à Gallo Oppidi Caſtrique Dionantenſis muris, contra nouas hoſtium excurſiones reparandis, & veteribus ſubſidijs manu regia contra moroſos requirendis. Ac quidem contra hæreticos aliud nihil impetratum, quam vt diligenter fieret inquiſitio, priuilegijs ciuicis ſaluis, & vbi fugitiui legitimè conuinci poſſent, eorum bona ad Ciuitatis & patriæ munimen publicarentur, reliquis duobus pro voto Præſulis conceſſis.

Comitia & quæ in ijs acta.

D

Sub eoſdem dies, venerunt Cæſaris ad Præſulem literæ, quæ in ipſis Comitijs lectæ, ſignificabant optaſſe Cæſarem citius Dionanto ſuccurriſſe, ſed partim Galli præuentione, partim ſuorum mora non potuiſſe: curaturum, ne quid ſimile deinceps Patriæ contingat.

Obijt Romæ Iulius 3. 13. calend. Aprilis. Hic ſectarios paterno affectu ad orthodoxam diligentèr cohortatus eſt. Suffectus illi Marcellus

Succeſſio Pontificum.

Digitized by Google

lus ſecundus Politianus Thuſcus, ex præsbytero Cardinali S. Crucis in Hieruſalem, creatus Romæ quinto idus Aprilis, qui ſingulari ſapientia & ſanctitate clarus, Epiſcopos nec Romæ, nec alibi alieno loco ferens, ſuis ſingulos Eccleſijs præeſſe voluit. Migrat ad Deum cum præfuiſſet dies 21. Subſtitutus in eius locum Paulus quartus Neapolitanus, antea dictus Ioannes Petrus Caraſa, Matalumæ Comitis filius, ex Cardinali Oſtienſi & Sacri Senatus Decano, creatus Romæ 10. Kalend. Iulij. A

Granuellanus Atrebatenſis Epiſcopus, à Cæſare Maij die ſeptimo mittitur Grauelingam, ſpe pacis cum Gallo ineundæ: conuenerunt & illuc multi hinc inde, aſſiſtente Cardinali Polo, ſed tum nihil effici potuit. B

Maij decima, Dominus Theodoricus Hæſius pietate & ſacrarum literarum ſcientia præſtans, Adriano ſexto Pontifici quondam à ſecretis, poſthabito Cardinalitio pileo, vno cõtentus Canonicatu Leodienſi, officio Inquiſitoris hæreticæ prauitatis ſub hoc Præſule multis annis probè functus, ex hac mortali ad immortalem vitam trãſit, & in Eccleſia Leodienſi ſepelitur, cui tale adſcriptum eſt elogium,

Hic iacet eximius Theodoricus Hæſius ille
Candor & integritas iſtius Eccleſiæ,
Doctus & à ſumma ſamatus Relligione,
Inq; hoſtes Fidei fortis athleta Dei. C
Qui cùm magnus erat, & maior euadere poſſet,
Cunctis poſthabitis maluit eſſe latens.
Pauperibus largus, ſibi ſtrictus, ſemper in horis,
Inq; pijs cauſis, omnibus expoſitus.
Hic decus ergo tuum Campina & Legia tellus,
Hic iacet, hic recubat Hæſius ille tuus.

Quam de eius probitate & eruditione Theologica opinionem habuerit Eraſmus, patet ex eius Epiſtola qua colllationem de libero arbitrio eius cenſuræ ſubmittit, quæ ſic habet lib. 18. epiſt.

Eraſmus Roterodamus Theodorico Hæſio S.D. N. Adriani dudum Secretario S.D. D

Mitto ad te collationem de libero arbitrio, quam his diebus edidi, non ignarus quam non verſarer in mea arena, quantamq; tempeſtatem concitarem in caput meum, attamen declarare volui, mihi certe promptam voluntatem non deeſſe. Fauor Lutheri in dies latius ſerpit. Iam Galli quidam magis inſaniunt quam vlli Germani Omnes habent in ore quinque verba, Euangelium, verbum Dei, Fidem,

Chriſtum

Digitized by Google

A *Chriſtum & Spiritum. Et tamen hic tales video multos, vt non dubitem quin agantur Spiritu Sathanæ. Vtinam hic tumultus à Luthero excitatus, veluti violentum pharmacum adferat nobis aliquid bonæ ſanitatis. Texuiſſem tibi longam hiſtoriam rerum quæ hic geruntur per Lutheranos, vt vocantur, cum hoc etiam cognomine ſint indigni, ſi vacaſſet. Cura valetudinem tuam vir optime. Baſileæ poſtridie Kalend. Septemb. Anno M. D. xxiiij.*

Hac æſtate ad anguſtias oceani Britannici, Cæſareani cum Gallis memorabili & vtriſque exitiali ſane prælio nauali depugnârunt.
B Prætoria nauis Gallica merſa, ſex aliæ incendio abſumptæ, & ex Belgicis Lyburnicis totidem: cæterum Gallorum cædes quam hoſtium maior fuit.

Hoc tempore, cœpit Cęſar in agro Leodienſi inter Maſirias & Mariæburgum territorium Leodienſe, pro tuitione Patriæ Luxemburgenſis, Hannonienſis, Namurcenſis, & vti dicebat, etiam Leodiẽſis, Carolomontium ædificare, pro quo tum multa Leodienſibus repromiſſa, ſed necdum hactenus, ſæpius poſtulata, repræſtita. *Carolomontiũ ædificatur.*

Septembris 15. publicatum Ferdinandi Romanorum Regis edictum, quo vetat ne in terris Imperij, vllæ militum copiæ, ſine ſuo ſpeciali mandato coëant, vlliue Principi quouis pretextu militent,
C præterquam Cæſareæ Maieſtati.

Menſe inſequenti, Carolus Cæſar, maximis Imperatoribus æquãdus, Religionis aſſertor & vindex egregius, Ferdinando fratri Imperij Diadema, Philippo vnico filio reliqua regna concedens, in ſacram ſolitudinem apud Hiſpanos, vitæ religioſæ amore incenſus, receſſit. *Carolus 5 ſecedit in ſolitudinem.*

Annus ſequitur 1556. qui fuit Imperij Philippi Hiſpaniarum Regis, & Ferdinandi Imperatoris primus. Ille totus in pacẽ inclinabat, quare Leodij & paſſim per Belgium preces, ſacrificia, ſolemneſque ſupplicationes pro pace cœlitus impetranda fiebant. Igitur poſt multos tractatus hinc inde inter Reges habitos, tandem quinta Februa-
D rij, non pax, ſed induciæ quinque annorum, eæque parum ſolidæ coaluerunt, quæ Leodij quinta Martij magna omnium lætitia promulgatæ, ſed anno ſequente, peccatis noſtris id exigentibus, bellum recruduit. *1556.*

Eodem menſe Martio, ingens Cometes illuxit diebus pene duodecim, in octauo libræ gradu notatus, quẽ peruidens Carolus Cæſar, *Cometa multorum obituũ prænuncius.*

His ait indicijs me mea fata vocant.

Mortui ſunt ſub idem tẽpus vicinis in locis aliquot præſtantes viri; Ioannes Treuirenſis Archiepiſcopus ex Comitibus Eiſcbergicis, & Ioannes Nopel à Lipia Archiepiſcopi Colonienſis Suffraganeus, magna eruditione & facundia vir, longiorique vita digniſſimus, probitate vitæ, & ſtrennno concionandi labore de Eccleſia & fide

Digitized by Google

Catholica per plures annos optimè meritus. Mortuus etiam Adolphus de quo ſupra, Archiepiſcopus Colonienſis, cui ſucceſſit germanus frater Antonius ex Comitibus Schauēburgicis, nuper Præpoſitus Leodienſis factus. A

Cometam hunc magna quoque rerum omnium egeſtas ſequuta eſt. Siquidem ſiliginis ſextarium Leodij venijt vndecim regalibus, quod ſequenti anno tribus dumtaxat æſtimatum eſt.

Beza deficit ad Caluinum. Hoc tempore Theodorus Beza Iuris Licentiatus, Pariſijs ex opulentis ſacerdotijs, ſeptingentos coronatos annuos excedentibus, vitam viuebat varia libidinum ſpurcitie contaminatam. Is venditis beneficijs ſuis, ad Caluinum, publicos rogos reformidans, deficit ac diuertit, factus ex diſcipulis non poſtremus, & mali corui malū ouum. B

Reuerſus indicit comitia. Legatos ad Cæſarem & alios Reges mittit: Philippopolis ædificatur: Præſul moritur.

CAPVT IX. ET VLT.

IVnij decima nona Comitijs Leodij habitis, Præſul queritur ſubſidia ante conceſſa non colligi, militem ſtipendia exigere, operarios mercedem petere, iam millia aliquot aureorum de proprio expoſuiſſe: viciſſim queruntur ſtatus de damnis, quæ quotidie inferuntur ab exercitu, quem Cæſar, dum Carolomontium extruitur, circa Giuetum & vicina Patriæ loca alit: de iniuria quoque Couinienſibus, Foſſenſibus, eorumque vicinis per Præfectum Maſirienſem illata, qui durantibus, vt paſſim exiſtimabatur, inducijs, perplures ciues Couinienſes captiuos abduxerat, & eorum oppidum depopulatus incenderat: Poſt maturam de his & quibuſdam eiuſce generis alijs deliberationem; viſum moroſos debitores manu Regia, pro vt alias ſæpius factum fuerat, cogendos. Deinde ablegandos ad Cæſarem Ferdinandum, & Philippum Regem Hiſpanum, & Gallum aliquot ex ſtatibus, qui damna Patriæ, ab eorum militibus illata, exponant, ijs remedium tandem in miſerorum, & innocentium ruricolarum ſolamen, adhiberi poſtulent: denique promiſſam à Philippo, pro Mariæburgo & Carolomontio oppidis, nuper in fundo Leodienſi extructis, & vicinis aliquot pagis à territorio Leodienſi ſubtractis, compenſationem. C D

S. Ignatij mors. Pridie Kalendas Auguſti, feria ſexta, poſt Solis ortum hora prima, Romæ Ignatius Societatis Ieſu fundator, Ieſum intermortuis vocibus appellans, animam placidiſſimè, multis ſanctitatis indicijs relictis, efflauit.

Per hos dies Henricus de Berlaymont alias Floyon & nonnulli alij nuper Dionanti à Gallis capti, iuxta conditiones pactarum (vt dictum

Digitized by Google

ctum eſt) induciarum, certo lytro, victuſque expenſis ſolutis, carcere
A liberantur.

Octauo Calend. Septembris, Dauid Georgius Delphis in Batauia natus, Baſileæ moritur, ſepultus in æde diuo Leonardo ſacra, poſtea 3. idus Maij anno 1560. erutus ſepulcro, cum imagine ſua depicta, ac libris à ſe conſcriptis, rogo impoſitus & ambuſtus. Is ſtultiſſimè prædicauit ſe filium Dei Chriſto maiorem, & anno tertio poſt mortem reſurrecturum, & regnum Iſraël reſtituturum. Sed iam anni ſunt ſexaginta ab ejus obitu & nondum ſurrexit, neque reſurget, niſi in die nouiſſimo, cum alijs impoſtoribus, æternis gehennæ ignibus cruciandus.

B Menſe Septembri, Carolus quintus in Zelandiam proficiſcitur, ibi filio Philippo valedicit, poſtremiſque verbis præcipit, ne nouarum religionum vllam in ſuas ditiones inuehi permittat, niſi regnorum ſuorum vaſtitatem cum ſummo dedecore cernere velit, datoque illi cum lachrymis oſculo, ordinum proceribus oratoribuſque Principum valedicens, nauem conſcendit, ſecundo vento in Hiſpanias profectus.

Commiſſarij, quos Leodij vocant, quorum cuilibet per ſuam regionem incumbit, vt in Ciuitate omnia quietè fiant, & crimina debitè corrigantur, grauem apud Præſulem querelam depoſuerunt, de frequentibus Iudicum Eccleſiaſticorum contra Iuſtitiæ miniſtros,
C excommunicationibus, quibus non tantum Iuſtitia remoraretur, ſed & ſententiæ Iudicum laicorum eluſoriæ redderentur; cui malo Præſul edicto ſubſequente prouidit:

Georgius ab Auſtria Dei gratia Epiſcopus Leodienſis, Dux Bullonenſis, Comes Loſſenſis, &c.

VNiuerſis & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis, lecturis & legi audituris, Salutem in Domino ſynceram. Notum facimus quod nobis pro parte Ciuitatis noſtræ Leodienſis, aliorumq́; penes quos eſt cura & ſollicitudo, vt mala & incommoda in Republica
D *& ditione noſtra vitentur, exceſſuſq́; debitè puniantur, fuit & eſt querulosè expoſitum quamplures graues & enormes exceſſus, ac grauia & enormia crimina, tam in dicta noſtra Ciuitate quam Patria Leodienſi fuiſſe & eſſe perpetrata, ac in dies perpetrari & committi, impunitos & impunita remanere & remanſiſſe: quodq́; diuerſæ cauſæ & inſtantiæ, tam ciuiles quam criminales, coram Iuſtitijs ſæcularibus motæ & intentatæ, ſuos finem & effectum ſortiri nequeunt in Repub. in diuerſarum partium præiudicium, grauamen & perturbationem; ex eo potiſſimum quod nonnulli Officiati ſiue Iudices cauſa-*

Digitized by Google

rum, inquiſitionum & ſententiarum, & præterea nonnulli teſtes, ac A
Iudicij apparitores ſiue exequutores, alijue, quorum opera & miniſte-
rio in iure dicendo & iuſtitia adminiſtranda eſt opus, auctoritate no-
ſtrâ ordinariâ ſeu Officialis noſtri nos in ea parte repreſentantis, &
forſan aliorum Iudicum, ſe excommunicari aggrauarique permit-
tunt, & tolerant, adeoq; quod huiuſmodi ſententiæ ſiue proceſſus,
propter huiuſmodi excommunicationes, reddantur nullæ & inua-
lidæ, ſeu nulli & inualidi, delinquenteſq; & culpabiles correctio-
nes & pœnas euadunt, iuraq; partium periclitantur, ac proceſſus
infiniti & immortales ex illis oriuntur, & pullulant, pluresque B
partes propterea ſuo bono iure fraudantur, & deijciuntur in fo-
mentum & augmentum criminum & ſcelerum, totiuſq; Ciuita-
tis & Patriæ ſcandalum, præiudicium & detrimentum: petierunt
ob hoc dicti Commiſſarij, & humilitèr ſupplicârunt, per nos ſu-
per præmiſsis de remedio oportuno prouideri. Nos igitur præmiſ-
ſis attentis, Iuſtitiæ zelo moti, ad finem & effectum, vt exceſſus
& ſcelera dictis noſtris Ciuitate & Patria Leodienſi commiſsi, ſeu
commiſſa, puniantur; ſubditiq; noſtri litibus immortalibus libe-
rentur, & Iuſtitiæ complementum aſſequantur, omnes & ſingu-
los Burgimagiſtros, Scabinos, Conſules, Iuratos ac alios quoſcum- C
que Officiatos dictarum cauſarum, tam criminalium quam ciui-
lium, & inqueſtarum Iudices, ac etiam apparitores & exequuto-
res, omneſq; & ſingulas vtriuſq; ſexus perſonas, tanquam teſtes
in prætactis cauſis, tam criminalibus quam ciuilibus, ſiue negotijs
& inquiſitionibus productis & producendis, ſi qui excommuicati
exiſtant, ad finem & effectum prædictos Iuſtitiamq; adminiſtran-
dam & faciendam, ſinguloſq; actus iudiciales neceſſarios & requi-
ſitos, exercendos dumtaxat, noſtro ex officio abſoluendos duxi-
mus, & abſoluimus in Dei nomine per præſentes, vlteriuſq; man- D
damus & committimus Præsbytero, Religioſo ſiue ſæculari, quiſquis
fuerit, qui miſſam in Ciuitate noſtra Leodienſi celebrauerit, vt
toties quoties requiſitus fuerit, prædictos Scabinos & alios quoſ-
cumq; Iudices & miniſtros Iuſtitiæ, ſiue teſtes, ſiue apparitores
vice loco & auctoritate noſtris, ſub finem prætactæ miſſæ ab hu-
iuſmodi excommunicationibus abſoluat, & abſolutos ad finem &
effectum prædictos dumtaxat declaret: Interdicentes expreſſe Of-
ficiali noſtro prætactarum aſſertarum excommunicationum in Iu-
dices, Officiatos, & alios Iuſtitiæ miniſtros latarum cauſa, quas
impoſte-

Digitized by Google

A *impoſterum occaſione actorum per huiuſmodi Iudices Officiatos & alios Iuſtitiæ miniſtros, geſtorum ſeu expeditorum oriri contigerit cognitionem, quam nobis & noſtro ſpecialitèr deſuper deputato reſeruandam duximus, & reſeruamus per præſentes, obiectionibus ſiue exceptionibus quibuſcumq́ ex aduerſo, per quoſcumque ſeu quomodocumque factis ſeu faciendis, nonobſtantibus. Et vt præmiſſa omnibus & ſingulis, quorum intereſt, aut in futurum quomodolibet intereſſe poterit, magis innoteſcant, volumus præſentium veras & authenticas copias fieri, eaſdemq́ tam valuis noſtræ* B *Cathedralis Eccleſiæ quam prædictæ noſtræ Ciuitatis portis, aliiſq́ locis publicis & magis frequentibus affigi, & affixas dimitti, vt veriſimile non ſit alicui remanere incognitum, quod omnibus fuerit tam patentèr & publicè diuulgatum. In quorum præmiſſorum fidem, robur, & teſtimonium, præſentes noſtras literas manu propria ſcriptas exinde fieri mandauimus, atque ſigilli noſtri ad cauſas, quo in talibus vti conſueuimus, iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Acta fuerunt hæc die decima ſeptima Octobris, anno 1556.*

Anno 1557. profeſto Regum, Gaſpar Colingius Franciæ Admi- 1557.
C raldus Duacum aſtu occupare tentat; quocirca induciæ quinquennales vix anno ſeruatæ ſunt. Eiuſce rei nūntium duodecima Ianuarij Magiſtris ciuium in concilio Ciuitatis adfertur, quod non paruum omnibus metum incuſſit.

Per hos quoque dies, magna etiam fames totam inferiorem Germaniam premit. Philippus Hiſpaniarum Rex aliunde Frumenta Bruxellas, in vſum non ciuium tantum, ſed & omnium aduenarum, qui varijs ex cauſis illuc magno numero confluebant, afferri curat: Idem ipſe paternæ pietatis emulator, tria millia pauperū ſuis ſumptibus in ea fame aluiſſe dicitur: ad eius exemplum idem officium & alij Principes & viri nobiles, quiſque pro ſuo modulo exercuerunt: D Quare ex tota inferiori Germania tātus iſtuc pauperum & egentium accurrit numerus, vt teſtimonio magiſtrorum hoſpitalium, nouemdecim millia pauperum in Xenodochijs, aliquot menſium ſpatio, obierint. Originem habuit fames ab aſperrima hyeme, quæ in Martium vſque perſeuerans, fruges & legumina corruperat.

Philippi Catholici Regis e ga egenos liberalitas.

Ferdinandi Imperatoris edictum Leodij menſe Martio promulgatur; quo iterum vetat per terras Imperij militem cogi; niſi qui ſuæ Maieſtati & Imperij terris, vel in Hungaria contra Turcas militet.

Aprilis ſexta Præſul, quamuis infirmâ valetudine, comitijs habitis, egit prolixius de ſeruando cum Philippo Rege Fœdere, ſicut antea

Comitia & quæ in iis agitata.

Digitized by Google

cum Carolo Cæſare illius patre: item de vectigalibus Imperio debitis: de lytro Henrici de Berlaymont & eius expenſis: de appellationibus quas recens quidam à decretis deputatorum Statuum aulæque Curingiacæ interpoſuerant, impediendis: Ad extremum, de Præſidiario milite retinendo vel dimittendo. Igitur longâ conſultatione habitâ, placuit imprimis renouandum cum Philippo Rege fœdus, paribus, vt ante cum patre conditionibus. Mittendum ad proxima Imperij Comitia, ibique excuſanda conſueta Imperij vectigalia, ratione damnorum ingentium à Gallo Cæſaris occaſione nuper perpeſſorum. Lytrum & expenſas Henrici de Berlaymont, vt de Patria in caſtri Dionantenſis defenſione benè meriti, ex ærario publico exſoluendas, proindeque eas quantocius ad iuſtum calculum reducendas. Ad hæc, in Iuriſdictionis & priuilegiorum Patriæ defenſionem, nuper conceſſa ſex florenorum millia, abſque mora colligenda, ac in eos vſus impendenda. Poſtremo reſciſſis iam inducijs, militem pro neceſſaria Patriæ defenſione retinendum.

Lytrũ & expenſæ D. Henrici de Floyon ex ærario publico diſſoluantur.

A B

Eiuſdem menſis vigeſima ſeptima Eccleſia Monaſterij vallis ſancti Lamberti fulmine tacta miro modo perit: Globus igneus turrim circumagens illam incendit, deinde in chorum ac tandem in nauim templi delapſus, igni obnoxia quæque inflammat. Religioſi quod erat animaduertentes, ad exorciſmos recurrũt, quorum energia nonnihil fugit impoſtor; inſequentes ſe tamen religioſos, ad Eccleſiæ columnas giros faciens, ludificat, Eccleſia interim conflagrante. C

Philippopolis in agro Leodienſi cõditur.

Hoc tempore Philippus Rex Philippopolim in agro Leodienſi, in vicinarum Prouinciarum & Patriæ (vt dicebatur) Leodienſis munimentum condidit, depromiſsâ, ſed necdum repræſtitâ, pagorum Leodio vicinorum Herſtallij, Wanti & aliorum compenſatione.

Guilhelmus Markanus, & illius frater D. de Lymaye, in Gallia moriuntur.

Mors Præſulis Auſtriaci.

Maij quartâ meridianâ Auſtriacus Præſul cum aliquot menſibus aduerſa valetudine laboraſſet, perceptis magno pietatis ſenſu Eccleſiæ Sacramentis, aſſiſtentibus lecto eius doctis & religioſis viris, placidè animam Deo reddidit; poſtquam Eccleſiam Patriamque Leodienſem magnâ modeſtiâ clementiâque annis tredecim gubernaſſet. Corpus eius exenteratum & aromatibus conditum in aula toto triduo omnium oculis expoſitum fuit. Confluebant ad illud, omni pene horâ, omnis ſtatus conditionis & ætatis homines, qui flexis coram funere poplitibus, pro defuncti ſalute precabantur, & virtutum geſtorumque eius celebrabant memoriam. D

Huic ſpectaculo, puer natus annos ſex, à Magiſtro cum condiſcipulis deductus interfui, & orationem Dominicam pro defuncto fudi.

Quæ

Digitized by Google

Quæ hactenus à me ſcripta ſunt, ea ex probis auctoribus publi-
A ciſque chartis fideliter depromſi: deinceps pleraque omnia quæ vel ipſe viderim, vel à coætaneis viſa audierim, liberiore fidentioreque calamo, lectorum oculis ſubiecturus.

Exacto triduo, corpus funerali pompa tanto digna viro, in primariæ ædis choro, ad ſiniſtrum latus, terræ concreditur; cuius monumento hoc fuit appenſum Epitaphium.

Deo Opt. Max:

Qui clarum Auſtriaca de ſtirpe Georgius ortum
B *Duxerat, heu tumulo mortuus hoc tegitur.*
Brixnia principio; poſt ipſa Valentia, tandem
Suſcepit ſacrum Legia Pontificem.
Hiſq; locis Præſul, nulli pietate ſecundus,
Rexit qua decuit cum probitate gregem.
Quinquaginta duos natus paulò amplius annos,
Lethali morbo ſæpius arripitur.

MaII qVInta aderat LVX; ſoLe Cadente ſVb Vndas,
C *OCCIdIt, at deVs hVIC det frVIer reqVIeM.*

Soli Deo honor & gloria.

DE ROBERTO A BERGIS 87. EPISCOPO LEODIENSI. A

Robertus recipitur in Epiſcopum, conſecratur in Sacerdotem, inauguratur, Primitias Sacerdotij Deo offert: Comitia celebrat.

CAPVT I.

ANtiſtite Auſtriaco vita functo, Robertus à Bergis, Marchionis Bergenſis frater, vt ſtemmatibus, ſic virtutibus eruditioneque eximius, propter quorundam machinationes feſtinare ſuaſus, alterâ à morte Auſtriaci die, literas Apoſtolicas ſuæ Coadiutoriæ Capitulo repræſentat, communique aſſenſu conſuetis cæremonijs, Epiſcopatui inauguratur, anno 1557. cuius inaugurationis carmen numerale tale editum fuit. B

VIVat Io fœLIX In ſæCVLa MILLe RobertVs
CVI paret fLeXo gens LeodIna genV. C

Exequiæ Præſulis Auſtriaci. Maij vigeſima quinta, aſſiſtentibus plerìſque omnibus Patriæ Prælatis & Nobilibus, totoque Ciuitatis Leodienſis Clero & Magiſtratu, cum primoribus ciuibus, defuncti Præſulis exequiæ, magna ſolemnitate & religione, in Eccleſia Cathedrali celebrantur.

Gallus Artheſiam infeſtat. Per hos dies ruptis inducijs, Gallus Artheſiam vexabat. Philippus Rex par pari referens Philibertum Sabaudiæ Principem cum inſtructo exercitu in Gallias mittit: Is in hoſtium terras ſubruens ex improuiſo ad Auguſtam Veromanduorum, Sancto-Quintinum deflectit, & obſidet. Accurrunt ſubſidio Gallorum cohortes, & magno numero è prima nobilitate viri: arte primum vtrimque certatum, mox armis ſed minus fœliciter à Gallis, qui, ſolutis incuria militum cohortibus, fuſi ſunt, cæſis multis captiſque, ac inter alios equitum magiſtro, tanta ſanè clade, quantam à capto ad Papiam Franciſco non accepit Gallia. Victoria hæc magnum Philippo nouo Regi nomen peperit, gradumque feciſſet ad maxima, ſi miles ea victoria vti ſciuiſſet. Stabant in Veromanduis cum Philippo quadraginta quatuor armatorũ millia, ſub lectiſſimis ducibus. Vrbs obſeſſa, cum tota Veromãduorum Prouincia, venit in Philippi poteſtatem 27. Auguſti. Capto Sancto-Quintino, arces aliquot proximæ, item & Caſtellum, victori Philippo cedunt. D

Galli à Philippo nouo Rege fuſi.

Vigeſima octaua Nouembris, Præſul magna ſolemnitate apud Hercken-

Digitized by Google

Herckenroede, celebri virginum Monaſterio, ſacerdos ſacratur, aſſi-
A ſtentibus quatuor Epiſcopis, Cameracenſi, Atrebatenſi, Tornacenſi, *Robertus Præſul creatur Sacerdos.*
& Vltraiectenſi.

Item Decembris 12. ſplendido parentum, multorumq; Procerum comitatu Leodium, magna omnium congratulatione, inauguratus ingreditur, præſtitis Eccleſiæ, Patriæ, & Ciuitatati, priſco more & vti adſolet iuramentis. *Eius iucũdus ingreſſus.*

Altera die, in quam D. Luciæ feſtiuitas incidebat, aſſiſtentibus præter Patriæ Prælatos & Proceres, plurimis Principibus viris, qui nouo Antiſtiti Leodium aduenièti comites itineris ſe præbuerãt, primitias Sacerdotij ſui Deo in Eccleſia Cathedrali obtulit. *Primitias Sacerdotij Deo offert.* Die inſequète, non
B minore ſolemnitate, publica habet Comitia, in quibus de duobus ante omnia cõſultari voluit: De tributis Imperialibus diſſoluèdis, quod excuſationes anno ſuperiore allatæ, à Cæſare non eſſent admiſſæ, & de hæreticis acrius coërcendis. Itaque viſum ordinibus, vt conceſſa iam aliquoties quinquaginta duo florenorũ millia ocyus colligãtur, & ſubſidia Imperialia diſſoluantur: Honorarium quoque, in iucundo noui Principis aduentu dari conſuetum, promptè præſtetur. *Comitia & quæ in eis geſta.* Ad hæreticos quod attinet; viſum edicta Cæſarea contra eos iam pridem promulgata, ſaluis ſemper priuilegijs & libertatibus, executioni ſerio mandanda, & ſi opus videatur, iterum publicanda.

Franciſcus Guiſius, militiæ gallicanæ Dux magnanimus, ſub finè huius anni, obſidet Caleti arcem; vrbem vero Anglorum opinione
C inexpugnabilem, quæ ſecundum mare ſita eſt, triginta tribus tormètis bellicis concutit & quaſſat: capta arce, Dux Guiſius vrbem certis conditionibus ad deditionem compellit, cum iam annis ducentis, & quod excurrit, Anglorum Imperio paruiſſet; *Guiſius Caletum Anglis eripit.* Eduardus enim 3 eius nominis, Anglorum Rex, anno 1347. Caletum à Philippi ſexti Franciæ Regis territorio atque Imperio eripuerat, Anglorum interea tantus contemptus recuperandi Caleti à Rege Gallorũ fuerat, vt in arcis Caleti foribus ſummis legeretur in marmore duro carmen inciſum, quod ex Idiotiſmo ita vertit Michael Hoſpitalius Galliæ Cancellarius, ſui ſæculi ornamentum.

D *Tum demum Francus premet obſidione Caletum,*
Cùm ferrum plumbumue natabit ſuberis inſtar.

Cum Præſul, arduis negotijs præpeditus, ad Ferdinandum Romanorum Regem legatum miſiſſet, vt ratione Dominiorum & Feudorum ab Imperio dependentium, regalia peteret, & nomine ſuo ſacramentum fidelitatis quod homagium ſeu hominium & hominatum vocant, præſtaret; Rex Ianuarij 28. anni 1558. gratioſè illius peti- 1558.
tioni annuit, & recepto per dictum legatum iureiurando, regalia, merum mixtumque Imperium, omnimodamque Dominiorum Eccleſiæ adminiſtrationem, ſcripto dato, Cæſareæ Maieſtatis nomine conceſſit: Cuius ſcripti hoc eſt exemplar.

Digitized by Google

Ferdinandus, diuina fauente clementia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex; Infans Hiſpaniarum; Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ; Marchio Morauiæ, &c. Dux Lucemburgiæ, ac inferioris & ſuperioris Sileſiæ, VVitembergæ, & Terckæ, Princeps Sueuiæ, Comes Hapſpurgi, Marchio S. R. Imperij, Burgoniæ, ac ſuperioris & inferioris Luſathiæ, Dominus Marchiæ, Sclauoniæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. Notum facimus tenore præſentium vniuerſis, &c. A B

QVanquam omnes & ſingulos S. Romani Imperij Principes & perſonas, quas cœleſtis altitudo conſilij, propter ſuorum meritorum exigentiam, ad Pontificalis vocauit eminentiam dignitatis, debitis honoribus prout commiſſi nobis regiminis requirit officium, præ cæteris cupiamus proſequi ac præuenire: tamen ad Venerabilem Robertum, Leodienſem Principem noſtrum deuotum, nobis dilectum, propter virtutum quibus pollet præclara & ſingularia merita, aciem mentis noſtræ benignius conuertendo, ſingularibus ipſum gratiarum donis, ſolita noſtra benignitate duximus complectendum. Qui cum ad nos expediuiſſet noſtrum & S. I. fidelem dilectum Andræam Maſtum ſuum Conſiliarium, & ad id ſpecialitèr deputatum procuratorem, oratorem & Commiſſarium, pleno mandato ac poteſtate auctoritateq́; debitis & requiſitis ſuffultum, & per eundem nobis humilitèr ſignificari feciſſet certas & arduas quaſdam cauſas, quibus deuotio ſua impediatur, quo minus impræſentiarum nos perſonalitèr accedere, & præſens ratione Feudorum Dominiorumq́; temporalium Eccleſiæ ſuæ Leodienſis, à S. Romano Imperio dependentium, regalia requirere atq́; accipere, necnon homagium ac debitum fidelitatis Iuramentum coram præſtare valeat, humillimè nobis ſupplicando vt deuotionis ſuæ loco, ac nomine Cæſareæ Maieſtatis fratris & Domini noſtri chariſſimi memorata vniuerſa & ſingula eius & Eccleſiæ ſuæ Leod. ac Comitatus Loſſenſis Regalia, feuda & feudalia, in quibuſcumq́; locis conſiſtentia, conferre, ipſumq́; gratiosè de illis inueſtire vellemus & dignaremur. Nos igitur qui ex innata clementia Eccleſiaſticarum perſo- C D

A *perſonarum profectibus propitius intendere, fauoreſq; liberales impertiri cōſueuimus, pramiſſa ſupplicationi fauorabilitèr annuentes, pranominato Epiſcopo Leodienſi, recepto primo à praſatis eius procuratore, Oratore ac Commiſſario debito & ſolito in huiuſmodi caſu praſtari fidelitatis & hommagij iuramento, quod in animam ipſius, in manus noſtras praſtitit, ex certa noſtra ſcientia & animo deliberato ac ſano, Principum Comitum, Baronum, & aliorum noſtrorum & Sacri Imperij fidelium, qui hoc tempore penes nos extiterunt, ad id accedente conſilio, ac pralibata Caſarea Maieſtatis loco & nomine, omnia & ſingula ipſius Epiſcopi Leod & Eccleſia ſua, ac Comitatus* B *Loſſenſis Regalia, feuda, feudalia & tēporalia, cum vniuerſis & ſingulis ſuis Dominijs, & attinentijs, mero & mixto imperio, etiā Iuriſdictionis exercitio temporalis, Iuribus, honoribus, conſuetudinibus, obſeruantijs, quemadmodum pradeceſſores Epiſcopi Leodienſes, & Comites Loſſenſes, illa obtinuerunt, poſſederunt & exercuerūt, contulimus, dedimus, & in feudum aßignauimus, ac ipſum Epiſcopum de illis inueſtiuimus, pro vt tenore praſentium conferimus, damus & in feudum aßignamus, ac gratiosè de illis inueſtimus, nonobſtantibus quibuſcumq; in contrarium. Quocirca pralibata Caſarea Maie*C*ſtatis nomine ac loco, mandamus vniuerſis Comitibus, Baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, vaſallis, Officialibus, cateriſq; terrarum, Ciuitatum, locorum & Dominiorum quorumcunq; ſapedicta Eccleſia Leodienſis, ac Comitatus Loſſenſis ſubditis noſtris, & S. Romani Imperij fidelibus dilectis diſtrictè pracipiendo, quatenus ipſi Roberto Epiſcopo Leodienſi vti vero & ordinario eorum Domino, in omnibus & ſingulis tam iudicialibus quam extraiudicialibus, Iuriſdictionumq; temporalium exercitijs reuerentèr pareant, & debitá reuerentiá intendant, noſtris tamen & Imperij ſacri iuribus, auctoritate, & ſuperioritate pramißis ſemper ſaluis: Datum in arce no*D*ſtra Regia Praga, die 28. Menſis Ianuarij, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo, Regnorum noſtrorum Romani 28. aliorum vero 32.*

Increſcebat interea annonæ preciū, quare Præſul prouidus otioſos & validos mendicantes vrbe & ſuburbijs edicto excedere intra triduum, ſub pœna fuſtigationis & exilij imperat. Errabant etiam per Ciuitatem plures aduenæ, armis cincti; & hos paritèr egredi armaque ponere iubet; & niſi obtemperent, arma in fiſcum redigit, nec non pœnâ 20. florenorum aureorum mulctat.

Digitized by Google

Galli quoque militem paſſim cogebant, quibus cum Ciuitatis ingreſſus liber non pateret, nocturno tempore Moſa nauiculis conductis tranſmiſſo, clandeſtinè Ciuitatem ingrediebantur: Præſul nautis omnibus ſub pœna publicationis nauium & trium florenorum aureorum inhibet, ne huiuſmodi homines eo tempore Moſam tranſmittant, aut quoquo modo vada patefaciant. A

Eriguntur noui Epiſcopatus in Belgio.

CAPVT II. B

Sonnius ſollicitat erectionem nouorum Epiſcopatuum

DVm hæc aguntur, Franciſcus Sonnius Theologus Louanieſis, & Cathedralis Eccleſiæ Vltraiectinæ Canonicus, à Philippo Rege Catholico Romam amandatur, cum particulari Belgij per chartas deſcriptione, necnon deſignationibus qualitatum, diuitiarum, amplitudinis & extenſionis Prouinciarum, Clerique ac populi frequentia, quibus Paulum quartum ad Diœceſum mutationem ac diuiſionem permoueat ac inducat. Pontifex libellos, chartas, & rationes Sonnij ſeptem Cardinalibus examinandas remittit, auditaque poſtmodum in conſiſtorio illorum relatione iuxta extrauagant. Ioann. 22. quæ incipit *ſaluator noſter*; diuiſit & diſmembrauit, Eccleſias Cameracenſem, Traiectenſem, Atrebatenſem, Tornacenſem, antiquas in Belgio ſitas, à Prouincijs Rhemenſi & Colonienſi: Diuiſit etiam quatuordecim oppida inſignia videlicet Mechlinieſe, Antuerpienſe, Harlemenſe, Dauentrienſe, Leouardienſe, Groeningenſe, Middelburgenſe, Buſcoducenſe, Ruremondenſe, Namurcenſe, Audomarenſe, Iprenſe, Gandauenſe, & Brugenſe à ſuis Diœceſibus, videlicet Cameracenſi, Traiectenſi, Leodienſi, Morinenſi & Tornacēſi, eaque in Ciuitates erexit; volens in ijs Eccleſias eſſe Cathedrales. Cæterum omnes, tam nouas quam antiquas, noluit de cætero extraneis Epiſcopis eſſe ſubiectas. Inter omnes vero tres voluit eſſe Metropolitanas ſeu Archiepiſcopales Cameracenſem, Vltraiectenſem, quæ antiquitus fuerant Cathedrales, & Mechlinienſem plane nouam, quam etiam primatis honore decorauit: Subijciens Cameracēſi quatuor Suffraganeas Atrebatenſem, & Tornacenſem antiquas, & ex nouis Audomarenſem & Namurcenſem. Vltraiectenſi autem ſitæ ad oſtia Rheni, quinque ſimilitèr Suffraganeas, videlicet Harlemieſem, Dauentrienſem, Leowardienſem, Groeningenſem, & Middelburgenſem. Archiepiſcopatui denique Mechlinienſi in Meditullio Belgij prope aulam Bruxellenſem ſito, ſex pariter Suffraganeas, videlicet Antuerpienſem, Gandauenſem, Brugenſem, Iprenſem, Buſcoducēſem & Ruremondenſem. Iſtis nouellis Eccleſijs promittebat Philippus Rex incorporationem Conuentuum, Prioratuum, Præpoſiturarum C D

Digitized by Google

rarum, Abbatiarum, & aliorum bonorum Eccleſiaſticorum ad tria
A millia ducatorum in dotem.

Quæ omnia vt euulgata fuerunt, magnam Epiſcopis & Archiepiſcopis alijſque prælatis ſignantèr Leodienſibus querelarum occaſionem præbuerunt iure ne an iniuria, neque meum eſt, neque huius loci indagare; ſubijcimus diploma Pontificium ex quo quid hac in re geſtum ſit quilibet inſpicere poterit.

Paulus quartus ad perpetuam rei memoriam.

SVper vniuerſi Orbis Eccleſiàs, eo diſponente, qui cunctis imperat,
B *& cui omnia obediunt, quanquam ſine noſtris meritis conſtituti, leuamus in circuitu agri Dominici oculos mentis noſtræ, more peruigilis paſtoris inſpecturi, quid Prouinciarum locorum quorumlibet ſtatui & decori, quidue illorum incolarum animarum ſaluti congruat; ac deſuper (hoc præſertim tempore, quo humani generis hoſtis omni conatu ad ipſarum animarum perniciem & fidei Catholicæ euerſionem incumbit) diſponi debeat. Et diuino fulti præſidio dignum, quin potius debitum arbitramur, in irriguo militantis Eccleſiæ agro, nouas Archiepiſcopales & Epiſcopales ſedes plantare, vt per huiuſmodi nouas plantationes, popularis augeatur deuotio, diuinus cul-*
C *tus effloreat, & animarum ipſarum ſalus ſubſequatur, ac loca inſignia, ea præſertim, quorum incolæ, benedicente Domino, multiplicati naſcuntur, dignioribus titulis & condignis fauoribus illuſtrentur, vt propagatione nouarum ſedium venerabiliumque Præſulum aſſiſtente regimine, & doctrina fulti, cum Apoſtolicæ auctoritatis amplitudine, & Orthodoxæ fidei augmento, populi ipſi ſemper proficiant in Domino, & quod in temporalibus ſunt adepti, non careant in ſpiritualibus incremento, præſertim cum id Catholicorum Regum & Principum expoſcat deuotio.*

D *Cùm itaque mentis noſtræ aciem conuertiſſemus in eam inferioris Germaniæ partem, quæ chariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici ditioni hæreditario iure ſubiecta eſt; ſciẽtes meſſem quidem ibi multã eſſe, operarios autem paucos, propter quod cum ea Regio antiquitus, erectionis Cathedraliũ ſuarũ tempore, ſparſim & infrequentèr admodũ habitaretur, à tot gentibus, tantiſq; populis incolitur, vt pro Oppidorum celeberrimorum, quibus, vti referta eſt, frequẽtia, & caſtellorũ pagorũq; multitudine, paucæ ibi ſint Eccleſiæ Cathedrales: quo fit vt tam pauci Epiſcopi, non ea qua opus*

 eſſet.

eſſet diligentia, tantam animarum multitudinem regere poſſent. Quod quibuſdam eorum hoc etiam eſt difficilius, quod ipſorum Diœceſani linguæ idiomate inſtitutiſq; differant, & quidam eorum etiam huiuſmodi priuilegia habeant, vt ipſos ad Sedem Epiſcopalem euocare, ita nec fidei doctrina & piè viuendi præceptis commodè inſtrui, nec ſi quid deliquerint facilè corrigi ab Epiſcopis ſuis poſſint. Ad ipſos vero Epiſcopos viſitandos, admonendos & in officio continendos, ne vna quidem in tota illa tam celebri & tam longè lateq; patente regione Eccleſia eſt Metropolitana, ſed illæ quibus ſubiectæ ſunt, extra fines ipſius Philippi Regis ſunt, earumq; Archiepiſcopi, propter multa & varia impedimenta, nulli Suffraganeis ſuis vſi iam pridem fuerint. Ad quæ tanta incommoda, cum hoc quoque accedat quod ea regio omni fere ex parte cincta ſit & obſeſſa à populis hæreticis, & ſchiſmaticis, propter aſſiduas hæreticorũ inſidias, dolos & fraudes, peſtiferaſq; doctrinas, Catholica illic fides & animarum ſalus in maximo diſcrimine & periculo verſantur. A B

His cauſis, aliíſq; quæ animum noſtrum impulerunt, adducti, precibus etiam annuere volentes, tamque pio deſiderio ſatisfacere ipſius Philippi Regis, qui pro ſua pietate & Catholicæ fidei ſtudio, hac de re nobiſcum & ſæpe ac perquam diligẽtèr per literas & nuncios egit, habitâ, ſicuti rei magnitudo poſtulabat, cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione maturâ, tam grauitèr in illis partibus fidei Orthodoxæ & animarum ſaluti apertiſſimum remedium eſſe duximus, ſi veterum Eccleſiarum in illa regione poſitarum Diœceſes commodioris regiminis cauſa diuideremus, nouiſq; erectis, Eccleſijs Cathedralibus eiuſmodi præficerentur Epiſcopi, qui tum exemplo tum verbo commiſſas ſibi oues paſcant, & proborum eorundemq; doctorum virorum copia muniti, idoneorumque opera miniſtrorum adiuti, illas aduerſus inſidiantium luporum rabiem tueantur atque cuſtodiant; & Metropolitanæ aliquot Eccleſiæ oportunis eius regionis locis erigantur, ad quos commodè adiri poſſit: quibus qui præfuturi ſunt, Suffraganeos ſuos in officio contineant. C D

Ex certa igitur noſtra ſcientia de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, ac de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ad Dei omnipotentis honorem, & ſanctæ ipſius Eccleſiæ vtilitatem, Cameracenſem, Traiectenſem, Attrebatenſem & Tornacenſem Eccleſias, Ciuitates atq; Diœceſes, à Remenſi Colonienſiq; Prouincijs, quibus ſunt Metropolico iure

eo iure ſubiecta; ac Mechlinienſem, Antuerpienſem, Harlemenſem,
A *Dauentrienſem, Leovvardienſem, Gruningenſem, Middelburgenſem, Buſcoducenſem, Ruremundenſem, Namurcenſem, Audomarenſem, Iprenſem, Gandauenſem & Brugenſem, celeberrima Cameracenſis, Traiectenſis, Leodienſis, Morinenſis & Tornacenſis Diœceſis Oppida, à ſua quoque eorum Diœceſi & Prouincia: præterea ab Eccleſia Cameracenſi quam nuper ab omni poteſtate & Iuriſdictione Remenſis Archiepiſcopi cui ſuffraganea erat, liberauimus, eam ipſius Diœceſis Cameracenſis, quæ in Brabātiæ Ducatu & Flādriæ Comitatu exiſtit. Item ab Eccleſia Diœceſiq́, Leodienſi eam ipſius Diœceſis Leo-*
B *dienſis partem, quæ eſt in Namurcenſi ac Hornenſi Comitatibus, ac Brabantiæ ac Geldriæ Ducatibus, ditionis ipſius Philippi Regis. Item ab Eccleſia & Diœceſi Tornacenſi eam partem ipſius Diœceſis Tornacenſis, quæ à Rouesbeecke pago, & Aldenardo Oppido ad Oceanum vergit, ipſis pago & Oppido incluſis. Item ab Eccleſia & Diœceſi Traiectenſi eam partem ipſius Diœceſis Traiectenſis, quæ in Flandriæ Comitatu exiſtit, Inſulas Hollandiæ & Zelandiæ in totam aquaticam & partem illam Hollandiæ quæ firmior appellatur, vſque ad Oppida Leydenſe excluſiuè, & Amſterdamenſe incluſiuè, ac Inſula Vlielant, & Taxet & VVieringhen, & totam Regionem Tranſiſu-*
C *laniam & Gruningam & Friſiam, cum magna parte Ducatus Geldriæ, quæ inferior appellatur, vſque ad Hardervvicum & Sherenberghen Oppida incluſiuè, ipſis tamen excluſis, necnon partes quas habet vltra VVahalum flumen ad ipſum Ducatum Geldriæ pertinentes, & magnam aquam Dordracenſem verſus Brabantiam. A dilectis autem filijs Capituli ipſius Eccleſiæ Traiectenſis, ſeu illius Menſæ Capitularis, omnem Iuriſdictionem omniaq́, Iura Epiſcapalia ipſius Capituli, quæ habet in Regione VVeſtphriſia, ab Oſnaburgenſi,*
D *Monaſterienſi ac Colonienſi & Padebornenſi Eccleſijs ac Diœceſibus & à Colonienſi Prouincia eas partes Oſnaburgen. & Monaſterien. ac Colonien. & Padebornen. quæ intra fines Philippi Regis exiſtunt, cum omnibus & ſingulis earum terminis & territorijs, ac Cleris populis & perſonis, Monaſterijs Eccleſijs ac pijs locis, ac beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura, ſæcularibus & ordinū quorumq́, regularibus. Ab ipſa autem Eccleſia Morinenſi per obitum bon. mem. Franciſci de . . . . . . olim Epiſcopi Morinenſis, abhinc circiter ſeptennium defuncti paſtoris ſolatio deſtituta, eam partem ipſius Diœceſis Morinenſis, quæ in Artheſia exiſtit & Flan-*

driæ

driæ Comitatus, ditionis ipſius Philippi Regis cum ipſius terminis, territorio, caſtellis, pagis & locis, Clero, populo, ac perſonis, Monaſterijs Eccleſiaſticis, ac pijs locis, ac beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura, ſæcularibus aut ordinum quorumcumq́; regularibus, fructuſq́; redditus, prouentus, decimas, iura & emolumenta, quæ Epiſcopus Morinenſis: Iura quoque quæ Epiſcopus Remenſis in parte Diœceſis Morinenſis, ac terminis, territorio, caſtellis; pagis & locis prædictis, ſeu ratione viſitationis, aut quouis alio iure & cauſa percipere conſueuit, à menſa Archiepiſcopali Remenſi, & Epiſcopali Morinenſi; auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo eximimus & ſegregamus ac diuidimus, & ſeparamus ab omni Iuriſdictione, poteſtate & ſubiectione Remenſis, Colonienſis Archiepiſcoporum; ac Cameracenſis, Tornacenſis, Leodienſis, Morinenſis, Traiectenſis, Oſnaburgenſis, Monaſterienſis & Padebornenſis Eccleſiarum, atq́; à ſolutione decimarum & quorumuis aliorum Iurium eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis & Capitulis; ac Cleris, & alijs prædictis, ratione Iuriſdictionis & ſubiectionis, ac legis Diœceſanæ, & Metropolicæ debitorum, ita vt poſthac Epiſcopus Morinenſis Iuriſdictionem aliquam in partem à Diœceſi ſeparatam, & illius territorium, caſtella, pagos, & loca, ac Clerum, populum & perſonas ac Monaſteria, Eccleſias & pia loca, ac beneficia exercere, & beneficia ſub hac ſeparatione & diuiſione comprehenſa, quotcumq́;, quæcumq́; & qualiacumq́; ſint, quæ ad eius collationem antea pertinebant, conferre, ſeu fructus, reditus, prouentus, iura, obuentiones & emolumenta ab eo in parte à Diœceſi ſeparata, terminis, territorio, caſtellis, pagis & locis prædictis, ſubuentionis cauſa, aut qualibet alia ratione percipi ſolita, & Epiſcopus Morinenſis, ac Archiepiſcopus Remenſis prædicti in parte Diœceſis adempta, ac terminis territorij, caſtellis, pagis, ac locis præfatis, ijs quæ ad eos ratione viſitationis ipſorum, & legis Diœceſanæ & Metropolitanæ pertinebant, intromittere nullo pacto ſe poſſunt, eximimus & omnino liberamus. Cameracenſem vero & Collegiatam ſancti Rumoldi Oppidi Mechlinienſis & Traiectenſis Eccleſias in Metropolitanas, ac Cameracenſes, & Traiectenſes Sedes Epiſcopales in Archiepiſcopales, eaſq́; & ipſam Eccleſiam ſancti Rumoldi Metropolitanorum Præſulum Sedes, ac Prouinciarum capita ſcientiâ, conſilio, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus auctoritate, & tenore præmiſſis, etiam erigimus & inſtituimus. Ex quibus Archiepiſcopis nuncupandis, Cameracen.

Digitized by Google

A *meracenſis quidem pro ſua Diœceſi habeat viginti octo oppida cum caſtellis, pagis & Monaſterÿs interiacentibus, intra ſpatium 72. millium paſſuum Italicorum in longitudinem, 60. vero in latitudinem per Nuncium noſtrum propediem à nobis illuc mittendum limitanda. Traiectenſis autem pro ſua Diœceſi obtineat territorium Traiectenſe, & maioris Hollandiæ, magnæq́ partis Geldriæ, cum Dominÿs de Bueren, Culenburach, Vianen, Armeyden, Iſilſteyn, triginta oppidorum, præter pagos in longitudine 90. in latitudine 40. millium paſſuum ſimilium terminandorum. Iiſdem autem duobus & tertio Mechlinienſi nuncupandis Archiepiſcopis, pallium & Crucem ſicut* B *mos eſt, deferendi, reliquiſq́ omnibus inſignÿs, honoribus, ornamentis, priuilegÿs & prærogatiuis Eccleſiarum ac Sedium Metropolitanarum vtendi, ius & poteſtatem concedimus. Mechlinienſe autem, Antuerpienſe, Harlemenſe, Dauentrienſe, Leovvardienſe, Gruningenſe, Buſcoducenſe, Ruremundenſe, Namurcenſe, Audomarenſe, Iprenſe, Gandauenſe, Middelburgenſe, & Burgenſe Oppida in Ciuitates erigimus, ac in eis ſic erectis Eccleſias S. Albani Namurcenſis, Audomarenſis eiuſdem Ciuitatis S. Audomari, B. Virginis Antuerpienſis, S. Ioannis Gandauenſis, S. Donatiani Brugen-*C *ſis, S. Libuini Dauentrienſis, S. Ioannis Baptiſtæ Buſcoducenſis, & S. Spiritus Ruremondenſis collegiatas, & S. Bauonis Harlemenſis, S. Viti Leovvardienſis, S. Martini Gruningenſis, S. Auguſtini Canonicorum Regularium ord. Iprenſem ſub ÿſdem inuocationibus in Cathedrales ſcientia & conſilio, & poteſtate, & auctoritate, & tenore præmiſſis, erigimus, pro cuiuſcumq́ earum Ciuitatum creandis Epiſcopis, qui ſuæ quiſq́ præſint, earumq́ ædificia augeant, & in Cathedralium Eccleſiarum formam redigant, ac Iuriſdict. Epiſcopalem aliaq́ omnia & ſingula quæ ad Iuriſdictionem & munus Epiſcopale pertinent, in Ciuitatibus, Oppidis, terminis & territo-*D *rÿs, Inſulis, finibus, & partibus Diœceſum diuiſarum, poſtquam terminata fuerint, reſpectiuè exerceant, atq́ in ÿſdem Metropolitanis Archiepiſcopales, in Cathedralibus vero ſic erectis Eccleſÿs Epiſcopales dignitates cum ſedibus & menſis Archiepiſcopalibus & Epiſcopalibus alÿſq́ Metropolitanarum & Cathedralium Eccleſiarum inſignÿs, menſis, arcis, ſigillis, alÿſq́ compluribus inſignÿs, honoribusq́ & priuilegÿs, quibus cæteræ Metropolitanæ & Cathedrales Eccleſiæ, de iure vel conſuetudine vtuntur, vel vti poterunt, ſimiliter erigimus & inſtituimus. Eccleſÿs vero ſupra commemo-*

Digitized by Google

ratis ſic in Cathedrales erectis, eiſdemq́. Ciuitatibus concedimus in perpetuum & aſſignamus pro ſuis Diœceſibus, Namurcenſi Comitatum Namurcenſem, & Gallicæ Brabantiæ partem, longitudinis 40. latitudinis . . millium paſſuum Italicorum Audomarencſi diſtrictum decem Oppida continentem, longitudinis 42 latitudinis 39 millium paſſuum ſimilium. Mechlinienſi diſtrictum 17. Oppidorum cum pagis interiacentibus, longitudinis 56. latitudinis 30. millium paſſuum ſimilium. Gandauenſi territorium quatuor Oppidorum cum pagis interiacentibus, longitudinis 46. latitudinis 24 millium paſſuũ ſimilium. Brugenſi territorium nouem Oppidorũ cum pagis interiacẽtibus, longitudinis 54 latitudinis 25 milliũ paſſuum ſimiliũ. Iprenſi territoriũ decem Oppidorum cum interiacentibus pagis, longitudinis 42 latitudinis 33 millium paſſuum ſimilium. Buſcoducenſi territoriũ decem Oppidorũ cum interiacentibus pagis, longitudinis 60. latitudinis 30. millium paſſuum ſimilium. Ruremondenſi territorium decem Oppidorum cum pagis interiacentibus, longitudinis 50 latitudinis 30. millium paſſuum ſimilium, Comitatu Hornenſi in eis comprehenſo. Harlemenſi territorium duodecim, præter pagos interiacentes, longitudinis 30. millium paſſuum Italicorum. Dauentrienſi territorium 25. Oppidorum præter pagos interiacentes, longitudinis 62. latitudinis 46. millium paſſuum ſimilium. Leovvardienſi territorium decem Oppidorum, præter pagos interiacentes, longitudinis 62. latitudinis 40 millium paſſuum ſimilium, Territorium patriæ Gruningenſis & Drentiæ, ac Inſularum Rottagen & Borchum. Middelburgenſi territorium decem oppidorum, præter pagos interiacentes, longitudinis 56. latitudinis 30. millium paſſuum ſimilium, pro ſua cuiuſq́. eorum Epiſcoporum Diœceſi; ſicut dictum eſt, aſſignanda. Per ſuas vero Eccleſias pro Clericis & laicis in illis habitantes, pro populis eorundem. Præterea Cameracenſem, Tornacenſem, Audomarenſem & Mechlinienſem. Mechlinienſi vero Antvverpienſem, Gandauenſem, Brugenſem, Iprenſem, Ruremũdenſem, Buſcoducenſem; Traiectenſi autem Eccleſijs prædictis Harlemen. Dauentrien. Leovvardienſem, Gruningenſem & Middelburgenſem, Ciuitates Diœceſeſq́. prædictas eiſdem ſcientia & conſilio, & poteſtatis plenitudine, & authoritate Apoſtolica & tenore, & pro cuiuſcumq́. ipſarum Metropolitanis prouincijs eſſe ſtatuimus, ipſaſq́. ſic erectas Cathedrales Eccleſias, eoſq́. qui in tempore fuerunt, Cameraci, Mechliniæ, & Traiecti Archiepiſcopi, qui Suffraganei, vt membra capiti, ſic eiſdem Archiepiſcopis

A *piſcopis Metropolico iure ſubiectæ ſint, & Cameracenſis, & Traiectenſis Prouinciarum Cleros & populos vniuerſos, pro ſuis cuiuſq; Eccleſiarum Prouincialibus, quorum ſingulorũ cauſæ ad ſuum cuiuſq; eorum Archiepiſcopum ſecũdum ſacros canones deferantur, perpetuo ſimiliter concedimus & aſsignamus: & quod ad Archiepiſcopalia Metropolica & Prouincialia iura pertinet, Ciuitatis & Diœceſis Cleros ſæpius commemoratos, eiſdem præſentibus, qui pro tempore fuerint, ſubijcimus, ſicut eaſdem Ciuitates, Diœceſes, clericos & populos, quoad ordinariã Epiſcopalem Iuriſdictionẽ & poteſtatem attinet, ſuis quoq; ipſorũ qui pro tempore, fuerint, Epiſcopis ſubiectos eſſe decernimus.*

B *Archiepiſcopali vero Mechlinienſi quinq; millium, & cuilibet ex Epiſcopalibus menſis huiuſmodi 3. millium Ducatorũ auri de camera annuos reditus, ex certis decimis & bonis ac fructibus, redditibus & prouentibus Eccleſiaſticis per dictum nuncium ſpecificandis & repartiendis, ex nunc pro vt ex tunc, & è contra poſtquam ſpecificati & repartiti fuerint, ac interim donec ſpecificatio & repartitio huiuſmodi factæ & effectum ſortitæ ſint, & non vltra: Mechlinienſi trium millium, ac cuilibet ex Epiſcopalibus menſis prædictis mille & quingentorum Ducatorũ ſimilium annuos reditus, per ipſum Philippũ Regem,* C *ex reditibus & prouentibus quos ex ipſa regione accipit aſsignãdos; & Archiepiſcopo Mechliniẽſi ac ſingulis Epiſcopis pro tẽpore exiſtẽtibus, ſingulis ãnis quoſq; ſpecificatio & repartitio prædictæ, ac pro ea tantũ parte, quæ plenarium ſuum effectũ minus ſortitæ fuerint, & nõ vltra integrè & proportionalitèr perſoluendos, pro earum dote de pari conſilio eadem auctoritate etiam perpetuo applicamus & approbamus.*

Eidem autem Philippo Regi, eiuſq; ſucceſſoribus, qui pro tempore eiuſdem regionis in temporalibus Dominus extiterit, ius nominandi perſonas idoneas in Theologia Magiſtros aut in Decretis Doctores ſeu Licentiatos, nobilium Vniuerſitatum more, diligenti examine præce- D *dẽte promotos. Ad Mechliniẽſem, Antuerpien Traiecten. Atrebaten. Tornacenſem, Harlemenſem, Ruremunden. Namurcen Gãdauenſem ac Brugenſem, Dauentrien. Buſcoducenſem, Leovvardiẽſem, Gruningẽſem, Middelburgen. Eccleſias prædictas, tam hac prima vice, quam quotieſcũq; illas pro tempore fuerit per nos, & eundem Regem in Archiepiſcopos & Epiſcopos earum ad nominationem eiuſmodi conſtituendos, de eodem conſilio, ſcientia & auctoritate præmiſsis in perpetuum reſeruamus atque concedimus, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam auctoritate ſcientèr vel ignorantèr contigerit*

Digitized by Google

attentari decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac prædictarum & quarumuis aliarum Eccleſiarum, nec non Monaſteriorum & ordinum huiuſmodi, etiam iuramento & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; & literis Apoſtolicis, Eccleſiis, Monaſterijs, ordinibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Capitulis & alijs præfatis, ac quibuſuis alijs, ſub quibuſcumq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis irritantibus, & alijs decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac conſiſtorialiter conceſſis, & etiam iteratis vicibus confirmatis & innouatis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; ſolis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio haberetur, aut aliqua alia exquiſita forma ad hæc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, illaq; aduerſus præmiſſa ſuffragari nullo modo poſſe ſeu debere decernimus. Cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrorum exemptionum, ſegregationis, diuiſionis, ſeparationis, liberationis, erectionum, inſtitutionum, conceſſionum, aſſignationum, attributionis, ſtatuti, ſubiectionis, decretorum, applicationis, appropriationis, reſeruationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrũ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, quarto idus Maij, Pontificatus noſtri anno quarto, ſubſcriptum ſub plica Fran. Aragonia, & ſignatum ſuper plicam F. de Lyon, in dorſo autem ſic annotatum R^ta. apud Fran. Aragonia.

Menſe Mayo Rex Galliæ Duce Guiſio Theoniſuillam oppidulum munitiſſimum multo ſuorum ſanguine expugnat.

Alius vero gallorum exercitus ad Grauelingam à Philippicis partim deletur, partim capitur paulo poſt Dinckerka vi expugnatur, & Gallorum ad tria millia cæduntur, cuius victoriæ Egmondanus Comes vir ſtrenuus, & bellicæ rei peritiſſimus, auctor fuiſſe narratur.

CAPVT.

A

Iterum Comitia celebrat : Pax Cambreſiana : Couinium & Bullonium redduntur Epiſcopo.

CAPVT III.

IVnij 27. Comitijs Patriæ rurſus Leodij habitis, contributiones Imperiales repetitæ, ne ditio cum dedecore circulo Weſtphalico eradatur, & ab Imperij protectione excludatur. Hic Clerum ſecundarium rurſus accuſare, contra Clerum obligari ſe negare: ad extremum diſſidentibus ſententijs, monitus iterum Clerus, niſi officium faciat, rem ad Cæſaream Maieſtatem deferendam. De Dionanto quoque & alijs locis per Gallos deformatis, repetita præcedētium conuentuum prouiſio, reliquum eſſe, vt Præſul eam auctoritate principali executioni demandet. *Comitia & de quibus in eis deliberatum.*

B

Actum denique & decretum, vt ad aliqualem compenſationem, Sambrani aliquantiſper à communibus vectigalibus ſupportentur, propter frequentes excurſiones à vicinis Gallis perpeſſas, illorum vero onus in alia quatuor patriæ mēbra reijciantur; ac in eum finem deputati viſitatores, qui propius de miſerijs & calamitatibus illorū cognoſcant, & ordinibus referant.

Hoc tempore, peſte affligitur Leodium, eaque graſſante ſeptima

C

Iulij edicto publico, certis pœnis pecuniarijs & arbitrarijs indictis, prohibetur infectis omnis cum ſanis & bene valentibus conuerſatio.

Viceſima prima Septembris Carolus Cæſar, cum iam aliquot dies Febri tertiana laboraſſet, Crucifixi Seruatoris noſtri imaginem per multos dies complexus, præſente Archiepiſcopo Toletano, munitus Eccleſiæ Sacramentis, multis precibus & fuſis lachrymis, apud ſanctum Iuſtum expirauit, & ſepultus Granatæ, annos natus 58. menſes 6. dies 27. imperauit annos 40. regnauit annos 43. cuius funus etiam Bruxellæ à Philippo celebratum fuit. *Succeßio Imperatorum.*

EIVS SEPVLTVRÆ CAPILVPVS HOC APPENDIT EPITAPHIVM.

D

Carolus hic ſitus eſt, magnos qui ſæpè coëgit
Europæ Reges ſubdere colla iugo,
Qui Lybiam domuit, Thracaſq. fugauit & armis
Et iunxit regnis, Indica regna ſuis,
Qui mox ſe inuictum vicit, ſe fortior ipſo
Cum ſceptrum ſpreuit; quidquid & orbis habet,
Pulchrius Imperij ſeſe ſpoliaſſe corona,
Quam Reges forti tot domuiſſe manu.

SIC QVOQVE DE CAROLO CECINIT LINDEBERGIVS. A

Maior ab Auguſto non vixit tempore Cæſar,
Cûi tam conſtanter ſors magis æqua fuit.
Qui debellauit plures fœlicius hoſtes,
Victor & ex victis plura trophæa tulit.
Qui plures, ſed ſi eſt tamen vni, hæc ſufficit vna,
Non habuit nec habet, Carolus orbe parem.

IN EANDEM REM BOYSSARDVS. B

Carole te pullo vt vidit fortuna pheretro
Tectum, oculos lachrymis, ſoluit & ingemuit.
Indignum facinus mirentur ſæcula, dixit
Quis fugiet Parcis ſtamina fuſa tribus.
Magnanimum durâ qui cinxit caſside frontem,
Rupit & hoſtiles qui ferus enſe globos.
Sub quo magna olim tremuerunt regna duceſq;,
Teutonicas hodie qui moderantur opes.
Albis & immenſi norunt vada cærula Rheni C
Latus & Euxinas qui petit Iſter aquas,
Et Ligeris Rhodanuſq; potens, Arariſq; fluenta,
Et Padus, & cultam regna per Oenotriam.
Quem Mauri, Monadumq; cohors, quem Punicus hoſtis,
Quem nec lunati ſuſtinuere Getæ.
Exanimis tumulo mandatur Carolus, heu heu,
Non parcit generi mors fera, nec titulis.

Maria Angliæ Regina Catholica, Philippi Regis Catholici coniux, magnis decorata virtutibus fœmina, ex animi doloribus, accedente D aqua intercute, ex qua initio, cum tumentem aluum geſtaret, prægnantemque ſe exiſtimans, & ob id nulla remedia adhibens, aliaque victus ratione quam oportuit vtens, in febriculam incidit, qua ſenſim creſcente, hoc anno 17. Kalen. Decemb. abſumpta eſt. Quo eodem die ſub tertiā noctis horam, cum illa mane obijſſet, è vita demigrauit Illuſtriſſ. Reginaldus Polus Cardinalis, ex quartana febre: non amplius quā ſedecim horarū inter vtriuſq; mortem ſpacium fuit; vt quorum vita affectu, pietate, religione, & fortunæ ſimilitudine coniunctiſſima fuerat, etiam in morte coniungerentur. Mox magna rurſus in Anglia, cùm publicarum, tum priuatarum rerum perturbatio,

Digitized by Google

tio, religioniſque ſubuerſio ſecuta: Succeſſit enim Regina Eliſabetha A Henrici ex Anna Bolenia filia, quæ Caluiniſmo & Zuingliani ſmo aditum, à pia heroina obſtructum dedit, & patefecit.

Decimo quarto Kalen. Sept. Maria Hungariæ Regina, Ludouici vidua, poſt Carolum fratrem germanũ, mortem obijt, & illi Bruxellæ parentatum 15. Kalen. Feb.

Hoc tempore Præſul edictis, furcam militibus & validis mẽdicantibus & vagabundis, comminatur, mandatque vt intra 24. horarum ſpatium patriæ limites excedant, permiſſa alioquin in eos manus iudiciariæ iniectione, forma proceſſus iudiciarij prius præfinitâ.

Sexto Non. Martij anno 1559. Ruardus Taperus Euchuſianus, magnum Vniuerſitatis Louanienſis decus & ornamentum, moritur. 1559.
B Hic duobus eruditiſſimis voluminibus articulos Louanienſes contra Lutherum, rogante Carolo quinto, editos ſolide explicauit, aliaque conſcripſit, & inter cætera volumen de prouidentia Dei & prædeſtinatione, quod manu ipſius ſcriptum in maiori collegio Thelogorum Louanij aſſeruatur, ſed quod dolendum eſt, propter characterum ruditatem & literarum Compendia à nemine hactenus legi potuit. Supremæ ſuæ voluntatis hæredes conſtituit paupere es; executores Iodocum Tiletanum S. T. Doctorem M. N. Louanienſem, virum pietate eruditioneque præſtantem ac eximium, preceptorem meum; & ampliſſimum D. Viglium Zuichemium Belgiæ Præſidem. Ruardi erga pauperes benignitatem quidam carmine chronographico ſic expreſſit.
C

Ad ſVperos abIens MaVortIs LVCe ſeCVnda
VLtro paVperIbVs ſVa dat bona CVnCta RVardVs.

Tertio nonas Aprilis, inter Reges potentiſſimos Gallum & Hiſpanum, pax diu expectata firmata eſt. Eam Cameracenſem vocant. *Pax Cameracenſis.*

Mox ea Bruxellis primum, deinde per omnes Belgij prouincias, magno omnium populorum bellis iampridem afflictorum applauſu promulgatur.

Promulgatur & Leodij Aprilis 8. & quidẽ eo maiori lætitia, quod per eam (vti etiam par erat) nullo patriæ ſumptu Couinium & Bullonium cum omnibus quæ Gallus vſurpaſſe potuit, Epiſcopo & Eccleſiæ Leodienſi reddantur, & Franci qui longè lateque patriam depopulabantur, Finibus patriç excedere iubeantur. Mandato Præſulis ſacrificia & publicæ preces in gratiarum actionem inſtituuntur, Campanæ per Eccleſiis paſſim pulſantur; tormenta in mœnibus magno ſtrepitu, letitiæ teſtandæ cauſa, diſploduntur.
D

Cum nuper Rex Philippus articulum pacis Cameracenſis, Leodienſem patriam concernentem, miſiſſet; Præſul May vigeſima ſecunda, in publico Ordinum conuentu, illum hiſce verbis gallicis ſcriptum legi curat.

Ainſi

Digitized by Google

Ainſi ſe rendra la Ville de Couin à Monſieur de Liege & dependans auec Fraiſne, & generallement ce que preſentement s'occupe par ledit S. Roy Treſchreſtien, ou gens tenans ſon party, de ce que deuant le commencement de ceſte guerre preſente poſſedoit l'Eueſque, Chapitre & Pays de Liege, & ſpecialement le Chaſteau de Bouillon, ſans rien en reſeruer plainement & de bonne foy, en l'eſtat qu'elle ſe treuue dedans au temps de l'occupation derniere, ſans preiudice du droict que le S. de Sedain & ceux de la Marche y peuuent pretendre, ains leur ſoit reſerué & à ceux de Liege leur exceptiõ, & pour vuider leur different, ſoy choyſiront deux arbitres à denommer dedãs deux mois, pour ſe trouuer en la Ville de Cambray le premier de Septembre, où ſommairement, & de plain, il vuideront leſdicts differens; & pource que Madame la Conteſſe de Bome y pretend auſſi quelque action, les meſmes arbitres auront pour vuider ledict different. A B

Iuxta hunc articulum pacis, actum in eo conuentu de arbitris ex parte Principis & Capituli nominandis, & documentis ac auctoritatis literis in eam rem perquirendis, de mittendis quoque qui oppida & loca alia à Gallis occupata, nouum quoque fidelitatis iuramentũ à ſubditis nomine Principis & patriæ recipiant. Deliberatione ſuper his habita, viſum fuit rogare D. Sedenium, vt quandoquidem perſonam actoris in hac cauſa ſuſtineat, ipſe arbitros primo nominet; mitti & amandari Dominos Winandum de Wyngarde, & Mercurium Ialion Canonicos Leodienſes, qui cum Gallis agant, & iuramenta à ſubditis repetant, eaque renouent. C

Solent Leodij quotannis vernales & autumnales nundinæ (forum liberum vocant) multis priuilegijs & immunitatibus dotatæ proclamari, quibus magno Ciuitatis & Patriæ commodo, omnes circumquaque mercatores liberè, nullo tributo ſoluto, merces cuiuſcumque generis Leodium conuehunt, & eas per tres vel plures (vti Præſuli placet) hebdomadas, certis deſignatis plateis, venum exponunt; quo tempore & ipſi ciues, non in officinis domeſticis, ſed itidem in plateis deſignatis, ſuas quoque tenentur exponere: verum ſubrepẽtibus abuſibus, ciues prærogatiuis fori ſpretis, merces ſuas apertis oſtijs & feneſtris, domi vendere cœperunt, cuius impatiens Præſul, edicto Aprilis 13. lato, indicit mulctam vnius poſtulati Hornenſis, toties quoties ciues hoc mandato minus paruerint, & merces ſuas alibi quã deſignatis ad forum plateis, quocumque quæſito colore, venales expoſuerint. D

Quarto idus May Paulus 4. Diploma erectionis nouorum Epiſcopatuum euulgat.

Vigeſima ſecunda Iunij, nuptiæ Philippi Regis & Eliſabethæ Henrici ſecundi Galliarum Regis filiæ, magnifico apparatu Pariſijs per

Albanum

Digitized by Google

Albanum pronubum celebrãtur. Fiebant inter alios ludos equeſtria
A certamina, in quibus haſta in Regis pectore frangitur, eiuſque fragmentũ per galeam adactũ in cranium vſque altè defigitur ex quo vulnere (quæ humanæ ſortis inconſtantia eſt) Rex ætate, opibus, gloria florentiſſimus moritur, regni ſui 13. anno, relictis ex Catharina de Medicis ſua coniuge quinq; filijs, Franciſco, Ludouico, Carolo, Edoardo, & Hercule, qui omnes ſine prole obierunt. De Henrici morte ita Bellayus.

Optatam Henricus pacem conceſſerat orbi,
Ceſſerat ac toto martius orbe furor.
B *Indoluit Mauors belli indignatus alumnum,*
Ad placidæ mentem vertere pacis opus.
Ergo illum, fictis ludentem prælia bellis
Euolat emiſſo dum violentus equo,
Perculit imbelli confractæ cuſpidis ictu,
Ludentiq; ferus ſeria damna tulit.
I nunc & Marti Princeps confide cruento,
In media quem ſic ludere pace iuuat.

Succedit mortuo Henrico Franciſcus ſecundus filius natu maximus, Rhemis 15. calendas Octobris Regno inauguratus & ſacratus,
C annum ætatis agens circiter decimum quintum.

Erectione nouorum Epiſcopatuum, ſicut vt dictum, conceptâ, Paulus 4. decima Iulij Saluatori Epiſcopo Cluſino, ſuo ad Regem Hiſpaniarum per Belgium nũcio, ſcribit; vt quoſdam, de quorum probitate & experientia poſſet confidere, ad eam executioni mandandam nominet. Is Antonium Perenottum Epiſcopum Atrebatenſem Conſiliarium rerum ſtatus, Doctorem Viglium Præſidem arcani conſilij, Doctorem Philippum Nigri Cãcellarium aurei velleris, Franciſcum Sonnium, & Petrum Curtium Paſtorem ad Diui Petri Louanienſis, ambos in Theologia Magiſtros noſtros, & nonnullos alios deſignat, quorum cõſilio primi ad hos Epiſcopatus à Philippo Rege nominati *Nominantur primi Epiſcopi nouorum Epiſcopatuum.*
D fuere; ad Metropolitanam quidem Mechlinienſem Antonius Perenottus Granuellanus Epiſcopus Atrebatenſis natione Burgũndus, cum titulo primatis Belgicæ Prouinciæ; Antuerpienſem Philippus Nigri Archidiaconus Morinenſis: Ad Gandauenſem Cornelius Ianſenius Hulſius: Ad Brugenſem Petrus Curtius ad ſancti Petri Louanij Paſtor: Ad Ipreſem Martinus Rithouius: Ad Buſcoduceñ. Franciſcus Sonnius Brabãtus: Ad Ruremundenſem Wilhelmus Damaſus Lindanus Dordracenus, omnes S.T. Doctores Louanij promoti: Archiepiſcopatui Cameracẽſi præerat Maximilianus à Bergis; ad Audomarceñ. porro deſignatus eſt Guilhelmus à Pictauia Archidiaconus Cãpiniæ in Eccleſia Leodienſi: ad Namurceñ. F. Antonius Hauetius

Digitized by Google

ordinis S. Dominici. Antiqua ſedes Tornacenſis ſuum habebat Epiſcopum Carolum à Croy. In Epiſcopatu vero antiquo Atrebatenſi A
Granuellano ſucceſſit Franciſcus Richardottus Sacræ Theologiæ
profeſſor Burgundus, Epiſcopus Neapolitanus Suffraganeus. Sed
& Archiepiſcopatus Vltraiectenſis ſuum habebat Epiſcopum Fredericum Schenkium à Tontenberch. Denique ad Harlemenſem Eccleſiam deſtinatus eſt Nicolaus de Noua terra Suffraganeus Epiſcopi
Vltraiectenſis: Ad Dauentrienſem frater Ægidius de monte Belga
ordinis S. Franciſci regularis obſeruantiæ: Ad Leowardienſem Cunerus Petri Zelandus Theologus Louanienſis: Ad Groeningenſem
frater Ioannes Canſius Minorita: denique ad Middelburgenſem Nicolaus de Caſtro Canonicus Vltraiectenſis. B

Succeſſio Pontificum. Decima octaua Auguſti obit Romæ Paulus 4. Pontifex, à teneris annis pietatem ſectatus, anno Pontificatus ſui 5. vixit annos 83. mēſem 1. dies 20. vacat Sedes menſes quatuor. dies 7. Succedit illi Pius quartus Mediolanenſis Bernardini filius, Ioannes Angelus Medices vocatus 7. Kalen. Ian. qui idibus eiuſdem menſis Pontifex maximus coronatur.

Initium bellorum aliorumq; malorum per Belgium: Magdeburgenſes ſuas edunt centurias: Res memoratu digna ad reliquias S. Huberti in Ardenna. C

CAPVT IIII.

VIgeſima Auguſti Rex Philippus Hiſpanias repetiturus Ordines Gandaui conuocat, quibus inter alia negotium fidei & Religionis Catholicæ proceribus Prouinciarum, & imprimis Principi Auriaco & Comiti Egmondano commendat. Hi fide & repromiſſione Regi ſe obſtringunt, qua fidelitate ipſo præſente publicam rem geſſerant, eodem abſente operam nauaturos, dummodo dimiſſis Hiſpanis Vrbes & Caſtella nobilibus patriæ concredat. Ea res licet non parum Regi ſuſpecta eſſet, tamen conſideratis rebus ab ipſis D
tum domi, tum foris præclarè geſtis, facile adductus eſt, vt deſiderijs
Origo belli Belgici. ipſorum acquieſceret. Ac hinc quidem initium bellorum aliorumque malorum ad hæc vſque tempora per Belgium. Itaque Rex Statu Belgij compoſito, Margaretam Auſtriacam Parmæ & Placentiæ Principem cum ſummo imperio Belgicæ adminiſtrationi præficit: Bonam & commodam tempeſtatem nactus à Vliſinga ſoluit, vnoque benigno & perpetuo flante Aquilone, paucis diebus Laretum Cantabrorū municipium octaua Septembris appulit.

Septembris nona, Præſul lanionum monopolijs damnatis; edicit, vt laniones omnes, nullo temporis perſonarumue diſcrimine, cuiuſ-

uis

Digitized by Google

uis generis carnes publicè venum exponant, comminatus alioqui
A cuilibet Ciui id facere liberum fore.

Cùm iteratò querelæ ad Præſulis aures deferrentur de multitudine otioſorum & vagabundorum ac validorum mendicantium, Decembris 24. edictum renouat, ante à Georgio Auſtriaco anteceſſore latum.

Anno 1560. menſe Ianuario, Moſa alueum prætergreſſus, non ciuibus modo, ſed & agricolis immenſa damna intulit, ædes & molendina ſubruit. Sequuta deinde ferè toto anno pluuia, quæ fruges, & omnis generis legumina infecit ac corrupit. 1560.

Maij vigeſima quinta, tribus ciuibus Leodienſibus Bonauenturæ
B librario & bibliopolæ, Euerardo & Ioanni cum vxoribus & prole, palam ſe confeſſionis Auguſtanæ profitentibus, iuxta conſtitutiones Imperij anni 1555. promulgatas, mandatum fuit Patriam Leodienſem intra menſem egredi, facta interim, ſi volent, de ſuis rebus libera diſpoſitione.

Iunij octaua, Ius Bānalitatis (vti vocant) Molendino Eccleſiæ Leodienſi in foro Ciuitatis ſito competens, edicto reuouat.

Franciſcus eius nominis ſecundus Galliæ Rex, apud Remos decimo quinto Kalend. Octobris inauguratus, cum multo comitatu Ambeſias proficiſcitur, vbi ſeditioſi quidam concitato tumultu, Regem ipſum Regnumque in ſummum fere diſcrimen adduxêre, ſed proditâ ſeditione in auctores animaduerſum, & de ijs grauiſſimum ſump-
C tum eſt ſupplicium. Mox Condæus Nauarræ Regis frater in conſpirationis ſuſpicionem vocatus, datur Aurelijs in cuſtodiam, & cauſa eius tractatur & examinatur; Quæ res bello ciuili atque inteſtino inter Guiſianos & Cōdæanos initium fecit, quod pluribus annis Galliam afflixit. *Origo belli inter Guiſianos & Cōdæanos.*

Eodem tempore in Gallia, Hæretici qui ſe reformatæ religionis iactabant, eoque nomine gloriabantur, nominari cœpernut *Hugonoti*, vnde autem hoc verbum *Huguenotz*, opinionibus variatum, quidam à Rege *Hugon*, larua ſeu lemure, qui noctu incolas Turonenſes vexare dicitur, quique apud eos, *Roy Hugon* nominatur: alij nomen deducunt
D à nobili iuuene quodam Germano, religionis & factionis nouæ, qui captus & exhibitus Cardinali Lotharingo, quique tunc temporis Regi aderat, interrogatus ſuper coniuratione, & qua ratione Germani in Galliam veniſſent, latinis verbis ita orſus eſt. *Huc nos, Sereniſſime Princeps aduenimus, &c.* inde quidam *Huguenotz* coniurationis ſeu conſpirationis ſocios, nomen accepiſſe exiſtimant, alij à *Ioanne Huſſ* hæreſiarcha, damnato in Concilio Conſtātienſi, vti huius hæreſis fundatore; Sed & alij hoc nomen *Huguenotz*, petitū & deriuatū dicūt ab Heluetijs, apud quos *hens guenaux* ſignificat gentes & homines ſeditioſos. *Hugonotti vnde ſic dicti.*

Magdeburgenſes Duce Mathia Flacco Illyrico ſuas centurias impie ac mendaciter conſcriptas non alio fini quam ad ſummos Pontifices in inuidiam vocandos, diuulgant.

Digitized by Google

Succeſſio Regn. Franciæ. Franciſcus Rex, nonis Decembris ex Apoſtemate cerebri orto, annos natus ſeptemdecim obijt; ſucceſſorem habuit Carolum fratrem, vndecim annorum magnæ ſpei puerum, qui Remis coronatur 18. Maij. A

1561. Anno 1561. in Gallia nominati Octumuiri, quorum conſilio Regis pueritia regeretur, poſtea ſeptem alij additi, Reginâ Principem in hoc ſenatu locum tutorio nomine tenente.

Edictum Ianuarienſe. Decima ſeptima Ianuarij, edicto publico permiſſum fuit nouatoribus per Galliam, ſuæ religionis negotia extra Vrbium mœnia exercere, donec aliter à Rege decerneretur, ſeu vſque ad Concilij Tridētini definitionem. Hoc edictum Ianuarienſe poſtea dictum eſt.

Quidam Leodienſes petentes confeſſionē Auguſtanam intimidantur. Neque deerant Leodij qui ad ſimilem religionis libertatem aſpirātes, cum in publico Ciuitatis Concilio, tum in ſingulis opificum collegijs confeſſionem Auguſtanam ab Imperio (vt dicebant) probatam, ſibi concedi poſtularent. Quibus inter alios in primario & frequentiſſimo Aurifabrorum collegio Gerardus Flerontinus Curiæ Epiſcopalis Leodienſis Aduocatus non incelebris, & Petrus Bex poſtea Ciuitatis Conſul, fortiter ſeſe oppoſuerunt, rogantes vt ſi qui eſſent quibus hæreſes placerent, ipſi ſe ſubſcriberēt: Quibus auditis metus & huic & alijs miniſteriorum collegijs iniectus fuit. B

Gratia cultoribus vinearū facta. Vltima Ianuarij cùm iam tribus ferè continuis annis vineæ adeò ſteriles fuiſſent, vt vix poſſent earum cultores ſuas Dominis penſiones præſtare; Præſul habito cum Capitulo & Scabinis ſuis conſilio, bonam penſionum partem gratioſè remittit, & vt iuxta gratiam & remiſſionem à ſe factam per Patriæ tribunalia iudicetur mandat. C

Sed & his diebus res memoratu digna ad D. Huberti Leodienſium tutelaris reliquias in Ardēna accidit, quam Bartholomeus Honorius Leodius, illius temporis Poëta ſatis celebris, his verſibus euulgauit.

Scis quid Caluinus Sanctorum fecerit oſor,
A cane cum rabido filius ictus erat?
Tentauit medicis illum ſanare venenis,
Quæ pedemontanus iuſſit Alexis emi.
Sed Deus hunc non eſt medicina paſſus abuti, D
Ne quis ob hoc Diuos temneret Hæreticus.
Namq; opus inualidum Caluini reddidit, vt ſe
Per Sanctos cuiuis ferre probaret opem.
Ille itaq; incaſſum ſudans, eſt nocte coactus
Pignus in Ardennam mittere languidulum.
Immortalis vbi numen ſe pandit Huberti,
Talia qui Chriſti vulnera curat ope.
Venit eo proles ſcelerati manca parentis,
Et ſupplex aras procidit ante ſacras.

Quodq;

Digitized by Google

A *Quodq́; precabatur ſuperos, erat, vt ſibi vellent*
E membris morbum pellere tabificum.
Neue ſibi obijcerent male ſani dogmata patris,
Quæ modo per mundi climata nota forent.
Nam ſe cum ſolido non conſentire parente,
Velle ſed in veteri relligione mori.
Hæc vbi fatus erat, ſacra cum veſte ſacerdos
Prodijt, illius vulnera dira fouens.
Nec multos manſiſſe dies narratur ibidem
B *Quin fuerit dono ſanus Huberte tuo.*
Sparſerat interea Caluinus in Vrbe Geneua
Saxonicas natum nuper adiſſe plagas.
Ille quidem dignus non qui luat à cane tali
Vindictam, ſed quem Cerberus ipſe voret.

Libelli ſparguntur & euulgantur contra nouos Epiſcopatus. Robertus Præſul à vento læditur: Comes Maiganus Auſtriaci Præſulis hæres, cum Patria tranſigit.

C

CAPVT V.

His temporibus multa ſcripta aduerſus erectionem nouorum Epiſcopatuum Leodij diuulgata, quibus etiam Epiſcopi Leodienſes, & Capitulum, quod ferè tunc Canonicis Brabantis & extraneis conſtabat, non parum percellebantur.

Sed neq; omnibus Brabãtis placebat hæc noua & properata erectio, plures ſiquidem præſertim nouis dogmatibus infecti, verebantur, D ne hoc velo Philippus Rex Hiſpanicam, vti appellabant, inquiſitionem in Belgium inueheret. Aliqui etiam primorum nobilium, inter quos erat Comes de Horn Admiraldus tunc Belgij, Regi ſcribere auſi ſunt; Status Brabantiæ nullo modo paſſuros, vt Abbatiæ eiuſmodi Epiſcopatibus vniantur: alij ipſum Regem adierunt querentes, ac dicentes præſtita ab eo in inauguratione iuramenta per huiuſmodi incorporationes violari; ſed ſurdo oẽs cecinerunt. Vnde ſuſpiciones murmurationeſq́ue paſſim augebantur, & mira de nouis Epiſcopis vulgus cõminiſcebatur. Verum cum hæc non ſolũ à laicis proceribus dicerentur, verũ etiã à nõnullis viris Eccleſiaſticis, etiam Religioſis & Prælatis, ijs potiſſimũ, quorũ Abbatiæ erãt incorporatæ,

Multi nouis Epiſcopatibus fruſtra ſe opponunt.

Fuit

attentari decernimus. Nonobſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac prædictarum & quarumuis aliarum Eccleſiarum, nec non Monaſteriorum & ordinum huiuſmodi, etiam iuramento & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; & literis Apoſtolicis, Eccleſiis, Monaſterijs, ordinibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Capitulis & alijs præfatis, ac quibuſuis alijs, ſub quibuſcumq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis irritantibus, & alijs decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac conſiſtorialiter conceſſis, & etiam iteratis vicibus confirmatis & innouatis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; ſolis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio haberetur, aut aliqua alia exquiſita forma ad hæc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, illaq; aduerſus præmiſſa ſuffragari nullo modo poſſe ſeu debere decernimus. Cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrorum exemptionum, ſegregationis, diuiſionis, ſeparationis, liberationis, erectionum, inſtitutionum, conceſſionum, aſſignationum, attributionis, ſtatuti, ſubiectionis, decretorum, applicationis, appropriationis, reſeruationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrũ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, quarto idus Maij, Pontificatus noſtri anno quarto, ſubſcriptum ſub plica Fran. Aragonia, & ſignatum ſuper plicam F. de Lyon, in dorſo autem ſic annotatum R[ta] apud Fran. Aragonia.

A B C D

Menſe Mayo Rex Galliæ Duce Guiſio Theoniſuillam oppidulum munitiſſimum multo ſuorum ſanguine expugnat.

Alius vero gallorum exercitus ad Grauelingam à Philippicis partim deletur, partim capitur paulo poſt Dinckerka vi expugnatur, & Gallorum ad tria millia cæduntur, cuius victoriæ Egmondanus Comes vir ſtrenuus, & bellicæ rei peritiſſimus, auctor fuiſſe narratur.

CAPVT.

Digitized by Google

A

Iterum Comitia celebrat : Pax Cambreſiana : Couinium & Bullonium redduntur Epiſcopo.

CAPVT III.

IVnij 27. Comitijs Patriæ rurſus Leodij habitis, contributiones Imperiales repetitæ, ne ditio cum dedecore circulo Weſtphalico eradatur, & ab Imperij protectione excludatur. Hic Clerum ſecundarium rurſus accuſare, contra Clerum obligari ſe negare: ad extremum diſſidentibus ſententijs, monitus iterum Clerus, niſi officium faciat, rem ad Cæſaream Maieſtatem deferendam. De Dionanto quoque & alijs locis per Gallos deformatis, repetita præcedẽtium conuentuum prouiſio, reliquum eſſe, vt Præſul eam auctoritate principali executioni demandet. *Comitia & de quibus in eis deliberatum.* B

Actum denique & decretum, vt ad aliqualem compenſationem, Sambrani aliquantiſper à communibus vectigalibus ſupportentur, propter frequentes excurſiones à vicinis Gallis perpeſſas, illorum vero onus in alia quatuor patriæ mẽbra reijciantur; ac in eum finem deputati viſitatores, qui propius de miſerijs & calamitatibus illorũ cognoſcant, & ordinibus referant.

Hoc tempore, peſte affligitur Leodium, eaque graſſante ſeptima Iulij edicto publico, certis pœnis pecuniarijs & arbitrarijs indictis, prohibetur infectis omnis cum ſanis & bene valentibus conuerſatio. C

Viceſima prima Septembris Carolus Cæſar, cum iam aliquot dies Febri tertiana laboraſſet, Crucifixi Seruatoris noſtri imaginem per multos dies complexus, præſente Archiepiſcopo Toletano, munitus Eccleſiæ Sacramentis, multis precibus & fuſis lachrymis, apud ſanctum Iuſtum expirauit, & ſepultus Granatæ, annos natus 58. menſes 6. dies 27. imperauit annos 40. regnauit annos 43. cuius funus etiam Bruxellæ à Philippo celebratum fuit. *Succeſſio Imperatorum.*

EIVS SEPVLTVRÆ CAPILVPVS HOC APPENDIT EPITAPHIVM.

D *Carolus hic ſitus eſt, magnos qui ſæpè coëgit*
Europæ Reges ſubdere colla iugo,
Qui Lybiam domuit, Thracaſq; fugauit & armis
Et iunxit regnis, Indica regna ſuis,
Qui mox ſe inuictum vicit, ſe fortior ipſo
Cum ſceptrum ſpreuit; quidquid & orbis habet,
Pulchrius Imperij ſeſe ſpoliaſſe corona,
Quam Reges forti tot domuiſſe manu.

 SIC

Digitized by Google

tio, religioniſque ſubuerſio ſecuta: Succeſſit enim Regina Eliſabetha
A Henrici ex Anna Bolenia filia, quæ Caluiniſmo & Zuinglianiſmo aditum, à pia heroina obſtructum dedit, & patefecit.

Decimo quarto Kalen. Sept. Maria Hungariæ Regina, Ludouici vidua, poſt Carolum fratrem germanũ, mortem obijt, & illi Bruxellæ parentatum 15. Kalen. Feb.

Hoc tempore Præſul edictis, furcam militibus & validis mēdicantibus & vagabundis, comminatur, mandatque vt intra 24. horarum ſpatium patriæ limites excedant, permiſſa alioquin in eos manus iudiciariæ iniectione, forma proceſſus iudiciarij prius præfinitâ.

Sexto Non. Martij anno 1559. Ruardus Taperus Euchuſianus, 1559.
B magnum Vniuerſitatis Louanienſis decus & ornamentum, moritur. Hic duobus eruditiſſimis voluminibus articulos Louanienſes contra Lutherum, rogante Carolo quinto, editos ſolide explicauit, aliaque conſcripſit, & inter cætera volumen de prouidentia Dei & prædeſtinatione, quod manu ipſius ſcriptum in maiori collegio Thelogorum Louanij aſſeruatur, ſed quod dolendum eſt, propter characterum ruditatem & literarum Compendia à nemine hactenus legi potuit. Supremæ ſuæ voluntatis hæredes conſtituit pauperes; executores Iodocum Tiletanum S. T. Doctorem M. N. Louanienſem, virum pietate eruditioneque præſtantem ac eximium, preceptorem meum; & ampliſſimum D. Viglium Zuichemium Belgiæ Præſidem. Ruardi erga pauperes benignitatem quidam carmine chronographico ſic ex-
C preſſit.

Ad ſVperos abIens MaVortIs LVCe ſeCVnda
VLtro paVperIbVs ſVa dat bona CVnCta RVardVs.

Tertio nonas Aprilis, inter Reges potentiſſimos Gallum & Hiſpanum, pax diu expectata firmata eſt. Eam Cameracenſem vocant. *Pax Cameracenſis.*

Mox ea Bruxellis primum, deinde per omnes Belgij prouincias, magno omnium populorum bellis iampridem afflictorum applauſu promulgatur.

Promulgatur & Leodij Aprilis 8. & quidē eo maiori lætitia, quod per eam (vti etiam par erat) nullo patriæ ſumptu Couinium & Bullonium cum omnibus quæ Gallus vſurpaſſe potuit, Epiſcopo & Eccle-
D ſiæ Leodienſi reddantur, & Franci qui longè lateque patriam depopulabantur, Finibus patriç excedere iubeantur. Mandato Præſulis ſacrificia & publicæ preces in gratiarum actionem inſtituuntur, Campanæ per Eccleſias paſſim pulſantur; tormenta in mœnibus magno ſtrepitu, letitiæ teſtandæ cauſa, diſploduntur.

Cum nuper Rex Philippus articulum pacis Cameracenſis, Leodienſem patriam concernentem, miſiſſet; Præſul May vigeſima ſecunda, in publico Ordinum conuentu, illum hiſce verbis gallicis ſcriptum legi curat.

Ainſi

Ainſi ſe rendra la Ville de Couin à Monſieur de Liege & dependans auec Fraiſne, & generallement ce que preſentement s'occupe par A
ledit S. Roy Treſchreſtien, ou gens tenans ſon party, de ce que deuant le commencement de ceſte guerre preſente poſſedoit l'Eueſque, Chapitre & Pays de Liege, & ſpecialement le Chaſteau de Bouillon, ſans rien en reſeruer plainement & de bonne foy, en l'eſtat qu'elle ſe treuue dedans au temps de l'occupation derniere, ſans preiudice du droict que le S. de Sedain & ceux de la Marche y peuuent pretendre, ains leur ſoit reſerué & à ceux de Liege leur exceptiõ, & pour vuider leur different, ſoy choyſiront deux arbitres à denommer dedãs deux mois,
pour ſe trouuer en la Ville de Cambray le premier de Septembre, où B
ſommairement, & de plain, il vuideront leſdicts differens; & pource que Madame la Conteſſe de Bome y pretend auſſi quelque action, les meſmes arbitres auront pour vuider ledict different.

Iuxta hunc articulum pacis, actum in eo conuentu de arbitris ex parte Principis & Capituli nominandis, & documentis ac auctoritatis literis in eam rem perquirendis, de mittendis quoque qui oppida & loca alia à Gallis occupata, nouum quoque fidelitatis iuramentũ à ſubditis nomine Principis & patriæ recipiant. Deliberatione ſuper his habita, viſum fuit rogare D. Sedenium, vt quandoquidem perſonam actoris in hac cauſa ſuſtineat, ipſe arbitros primo nominet; mitti & amandari Dominos Winandum de Wyngarde, & Mercurium C
Ialion Canonicos Leodienſes, qui cum Gallis agant, & iuramenta à ſubditis repetant, eaque renouent.

Solent Leodij quotannis vernales & autumnales nundinæ (forum liberum vocant) multis priuilegijs & immunitatibus dotatæ proclamari, quibus magno Ciuitatis & Patriæ commodo, omnes circumquaque mercatores liberè, nullo tributo ſoluto, merces cuiuſcumque generis Leodium conuehunt, & eas per tres vel plures (vti Præſuli placet) hebdomadas, certis deſignatis plateis, venum exponunt; quo tempore & ipſi ciues, non in officinis domeſticis, ſed itidem in plateis deſignatis, ſuas quoque tenentur exponere: verum ſubrepẽtibus D
abuſibus, ciues prærogatiuis fori ſpretis, merces ſuas apertis oſtijs & feneſtris, domi vendere cœperunt, cuius impatiens Præſul, edicto Aprilis 13. lato, indicit mulctam vnius poſtulati Hornenſis, toties quoties ciues hoc mandato minus paruerint, & merces ſuas alibi quã deſignatis ad forum plateis, quocumque quæſito colore, venales expoſuerint.

Quarto idus May Paulus 4. Diploma erectionis nouorum Epiſcopatuum euulgat.

Vigeſima ſecunda Iunij, nuptiæ Philippi Regis & Eliſabethæ Henrici ſecundi Galliarum Regis filiæ, magnifico apparatu Pariſijs per

Albanum

Digitized by Google

Albanum pronubum celebrâtur. Fiebant inter alios ludos equeſtria certamina, in quibus haſta in Regis pectore frangitur, eiuſque fragmentũ per galeam adactũ in cranium vſque altè defigitur ex quo vulnere (quæ humanæ ſortis inconſtantia eſt) Rex ætate, opibus, gloria florentiſſimus moritur, regni ſui 13. anno, relictis ex Catharina de Medicis ſua coniuge quinq; filijs, Franciſco, Ludouico, Carolo, Edoardo, & Hercule, qui omnes ſine prole obierunt. De Henrici morte ita Bellayus.

Optatam Henricus pacem conceſſerat orbi,
Ceſſerat ac toto martius orbe furor.
Indoluit Mauors belli indignatus alumnum,
Ad placidæ mentem vertere pacis opus.
Ergo illum, fictis ludentem prælia bellis
Euolat emiſſo dum violentus equo,
Perculit imbelli confractæ cuſpidis ictu,
Ludentiq; ferus ſeria damna tulit.
I nunc & Marti Princeps confide cruento,
In media quem ſic ludere pace iuuat.

Succedit mortuo Henrico Franciſcus ſecundus filius natu maximus, Rhemis 15. calendas Octobris Regno inauguratus & ſacratus, annum ætatis agens circiter decimum quintum.

Erectione nouorum Epiſcopatuum, ſicut vt dictum, conceptâ, Paulus 4. decima Iulij Saluatori Epiſcopo Cluſino, ſuo ad Regem Hiſpaniarum per Belgium nũcio, ſcribit; vt quoſdam, de quorum probitate & experientia poſſet confidere, ad eam executioni mandandam nominet. Is Antonium Perenottum Epiſcopum Atrebatenſem Conſiliarium rerum ſtatus, Doctorem Viglium Præſidem arcani conſilij, Doctorem Philippum Nigri Cãcellarium aurei velleris, Franciſcum Sonnium, & Petrum Curtium Paſtorem ad Diui Petri Louanienſis, ambos in Theologia Magiſtros noſtros, & nonnullos alios deſignat, quorum cõſilio primi ad hos Epiſcopatus à Philippo Rege nominati fuêre; ad Metropolitanam quidem Mechlinienſem Antonius Perenottus Granuellanus Epiſcopus Atrebatenſis natione Burgũdus, cum titulo primatis Belgicæ Prouinciæ; Antuerpienſem Philippus Nigri Archidiaconus Morinenſis: Ad Gandauenſem Cornelius Ianſenius Hulſius: Ad Brugenſem Petrus Curtius ad ſancti Petri Louanij Paſtor: Ad Iprenſem Martinus Rithouius: Ad Buſcoduceñ. Franciſcus Sonnius Brabãtus: Ad Ruremundenſem Wilhelmus Damaſus Lindanus Dordracenus, omnes S.T. Doctores Louanij promoti: Archiepiſcopatui Cameracẽſi præerat Maximilianus à Bergis; ad Audomareñ. porro deſignatus eſt Guilhelmus à Pictauia Archidiaconus Cãpiniæ in Eccleſia Leodienſi: ad Namurceñ. F. Antonius Hauetius

Nominantur primi Epiſcopi nouorum Epiſcopatuum.

ordinis S. Dominici. Antiqua ſedes Tornacenſis ſuum habebat Epiſcopum Carolum à Croy. In Epiſcopatu vero antiquo Atrebatenſi Granuellano ſucceſſit Franciſcus Richardottus Sacræ Theologiæ profeſſor Burgundus, Epiſcopus Neapolitanus Suffraganeus. Sed & Archiepiſcopatus Vltraiectenſis ſuum habebat Epiſcopum Fredericum Schenkium à Tontenberch. Denique ad Harlemenſem Eccleſiam deſtinatus eſt Nicolaus de Noua terra Suffraganeus Epiſcopi Vltraiectenſis: Ad Dauentrienſem frater Ægidius de monte Belga ordinis S. Franciſci regularis obſeruantiæ: Ad Leowardienſem Cunerus Petri Zelandus Theologus Louanienſis: Ad Groeningenſem frater Ioannes Canſius Minorita: denique ad Middelburgenſem Nicolaus de Caſtro Canonicus Vltraiectenſis.

Succeſſio Pontificum.

Decima octaua Auguſti obit Romæ Paulus 4. Pontifex, à teneris annis pietatem ſectatus, anno Pontificatus ſui 5. vixit annos 83. mẽſem 1. dies 20. vacat Sedes menſes quatuor, dies 7. Succedit illi Pius quartus Mediolanenſis Bernardini filius, Ioannes Angelus Medices vocatus 7. Kalen. Ian. qui idibus eiuſdem menſis Pontifex maximus coronatur.

Initium bellorum aliorumq́ malorum per Belgium: Magdeburgenſes ſuas edunt centurias: Res memoratu digna ad reliquias S. Huberti in Ardenna.

CAPVT IIII.

Vigeſima Auguſti Rex Philippus Hiſpanias repetiturus Ordines Gandaui conuocat, quibus inter alia negotium fidei & Religionis Catholicæ proceribus Prouinciarum, & imprimis Principi Auriaco & Comiti Egmondano commendat. Hi fide & repromiſſione Regi ſe obſtringunt, qua fidelitate ipſo præſente publicam rem geſſerant, eodem abſente operam nauaturos, dummodo dimiſſis Hiſpanis Vrbes & Caſtella nobilibus patriæ concedat. Ea res licet non parum Regi ſuſpecta eſſet, tamen conſideratis rebus ab ipſis tum domi, tum foris præclarè geſtis, facile adductus eſt, vt deſiderijs ipſorum acquieſceret. Ac hinc quidem initium bellorum aliorumque malorum ad hæc vſque tempora per Belgium. Itaque Rex Statu Belgij compoſito, Margaretam Auſtriacam Parmæ & Placentiæ Principem cum ſummo imperio Belgicæ adminiſtrationi præficit: Bonam & commodam tempeſtatem nactus à Vliſinga ſoluit, vnoque benigno & perpetuo flante Aquilone, paucis diebus Laretum Cantabrorũ municipium octaua Septembris appulit.

Origo belli Belgici.

Septembris nona, Præſul lanionum monopolijs damnatis; edicit, vt laniones omnes, nullo temporis perſonarumue diſcrimine, cuiuſ-

uis

Digitized by Google

uis generis carnes publicè venum exponant, comminatus alioqui
A cuilibet Ciui id facere liberum fore.

Cùm iteratò querelæ ad Præſulis aures deferrentur de multitudine otioſorum & vagabundorum ac validorum mendicantium, Decembris 24. edictum renouat, ante à Georgio Auſtriaco anteceſſore latum.

Anno 1560. menſe Ianuario, Moſa alueum prætergreſſus, non ciuibus modo, ſed & agricolis immenſa damna intulit, ædes & molendina ſubruit. Sequuta deinde ferè toto anno pluuia, quæ fruges, & omnis generis legumina infecit ac corrupit. 1560.

Maij vigeſima quinta, tribus ciuibus Leodienſibus Eonauenturæ
B librario & bibliopolæ, Euerardo & Ioanni cum vxoribus & prole, palam ſe confeſſionis Auguſtanæ profitentibus, iuxta conſtitutiones Imperij anni 1555. promulgatas, mandatum fuit Patriam Leodienſem intra menſem egredi, facta interim, ſi volent, de ſuis rebus libera diſpoſitione.

Iunij octaua, Ius Bānalitatis (vti vocant) Molendino Eccleſiæ Leodienſi in foro Ciuitatis ſito competens, edicto reuouat.

Franciſcus eius nominis ſecundus Galliæ Rex, apud Remos decimo quinto Kalend. Octobris inauguratus, cum multo comitatu Ambeſias proficiſcitur, vbi ſeditioſi quidam concitato tumultu, Regem ipſum Regnumque in ſummum fere diſcrimen adduxêre, ſed prodită ſeditione in auctores animaduerſum, & de ijs grauiſſimum ſump-
C tum eſt ſupplicium. Mox Condæus Nauarræ Regis frater in conſpirationis ſuſpicionem vocatus, datur Aurelijs in cuſtodiam, & cauſa eius tractatur & examinatur; Quæ res bello ciuili atque inteſtino inter Guiſianos & Cōdæanos initium fecit, quod pluribus annis Galliam afflixit. *Origo belli inter Guiſianos & Cōdæanos.*

Eodem tempore in Gallia, Hæretici qui ſe reformatæ religionis iactabant, eoque nomine gloriabantur, nominari cœpernut *Hugonoti*, vnde autem hoc verbum *Huguenotz*, opinionibus variatum, quidam à Rege *Hugon*, larua ſeu lemure, qui noctu incolas Turonenſes vexare dicitur, quique apud eos, *Roy Hugon* nominatur: alij nomen deducunt *Hugonotti vnde ſic dicti.*
D à nobili iuuene quodam Germano, religionis & factionis nouæ, qui captus & exhibitus Cardinali Lotharingo, quique tunc temporis Regi aderat, interrogatus ſuper coniuratione, & qua ratione Germani in Galliam veniſſent, latinis verbis ita orſus eſt. *Huc nos, Sereniſsime Princeps aduenimus, &c.* inde quidam *Huguenotz* coniurationis ſeu conſpirationis ſocios, nomen accepiſſe exiſtimant, alij à *Ioanne Huſſ* hæreſiarcha, damnato in Concilio Conſtātienſi, vti huius hæreſis fundatore; Sed & alij hoc nomen *Huguenotz*, petitū & deriuatū dicūt ab Heluetijs, apud quos *hens guenaux* ſignificat gentes & homines ſeditioſos.

Magdeburgenſes Duce Mathia Flacco Illyrico ſuas centurias impie ac mendaciter conſcriptas non alio fini quam ad ſummos Pontifices in inuidiam vocandos, diuulgant.

Digitized by Google

Succeſſio Regñ Franciæ. Franciſcus Rex, nonis Decembris ex Apoſtemate cerebri orto, annos natus ſeptemdecim obijt; ſucceſſorem habuit Carolum fratrem, vndecim annorum magnæ ſpei puerum, qui Remis coronatur 18. Maij. A

1561. Anno 1561. in Gallia nominati Octumuiri, quorum conſilio Regis pueritia regeretur, poſtea ſeptem alij additi, Reginâ Principem in hoc ſenatu locum tutorio nomine tenente.

Edictum Ianuarienſe. Decima ſeptima Ianuarij, edicto publico permiſſum fuit nouatoribus per Galliam, ſuæ religionis negotia extra Vrbium mœnia exercere, donec aliter à Rege decerneretur, ſeu vſque ad Concilij Tridẽtini definitionem. Hoc edictum Ianuarienſe poſtea dictum eſt.

Quidam Leodienſes petentes confeſſionẽ Auguſtanam intimidantur. Neque deerant Leodij qui ad ſimilem religionis libertatem aſpirãtes, cum in publico Ciuitatis Concilio, tum in ſingulis opificum collegijs confeſſionem Auguſtanam ab Imperio (vt dicebant) probatam, ſibi concedi poſtularent. Quibus inter alios in primario & frequentiſſimo Aurifabrorum collegio Gerardus Flerontinus Curiæ Epiſcopalis Leodienſis Aduocatus non incelebris, & Petrus Bex poſtea Ciuitatis Conſul, fortiter ſeſe oppoſuerunt, rogantes vt ſi qui eſſent quibus hæreſes placerent, ipſi ſe ſubſcriberẽt: Quibus auditis metus & huic & alijs miniſteriorum collegijs iniectus fuit. B

Gratia cultoribus vinearũ facta. Vltima Ianuarij cùm iam tribus ferè continuis annis vineæ adeò ſteriles fuiſſent, vt vix poſſent earum cultores ſuas Dominis penſiones præſtare; Præſul habito cum Capitulo & Scabinis ſuis conſilio, bonam penſionum partem gratioſè remittit, & vt iuxta gratiam & remiſſionem à ſe factam per Patriæ tribunalia iudicetur mandat. C

Sed & his diebus res memoratu digna ad D. Huberti Leodienſium tutelaris reliquias in Ardẽna accidit, quam Bartholomeus Honorius Leodius, illius temporis Poëta ſatis celebris, his verſibus euulgauit.

Scis quid Caluinus Sanctorum fecerit oſor,
A cane cum rabido filius ictus erat?
Tentauit medicis illum ſanare venenis,
Quæ pedemontanus iuſſit Alexis emi.
Sed Deus hunc non eſt medicina paſſus abuti, D
Ne quis ob hoc Diuos temneret Hæreticus.
Namq; opus inualidum Caluini reddidit, vt ſe
Per Sanctos cuiuis ferre probaret opem.
Ille itaq; incaſſum ſudans, eſt nocte coactus
Pignus in Ardennam mittere languidulum.
Immortalis vbi numen ſe pandit Huberti,
Talia qui Chriſti vulnera curat ope.
Venit eo proles ſcelerati manca parentis,
Et ſupplex aras procidit ante ſacras.

Quodq;

Digitized by Google

A *Quodq́, precabatur ſuperos, erat, vt ſibi vellent*
E membris morbum pellere tabificum.
Neue ſibi obijcerent male ſani dogmata patris,
Quæ modo per mundi climata nota forent.
Nam ſe cum ſolido non conſentire parente,
Vellè ſed in veteri relligione mori.
Hæc vbi fatus erat, ſacra cum veſte ſacerdos
Prodijt, illius vulnera dira fouens.
Nec multos manſiſſe dies narratur ibidem
B *Quin fuerit dono ſanus Huberte tuo.*
Sparſerat interea Caluinus in Vrbe Geneua
Saxonicas natum nuper adiſſe plagas.
Ille quidem dignus non qui luat à cane tali
Vindictam, ſed quem Cerberus ipſe voret.

Libelli ſparguntur & euulgantur contra nouos Epiſcopatus. Robertus Præſul à vento læditur: Comes Maiganus Auſtriaci Præſulis hæres, cum Patria tranſigit.

C

CAPVT V.

HIs temporibus multa ſcripta aduerſùs erectionem nouorum Epiſcopatuum Leodij diuulgata, quibus etiam Epiſcopi Leodienſes, & Capitulum, quod ferè tunc Canonicis Brabantis & extraneis conſtabat, non parum percellebantur.

Sed neq; omnibus Brabātis placebat hæc noua & properata erectio, plures ſiquidem præſertim nouis dogmatibus infecti, verebantur, D ne hoc velo Philippus Rex Hiſpanicam, vti appellabant, inquiſitionem in Belgium inueheret. Aliqui etiam primorum nobilium, inter quos erat Comes de Horn Admiraldus tunc Belgij, Regi ſcribere auſi ſunt; Status Brabantiæ nullo modo paſſuros, vt Abbatiæ eiuſmodi Epiſcopatibus vniantur: alij ipſum Regem adierunt querentes, ac dicentes præſtita ab eo in inauguratione iuramenta per huiuſmodi incorporationes violari; ſed ſurdo oēs cecinerunt. Vnde ſuſpiciones murmurationeſque paſſim augebantur, & mira de nouis Epiſcopis vulgus cōminiſcebatur. Verum cum hæc non ſolū à laicis proceribus dicerentur, verū etiā à nōnullis viris Eccleſiaſticis, etiam Religioſis & Prælatis, ijs potiſſimū, quorū Abbatiæ erāt incorporatæ,

Multi nouis Epiſcopatibus fruſtra ſe opponunt.

Fuit

Digitized by Google

fuit tota hæc difficultas ad Theologos & Iuriſperitos Vniuerſitatis Louanienſis delata, qui, omnibus perpenſis & examinatis, vnanimitèr reſoluerunt prætactas incorporationes & vniones cum Epiſcopatibus, nec iuri, nec iuramento in inauguratione per Regem præſtito, repugnare, quinimo eas, vt & erectiones Epiſcopatuū, grauibus allatis rationibus, probandas & defendendas eſſe. A

Sed & qui de religione ſuſpecti erant non deſiſtebāt querimonias apud Sereniſſimam Gubernatricem deponere, eamque vehementèr vrgere, vti pro eis intercedere dignaretur, ne tam ſeuera edicta contra hæreticos executioni demandarentur; tantumque effecerunt, vt Rex patris ſui edicta paululum mitigaret, ſperarentque paulatim ſe impetraturos eam religionis & conſcientiarū libertatem, quā Galli in regno Franciæ hoc eodem anno obtinuerāt; ſed contrà, Catholicæ fidei cultores Granuellanum rogabāt, vt ad Regem proficiſceretur, illi pericula eminentia exponeret, edictorum ſeueritatem, atque inquiſitorum hæreticæ prauitatis officium reſtitueret, ſimulque negotium nouorum Epiſcopatuum promoueret. B

Erardus Markanus, vti prædiximus forum pecuarium certis libertatibus & priuilegijs ad portam amari cordis inſtituerat; Robertus Præſul Octobris vigeſima quinta, pro maiori Ciuium ſuorum commoditate, illud in Ciuitatem ad gurgitem Moſæ, (ripa iſthic muro marmoreo recens ornata) ijſdem priuilegijs quibus ante conceſſis tranſtulit.

Anno inſequente, 5. Ianuarij, Præſul paci & tranquillitati Ciuitatis & Patriæ conſulens, plurima à prædeceſſoribus ſuis ſalubritèr conſtituta renouat; & vt per Officiales ſuos executioni per omnes Patriæ regiones mandentur, præcipit. C

Robertus Præſul à noxio vento læditur.

Poſtmodum, profectus in Hoſtratz, vt infantem de ſacro fonte ſuſciperet, exorta de repente tempeſtate, Februarij decima quinta à vento noxio læditur, ac tum quidem extemplo labefacta memoria nec poſtea reſtituta.

Edictum cōtra Hæreticos.

Conceperat paulo ante infirmitatem edictum contra Hæreticos à Capitulo & Scabinis Leodienſibus probatum, quod ſexta Martij Leodij publicatum fuit, in quo ſigillatim omnia contra Hæreticos pro tuitione fidei & religionis Catholicæ, per prædeceſſores ſuos Erardum à Marka, Cornelium à Bergis, & Georgium Auſtriacum ante edita, comprehendebantur; idque 6. Martij publicatum eſt; ſed quia ſub ſolo Principis, Capituli, & Scabinorum nomine; Conſules & Iurati, cum Concilio Ciuitatis, auditis 32. miniſteriorum ea de re ſententijs, Martij 9. proteſtati ſunt de nullitate edicti, quodque in eo cōtenta nullum deberent ſuis priuilegijs, Franciſijs, libertatibus, pacibus & ſtatutis adferre præiudicium. Eademque hora ſolemnem Ciuium luſtrationem, à Markano Tranſlationis profeſto inſtitutam, ac ex cauſis intermiſſam, reſumendam edicunt. D

Proteſtatio Ciuitatis.

Sub hyemem, cùm granorum precium excreſceret, vetuiſſentque

Digitized by Google

que vicini efferri, vetitum & hoc iuxta veteres vſus, adiecta decem
A aureorum mulcta pro prima vice, pro ſecunda viginti, pro tertia quinquaginta.

Annus 1563. Gallis fuit luctuoſus, Caluinianis apud eos ſurſum deorſum omnia mouentibus. Sæuitum ibi paſſim pluſquam barbaricè in res & perſonas Deo ſacratas, in Templa & Monaſteria, calices, vaſa ſacra, Sacramenta, Sacroſanctam imprimis Euchariſtiam, ſacras Sanctorum reliquias, nominatim SS. Martini, Hilarij, Irinei, & alias. 1563.

Ineunte anno, Comes Maiganus, aſſerẽs ſe Præſulis Auſtriaci bon. mem. hæredem, magnam pecuniarum ſummam à Patria exigit: Re
B vtrimque diſcuſſa, cùm ea amicabiliter tranſigi non poſſet, negotium Iuriſperitis Vniuerſitatum Louanienſis & Colonienſis ſubmiſſum eſt. Verum is, non expectata eorum ſententiâ, Ciues Leodienſes ad ſe idcirco miſſos captiuos retinet. Tandem res hoc pacto ſedata eſt: Patria illi 50. millia florenorum numerat, ille viciſſim ſpondet chartas & documenta Ciuitatem & Patriam concernentia, quæ iam pridem in manibus bon. mem. Præſulis Auſtriaci fuerant, reſtituere.

Per hos dies, Granuellanus apud Margaretam Gubernatricem acriter negotium religionis defendebat, ſed eum non ferentes Princeps Auriacus, Egmundanus & Hornenſis Comites, vndecima Martij ſcribunt Regi Catholico Belgium ruinam minari, niſi Granuella-
C num (cui vel ſoli adminiſtratio Belgij incumberet) auocet, illum iam populo diu inuiſum, nec per eum quicquam deinceps boni, mali vero plurimum, etiamſi perſonæ duntaxat odio, præſtari poſſe. Hactenus ſe diu id diſſimulaſſe, at nunc Regiam Maieſtatem, ratione officij, celare amplius non poſſe. Rogare itaque, bonam in partem monitionem hanc accipiat.

Robertus à Bergis petit à Capitulo Succeſſorem Gerardum Groesbekanum: annuente Capitulo Epiſcopatui renuntiat.

D

CAPVT VI. ET VLT.

Vltima Martij Robertus Præſul, cum minus conualeſceret, & res propter ſecretas multorum machinationes Leodij in peius ruerent, conſilio Marchionis Bergenſis fratris ſui, certis prærequiſitis & præfinitis, Epiſcopatum ad manus Capituli reponere conſtituit, inter quæ vnum fuit, vt Gerardum Groesbekanum, quem maximè idoneum ad hanc Patriam Eccleſiamque regendam iudicabat, ſucceſſorem eligerent; quod poſt aliquot dierum deliberationem Capitulo placuit, & mox ad vrbem de more pro cõfirmatione à ſummo Pontifice impetranda ſcriptum fuit. *Groesbek fit Coadiutor & Succeſſor Præſulis à Bergis.*

Initio

Initio menſis Martij, publicatur Leodij edictum Ferdinandi Romanorum Imperatoris, quo ſua Maieſtas iuxta plures receſſus Imperij, vnum anni 1555. Auguſtæ, alterum anni 1557. Arnſpurgi, tertiũ anni 1559. mandat, ne quis militem in terris Imperij colligat ſine ſuo ſuique Principis ſcitu & conſenſu; ne quis in Imperio arma ſumat, vt inimicis Cæſaris ſeruiat: ne quis in terris Imperij cuiquam damnum inferat. Cumque plures Germanicæ nationis Gallo in Francia militarent, verendumque eſſet, ne redeuntes terras & ſubditos Imperij depopularentur, mandat vlterius, vt vbi primum limites Imperij attigerint, arma ponant, turmatim non incedant, & ſine cuiuſdam damno domum quantocius repetant; alioquin Principes in eos arma ſumant, veluti hoſtes profligent & internecioni tradant. A B

Iunij quinta Rex Hiſpaniarum Principi Auriaco & Comitibus reſcribit, ſe non ſatis capere, cur Granuellanũ loco mouere debeat, miniſtros ſine cauſa dimittere non conſueuiſſe, Belgium breui cogitare, remediaque apparare, nihilominus poſſe aliquem ex ijs ad ſe venire, à quo melius informari indeque quid ſtatuere valeat.

Hoc tempore lis erat Domino de Emal aduerſus Canonicos ad diui Martini Leodienſis, & iam ſecundo coram Iudicibus ſæcularibus cauſam vicerat: vt executionem vrget, illi per inhibitiones cùm Officialis Leodienſis, tùm Romanæ Curiæ obſiſtunt: re ad Concilium Ciuitatis delatâ, Iunij 15. edictum ad cancellos domus Ciuicæ promulgatur; ne quis cuiquam Canonicorum eſculenta vel poculenta diuendat, aquàm, ignem, aut rem aliam quamcumque humano vſui neceſſariam, quacumq; ratione ſubminiſtret, breuiter aqua & igni interdicunt; penâ comminatâ prima vice 50. florenorũ, ſecunda 100. tertia proſcriptionis & perpetui exilij. Ad hæc Præſul Groesbekanus nuper electus, veritus ne res ad ſeditionem & tumultum tenderet, ſua qua pollebat cùm auctoritate tum facundia & dicẽdi gratia, perſuaſit Canonicis, vt factis ſecretò proteſtationibus, mandatis inhibitorijs tam Curiæ Romanæ, quam Officialis renuntiarent, quo poſt quartũ diem præſtito, tempeſtas omnis concidit. C

Groesbeek electus Præſul ſeditionem ſedat.

Iulij 29. Princeps Auriacus & Comites Regi reſpondent, res Belgicas propter vicinorum non minus ſubtiles quam periculoſas machinationes, eo in ſtatu iam verſari, vt in Hiſpaniã illis proficiſci non liceat: rogare igitur Regem, vt ſuis præcedentibus literis fidem adhibeat. D

Auguſto menſe, cum Præſul magnorum bellorum ſemina ſpargi, Ciuitatem vero ob murorum ruinas diuerſis in locis patentes, foſſaſque ruderibus alijſque impedimentis repletas, hoſtium periculis expoſitam animaduerteret; illius reſtaurationi animum adijcit. Itaque communicatione cum Canonicis confratribus & Concilio Ciuitatis habita, ciues ſuburbiorumque incolas, alioſque omnes antiquitus inſtaurandæ Ciuitati operam nauare ſolitos, publico edicto monet, vt ad certam diem quæuis familia vnum ad operas mittat, aut 50. aſſes

leues

Digitized by Google

leues in ſingulos dies pendat, pœna in refractarios vnius floreni au-
A rei indicta. Cumque plures ædiculæ ad muros tam intra quam extra Ciuitatem extructæ eſſent, quæ eius munimini & defenſioni obſtare poſſent, mandat poſſeſſoribus, vt adhibito peritorum arbitrio, eas æquo precio dimittant, vtque omnia quantocius abſoluantur, nominari iubet ex ſingulis Ciuitatis Regionibus, decē honoratos ciues qui operarijs præſint.

Huius anni initio tandem finis imponitur Concilio Tridentino. *Imponitur finis Cōcilio Tridentino.*

Igitur anno 1564. menſe Februario, Pius 4. Pōtifex maximus mittit Bergio Præſuli & Capitulo exemplar Concilij Tridentini iam à ſe cōfirmati & propria manu ſubſignati: Vtque illud per Diœceſim & Pa- 1564.
B triam Leodienſem publicari & recipi curet, præcipit: Verum multis ex Clero priuilegia ſua per id abrogari & antiquari querētibus, res in aliud tempus reiecta eſt.

Rex Philippus eodem tempore, accepto à S. Sanctitate Concilio Tridentino, Gubernatrici Belgij mandat illius per ſuas Prouincias promulgationem, Carolinarū in hæreticos cōſtitutionum renouationem: Itemque officij inquiſitionis reſtitutionem, ac nouorū Epiſcopatuum promotionem.

Quo inaudito non modicum attoniti triumuiri illi Gubernatricem demulcent: Mittitur in Hiſpanias Comes Egmundanus exorator. Mandatur Gubernatrici quatenus ſalua religione media pacis &
C tranquillitatis publicæ ineat. Illa igitur vocatis in aulam Epiſcopis totidemque Theologis ac Iuriſperitis mitiorem contra hæreticos procedendi rationem conſcribi iubet: Sed quæ nec ad pacem nec ad Belgiæ quietem quicquam contulit.

Robertus Præſul ingraueſcente quotidie morbo, volens vni Deo vacare, & curis moleſtijſque publicis eximi, Aprilis 11. recepto per Capitulum diplomate Apoſtolico, quo reſignatio Epiſcopatus Groeſbekano facta confirmabatur, Eccleſiæ Leodienſis adminiſtratione ſe ſubmouit, & Bergam ſe recepit, vbi paulo poſt vitam cum morte commutauit.

D

Digitized by Google

DE GERARDO GROESBEKANO 88. EPISCOPO LEODIENSI.

A

Gerardus Groesbekanus ſuccedit Roberto in Epiſcopatu: ſedat tumultum; ac cum Clero Secundario concordiam init.

CAPVT I.

ROberto à Bergis ad hunc modum Epiſcopatu functo ſuccedit Gerardus ex Illuſtri Baronum Groesbekanorum familia progenitus, ineunte anno Domini 1564. Is toto adminiſtrationis ſuæ tempore, experimẽto didicit Chriſtianũ Præſulem non ſolum multa præclarè agendo, ſed & maximè fortitèr patiendo, inclareſcere: in tot ſiquidem tantiſque tumultibus & certaminibus, quæ cauſa fidei & religionis per Belgium ipſius tempore euenêre,& multa heroicè geſſit, & longè plura, mira animi fortitudine, domi foriſque paſſus fuit, quæ propoſita nobis de more breuitate attingemus verius, quam perſcribemus. B

1564.

Cardinalis Granuellanus reuocatur in Hiſpanias.

Igitur inſtantibus Belgij Principibus Auriaco, Egmundano, Hornano, & pluribus alijs, Philippus Rex, ſicut paulo ante Hiſpanos Belgio excedere iuſſerat, ita & hoc menſe Aprili, nihil mali ſubueritus, Granuellanum acerrimum fidei & religionis defenſorem in Hiſpanias reuocat, mandans vt Principes illius loco Margaretæ Gubernatrici ſint à conſilijs, & ante omnia ſartam tectam religionem Catholicam ſeruari curẽt; cui non ſegnitèr initio paruerunt; verum non multo poſt, contra expreſſa Regis mandata, neglecto & inſuper habito Viglio Zuechemo priuati Concilij Præſide, & Carolo Berlemontio ærarij Præfecto, Concilium ipſum & ærarij Cameram magna rerum perturbatione & confuſione ad ſe tanquam ad Concilium Statuum attrahere conati. Vnde & inter Principes ſimultates, & in vulgo nouarum rerum auido diſſentiones & tumultus excitati, pleriſque omnibus interea clandeſtino ad conſcientiæ libertatem Gallis nuperè conceſſam, aſpirantibus. Nec deerant Leodij eiuſdem libertatis ſectatores, omnem tumultuandi occaſionem quærentes. C

Belgium ad conſcientiæ libertatem & aſpirat.

D

Emanarat vigeſima quarta Iunij auctoritate Præſulis Groesbekani, de Capituli & Conſulum aſſenſu, edictum apud Scabinos in legis cuſtodiam relatum, de modo circa piſcationes venationeſque ſeruãdo, & abuſionibus tollendis; quod quia veteri ciuium libertati derogare videbatur, libertini & refractarij miros varioſque in Principem & Scabinos ſermones calumnioſè ſparſêre; abijſſetque res in ſeditionem

Digitized by Google

nem, ipſo ſancti Iacobi, quo Magiſtratus Leodij renouatur, ni Antiſtes
A ipſe ad domum ciuicam accedens, edictum magna qua pollebat eloquentia benignè interpretatus fuiſſet, & omnem venandi, piſcandivè libertatem ſpopondiſſet: nec ſic quidem quieſcentibus, etiam edicti reuocationem promiſiſſet. Quare altera ſancti Iacobi ad cancellos domus ciuicæ, populo tuba de more euocato, edictum eadem auctoritate mutatum eſt.

Qualiter Præſul tumultum ſedat.

Serpebat vicinis in oppidis Epidimiæ ſeu peſtilentiæ tabes, quare Præſulis & Conſulum prouidentia, edicta tempore peſtis hactenus emanata, repetita & renouata fuêre.

Inualeſcente iam per ipſam Ciuitatem peſtilentia, præter alia ha-
B ctenus ſtatuta, hoc ſpeciatim actum; deſignati viri probi & mulieres non paucæ, quæ cum vitæ etiam periculo peſte iam infectis inſeruiebant, & pro ijs eleemozinas colligebant. Actum quoque vt per ſingulas parochias diebus Dominicis, mamburni & gubernatores Eccleſiarum collectas facerent, per inſeruientes & miniſtrantes diſtribuendas ac erogandas.

Ferdinandus Imperator leui febre initio, mox vehementiore per ſemeſtre tentatus, accedente aqua intercute, quæ maſſa ſanguinis corrupta, iam ſe per tumorem inſolitum prodebat: cum ſummum diem inſtare præſagiret, non tamen ſe ante diem diuo Iacobo votiuum & ſacrum exceſſurum è vita affirmauit; vt quemadmodum dicebat, is peregrinus apud nos, ita ego Hiſpaniarum infans extra ſolum natale
C cum ipſo peregriner, placide in Deo obdormiuit ipſo die feſto diui Iacobi, ſicuti prædixerat, cùm ſexaginta annos, quatuor menſes vixiſſet, & Imperium ſolus annos ſeptem adminiſtraſſet, Princeps prudentia, Iuſtitia, liberalitate, manſuetudine, aſſiduitate, vigilantia nulli ſecundus: ſed ſupra eas omnes virtutes pietatis in illo & pacis in domo Dei cõſtituendæ præcipuum ſtudium fuit. Succedit ei, patris veſtigia inſecutus, Maximilianus ſecundus.

Succeſſio Imperatorum.

Decimo tertio Kalen. Iunij. Ioannes Caluinus Nouioduni in Veremanduis natus, cùm ſeptennium integrũ varijs morbis & cruciatibus quaſſatus & afflictus eſſet, tandem ex reſpirationis difficultate
D Geneuæ, in qua viginti tres annos hæreſiarcha docuerat, obijt; miſer nec miſerabilis, cùm pene quinquageſimum ſextum vitæ annum expleuiſſet, nouem morbis afflictum Theodorus Beza inter ipſius diſcipulos claſſicus ſcribit, cholica, calculo, articulari morbo, hæmorrhoidibus, febri pthiſica, aſmate, hemicranio, catharro continuo, & vomitu ſanguinis (horrendum auditu.)

Mors Caluini miſera nec miſerabilis.

At longe fœlicius obijt Engolſtadij tertio nonas Martij Fredericus Staphylus annos quinquaginta & vnum natus. Hic decem annis Luthero adhæſerat, poſtea ad Eccleſiam Catholicam reuerſus, & Ferdinando Cæſari factus à Conſilijs, aduerſus Lutherum ſcribere exorſus eſt vehementèr, & ad Catholicam fidem ſe redijſſe profitetur, cùm alijs de cauſis, tum quia ſe præſente Lutherus anno

Fff 2 ferme

ſerme ante obitum dæmonem non modo non potuiſſet ab energumena vllis exorciſmis eijcere, ſed & in eum exſilijſſet dæmon, obſerataque ianua, egregie excepiſſet, donec per feneſtram (neque enim ianua reuelli poterat) qua ſocij effugerant, pene exanimis eriperetur. A

Menſe Septembri morbus contagioſus rurſus vires reſumẽs, mille fere homines in vico S. Margaretæ ſuburbio abſumpſit. Huius occaſione Septembris duodecima, plurimi exteri validi & vagabundi mẽdicantes (qui plerumque huiuſmodi morborum cauſa eſſe ſolent, & pauperum ciuium eleemoſinas ſua petacitate & importunitate à diuitibus extorquent) Ciuitatem & ſuburbia intra dies tres egredi iuſſi, ſub pœnâ flagellationis per publicum forum, aut alia pro merito cõtumacibus & inobedientibus infligenda. B

Comes Maiganus Octobri menſe, vti promiſerat per manus Proconſulis Ægidij Stierij multa documenta ac auctoritatis literas Principem & Ciuitatis priuilegia libertateſque concernentia, Præſuli & Magiſtris ciuium repræſtitit.

Fuit hoc anno hyems ſupra modum prodigioſa, ita vt à decima quarta Nouembris vſque ad 18. Februarij ſupra Moſam & Scaldim curribus & equis liber eſſet tranſitus; præſagium cariſſimæ annonæ inſequutæ.

1565. Mors Roberti à Bergis.

Robertus à Bergis quondam Præſul, anno 1565. alijs Ianuario, alijs Februario, alijs Martio menſe vita fungitur & Chriſtianâ nobili ac decorâ pompâ in ſepulchris maiorum reconditur. C

Præſul emit Caſtellaniã Couinienſem.

Februarij vigeſima Præſul Groesbekanus reditu trium millium flor. Brabantiæ vigeſimo denario redimibiliũ, magno mẽſæ ſuæ Epiſcopalis bono atque commodo, Caſtellaniam quam vocant Couiniẽſem, pagos inſuper vicinos de Nyſmes, Fraiſnes, Dailly, Aubloy; Ius quoque & Iuriſdictionem omnem quam Claudius Dominus de Rinsbrouck habebat in ſyluas Couinienſes, omnes quoque reditus & prouentus & quæcumque alia emolumenta quæ Domini de Rinsbrouck habuerant in terris & Dominijs & his pagis, emit & comparat.

Tertio Martij, quidam Ludouicus nomine, natione Hannonius, Cubicularius Domini Nicolai Bilſtain Lymburgij, Abbatis Monaſterij Bellireditus, ordinis Præmonſtratenſis, execrandum facinus & nefarium ſcelus patrat, imo vero parricidium facit; hic bona gratia famulatu dimiſſus, & cui ad ſuam petitionem dies octo quærendi alium herum præſtituti fuerant, herum paulo lætiorem, ex repotijs domi ſuæ in affinis ſui gratiam, quibus intererat Proconſul Albertus de Saulcy pagi de Oupey Dominus, celebratis, in lecto decumbentem & obdormientem multis vulneribus nocte intempeſta ſauciat & iugulat, argentea mobilia, & peculium collectum ſurripit; ſub mane ſumit Ientaculum, interim equorum & ſtabuli curatorem D

curatorem monet, vt meliorem ex equis apparet, ſe enim per he-
A rum amandari, negotiorum grauiorum domus ergo, equum ephippiatum conſcendit, portam egreſſurus, domeſticam Ianitricem vocat, eique renuntiat Dominum mandare, ne, ex largiore potu per repotia laſſum & dormiturientem ſomno excitent, quod ipſum famulis & domeſticis ſignificat, vt autem dies prandij adproperabat, nec herus ex cubiculo deſcenderet, quidam ad cubiculum miſſi, ſæpius pulſarunt oſtium, & ob non reſponſum, per feneſtram vitream cubiculum ingrediuntur, inuenerunt herum in lecto iacentem, iugulatum, ſanguinolentum, multiſque vulneribus confoſſum, reus patrati parricidij ſollicitius acquiſitus, nullibi repertus eſt, ferebatur tamen in Angliam refugiſſe, ita manſit hoc nefandum
B ſcelus & parricidium impunitum, ſed Deus vltor ſcelerum vindicabit.

Martij trigeſima, cùm eſſent Epiſcopis Leodienſibus plures cum Clero controuerſiæ, cùm ratione Iuriſdictionis & Superioritatis, tùm ſubſidiorum Imperio & Patriæ debitorum; poſt multos ijs de rebus tractatus habitos, Præſul paci tranquillitatique Patriæ conſulens, certas concordiæ leges cum Clero paciſcitur, quibus quæcumque ſubſidia hactenus indicta & petita, necnon lites, cõtentiones & actiones cauſa ſubſidiorum, atque reſcripta & mandata quæcumque à ſacra Sede Apoſtolica & ſacra Cæſarea Maieſtate ea ratione, necnon Superioritatis & Iuriſdictionis, hinc inde obtenta; ideoque tam in collegia quam in ſingulares perſonas agitata circumducuntur & pro
C non actis haberi declarantur.

Controuerſia inter Epiſcopũ & Clerum ſopiuntur.

Egmondanus ex Hiſpanijs in Belgium Aprili menſe reuerſus, de exequendis Caroli edictis, inquiſitioneque ſeruanda, & alijs ad Cleri reformationem iuxta Concilij Tridentini decreta ſtabiliendis, ſeriam Regis renunciat voluntatem. Quia vero religionis negotium abſque Prælatis & Theologis commodè tractari non poſſe videbatur; conuocat Gubernatrix vnà cum Concilij proceribus Martinum Rithouium Epiſcopum Iprenſem (quem peculiari nomine Rex expreſſerat) Anthonium d'Hunet Epiſcopum Atrebatenſem, Iudocum de Tileto Præpoſitum in Walcourt, Wilmarum Bernardi primum Louanij in iure Canonico Profeſſorem alioſque Flandriæ Vltraiectique Conſiliarios & Prouinciales, qui ſuper inſtructione
D ac voluntate Regia per Egmundanum relata conſulerent. Ibi de omnibus actum & concluſum, nihil in hæreticorum coërtione remittendum, attamen Auriacus, Egmundanus, & Hornenſis ſeſe oppoſuere, & contra niſi ſunt.

Digitized by Google

A

Conſecratur Epiſcopus: Iucundum in Ciuitatem & Patriæ Oppida ingreſſum celebrat: mox Comitia Ordinum Patriæ habet, & tumultuum occaſiones prudenter auertit. Controuerſia inter Marchionem Berganum Præſulis defuncti fratrem & Ciuitatem exorta, ſopitur.

CAPVT II.

B

GRoesbekanus, aſſiſtentibus tribus Epiſcopis, magna ſolemnitate, vigeſima Maij in celebri Monaſterio de Herckenroede ſacratur Epiſcopus, & tertia Iunij, magno Nobilium comitatu Ciuitatem ingreſſus, ſumma ordinum gratulatione excipitur: quod idem non multos poſt dies fit à reliquis Patriæ Oppidis, vbique pro more ſplendidis muneribus & donis honoratus.

Inauguratio Groesbekani.

Die inſequente indicta comitia celebrata, actum de fide & religione Catholica, reiectis omnibus ſectis, retinenda: de æqualitate in contributionibus & vectigalibus ſeruanda: de damnis Patriæ illatis per nouorum Epiſcopatuum Oppidorumque Mariæburgi, Carolomonti, & Philippivillæ erectiones, de octo millibus & ſeptingentis florenis, quæ bon. mem. Robertus à Bergis nomine Ordinum depē-derat, Marchioni fratri & hæredi reſtituendis: Conſultatione habita, concluſum conſenſu vnanimi, retinendam veterem & Catholicam religionem, deſpectis nouationibus quibuſcumque, diligentemque in hæreticos inquiſitionem & animaduerſionem, ſaluis tamen ciuicis priuilegijs faciendam; deputandos ex ſingulis Statibus qui de rationibus deſpiciant reperiendæ & conſeruandæ æqualitatis: alios quoque nominandos qui Margaretæ Belgij Gubernatrici querātur de damnis per nouas haſce electiones Patriæ irrogatis: Simulque Cæſareæ Maieſtati (ad quam Iuriſdictionis Imperialis defenſio ac protectio pertinet) ſcribendum, vt pro reparatione & ſatisfactione ſæpius repromiſſa Philippum Regem pro auctoritate ſua moneat, ęquū quoque videri, vt ſiquidem conſtet Robertum Antiſtitem nomine ordinum ſummam illam pecuniæ dependiſſe, ea fratri hæredi reſtituatur. C D

Tandem Ordines Groesbekano ſummam 18. milliū florenorum in ſignum beneuolentiæ obſeruantiæque, in ſuo iucundo fœlicique ad Epiſcopatum aduentu & ingreſſu, priſco more offerunt.

Sexta Iunij Prælati ac Theologi mandante Duciſſa concluſionem nuperè captam ſubſignant Regi mittendam; Auriaco, Egmundano, & Hornenſi contra nihil ſe poſſe reſoluere conteſtantibus. Vrget interim Duciſſa apud Epiſcopos & Prouinciarum proceres vrbiumque

que

Digitized by Google

que curatores Concilij Tridentini promulgationem; paret inter cæ-
A teros Archiepiſcopus Cameracenſis, cæteri fere omnes tergiuerſantur & refragantur.

Menſe Iulio per inferiorem Germaniã & Regnum Galliæ magna granorum penuria laboratum, ac corruptis nimio gelu ſeminibus rariſſima meſſis collecta eſt. Quare Præſul cum Magiſtris Ciuium veriti ne hac occaſione libertini & ad tumultus nati nouos motus excitarent; conflatâ triginta millium florenorum ſummâ, miſſis in exteras regiones baiulis, grana aduehi iuſſere, quæ viliori multo quam empta fuerant precio, piſtis panibus populo diſtribuebantur: cumque nec ſic quieſceret turbæ motus, quod plurimis pecunia deeſſet, *Amouet tumultus occaſionem.*
B qua vel vnum panem in victum ſibi comparare poſſent, eorum operæ in vijs reſtaurandis mercede panis in ſingulos dies conductæ, qui dietim ſingulis operarijs ſub veſperum pendebatur. Qua ratione famelicum vulgus vtcumque quieuit.

Interea renouata edicta in annonæ caritate promulgari ſolita.

Iulij 21. Controuerſia ſuper poſſeſſione Commendatoriæ de Villario templi in Condruſio inter F. Nicolaum de Seore & F. Iacobum de Rouſſy ordinis S. Ioannis in Hieruſalem equites nuper exorta. Præſul rem hanc etiam ad curam ſuam ſpectare iudicans (auditis in ſuo Concilio priuato partibus) cum necdum cauſſa ſufficienter inſtructa, iuſque partium valde incertum dubiumque eſſet, ad Iudicem
C competentem partes remiſit, & ne Commendatoriæ bona interea detrimentum aliquod paterentur, aliaque incommoda, vti in ſimilibus fieri adſolet, orirentur; Dominum Ottonem de Briamont Condroſij ſui Balliuum ſequeſtrum, bonorumq; Commendatoriæ adminiſtratorem conſtituit, donec re per Iudicem propius cognita, de legitimo poſſeſſore amplius conſtaret.

Interea tumultus Auguſti die tertia concitatus; vicini Traiectenſes exigunt abs Leodienſibus per Moſam merces ſuas aduehentibus vectigal, quod hactenus incognitum nec ſolutum. Hinc magni in Ciuitatis Concilio clamores, qui ad 32. etiam opificum Collegia delati; Præſul (hoc audito) Ciues placat, ſcriptis ad Gubernatri- *Et aliam ſedat.*
D cem in eam rem literis; tãdem bonorum virorum arbitrio deciſum, quod nec Leodienſes Traiectenſibus nec Traiectenſes Leodienſibus vllum vectigal ſoluerent, præterquam carbonum, (quos hullas vocamus) quod ab immemoriali tempore Traiectenſes ſoluere conſueuerant.

Marchio Berganus Roberti Præſulis frater & hæres, petebat à Cõſulibus ſummam fratri ſuo Roberto Præſuli debitam & nuperis Comitijs ſibi addictam. Reſpondit Ciuitas, re minus comperta & cognita ſex millia addicta eſſe, cùm tria tantũ deberentur; falſitate Nicolai de la Tour Ciuitatis Graffarij detecta, qui ſcripto ſuo ſummã triũ millium fraudulenter duplarat, eaque ratione per 32. miniſteria & collegia officio motus, & Adrianus le Pollain procurator generalis
in

in eius locum ſuffectus eſſet: itaque nata inter Marchionem & Ciuitatem controuerſia;cum ille literis ſummam petitam ſæpius cõſequi nequiret, Auguſti 19. ex Aquis Spadanis Conſulibus & Concilio Ciuitatis minacitèr ſcribit, querens domum Berganam meliora de Patria Leodienſi promeritam, vt qui pro ea ſe fortunaſque ſuas & amicorum iam ſæpius impenderit, curaturum ſe, vt tantilla pecuniæ ſumma iure debita minimè fraudetur. Re maturè per Conſules & Ciuitatis Concilium perpensâ (ne ex parua ſcintilla magnum, vt aſſolet, naſceretur incendium) Septembris ſexta, tria millia Marchioni ſoluta, quæſtione aliorum millium in aliud tempus dilatâ. A

Eadem die concluſum vrgendos Ciuitatis debitores ad ſolutionē, quo ſubſidijs Imperialibus, præſertim nouiſſimis Comitijs Arnſburgi conceſſis, fiat ſatis. B

Creſcebat indies vbique granorum caritas: augebant illam quod S. Maieſtas Catholica mercatoribus grana mari aduehentibus tranſitum negaret: Et Hoyenſes grana Leodium nauigio portantibus ſub ponte ſuo, neſcio quo quæſito prætextu, tranſitum remorarentur: Præſul vim iniuriamque Hoyenſium compeſcere volens, in eos inquiri iubet. Deinde contra auehentes grana ſeu flumine ſeu continenti edicta repetit; pœnâ publicationis in refractarios conſtitutâ, non tantum granorum, ſed & curruum, equorum, & nauium, quibus illa euehi contigerit.

Pontifex indulget Præſuli collationem in vtroque menſe.

Septembris 13. Pius 4. Pontifex Max. meritis Præſulis inductus & prouocatus, gratioſe indulget, vt quæcumque beneficia Eccleſiaſtica Diœceſis Leodienſis ad ſuam collationem ordinariam pertinentia, vacantia in menſibus S. Sanctitati reſeruatis, perſonis idoneis ſibi gratis, ſub certis modo & forma in indulto expreſſis, conferre & de ijſdem prouidere poſſit. Quale deinceps Indultum & Erneſtus, Ferdinanduſque Præſules, propter ſua in Eccleſiam bene merita obtinuerunt. C

Perdurante granorum caritate, Octobris ſexta, nouo edicto patribus familias mandatur, vt ſinguli pro modo facultatum ſibi de granis in tres menſes prouideant, adiecta in negligentes trium florenorum aureorum pœna.

Genus quoddã tripudiorum ſopitur.

Cum primum Leodij certum genus tripudiorum induci cœpiſſet, quibus filiabus quas Dñas ludorum ſeu tripudiorum vocabant, cingulum, chirothecæ rubræ vel ſpeculum dabatur & pleraque inde præter conuiuia & ſumptus quibus illa redimi ſolebant malorum incitamenta prouenirent, conquerentibus ea de re filiarum honeſtarum parentibus; pius Præſul ſollicitus, eiuſdem menſis die 13. huiuſmodi ludos & tripudia publico edicto ſub pœna ſex florenorum aureorum inhibuit. D

Præſul tumultus occaſionem excludit.

Creſcente in dies granorum precio, Præſul tumultum pauperum ſubueritus, diuitum tam Eccleſiaſticorum quam laicorum granaria deputatis in eam rem viris probis, per Ciuitatem & ſuburbia luſtrari

iuſſit,

Digitized by Google

A iuſſit, pœna decem florenorum aureorum & publicationis granorũ ijs comminata, qui vel granaria aperire nollent, vel grana abſconderent, vel illa (reſeruata quæ illis per deputatos præſcripta erat mẽſura) diuendere recuſarent.

Romæ Idibus Decembris, Pius quartus è vita migrauit; poſt nouendiale ſacrum, Cardinales in conclaue incluſi ſunt, vt nouum Pontificem eligerent, erant inter eos factiones tres, & potior ſuffragijs fuit Michael Guiſlenius Cardinalis Alexandrinus, qui frequenti Cardinalium concurſu, ſeptimo Idus Ianuarias, duabus ante noctem horis in Pontificem electus eſt, & renunciatus, is ex conſilio Cardinalis Columnæ Pius quintus appellari voluit, vir ſanè doctrina, ſanctitateque conſpicuus, natus ad magnum Reipublicæ Chriſtianæ bonum & incrementum, ſi Deus longiorem vitam dediſſet. *Succeſſio Pontificum.*

B

Anno vno priuſquam fungeretur vita Pius quartus, Romæ detecta eſt coniuratio à fanaticis quibuſdam, contra eum ſtructa, cuius dux erat Benedictus Accoltius, habebat complices Petrum Accoltium gẽtilem ſuum, Anthonium Canoſſeum Comitem, Pellitionem equitem, Proſperum Hectorem, & Thaddeum Manfredum, ære oppreſſos alieno, nec ſatis ſanæ mentis, ille ſpe prædæ, aut emendationis Eccleſiæ prætextu, tantum facinus patrandum illis perſuadebat, aiebat Pium non verum Pontificem eſſe, eo ſublato alterum ſuffectũ iri, qui Papa Angelicus diceretur, ſub quo Eccleſiæ concordia, caſtigatis erroribus & moribus, farciretur, & patrata cæde gaſam Pontificis & Cardinalis Borromei prædæ ceſſuram, is delatus cum ſocijs noctu cõprehenſus eſt, qui quæſtionibus ſubiecti, cùm rem confeſſi eſſent, temeritatis & inſaniæ pœnas capite luerunt.

C

Conuentum Ordinum Patriæ celebrat: Hortatur ad fidem Catholicam retinendam: Multa edicta promulgat: Coniuratio Nobilitatis Belgij contra Regem Catholicum: Conueniunt in Oppido Trudonenſi, poſt in Duffle vico.

D

CAPVT III.

DEcima Ianuarij anno 1566. Comitia Patriæ habita, in quibus rurſus deliberatum de æqualitate in tributionibus ſeruanda, de conſuetudinibns Patriæ deſcribendis, & in ordinem redigendis, & ad reſecandas lites in lucem edendis: de damnis quoque per erectionem nouorũ Epiſcopatuũ & Oppidorũ perpeſſis, verũ exiguo vel nullo fructu orta dum deliberatur in tertio ſtatu ſuper prioribus 1566.

punctis quamuis maximè neceſſarijs, diſcordia: Poſtremo propter graues, vt aiebant, Gubernatricis occupationes, in aliud tempus re reiectâ, nihil effectum. Sed & ijſdem Comitijs cœptum agi per Nobiles, ne quis alibi quam coram Iuſtitia loci in prima inſtantia Iudicio pulſetur aut conueniatur, in quo ciues ſe acriter oppoſuêere, oblatis Antiſtiti precibus, quibus præiudicia Iuriſdictionis, Curiæ Spiritalis, Capituli, Ciuitatis, adeoque totius Patriæ & Eccleſiæ latè enarrabantur. Actum poſtremo de Catholica & Romana fide religioneque retinenda, in quo emicuit Præſulis fides & eloquentia, plurimis in medium adductis rationibus, ad antiquam Catholicam & Romanam religionem his in locis ab Apoſtolorum diſcipulis plantatam & ſatam, ac per continuam Epiſcoporum ſucceſſionem abſque interruptione ſartam tectam ſeruatam, illibatamque fortiter conſtanterque retinendam, errores vero ac hæreſes animarum peſtes reijciendas deteſtandaſque; adeo fœliciter quidem, vt vno omnes ore in maiorum fide velle viuere & mori conclamarent profiterenturque. A B

Exhortatio Præſulis ad fidem Catholicã retinendam.

Minus placebat forte Comiti Hornano huiuſmodi populi Leodienſis conclamatio: Quare eiuſdem menſis vigeſima quarta, ipſe cum Domino de Montigny fratre vti hæredes Comitis quondã Frederici de Horn aui ſui, miſſis literis, petũt à Ciuitate & oppidis Patriæ Leodienſis, viginti quatuor millia florenorum, quæ auo deberi contendebant. Reſpondet modeſtè Concilium Ciuitatis, Legatos Præſulis breui Bruxellas ob alia negotia profecturos, qui ea de re cum eis communicaturi ſint, & quod rationis fuerit intellecturi & relaturi. C

Comes Hornanus Ciuitati offenſus.

Februarij duodecima, cùm quererentur debitores cenſuum annuorum in modijs, vt vocant, conſtitutorum, non poſſe ſe eo anno propter granorum caritatem onera ſuſtinere: Præſul habita cum ſuo Capitulo & Concilio Ciuitatis deliberatione, precium modiorum creditoribus Hypotecarijs ex æquo & bono ſoluendum præſcripſit.

Præſul precia modiorum moderatur.

Sub id tempus Cæſar ab hæreditario Chriſtianorũ inimico Turca preſſus, ſolutionem tributorum hactenus per Status Patriæ ab anno 1542. debitorum, miſſis ad Præſulem literis premit; bannum Imperij & ciuium per terras Suæ Maieſtatis negotiantiũ appræhenſionem minatus. Itaque Præſul, etſi non ignoraret ſuorum ſubditorum indigentiam & paupertatem; attamen pro bono totius Chriſtiani orbis agi aduertens, Cæſareæ Maieſtati acquieſcit, mandatumque euulgat, quo intra quatuordecim dies ab illius programmate, omnes creditores ad ſolutionem aſtringit, poteſtate Officiatis datâ moratorum bona publicandi, & quacunque alia expeditiori via ſolutionem procurandi. D

Martij 12. Præſul Prætorem oppidi Foſſenſis grauitèr increpat, quod inſolentias & depopulationes, quas partim in oppido ipſo, partim in vicinis locis menſe Februario, & exinde 6. & 7. huius exercuerant præſidiarij Mariæburgenſes, diſſimularit: monetque ſerio, vt dein-

Offenſus Prætori Foſſenſi & quare.

Digitized by Google

vt deinceps, ſigno campanæ dato, ciues vicinoſque agricolas ad ſu-
A mendæ arma excitet; & ſubditos iuxta edicta militaria à prædonum iniurijs vindicet.

Aprilis 10. Edictum ſub quondam bon. mem. Erardo à Marka anno 1538. Feb. 5. latum, quo abuſus & exceſſus varij lanionum corriguntur, & è côuerſo multa ſalubria illis præſcribuntur, renouat, edicitque nouitèr contra inuenta ab eis Monopolia, ne legem vllam macellariam ſiue ſecreto, ſiue publicè ſibi præſcribant, niſi prius à ſe vel Prætore ſuo Scabiniſque Leodienſibus & Coſs: ſuæ Ciuitatis examinata & approbata fuerit. Et quia in ipſo Macello non contentiones tantum, ſed & rixæ & cædes ſubinde committebantur, illud non
B ſecus priuilegiarium ac ipſas ciuium domos & pari cum ijs iure decreuit.

Macelli leges à quibus probandæ.

Maij 17. D. Ruymendez Sereniſs. Regis Portugaliæ legatus apud Præſulem queritur per monetarios Belgij in Regnũ Portugaliæ ſub ſpecie clauorum monetam cupream & æream atque auream minus probatam inuehi. Quare Præſul edicto publico omnem huiuſmodi monetam reprobam damnat, & ſi vſpiam reperiatur, ad Prætorem deferri iubet, vt exſcindatur, auctores vero ſi qui depræhendantur ad inſtar falſorum monetariorum puniantur.

Opponentibus ſe (vti prædiximus) Regiæ voluntati Auriaco, Egmundano, & Hornano, initio aprilis conuenerunt Bruxellis circiter trecenti, quos fere aut iuuenilis feruor & calor agitabat, aut æs alie-
C num contractum premebat, quibus Renatus Brederodius ſe anteſignanum præbebat. Hi in domo Comitis Batemburgici diu conſultantes, tandem certorum articulorum ſubſcriptione facta, contra Catholicam Maieſtatem coniurârunt: deinde exhibito Gubernatrici prolixo libello, proteſtati de ſua erga Regem & Prouincias Belgicas fidelitate, dicentes ſe quandoquidem inquiſitio & decretorũ Concilij Trident. publicatio, non ſolum Belgicarum Prouinciarum libertati, ſed & honori ſuæ Maieſtatis aduerſentur, cogi omnem dare operam ne publicentur, vel ſaltem rogare executionem vſque ad generalem Statuum conuentum ſententiamque ſuſpendi. Plauſibilia erant ad libertatem aſpirãtibus, quinimo odio inquiſitionis Hiſpanicæ (de qua
D tamen hic non agebatur, ſed de alio Caroli edicto longè mitiore) multi viri etiam boni in eandem adducebantur ſententiã. Quocirca Gubernatrix perplexa, promiſſis primum eoſdem mulcet, ac tandem communi Catholicorum & ſuſpectorum conſenſu iterata fit ad Regem legatio, Marchione Bergano, & Barone de Montigny deputatis, promiſſaque tantiſper omnis executionis ceſſatio, donec Rex reſcripſerit.

Coniuratio nobilium Belgij.

Cùm haberet Gubernatrix Nobilium conuenticula, nec iniuria ſuſpecta, ideoque angeretur vehementer, fertur Comitem Carolum Berlemontium dixiſſe Geuſios iſtos minus timere debere, futurum enim vt breui in ordinem redigerentur. Nomen autem hoc *Gueux*,

Vnde nomen Gueux deductum.

deductum & deriuatum (quemadmodum Stephanus Paſchaſius libro ſeptimo diſquiſitionum Franciæ cap. 40. annotauit) à latino verbo ganeone, & mendico, & ex latina in vulgarem linguam tranſlatum, ex quo dicterio Berlemontij inualuit poſtea, vt qui *Hugonoti* apud Gallos, in Belgio *Genſij* appellarentur. Sed & hoc nomen *Gueux* tanquam egregium & in ſe appoſite dictum vſurparunt, vtque ſe nominis appellationi moribus & veſtitui *Genſiorum* conformarent, barbam ad cutem vſque radebant, eo excepto quod inter nares, ſupremumque labrum eſt, turcarum more; Leproſorum habitum, colore ſubcinericio aſſumebant, lances ligneas, argentea fimbria ſeu lamina, cui inſcriptum, *Viue les gueux*, ornatas, ad latus vel ad pileum aut galerum cum caudis vulpinis geſtabant & circumferebant. A

Poſtea conſcriptus ex omnium conſenſu libellus ſupplex quem Gubernatrici ſtata condicta die, Belgij ordinum nomine eſſent oblaturi, erant autem conuentus Principes, Henricus Brederodius ex Hollandiæ Comitum gente & domo prognatus, Ludouicus Naſſouius, Principis Auriaci frater, Florentius Pallas Culemburgi Comes, Item Comes Bergenſis, & alij, qui cùm Bruxellis conueniſſent, quadringinti amplius numero, à Gubernatrice admitti poſtulāt, & Nonis Aprilis ex Culemburgi Comitis domo prodeuntes, quaterni, quiniq; ſuo ordine ad palatiū tēdunt, veſtibus vt diximus ſubcinericij coloris fere induti, lances ligneas, pileis affixas, ſed & nummum aureum de collo bullæ inſtar dependentem gerentes, in cuius antica parte, Regis effigies, in poſtica duæ manus firmiter in fidei ſignum iunctæ, per peræ ſubiectæ medium extenſæ erant cum hac conſcriptione, *Fidi Regi ad manticam vſq;*: vt admiſſi ſunt verba fecit Brederodius, eoque ſe veniſſe dicit vt ſupplicem libellum, qua poſſint animi demiſſione, ſimul omnes coram porrigerent. Ad hæc queritur ſe ſociosque ſeditionis, turbarum & perfidiæ falſo inſimulari, orare proinde vt delatores & accuſatores nominentur, vt coram vtra pars culpæ obnoxia ſit, cauſa cognita decernatur, Gubernatrix accepto libello, lecturam ac reſponſum reddituram reſpondit, & ita fœderatos dimittit. B C

Gubernatrix viſo lectoque libello ſupplici, hacque nobilium perpensâ inſolentiâ, quodque conuentus paſſim abſque Regis ſuoue ſcitu & auctoritate cogere auderent, peiora in dies pertimeſcens, Ordines Belgicos conuocat: ac de eorum conſilio & aſſenſu edicta Regia, inquiſitorumque inſtructio, nonnihil tamen moderata, præcipitur omnibus Præfectis ac Iudicibus abſque diſſimulatione executioni mandanda. D

Molimen hæreticorum.

Porro plebs delicijs tunc affluens, & libertatis auida, hac ordinum audita ſententia, nouo nobilium Gallorumque, quibus ſe non inferiorem exiſtimabat, exemplo, audentior facta, queritur ſolos Papiſtas ad Comitia vocatos fuiſſe, eaque præiudicia decreuiſſe, quorum ſeueritatem pati, nec poſſet nec vellet. Quocirca animare ſe inuicem omnes,

Digitized by Google

omnes, magno numero conuenire, palam & publicè, in campis & A extra vrbium portas, per Flādriam primum, deinde per Brabantiam, Hollandiam, Zelandiam, Geldriam, vicinaque loca, conciones de religione habere, quibus Gubernatricem terrerent, paremq;, quam nuper Franci à ſuo Rege, libertatem extorquerent. Itaq; ſtatim ex Gallis, Germanis ac alijs prædicantibus innumeri rei nouitate exciti ſine armis primum, mox armati pro neceſſaria ſui (vt aiebant) cōtra Papiſtas defenſione ad conciones conueniunt, inde in ipſas Eccleſias, Imagines, Altariaque inuolant, illa confringunt, euertunt, ſpoliant promiſcue, ac inter hæc quidem elatis paſſim hiſce lætitiæ vocibus. *Viue les Gueux.*

Paßim habentur conciones hæreticæ.

Franguntur templa, altaria imagines.

Leodij eſt Collegium ſeu Miniſterium, inter triginta duo Miniſteria, B pannariorum, quod in Dominum Ludouicum de Berlemont Dominum de Hautpen in æde diuo Lamberto ſacra, exiſtentem, cōcitatur, repetens Caſtellanum de Aigremont, Placētinum cognomine, in Collegium ſuum allectum, quem priuata vti querebantur auctoritate captiuum retinebat, ille indemnitati ſuæ conſulens, ex conſilio Domini Gabrielis de Burnel ad diui Lamberti Canonici, qui ei aderat ſe exhibet, ducitur tanquam captiuus ad Domum ciuicam, nocte inſequente Caſtellanus armata manu, carcere ſolutus & liberatus eſt: Dum hæc aguntur aberat Præſul, qui eo die fœlicem ingreſſum in Oppido ſuo Huenſi celebrabat.

Coniurati, quibus de meminimus, numero vſque ad ſeptingentos C aucti, menſe Iulio conueniunt in Oppido Trudonenſi, ibi varias inſolentias & nequitias dies noctesque, etiam in ipſa Abbatia committunt, ſed & conuenticula quotidie in cripta Eccleſiæ Abbatialis celebrant, oſtijs diligentiſſime occluſis, cuſtodibuſque adhibitis. Sed nec hic prudens Gubernatrix officio defuit, vt eos ab huiuſmodi inſolentijs reuocaret, miſſis ad eos Duce Arſchottano & Comite Egmundano, ſed fruſtra. Cùm autem omnes vnius eſſent opinionis & ſententiæ, remiſſum in Duſſle vico non longè ab Antuerpia diſſitum eorum concilium: Interim porrectus eſt eis nomine Mercatorum & plebis libellus ſupplex, quo tanquam protectores tutelareſque Domini rogabantur, ne in libero religionis exercitio impedirentur, ſaltem donec aliud per Ordines legitimè congregatos eſſet conſtitutum. Ad quod fœderati reſpondent, non paſſuros ſe D ijs ob religionem vim fieri, donec aliud ab Ordinibus conſtituatur, dummodo ſeſe intra modeſtiæ limites contineant; qua occaſione Arſchottano Egmundanoque renunciarunt, populum in officio permanſurum, ſi viciſſim ipſis Gubernatrix in proximum ſaltem generalem conuentum ſecuritatem repromittat.

Coniurati conueniunt in oppido Trudonenſi ſed inter ſe diſſident.

Coniuratis libellus ſupplex oblatus.

Augusti decima tertia, Comitijs nuper Auguſtæ Vindelicorum celebratis, vt Rex Portugaliæ, ita & Principes Germaniæ, queruntur Dominia ſua repleri monetis reprobis. Quamobrem & Princeps Groesbekanus indemnitati ſuorum Leodienſium conſulens,

Digitized by Google

varia numiſmata ſub imagine Principum Bergenſis, Batemburgici, Brederodani cuſa, partim damnat, partim earum precium minuit, A donec alitèr per circulum Weſtphalicum prouiſum fuerit.

Habentur conciones hæreticæ Antuerpiæ, Traiecti, Haſſeleti, & Maſeeckæ: Mox Haſſelenſes vt rebelles, & criminis læſæ Maieſtatis rei, damnantur.

CAPVT IIII.

B

POſtridie Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis habitæ ſunt Antuerpiæ ſeptem conciones, & à Caluinianis, & à Lutheranis, quarum fructus hic fuit. Die Martis inſequente, cùm veſpertinas in æde eiuſdem Virginis preces perſoluerent Canonici; Sartor quidam conſcenſo ſuggeſtu, productoque nouo teſtamento, Paſtorem ad diſputationem prouocauit. Hunc Nauta Catholicus è ſuggeſtu deturbauit. Mox quidam hæreticus Nautæ brachium ſclopeto læſit, inde ortus tumultus, templum omne ipſamque Vrbem repleuit. Erat ſanè ea Eccleſia lõgè pulcherrima, ſtructuris & picturis eximijs multiſque maximi precij rebus ornatiſſima. Hac ergo ſceleratiſſimi quidam arrepta occaſione, pluſquam Turcicam cœpere iconoma- C chiam, maxima vi, & incredibili furore, effractis & cõminutis aris, Imaginibus, ipſa quoque ædicula ſacroſanctæ Euchariſtiæ, cuius precium ferunt exceſſiſſe ſummam multorum millium aureorum. Inde ad Monaſteria, Collegia aliaque templa progreſſi, eandem exercuerunt inſaniam.

Iconomachia.

Septembris decima, Præſul aduertens pericula quæ ab hæreticis Miniſtris & Prædicantibus Patriæ imminebant; Officiatis ſcribit, vt ſinguli per officiorum ſuorum diſtrictus diligenter inſpiciant, ac animaduertãt, num quis Pſeudopropheta à ſe vel ſuo Vicario non miſſus vel probatus, publicè vel priuatim conuenticula foueat; an Sacram ſcripturam contra communem ab Eccleſia Apoſtolica D Romana receptũ ſenſum interpretetur, & ſi quem repererint in vincula conijciant, & in illum iuxta receptas Imperij conſtitutiones procedant ac animaduertant.

Hoc perturbato rerum ſtatu, Septembris 23. in Concilio Ciuitatis primum actum fuit & concluſum, portarum Ciuitatis claues (quæ alioquin antea apud Principem, & eo abſente apud Eccleſiæ Cathedralis Decanum aſſeruari cõſueuerant) penes Conſules remanere oportere, donec de iure ſuo quod ad eas prætendit Præſul docuiſſet: inde nata de clauium cuſtodia cõtrouerſia, quæ in hodiernum vſque diem durat.

Controuerſia de clauibus Ciuitatis.

Octobris

Digitized by Google

Octobris 5. receptis Colonia varijs conſtitutionibus, nouiſſimis
A Comitijs circuli Weſtphalici aduerſus hæreticos emanatis, illas ſollicite per ſuos officiatos promulgari, & ſtricte obſeruari mandat. Cui promulgationi cùm Conſules & nonnulli de Concilio Ciuitatis reclamarent peterentq; rem ſuſpendi, ne quid contra priuilegia, libertates, & Franciſias Ciuitatis, vt vocant, admitteretur, Præſul pacificus & prudentiſſimus non intendere ſe contra quenquam agi niſi per legem & Franciſiam, (quod vnum petebant) teſtatum fecit.

Vigeſima quinta, cùm quidam in Blyet, & alijs in locis, monetam argenteam & cupream minus probatam cuderent, falſo ementitis Præſulis nomine & inſignibus, edicto publico cauit, ne quis in patriã
B huiuſmodi monetam inferret, aut quoquo modo exponeret reciperetque, pœnâ publicationis ipſarum monetarum, & 10. florenorum aureorum conſtitutâ.

Per hos dies ſæuitum in imagines Buſcoducis, Gandaui, Mechliniæ, Valencenis, Tornaci, & alijs Belgij locis, admiſſis ferè paſſim concionibus hæreticis.

Sed nec patria Leodienſis, Præſule quamuis vigilantiſſimo, ab his inſanijs immunis fuit; menſe enim Decembri ſeditioſus quidam miniſter Doctor, Hermannus nomine, ſtercoreus cognomine, Haſſelenſibus auctor fuit, vt & conciones intra oppidum haberentur, & imagines confringerentur; Hic & Traiectenſes ad eandem induxit inſaniam, quos mox ſecuti ſunt & Maſekani. Porro Haſſeleti vt plu-
C ries alibi res memoratu digna & miraculi loco habita accidit: Occupati erant Iconoclaſtæ media nocte in deturbãda Crucifixi imagine, & ecce ſemel atque iterum nullo vento flante cærei & faces omnes extinguuntur, cumque rogum accendiſſent, vt ſanctorum imagines exurerent, fuit ille ſubito haud aliter extinctus, quam ſi copioſiſſimo imbre fuiſſet perfuſus. Aderat Hermannus bonus ille miniſter, & ne quis rem alijs indicaret, omnes adiurauit.

Haſſeleti res memoratu digna accidit.

Hic cum in publico foro aliquoties, multis Ciuibus armatis & maleferiatis, ſtipatus concionem habuiſſet, creſceretque in dies auditorum miſerorum numerus, Præſul primum literis deinde ſucceſſiue prudentibus viris eo miſſis, eos officij amicè paternèque, ſed fruſtra
D admonuit. Quapropter veritus ne hæreſis ibi altius radices ageret, Decemb. 17. iudicio coram Scabinis Leodienſibus eos pulſauit, & vt ſeditioſos & rebelles necnon criminis læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ reos condemnari petijt, & re cognitâ & compertâ, vt ſeditioſi & rebelles condemnati ſunt.

Haſſelenſes vt ſeditioſi & criminis læſæ maieſtatis rei damnantur.

Hiſce quoque diebus, cum Geuſij paſſim vagarentur conuenticula celebrantes, Præſulis prouidentia & ſollicitudine Leodij excubiæ & cuſtodiæ nocturnæ diurnæque in portis muriſque Ciuitatis actæ & conſtitutæ ſunt, ſed & exteri omnes Ciuitatem egredi iuſſi, ſub pœna primæ vicis flagellationis, ſecundæ abſciſſionis auriculæ, tertiæ ſuſpendij.

Mori-

Digitized by Google

Obitus celebris pictoris Leodienſis. Moritur Leodij, hoc tempore Lambertus Lombardus Leodius pictor percelebris, qui vltra artem pictoriam architectus quoque fuit præſtantiſſimus, ac ſimul peritiſſimorum pictorum magiſter, & efformator, vti Franciſci Floris & Huberti Gottzij Venloy. Abſtulit ille inter primos rudem illam & ſtupidam pingendi rationem, longeque venuſtiorem ad antiquitatis præcepta reſtituit & incoluit. A

Lamberti huius vitam mores & ingenium libello particulari deſcripſit Dominicus Lampſonius litteris abſolute doctus & Præſuli à ſecretis, typis autem ſuis Brugis excudit Hubertus Gotzius.

Puniuntur Valencenenſes: Maſeekenſes rebellionis conuincuntur: Ducenti Thaleri promittuntur illi qui Doctorem Hermannum viuum vel mortuum Præſuli vel Conſulibus repræſentarit. B

CAPVT V.

1567. ANno 1567. ſexto idus Februarij, ætatis ſuæ Clymaterico Gilbertus Lymburgius obijt inter medicos Leodienſes claſſicus & primarius habitus. Hic primus libellum edidit de acidis Ardennæ ſeu Spadanis fontibus; annum hunc numerali verſu quidam ſic expreſſit. C

Obitus celebris Medici.

SeXto IdVs FebrVI MedICVs GILbertVs In arte
ALtVs & eXCeLLens, fVnere VICtVs obIt.

Valencenenſes, quod Carthuſianorum Cœnobium & Vedaſti templum vaſtaſſent, aliaque inſignia facinora perpetraſſent, neque Ducem Arſchottanum & Comitem Egmundanum ad ſe miſſos audire vellent, declarati ſunt Regiæ Maieſtati rebelles. Quare menſe Martio Norcarmius aduectis Tornaco & alijs vicinis oppidis maioribus tormentis, vexilla aduerſus Valencenas explicuit, moxq; vrbis mœnia tanta vi quaſſauit, vt incolæ nulla ſe tuendi ſpe reliqua, confeſtim colloquendi facultatem petierint, qua ſub veſperam admiſſa, promiſerunt quibuſdam ſuæ rebellioni congruis conditionibus deditionem facere, verum cum non fuiſſent auditi, poſtera die ſub auroram duobus & viginti tormentis rurſus mœnia ſalutantur, turreſque nouellæ dirimuntur, nec prius abſiſtitur, quam ſub meridiem mœnibus ſolo æquatis peruius faciliſque militi in oppidum pateret ingreſſus. Tum Valencenenſes omni ſpe abiecta Regis arbitrio, Sole in veſperam inclinante, ſe dedunt. Eadem itaque die, quæ erat Dominica Palmarum à meridie cum præcipua copiarum parte ingreditur Norcarmius: Atque hæc Valencenarum vrbis munitiſſimæ memorabilis expug- D

Valencena expugnatur.

Digitized by Google

expugnatio ſectariorum animos valde deiecit.

A Eodem menſe admonetur per vicinos Principes Præſul, quendam Vbolz; qui neſcio quid ſibi à Patria Leodienſi deberi querebatur, cogere militem, luſtrationemque in Comitatu Hornenſi prope Monaſterium Thorenſe meditari; Doctorem Hermannum qui populum Haſſelenſem & Traiectenſem iam ante infecerat, ſe breui conciones Leodij habiturum iactare, Maſekanos promiſcuè quoſuis hæreticos recipere, eorumque conciones palam audire. Quare deliberatione ſuper his & ſimilibus rumoribus in concilio ſuo habita, viſum fuit tres Ordines Patriæ coniunctim ſcribere debere, vt Maſeckenſes hæreticos concionatores expellant, & ad obedientiam Præſulis & B Principis ſui qui hæreticos in ditione ſua non admittit redeant. Igitur & illi cum iam etiam Ordinum Patriæ monitiones negligerent, multas & vanas excuſationes prætexentes, vocantur ad iudicium, & cauſa dicta, vti rebelles & contumaces contra Principis ſui Imperiũ & iuſſum damnantur.

Habita deinde vlteriori cum Ciuitatis Concilio conſultatione, publico edicto prohibet, ne quis Ciuium exterum aliquem hoſpitio excipiat, niſi eadem die nomen eius vel Præſuli, vel prætori ſuo, vel conſulibus referat, ſub pœna pro prima vice 20. florenorum aureorum, pro ſecunda 40. Speciatim vero ne quis cuiuſcumque ſtatus ſit vel conditionis, hoſpitio recipiat quendam Doctorem Hermannum C qui nuper Haſſeletum; Maſeckam, Traiectum & alia oppida hæreſibus ſuis inficere conatus eſt, ſub pœna perpetui exilij. E contrario edicit eum qui dictum Doctorem ſiue viuum, ſiue mortuum Præſuli ſeu eius Prætori vel Couſulibus repræſentarit, pro honorario ducentos thaleros, centum à Præſule & centum à Ciuitate accepturum, & ſi forſan vnius vel plurium criminum reus fuerit (crimine læſæ Maieſtatis diuinæ vel humanæ excepto) noxiam remiſſurum.

Præmium offertur repræſentanti Hermannum prædicantem.

Obſidio & deditio oppidi Haſſelenſis: Maſeckenſes colla ſubmittunt
D *Traiectenſes Præſidium recipiunt: Fana hæreticorum diſturbantur. Auriacus in Germaniam ſe confert, ibiq; vaſtum cogit exercitum.*

CAPVT VI.

HAſſelenſes igitur cum neq; paternis Pręſulis monitionibus, neque ordinũ patriæ literis acquieſcerẽt, & iam rebellionis conuicti in ea inſordeſcerent; tandẽ, cõmuni ordinũ aſſenſu, per Leod. obſeſſi ſunt, miſſis iſthuc quinq; ſignis peditũ, Præſule interim

Leodij, ſi forſan reſipiſcerent, manente: ſed cum ſuis viribus & factioſorum quorundam, qui Valencenis & alijs vicinis ex locis pulſi conuenerant, copijs fiderent, & magis ac magis inſoleſcerent, cæſis noſtrorum nonnullis, inter alios quodam Ioanne Gilin tormentorum bellicorum præfecto: Præſul ipſe cum equitatu, & ciuium quatuor ſodalitijs in caſtra conuolauit, mœnibuſque vehementius quaſſatis, effecit vt Catholici ciues inuitis hæreticis cùm exteris, tum alijs Oppidum, his ferè conditionibus, redderent, vt obſidionis ſumptus luant, & Cœnobia Templaque deformata proprio ære reſtaurent, fidem deinceps Catholicam Romanam profiteantur, præſidium militare recipiant, alant & exhibeāt. Subductus eſt interea ſtratagemate Doctor ille Hermannus totius incendij fax, currui inter fœnum impoſitus & abſconſus.

Præſul ipſe cū 4. ſodalitijs Haſſeleū proficiſcitur.

A

B

Rebus ita compoſitis, Præſul cum ſuis Leodium reuertitur, ingenti ab omnibus lætitia exceptus, quam cum & ipſe Ciuibus ſuis teſtari vellet, portam Ciuitatis ingreſſus, bombardam conatur explodere, quæ ignem non concepit, donec thecæ repoſita, dum iam in palatium ſuum deſcēdiſſet, accenſo puluere, glande ipſi pedem tranſuerberauit; à quo vulnere & difficultèr curatus eſt, & ex eo tempore ex vulnere accepto ſemper claudicauit.

Bōbarda glande Præſulis pedem tranſuerberat.

Maſeckani hac deditione intellecta, & ipſi colla ſubmittunt, recepto apud ſe, & in vicino oppido Stokhemio milite præſidiario.

Traiectenſes quoque ſibi metuentes initio Aprilis præſidia à Gubernatrice Brabantiæ, Principeque Leodienſi recipiunt.

C

Cum multi Valencenis, & alijs Flandriæ oppidis, propter hæreſes, ſeditiones, ſacrilegia, templorum & Monaſteriorum aliorumque piorum locorum vaſtationes & deprædationes, per Regios pulſi in Ciuitatem Leodienſem aliaque patriæ oppida ſeſe diffunderent, verendumque eſſet ne motus iam excitatos fouerent, nouas etiam ſeditiones ordirentur, & hæreſes ſuas ſiue clam ſiue publicè ſpargerēt; Princeps Aprilis 14. edicto publico omnes exteros qui pacifice & continuò in Ciuitate vel patria biennio non reſediſſent excedere, contumaces carceribus mācipari, & ſi ſeditionum ſacrilegiorumque aut ſimilium criminum rei reperti, tanquam tales etiam iuxta criminum exigentiam puniri mandat, ſi vero nullius flagitij conuinci potuerint, nihilominus mulcta viginti florenorum aureorum tripartitim diuidenda condemnari.

Pelluntur è Ciuitate & patria exteri.

D

Et quāquam prohibuiſſet Princeps vlteriorem monetā à ſuis cudi, quod cuſam ad commune commercium ſufficere iudicaret, tamen monetarij quidam auaritia excæcati eam ſub ipſius inſignibus continuare, ac per Ciuitatem & patriam ſub aliarum mercium ſpecie diſtribuere non ceſſarunt, non ſine Præſulis dedecore & publico damno ac detrimento, ſtatuit idcirco Præſul in eiuſmodi monetarios, ſi qua ratione deprehendi queant, eorumque receptatores aut diſſimulatores pœnam falſorum monetariorum.

Interea

Digitized by Google

Interea Præſul circumductiones Matrimoniorum per omnes Diœ-
A ceſis ſuæ parochias, iuxta præſcriptum Concilij Tridentini promul- *Decretum annullationis matrimoniorum clandeſtinorũ publicatur per parochias.*
gari iubet, & imprimis Aquiſgrani, Haſſeleti, Maſecæ, Bredæ, & alijs
locis tunc in controuerſia propter nouorum Epiſcopatuum ere-
ctionem.

Eiſdem quoque diebus, Antuerpia exceſsêre nouem eius vrbis
precones, partim Caluiniani, partim Lutherani, moxq; omnia illorũ
fana per Magiſtratum obſignata fuêre.

In Flandria quoque, ſub natali rediuiuæ humanitatis, abrogatis *Fana hæreticorum diſturbantur.*
ſectariorum concionibus, illorum etiam templa deturbata. Ipris im-
primis & Baleoli, lociſque continentibus, Couinij quod eſt Patriæ
B Leodienſis oppidulum, inſtante Duce Arſchottano, inſigni exemplo,
ex fani ſectariorum lignis & lacunaribus, tria ſunt extructa patibula, *Egregium Ducis Arſchottani exemplum.*
ijſque protinus ſuffixi plures ſectarij ad exemplum.

Gandaui quoque, magno militum Regiorum impetu facto, vnius
horæ curriculo dirutum eſt ſectariorum fanum.

Sed & in Hollandiæ & Zelandiæ pleriſque omnibus oppidis, ſe-
ctariorum conciones profligatæ, & paulatim tranquillitas reſtitu-
ta eſt.

Maij ſecunda nouæ querelæ mouentur per Ciuitatem & Patriam
de immodica & profuſa cuprea moneta, deque inſigni inde publico
detrimento; nam cum difficile eſſet vulgo verã à falſa diſcernere, nec
facile inter ſe, minus cum exteris, mercatores commercia exercere *Querelæ de multitudine cuprearũ monetarum.*
C poſſent, non audentibus merces in patriam inferre, ne pro merci
bus nonniſi ſpurias monetas reciperent; fiebat, vt & tributa pro diſ-
ſoluendis Imperij taxis impoſita, viliori precio exponerentur, nec
ſeueris Imperatoris edictis ſatisfieri poſſet. Præſul itaque de remedio
oportuno ſollicitus, nouo edicto omnem huiuſmodi monetam re-
probat, vtque inquiſitiones contra falſarios fiant, Prætori ſuo mãdat,
monetæ quoque ſuæ precium imminuit, & alia quoque quo populo
ſatisfiat, edicit.

Eadem die Præſul mandatum Cæſareæ Maieſtatis recipit, quo pro-
hibet omnibus Imperij ſubditis, ne Regi Catholico rebellium caſtra
ſequantur; aut eis quoquo modo opem auxiliumue ferant: Si qui
D forſitan iam militent, mox ſe ab eis ſeparent, ſub pœnis in diuerſis
Imperij Comitijs comminatis. Cuiuſmodi mandatum Princeps per
Patriam ſuam Maij die 6. edici mandat.

Dum hæc aguntur Auriacus de Hiſpanorum conſilijs fit certior *Auriacus aduentum Albani inaudiẽs cogit exercitum.*
Ferdinandum Aluarez Albæ Ducem non parua Hiſpanorum, Ita-
lorum, & Burgundorum manu ſtipatum aduentare, quocirca vanam
& minus tutam quorundam optimatum & nobilium fidem, vulgi-
que inſtabilitatem expertus, dat locum iniuriæ temporum, & An-
tuerpia excedens Bredam ſe confert, agmine nobilium, mercato-
rum, & Ciuium comitatus, atque inde in Germaniam cogitare
cœpit.

Digitized by Google

Queritur apud Germanos de tyrannide Albani & Hiſpanorum.

Menſe igitur Auguſto, cum Ludouico fratre apud Principes Germanos deplorans patriæ ſuæ calamitatem, queritur receſſus & cõtra conditiones pacis & priuilegia Belgarum omnes munitiones Hiſpanis omnium nationum hoſtibus repleri, ſalutem & libertatem non Belgarum tantum, ſed & totius Germaniæ periclitari, non alia ſe cauſa Belgio exceſſiſſe, quam quod ipſe veræ fidei & religionis aſſertor, protector & vindex, tyrannidem hanc ferre non poſſet, non cunctandum proinde, ſi ſe liberos velint ac libertati ſuæ conſulere, Hiſpanos Belgio deturbandos. Ac his quidem & alijs rationibus non paucos in ſuam traxit ſententiam, quibuſcum fœdus inijt, moxque eorum opibus adiutus, magnum cogit exercitum. A B

Dux Albanus Belgium ingreditur: multos nobiles apprehendi & ſupplicio affici iubet. Patria Leodienſis frequenti militum Albani & Auriaci tranſitu & populationibus multa patitur.

CAPVT VII.

ALbanus interim Belgium ingreditur, & ad Ordines Regis codicillos ſeu literas fiduciarias, quas vulgò vocant credentiales, mittit, quidque ſibi ſit à Regia Maieſtate mandatum proximis Comitijs indicaturum renunciat: hortatur interim omnes, vt ſe Regi ſuo morigeros præbeant, Catholicæque religioni accommodent. C

Miles Albani à Condruſijs benigne accipitur.

Leodij Auguſti 13. edicto publico Præſul facultatem dat omnibus commeatum exercitui Ducis Albani in Condruſium vehendi, præſertim in pagum de Hauelange & vicina loca, per quæ decima tertia & decima quarta exinde die tranſiturus veroſimiliter exiſtimabatur, quod & militibus commodum, nec Condruſianis aut ciuibus inutile fuit.

Similiter decima octaua, edixit ne quod militibus per Ciuitatem tranſeuntibus à quoquam cuiuſcumque ſtatus & conditionis præberetur impedimentum. Si forſan vllæ de eis ab Agricolis aut alijs querelæ deponerentur, eæ ad Præſulem ſeu alios ad id deputatos deferrentur, qui eiuſce rei rationem omnem habituri eſſent. D

Albano aduentanti, Comes Egmondanus ei Tilmonem vſque obuiam proceſſit, Albanus in cõgreſſu, conuerſo ad ſuos ſermone (ità tamen vt Comes exaudire poſſet) dixiſſe fertur, en magnum hæreticum: Quod Egmondanum primo anxium habuit, verum enim cùm Albanus venientem complexus, id per riſum dixiſſe ſe ſignificaret, in meliorem partem accepit.

Comes

Digitized by Google

Comes Hornanus Albanum Louanij conuenit, & poſt ſalutationem, commeatum, domum ad tempus aliquod ſibi concedi poſtulauit, & ab eo impetrauit, quod in cauſa fuiſſe creditum, cur non Egmondanum primum captiuum ſteterit, vt qui omnes ſimul capere decreuiſſet, ne vno ſigillatim cuſtodiæ mandato, cæteri ſibi fuga conſulerent. Louanio Bruxellas venit Albanus, & re tandem compoſita, Egmondano & Hornano Bruxellas excitis, tanquam de grauiſſimis negotijs conſultaturus, eos in Concilium vocat, à meridie quinto Idus Septembris. Eodemque tempore Ioannem Caſembrodium, qui Bruxellis erat per Andræam Salazarium obſeruari iubet, interea Comitem Lodronium Antuerpiam mittit, qui Antonium Straelium, virum opibus gratiaque inter ſuos florentem prehenderet, quod factum inter Antuerpiam & Mechliniam iter facientem nactus.

Vt ad Albanum perlatum eſt, Caſembrodium & Straelium prehenſos, ſtatim dimittit Concilium, dato negotio Sanctio Auilę, vt Egmondanum; & Hieronimo Salinæ, vt Hornanum captiuum ſiſterent; ij cum officij ſpecie præirent à Concilio abeuntes, per diuerſas ianuas emiſerunt, vt citra tumultum ſeorſim prehenderentur: vt autem gladium Regis nomine ponere iubetur Egmondanus vir magnanimus, eum quem toties pro Rege, pro patria, pro aris & focis tam fœliciter ſtrinxiſſet, egre relinquere ſe teſtatus eſt.

Comites Egmondanus & Hornanus apprehenduntur.

Vt Comes Hornanus ſiſtitur, de Comite Egmondano vbi eſſet percunctatur, & nihil à circumſtantibus reſpondetur, ſublatis in cælum oculis & magno dato ſuſpirio, id vero rationi congruum conſentaneumque erat (inquit) vt cuius conſilium ſecutus ſum, eius quoque fortunæ Comes eſſem.

Comes Hocſtratanus ab Albano quoque euocatus, in viam ſe dederat, verum morbo præpeditus non venit, ſicque periculum euaſit.

Ab Egmondano popoſcit Albanus arcis Gandenſis teſſeram, vt ea repræſentata, Trullerus qui ipſius nomine arci præerat, eam in poteſtatem ſuam, aut eius quem vellet traderet: Arx tradita Alfonſo Vlloæ, cui iam in vrbe cum ſua legione erat commiſſa, moxque Comites Egmondanus & Hornanus in eam ſub cuſtodia miſſi ſunt. Reliqui Nobiles, pars Viluordiam tranſlati, pars Bruxellis aſſeruati ſunt.

Hoc facto & ſtratagemate territi plerique omnes hæretici iconoclaſtæ, Templorum, Monaſteriorum & theſaurorum Eccleſiaſticorum deprædatores, ſeditionum & tumultuum auctores, ex Flandria Artheſia, Hannonia, Brabantia, fuga ſibi conſulere, & per inferiorem Germaniam & patriam Leodienſem, illiuſque oppida ſeſe diſpergere, errorum ſuorum venena clam in animos innocentium inſtillare, motuum rebellionumque materiam imprimis Aquiſgrani, Traiecti, Tongris, Haſſeleti, Maſecæ, alijſque vicinis locis ſeminare cœperunt.

Edicto pelluntur extern.

Quod ſagax Præſul odoratus Septembris 20. edicto gallico teutonicoque

tonicoque idiomate publicato, exteros omnes qui primum à biennio citra in patriam Leodienſem ſe cōtulerant, & necdum in numerum ciuium relati erant, ante triduum Patriæ finibus excedere iubet: ſi tamen intra biduum Magiſtratibus locorum in quibus morari conſtituunt, ſeſe præſentent, & de fide ac religione ſua Catholica Romana teſtimonium legitimum attulerint, & ab hæreſibus, iconomachijs, ſacrilegijs, ſeditionibus, ſeſe innoxios teſtatum fecerint; pœnâ niſi paruerint conſtitutâ apprehenſionis corporis, & aliâ arbitrariâ pro exceſſuum, quibus rei deprehenſi fuerint, grauitate. A

Infans prodigioſus. Menſe Octobri in Suburbijs D. Margaretæ natus eſt è plebeia muliere prodigioſus infans gemellus, vnius corporis quidem, & vnius duntaxat vmbilici, verum biceps, quadrupes, & quadrimanus: Alia quoque non diſſimilia prodigia ijs diebus viſa fuêre, quę quid protendant, liberum eſto cuique iudicium. B

Marieburgēſes Phi ippi villani & Carolomontenſes ſe ſubtrahunt à iuriſdictione. Inſequenti menſe cum Mariæburgenſes, Philippivillani & Carolomontenſes ſeſe à Iuriſdictione Præſulis ſubtrahere intenderent, exequutoreſque & Iuſtitiæ miniſtros manu forti repellerent, quamquā liquido conſtaret oppida illa in fundo patriæ Leodienſis ſita ædificata, neque vllam adhuc compenſationem, quamuis per Regem Catholicum promiſſam ac repromiſſam, præſtitam eſſe; menſe Nouembri Præſul ſuis permittit, vt ſi quis quid iuris contra oppidorum dictorum incolas habeat, poſſit ſaluo ſuo Iure per arreſtum vt vocant, & iudiciariæ manus iniectionem, veluti contra extrarios procedere. C

1568. Annus inſequens 1568. Patriæ Leodienſi infauſtus fuit; continuo militum cum Albani tum Principis Auriaci tranſitu & populationibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, multorumque oppidorum concuſſione, quin & ipſius Ciuitatis per Principem Auriacum obſidione tentata.

Cum iam Albanus manum rebus Belgicis adhibuiſſet, Margareta Parmenſis Duciſſa, obtenta redeundi in Italiam, ad quam aſpirabat, à Rege veniâ, varijs à Maieſtate Regia muneribus, in laborum adminiſtrationis ſuæ penſationem, acceptis, menſe Aprili multo milite, frequentique nobilitate ſtipata, per Ardennam in Ducatum Luxemburgenſem, ac tandem ex Germania in Italiam contendit. D

Cōiuratio Leodij detecta. Aprili fere medio, cum Porcus & Iacobus Dauanus Gedunenſes inſignes latrones, multos ex locis circumiacentibus vitæ perditæ homines cōſcripſiſſent, motis Gedunia caſtris, ad loca Leodio vicina peruenêre: rumor inualuerat eos Ciuitatem ex inſidijs adoriri, Epiſcopum, Clerum, Ciues, eorumque facultates deprædari ſtatuiſſe, vſuri illis ad expellendos Belgio Hiſpanos. Verum coniuratione latenter detectâ, Præſul conatus eorum, quibuſdam captis & ſupplicio affectis, perfregit.

Dux Albanus, cùm certis nuncijs accepiſſet Germanos, facta in Gallijs pace, conſtituiſſe Belgium ingredi, mittit primum in agrum Leodien-

Leodienſem Hiſpanos & Italos equites cum peditatu Galliæ Ciſalpinæ, curatque, nec ſine ingenti incolarum damno, nouas ibi conſcribi copias.

Albanus mittit Hiſpanos & Italos in agrum Leodienſem.

A

Eodem menſe Maximilianus Romanorũ Imperator electus iterato renouat cõſtitutiones Imperij de pace publica, vt nemo ſine ipſius facultate militẽ cogat, nemo cuiuſquã militiæ ſine eius obtenta venia ſe aſcribat. Iiſdem fere diebus renoãtur Imperij cõſtitutiones in Comitijs circuli Weſtphalici Coloniæ habitis, publicãtur eædẽ & Leodij.

Eiuſdem menſis decimâ quintâ, qua die cùm Præſul prouidus, Capitulum, & Concilium Ciuitatis certis nuntijs intellexiſſent, magnas militum copias tùm equitum tum peditum cogi, & in inferiorem Germaniam iter meditari, multa pro ſecuritate Patriæ & imprimis Ciuitatis Leodienſis ordinarunt, vt portæ & poſtes Ciuitatis minus neceſſariæ terra occluderentur & recluderentur, vt Moſa ad Monaſteriorum, Cruciferorum & ad Eccleſiam diui Ioannis Euangeliſtæ loca (de Beche & Beggarum vulgo nuncupata) cathenis cingerentur, vt in portis & mœnibus locis oportunis excubiæ diurnæ nocturnæque fierent; vt ſigna peditum præſidiariorum conſcriberentur, vt Prætor & Conſules ſatellitibus maiori numero ſtipati incederent.

B

Multa pro ſecuritate Ciuitatis & patriæ ordinantur.

Inſequentis Maij die ſexta renouatur & publicatur ordo tempore inſtantis obſidionis ſeruari conſuetus, in portis mœnibus & plateis Ciuitatis cuſtodiendis, in ſtationibus à Ciuibus & præſidiarijs militibus haberi ſolitis.

C

Eiuſdem menſis 22. multa de murorum munitionibus ſtatuta fuêre, & imprimis de muris, domibus D. Abbatis S. Lamberti & Suatſemburch adiacentibus reparãdis, hortorum muris etiam intra mœnia ad dictas domos exædificatis, quantum belli neceſſitas poſtularit, demoliendis.

Die 28. Carolus Comes Berlemontius Præſuli Ciuitatique ſcribit, Ducem Albanum decreuiſſe, copias Domini de Hierges filij ſui & Domini de Billy per defluum Moſæ Rhenum verſus mittere, deeſſe ſufficientes naues quibus Moſam tranſmittant; rogare proinde vt Andanium verſus vbi tranſmittere cogitant, naues, iuſto nautis ſtipendio promiſſo, mittant; cui communi conſilio & gratioſè reſponſum, & naues miſſæ fuerunt. Nec multo poſt intellectum magnam Germanorum manum, quæ per Moſam in Belgium tendebat partim cæſam, partim fugatam fuiſſe, ex ijs mille quingentis, ex Regijs quadraginta tantum deſideratis.

D. de Hierges Moſam tranſmittit & Germanos cædit.

D

His quoque diebus, 15. Regiorum militum ſigna per Moſam verſus Friſiam deſcendũt, non ſine Leodienſium metu, armato interim collegio Decemuirûm ad ripam gurgitis moſæ pro ſecuritate Ciuitatis conſtituto.

Hoc tempore Ludouicus Naſſouius frater Auriaci cum tribus equitum & decem peditum millibus, in Friſiam irrumpit, Dauinum & Vedam

Ludouicus Naſſouius Auriaci frater in Friſiam irrumpit.

Digitized by Google

Vedam mox occupat, deinde Groningam obſidione cingit. Maximilianus eos reuocare conatus nihil proficit. A

Albanus Arenbergio Comiti Friſiæ præſidi, nuper è Gallia reuerſo, negotium dat, vt cum quinque legionis ſuæ ſignis, Ludouicum Naſſouium qui in Friſiam deſcenderat & caſtra muniuerat, arceret & propulſaret, qui eo deſcendiſſe ſe conteſtabatur, ſumptis armis pro patria, pro focis & aris, & quod caput erat, pro conſcientiarum libertate, in cuius Naſſouij vexillis inſcriptum, *aut recuperare aut mori*. Comes Arenbergius onus mandatum aggreditur, & vbi eo deuentum, quo fœderati conuenerant, præmiſſo Hiſpano peditatu, initio leuibus prælijs certatum, Naſſouij conditione deteriore, itaque Arenbergius decimo Kalendas Iunij & poſtridie quàm fœliciter cum hoſte pugnauerat, Heuligerſium verſus milites ſuos ducit, vbi Naſſouius caſtra ſua muniuerat, hic Arenbergij aduentu cognito, mox aciem inſtruit, & ante lucum (cui palus vliginoſa ſuberat) agmen quadratũ inſtruit, eoque loci vltro citroque decertatum, vt vero ardentius itur, in paludes imprudenter Hiſpani progrediuntur, Arenbergius naturam loci perſpectam habebat, cur autem ſe ſuoſque perditum ierit, cauſam dediſſe conſtans fama eſt, maliuolos Hiſpanorum rumores, & importuna murmura, qui cunctabundum, quaſi tergiuerſantem, tempuſque Naſſouio euadenti largientem increparẽt, parum memores dicti Enniani: B

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem; C
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.

Comes Arenbergius glorioſe moritur.

Sane vir generoſus & magnanimus qui fidem ſuam in dubium reuocari non patienter ferret, ſpreto & inſuper habito periculo, imprudenter in fœderatos inuectus eſt, vt igitur Hiſpani contempto hoſte, quod ſemper contemptoribus exitioſum fuit, vim faciunt & priore agmine confligunt, in paludes præcipitantur, & Comes Arenbergius fortiter pugnans, occiſo manu ſua Naſſouio, vt quidam prodidere, alij glande tormentaria icto, cum ſuffoſſo equo, mox alio inſcenſo rurſus certamen inſtituit, à circumfuſo hoſte interfectus eſt, perierunt ex Hiſpanis elati & ſuperbi nominis Aluarus Oſorius, Ioannes Pereſius, Petrus Caprarius, & alij ordinum ductores, deſideratis quoque amplius quingentis Hiſpanis, amiſſaque tormenta bellica & impedimenta. De Arenbergij caſu & deplorando infortunio ſic quidam veriſſimè cecinit. D

Procumbens contra Eccleſiæ patriæq; rebelles,
Non potuit fato nobiliore mori,

Albanus vbi de caſu hoc cognouit, confeſtim Hiſpanos fere omnes Namurcum miſit.

Auriacus interea conſcribit equitum millia nouem, & peditum quinde-

quindecim. Non fugiebat Albanum quid tentaret & molíretur Auriacus,& qui hinc inde fierent curſus armatorum, qua ratione Hiſpanos Namurcum ad duo millia peditum & equites quingentos Traiectum miſit.

A

Comitis Arenbergij cædes, mortem fœderatorum properauit, & hic quem iam pridem animo deſtinauerat conceptum contra proceres, ac primores, ſimul etiam Belgij nobilitatem, quam motibus & rebellioni contra Regem & religionem Catholicam cauſam dediſſe dicebat, effudit, productoſque captiuos in publicum vti perduellionis reos, ſupremo ſupplicio Bruxellis Kalendis Iunij affecit. Erant in ijs Gibertus & Theodoricus Batemburgici fratres germani, Petrus Andelotus, Philippus Vingenus, & alij permulti viri nobiles.

B

Poſtridie ad ſupplicium quoque producti, Ioannes Montinius, Villerius & Duchius, ac inter eos Cornelius Nyemus, homo perditus & famoſus inter eos concionator, improbatæ damnatæque religionis.

Poſtmodum Egmondanus & Hornanus Comites auecti curru Gandauo, vbi carcere adtinebantur, Bruxellis in cuſtodiam miſſi; vbi ſententia mortis ab Albano Duce, tanquam ſupremo concilij criminalis Iudice recitata. Quid autem Comiti Egmondano crimini datum, quid Hornano à Rege improperatum, conſtat ex ijs, qui res actas geſtaſque litteris prodiderunt.

C

Comes Egmondanus coram recitata ſententia, reſpondit non exiſtimare ſe anteacta vita, de Maieſtate Regia tam male ſe meritum eſſe; tamen nihilominus orare ſe, vt ſi quid deliquerit, id ſua morte eluatur, nec vlterius ad domus & familiæ dehoneſtamentum in vxoris ac prolis perniciem pœna porrigatur, eoque fini calamum poſcit, & ad Regem dat litteras, quas obſignatas & complicatas, Domino Martino Rittouio Iprenſi Epiſcopo viro ſane perquam pio & præſtantiſſimo Theologo, (qui tanquam à confeſſionibus vocatus aderat) tradit ad Regem mittendas, quod Epiſcopus ſe facturum recepit ac repromiſit, inde precibus intentus & ad mortem cogitans, delicta ſua eidem profitetur, acceptaque ab eo delictorum venia & abſolutione, ad quietem ſe paululum compoſuit.

D

Comes Hornanus monitus confeſſionis ſacramentariæ, cum Deo peccata ſua confeſſum ſe diceret, & Epiſcopi colloquium & ſolamentum recuſaret, ad extremum itidem delictorum veniam petijt.

Inter has curas nocte exacta, in peruigilium Pentecoſtes, quod in nonis Iunij incidebat, Comes Egmondanus ne diutius executio differretur, rogauit. Itaque Bruxellæ ſub meridiem in forum vbi pegma ſeu theatrum ad id paratum ac pannis lugubribus inſtratum erat, deducitur, comitantibus Rittouio Iprenſi Epiſcopo, Iuliano

Digitized by Google

Romero, & Franciſco Salina, diſpoſito per omnes aditus milite, poſt eum morte affectum, & corpus velatum, panno iniecto, Comes Hornanus producitur, fauſta adſtantibus precatur, vtque ad Deum preces fundere velint rogat, Regem ſe offendiſſe, eo quo inquirebatur modo ſæpius poſtulatus fateri recuſauit, & tandem poſt multa effatus, exuto pallio, ſupra puluillum commendata in Dei manus anima à carnifice decollatus eſt; vtriuſque caput ad ſpectaculum pilis ferreis ſuffixa, duabus horis proſtiterunt: Comitis Egmondani cadauer Sottegemi oppido ſuo in Flandria; Hornani Campiniæ in Brabantia ſepultum eſt. Hic exitus Egmondani fuit cum 46. annum ageret, hic reliquit Sabinam Baioaram vxorem & ex ea tres filios, octo filias; Hornanus vero ſine prole deceſſit, quin etiam mox Viluordiæ Antonius Stratius conſul Antuerpianus & Ioannes Caſenbrotus, Egmondano ab epiſtolis capite plexi ſunt.

Albanus magna clade Ludouicum Naſſouium afficit: conuenit Groesbekanum Viſeti, qui rurſus Comitia Patria celebrat.

CAPVT VIII.

Vigeſima ſexta Iunij Albanus in Friſiam, Ludouicum expulſurus & exturbaturus, cum ſeptemdecim Hiſpanorum ſignis contendit. Vbi Groningam appulit; Ludouicus ſe in locum tutiorem, ac ſuo iudicio inexpugnabilem recipit. Progreditur Albanus, exploratáque locorum oportunitate, 21. Iunij, ſenſim alijs atque alijs militibus ſubmiſſis, hoſtem in prælium adducit & inuocat, quod cœptum duabus ante meridem horis, in alterius diei veſperam continuatum fuit; vbi magna Ludouici clades facta, tormenta eius capta, cæſi & profligati pene omnes, vix ipſe cum paucis euaſit ad fratrem.

Prælium ſeſquidiei.

Ludouicus cū paucis euadit.

Rebus ita proſperè geſtis, Albanus mox vt Auriaco iter in Belgiū per Moſam præcludat, Traiectum verſus iter intendit, caſtraque ad vtramque Moſæ ripam infra ad paſſus circiter mille metatur, loca transmoſana equitatus, ciſmoſana peditatus occupabat. Pons ligneus ſupra fluuium magno artificio pro libero ad inuicem acceſſu extructus.

Exercitus Albani apud Traiectum.

Erant tunc in Albani caſtris ſex millia equitum & 30. millia peditum; quibus ille meditari ferebatur ditionis Leodienſis homines inuadere ac debellare, quod multi dicerentur nouata religione deprauati, Epiſcopo ſuo ac Principi debitam nolle præſtare obedientiam, eoque inuito Regis hoſtibus aditus ſe in eam regionem præbituros, recepiſſe: ſed conſultius Albano viſum fuiſſe, prius explorare quorſum

ſum iter hoſtes intenderent, vt vbi maior videretur incumbere hoſtes arcendi neceſſitas, ibi potiſſimum vires opponeret. Habebat Auriacus ſuas apud Rhenum copias, quas auxerat ſignis quatuordecim Nicolaus ab Hacſtoct. Sed & circa Dalen oppidum, quidam D. de Villers ingentem conflarat hominum multitudinem, ſed qui minus armis inſtructi, diſſipati ſunt ab Hiſpanis, & cæſi.

Exercitus Auriaci auctus.

Dominus de Villers apud Dalen caditur.

Calendis Septembris Albanus & Præſul conueniunt Viſeti, oppido inter Leodium & Traiectum intermedio: Quæ ibi tractarint incertum & minus liquet: Aiebant quidam Albanum militem & operam Antiſtiti obtuliſſe, verum eum gratias egiſſe, neque enim eiuſce rei neceſſitate vrgeri; & habito aliquot horarum colloquio diſceſſum eſt.

Præſul aliquot horis agit cum Albano.

Actum in Comitijs Leodienſibus Septembris 18. de diſſoluendis, quæ in immenſum iam excreuerant, patriæ oneribus. Similitèr & de tributis Imperialibus præſtandis, oportunaque ad ea collectanda ratione. Item de milite præſidiario propter grauiora & ingruentia pericula augendo, deniqúe de veteri querela erectionis nouorum Epiſcopatuum, & diminutionis Iuriſdictionis. Poſt maturam quidem deliberationem, placuit ad ſeruandam æqualitatem, nihil videri ęquius, quam ſi vectigal ſuper vino & ceruiſia inſtituatur; Ita 14. ſtuferi ſeu aſſes Brabantiæ ſuper hama vini extranei, & vnus ſuper ordinario cæruiſiæ vaſe impoſiti. Tandem de nouorum Epiſcopatuum erectione, poſt tot fruſtra apud aulam Bruxellenſem propoſitas querelas, ad S. D. N. Papam, quamquam forte nimis ſero, ſcribendum.

Eiuſdem menſis 25. & aliquot diebus ſequentibus, nocte ſubluſtri, admiranda & horrenda in aëre portenta ſe humanis obtutibus obtulêre; nec vnius certe generis, interdum gladij cruentati, ſanguinolentæ lanceæ ſibi occurſantes, interdum ardentes haſtæ, ignitæ galeæ, varij coloris & figuræ vexilla, aliaque id genus, quæ pluribus hiſce locis conſpicua, haud vulgarem terrorem incutiebant. Solent enim huiuſmodi non fruſtra apparere, vt frequenti experientia compertum eſt, & magnos ſubinde morbos, bella fatalia, famem, peſtem, & alia eiuſcemodi præſagire, vt vere dictum ſit;

Nunquam futilibus excanduit ignibus æther.

Auriacus fruſtra petit tranſitum per Ciuitatem Leodienſem, petit pecuniam mutuo ab Aquenſibus: miles eius in pago de Noortvvick omnia ſacra profanat & prædatur.

CAPVT IX.

Albanus figit ſedē in Caſtert prope Traiectū vnde ager haſbanus vaſtatur.

VLtima menſis, caſtra mouet Albanus & ad ciſmoſanum duntaxat littus commodo loco, & ipſis mœnibus Traiectinis finitimo

ad vſque pagum Caſtert, & vbi frequens equitatus erat, ſedem figit. Hinc in Hasbanicum agrum à militibus, præſertim equitibus quotidianæ excurſiones, quæ apud Leodienſes non parum Hiſpanico nomini & Albano concitabant odij & inuidiæ; præſertim apud eos, qui partes Auriaci fouebant. Fiebat inde, vt Hiſpanis vix tutus pateret in Ciuitatem Leodienſem ingreſſus, quin etiam in ipſos interdum impetus fierent: Indignationem augebat quod miles aſſereretur dictitare Ciuitatem ſuam eſſe, Regem ea propediem potiturum, Epiſcopum Albano ſupremam illius poteſtatem pollicitum, & alia id genus, ob quæ gens libera, alterius impatiens imperij, & agricolarum creberrimis querimonijs exacerbata, longe reddebatur efferacior. A

Auriacus Leodio appropinquat.

Interea veniebat & appropinquabat Auriacus Leodio, iter in Brabantiam cogitans; quapropter Albanus de Ciuitate neutrali hoſti commodiſſima ſollicitus, dat ad Præſulem literas, petitque vt neget Auriaco tranſitum, quocumque colore quæſito, & ſi quicquam ſequius & iniquius tentet, repromittit ſe Leodienſibus haud defuturum. B

Aquenſes blande pro mutuo ſollicitat.

Erant Auriaci copiæ in Gulpen, locisque vicinis omnia vaſtantes & deprædantes, dum interim ipſe cum aliquot exercitus ſui ducibus apud Aquas conſtitutus, Aquenſes verbis humaniſſimis, ſed doloſis pro mutui datione ſollicitat, ſe quidem inuitum facere, vt veteribus amicis, Imperij Germanici clientibus, optimè de ſe ſuiſque meritis, non vſui ſed oneri eſſe cogatur: Verum vrgente impellenteque neceſſitate aliter facere non poſſe, militem graui commeatus defectu premi, illorum vires paulatim elangueſcere, niſi perſoluto ſtipendio progredi nolle, ſuis ducibus obſtrepere, tumultum aut defectionem vereri, bona fide ſe ſuo tempore mutui accepti ſummam ad extremum quadrantem refuſurum. C

Minas dat & 26. thalerorũ millia imperat.

Lectis literis, Oppidani ſe excuſare, immunitatem oſtendere, beneficia collata commemorare, exorbitantem pecuniæ ſummam (erat enim quinquaginta millium Thalerorum) exhorreſcere; contrà rurſum ille inſtare & vrgere, & ni ad certam diem imperatam numerent, extrema ipſis ferro flammaque minitari. D

Ciues omni militum præſidio deſtituti, tale nihil à Germaniæ Principe ſibi timentes, volentes nolentes illius petitioni quodantenus aſſentiri coacti, 26. thalerorum millia numerant, ac 20. quidem Canonici, reliqua ſex Ciues; tantiſper miles per pagos templa ſpoliat & profanat.

Horrẽda Hæreticorum facinora.

In pago Noortwick templo ſanctæ Brigidæ ſacro, vbi in ſanctorum imagines pro animi libidine debacchatum eſſet, Sacroſanctam Euchariſtiam ſacrilegis manibus contaminare, pedibus calcare, (horret manus ſcribere) commingere, & ventris onere conſpurcare non formidant. Quæ quidem horrenda facinora bellè ſcilicet

qua-

quadrant cum eo quod ab Auriaci ſtudioſis iactabatur, eum cum ſuis nil moliri quod religioni Catholicæ officeret, ſed ſua duntaxat belli iure repetere, & Hiſpanos tyrannos Belgio eijcere velle.

His ita ab Auriaco geſtis, Octobris ſexta Tubicinem cum literis Leodium mittit. In pontis amaricordis porta reſtitit nuncius, multâ ciuium circumſtante coronâ. Ad eum veniunt extemplò Prætor & Conſules. Vbi illum interpellaſſet Prætor, quidnam in mandatis haberet; ille arrogantèr ſibi nihil negotij eſſe cum Prætore nec eius Domino Principe, ſed literas ad Senatum Leodiēſem dare velle; diſcordiæ ſcilicet inter Principem & Ciues ſegetem ſubminiſtrans. Acceptæ nihilominus literæ, ad Principem Senatumq; delatæ leguntur, quarum hæc erat ſumma.

Petit tranſitū per Ciuitatem & quid illi reſpōſum ſit.

Principem Auriacum ſibi ſuiſque militaribus copijs Ciuium pace & beneuolentia per Ciuitatem iter in Brabantiam petere, ſe non hoſtem ſed amicum ac vt Imperij Principem, & Patriæ vindicem & protectorem veniſſe, ad Ducis Albani & Hiſpanorum tyrannidem, effrenatamque dominandi libidinem reprimendam: huic non ſatis fuiſſe ſua ſuorumque bona præter ius & æquum inuaſiſſe, inſontes non paucos capitis pœnâ & facultatibus mulctaſſe, niſi inſuper falcem in Germanicam meſſem immitteret; eiuſque generis ſimilia. Ijs lectis & maturè perpenſis, Præſul graui luculentaque oratione ait ſe Ciueſque omnes Cæſareæ Maieſtati ſubditos eſſe, non poſſe non ſcire eius mentem & voluntatem fore, vt aliquando non Deo tantum & Eccleſiæ, ſed & illius Maieſtati rationem reddere teneantur, & plura eiuſce generis. Aderant eo in conuentu Dominus Guilhelmus de Meroede, Dominus de Waroux, de Heers, Landeli, Hamalle, Loncin, Lichterborch, Kercome, & alij: qui cùm multa in medium quoque attuliſſent, in eam itum eſt ſententiam, Auriaco reſpondendum rem magni momenti peti; quæ non ad Ciues tantum, ſed & ad Principem & Patriæ Ordines pertineret, quapropter rogare vt interim dum Comitia Ordinum Patriæ indicātur, reſponſum expectet.

Traiectenſium alterius generis reſponſum.

Sub idem tempus, miſſus eſt & alius Tubicen Traiectum, per quem quoque ſibi viam in Brabantiam concedi petebat: Hic à Senatu nullo accepto reſponſo, ad Albanum miſſus, arbori non procul ab Oppido ſuſpenſus eſt.

A

Auriacus præter opinionem Albani Moſam cum toto exercitu traÿcit: Stockhemium fruſtra ingredi petit: Tongrenſes inconſultè primos Auriaci proceres intromittunt.

CAPVT X.

HIſce literis & animos Leodienſium & Traiectenſium pertentabat Auriacus, & Albano fucum faciebat: Cum enim needum tabellarius Leodienſis ad eum perueniſſet, ille miſſis ſecretò qui itinera & Moſæ vada tentarent; oportuno inter Stokhemium & Maſeckam vado reperto, nocte lucida, Moſam, extēſo per illius trāſuerſum fune viam monſtrante, cum ſuo exercitu traiecit, moxque arcem Stockhemiam hoſpitij ergo (vt aiebat) ſibi concedi poſtulabat: Verum Falcumburgus Præfectus excuſat ſe id non audere, niſi conſulto prius & aſſentiente ſuo Principe, nec quamuis pluries in eundem modum rogatus, etiam ſubiectis minis, reſponſi aliud dedit, potius paratum ſe cum præſidiarijs vitam & ſanguinem profundere. Princeps de his certior factus, mox & alios præſidiarios Leodio, Emiliano duce, Stockhemium per moſæ defluum ſubmittit. Is cùm Comiti Berlaymontio Albani caſtra ſequenti hoſtem moſam tranſiſſe ſignificaſſet, & Comes id Albano renunciaſſet; fertur incredulus interrogaſſe, putaretne Auriaci aciem auium phalangem, quæ moſam tranſuolaſſet?

Falcumburgi conſtantia.

B

C

Albani increduli interrogatio.

Eodem quoque tempore ac eadem de cauſa, Dominus de Floyon Prætor Leodienſis Haſſeletum cum duobus militum ſignis mittitur.

Satis oſcitantèr hic ſe geſſiſſe Albanum vulgo ferebatur, quod fluminis altitudinem non prius exploraſſet, expendiſſetque diligenter; ſed ab euētu facilè ſapimus omnes. Albanus re penitus cognita, mox Ægidium Hiergium Berlemontani filium cum aliquot copijs, nocte intempeſta, cœloque maximè pluuioſo, Thenas mittit; ne forſan hoſtis eo præueniens, annonam quæ ibi maximâ copiâ aſſeruabatur, præriperet.

Ab euētu facilè ſapimus.

D

Dedit interim Auriacus biduum copijs ſuis refocillandis, deinde facit iter verſus Tungros, ac primum quidem milites eius modeſtè ſe habere, mox ingenium prodere, ſacra profanare, quemuis indiſcriminatim opprimere, etiam qui eorum partes fouebant & tuebantur.

Inſolentia militum Auriaci.

In pago Villarij Epiſcopi, vno à Tungris milliari, calcata pedibus ſacra ſynaxis, ſacro infirmorum oleo inuncti calcei, imagines deturbatæ, fœdata altaria: Pleriſque alijs locis ablati ſacri calices, ſacræ veſtes in profanos vſus commutatæ, è calicibus vulgo bibebatur, caligæ

ligæ è caſulis, & caligarum ligulæ è ſtolis, non ſine ſcurrilibus ſcommatibus parabantur. Alibi ſacerdotes miſeris modis afflicti, præciſis naribus & auriculis, excoriato vertice, exſectis veſtibus, exploſis bombardis, in eos velut in ſignum iaculatum.

Tungri vtrinque militibus cincti, hinc Albanicis, illinc Auriacis, inter ſpem metumque fluctuantes; ſeu errore perculſi, ſeu blanditijs ineſcati, ſeu immodico (quod fama ferebat) Auriaci ſtudio obcæcati, inconſulto Præſule Domino ſuo, portis reſeratis, Auriacorum primores intromittunt; Inter quos erant Comes Ludouicus Auriaci frater, Comes Hockſtratanus, Comes Lumeyus, Dominus Philippus Louiruallus, Dominus Vallius, D. Bethonius, & alij plures.

Albanus rem ex compoſito peractam ſentiens, cùm in eo oppido haud exiguam farris copiam, & impedimenta bellica repoſita haberet, ipſique Hiſpanum vt admitterent nulla ratione adduci potuiſſent, vrget vt Auriacorum duces captiuos detineant, aut apertis portis ſuos intromittant; ni fecerint, excidij pœnas minatur, iiſque paulo cunctantibus, mox portas Vulcano tradit, & oppidum depopulandum militi proponit. *Albanus Tungrenſibus offenſus.*

Hoc triſti accepto nuncio, Præſul D. Winandum de Wyngard Decanum Leodienſem, & virum nobilem Bolandum Oeconomum ſuum ad Albanum mittit, qui referrēt ſe inſcio & inuito quæ Tungri feciſſent patrata, Ciuium quorundam culpam, bonorum nomine (quorum maiorem melioremque conſtabat eſſe numerum) deprecarentur, beniuolentiam, fauorem, auxilium pro modulo promitterent, veſaniam audaciamque paucorum per oportunitatē Principem vlturum profiterentur. *Præſul placat viriſque eius animum.*

Sedatâ & pacatâ vtcumque indignabundi Ducis cholerâ, ſubmittitur Guilhelmus Pictauius Præpoſitus Leodiēſis, vir domo & genere nobilis, pius & eruditiſſimus, qui oppidum Albano eiuſque militibus aperiri iubet, hoſtibus inde diffugientibus. *Guilhelmi Pictauij virtus.*

Lolcaſtri Auriacus concioni Caluiniſticæ cum ſuis intereſt: Scribit Groesbekano: Oppidum S. Trudonis ingreditur, ſpoliat, & Abbatem captiuum abducit: Abbatiſſa de Herckenroede inſigni ſtratagemate euadit.

CAPVT XI.

SVb id tempus Auriacus Lolcaſtri, exiguo Leodiorum oppido, metatis caſtris; Dominico die ſuis ſtipatus, concioni noui præconis Euangelici, quem ſecum ducebat, intereſt; cuius finis iconomachia, quæ ſtatim ſubſequuta: nec hoc ſatis, domum Dei in equorum ſtabulum vertit, ſacris profanatis, deprædatiſque. *Domus Dei in equorum ſtabulum verſa.*

His

His ita geſtis, Auriacus mox ad Præſulem ſcribit, multum demirari ſe Epiſcopum, Imperij Germanici Principem, decretis Imperij ita aduerſari, Albano hoſti & Rempub. turbanti, non occultè ſed publicè, aduerſus Imperij Principem fauere, ſuppetias & auxilia ferre; de quo compertam fidem facerent interceptæ Comitis Berlemontij literæ, quin etiam vetare, ne quis ſibi militaret, non ſolum præter Imperij, verum omnium pene nationum conſuetudinem: licere enim cuiuis Duci, modo non hoſti nomen dare; quæ cum ab eo & Leodiēſi Capitulo indigna ſine vllo merito perpeſſus ſit, velle ſibi ab eis centum millium Ducatorum mulctam pendi, & innumerato quo nominis ſui exiſtimationi acceptæque iniuriæ fiat ſatis, velle inſuper intra 14. horarum ſpatium reſponderi, & quis animus ſit apertè renunciari. A B

Auriacus centum millia ducatorum à Præſule & Capitulo petit.

Ad quæ Groesbekanus in hunc penè modum reſcripſit: Demirari cur à ſe ſuoque Collegio eam ſummam exigat non laceſſitus, aut iniuria prouocatus; ſi quid habeat querimoniæ ad Imperij auditorium deferat, conuictum ſe ſolutionem non negare, cæteroquin, ne denarium quidem.

Quarum literarum exemplar, propter vicinas Albani copias, ſerius ad Auriacum peruenit.

Poſtridie iterato ſcribit Auriacus, grauiter ſe & iniquo animo ferre, quod intra horam reſcriptioni dictam non reſcriberetur; ſe ſecundum ſcribere, ne quis ſit excuſationi aut tergiuerſationi locus, qui ſi ſuæ petitioni pro animi ſui voto non reſpondeat, non impunè laturos. C

Neque interea deſinebat Trudonenſes miſſis fecialibus ad deditionem ſollicitare, ex ſuis enim dedicerat in oppido plurimos eſſe, qui eius partes vel ſolo religionis nouæ & affectatæ ſtudio fouerent.

Hockſtratanus iſthuc inter alios miſſus, prædæ inhians, multis verborum lenocinijs & illecebris perſuadere nititur, vt quod iam pridem animo deſtinarant intrepidè peragerent, portas ſibi & aliquot nobilibus adaperirent, adeſſe Principem Auriacum amicum & protectorem: Dumque pars oppidi ſanior cum eo colloquitur & eius conatus illudere tentat, ecce per nefarios quoſdam panduntur portæ; moxque cum multis cùm nobilibus, tum gregarijs, oppido potitur: claues ad Principem in caſtra deferri iubet, præſidium imponit, arctiſſimâ cuſtodiâ portas munit, omnia denique ſuo arbitrio diſponit. D

Quidā nefarij Hocſtratano portas Oppidi S. Trudonis aperiunt.

Oppido in Auriaci poteſtatem redacto, ſacerdotum imprimis & Monachorum ordo in graui periculo verſabatur. Igitur plerique omnes vitæ conſulentes hab[illegible] commutant, alij fœno, alij granorum aceruis ſe ſubdunt, alij ſecretiora ædium loca inquirunt, nonnulli humiles domos curſim petunt.

Cœnobium Benedictinorum longè ampliſſimum, aureâ argenteâque ſuppellectili, vino, frumento, alijſque rebus ampliſſimè inſtructū diripitur.

Cœnobium diripitur.

Digitized by Google

diripitur. Abbas vt veſanum militis furorem, & hoſtiles ſannas euitaret, ſe in locum ſecretiorem abdiderat, verum aliquamdiu & loci ſquallorem & fœtorem perpeſſus, ſeu diligenti quærentium indagine, ſeu quorundam improborum, qui domus ſecreta explorata haberent, indicijs demonſtratus, capitur & abducitur, donec poſtmodum viginti Thalerorum millibus libertatem redimit. Fuerunt & alij nonnulli deprehenſi graui ære mulctati: Ciues opulentiores auro, argento, ſupellectili quoque ſpoliati: Ruſticorum bona illuc ante pro ſecuritate aducta, euecta. Ad extremum, præda conflata, multorum iudicio octies centenis aureorum millibus æſtimata. Extracta inſuper tormenta bellica, Bombardæ, puluis tormentarius, magno proborum Ciuium mœrore, qui ne mutire quidem audebant.

Præda aſportatur octies centenis aureorũ millibus æſtimata.

Confugerat eò paulo antè Abbatiſſa de Herckenroede; ſed inde lepido ſtratagemate mutata veſte & habitu, onerario curru vecta, ſe ſubduxit: facto plusquam muliebri, prudentiâ plusquam Moniali, militem prædæ inhiantem deludens.

Deditionem hanc grauiſſimè tulit Præſul, vt & Clerus populuſque Leodienſis; maximè cum hoſtes fidei rerum omnium penuria laborantes videbant ita ditatos, & ad quæuis audenda animatos, non paruo Patriæ damno & ignominia. Sed non impunè tulerunt proditionis auctores: nam poſtmodum qui claues oppidi ad manus hoſtiles detulit, capite plexus, plures carceribus mancipati.

Leevvenſes infœliciter Auriacum admittunt: Galli Monaſterium diui Huberti in Ardenna exurunt. Auriacus apud Montinacum cæditur, contra ſpoliat & exurit aliquot Monaſteria.

CAPVT XII.

LEewenſes Trudonenſibus contermini, aut vicinorum exemplo prouocati (ſolet enim vicinum malum vicino aliquid mali ſemper afferre) hoſtis potentiam timentes, aut fortè in Auriacos non malè affecti, primum ſollicitati vt viginti Caroleorum millia mutua darent, cœperunt ſuam tenuitatem cauſſari, grauitatem ſummæ queritari, tandem duo millia polliceri.

Cæterum paulo poſt militem admittunt, & ad exercitum aliquot pulueris tormentarij vaſa vehunt. Quæ res Albanum vehementèr offendit, & nonnullis oppidi primarijs infœlicitèr ceſſit, qui cum ad Albanum forte culpam deprecaturi, vel factum excuſaturi veniſſent,

Vnus ex primarijs Leevvenſibus forte cũ alijs miſſis ſuſpenditur.

 mortis

Digitized by Google

mortis ſententiam paſſi ſunt, quæ tamen quorundam precibus ſic temperata, vt miſſa inter eos ſorte vnius in quem lethalis ſors caderet, laqueo gula frangeretur. A

Condæus Auriaco fert ſuppetias.

Sub medium Octobris miſerat Condæus ex Gallijs in Auriaci ſubſidium, quinque peditum Gaſconum millia, equitum duo: Hi Ianlio & Rentio ductoribus, ad Monaſterium S. Huberti in Ardenna recta contendunt, illud cum vico & Xenodochio depopulantur. Inde digreſſi, in magnificum illud D. Huberti Fanum ignes immittunt, Cœnobium etiam, vt vetuſtiſſimum, ſic & celeberrimum, vnius diei ſpatio flammis edacibus abſumendum tradunt. Seceſſerat interea Cœnobiarcha ſuæ ſuorumque vitæ conſulens in arcem vicinam Mirwart. B

Cœnobium de Haſtier flammis datur.

Gaſcones huc illuc curſitantes, & commodum iter in Brabantiam quærentes, tandem in pagum de Haſtier ſeſquilapide à Dionantinis diſſitũ veniunt, eumque prius occuparunt, quam cuiquam illorum aduentus innotuiſſet. Facto igitur mox in Cœnobium impetu, religioſum quendam Templum fortè verrentem ſclopeto perimunt, portas violento impetu perfringunt, Monaſterium, Templumq; depopulatum igne abſumunt. His ſceleſtè actis, citato gradu, ad Auriacum contendunt.

Octobris vigeſima, cùm ex veterano milite Domino de Vaireſſo, qui pridem ſub Carolo quinto inclitæ memoriæ Cæſare militarat, didiciſſet Albanus hoſtilem peditatum pro meliori parte ab equitatu diſſitum, apud Montinacum in pago de Pelleine agere, difficultérque à ſocijs ſuppetias habere poſſe, magna celeritate data occaſione, eum adoritur, cædit, profligat (ceciderunt pluſquàm duo millia) extinctis multis, partim in vicino flumine ſuffocatis, partim villa vicina ambuſtis, plurimis gladio cæſis, paucis ex aduerſo deſideratis. C

Louerualius Viluordiā captiuus abducitur.

Inter victos ſtrenuè dimicans Philippus de Marbes Loueruallij & Fornemontij Dominus, grauitèr vulneratur & captiuus Viluordiam non rediturus abducitur. Sed & eo prælio ferebatur ſclopeto ſauciatus Comes Hockſtratanus, qui accepto vulnere poſtea non conualuerit.

Clades hæc inopinata Auriacum malè habuit, & hominem planè fregit, pergit tamen incepto, & in Gallo-Brabantiam Geldoniam progreditur; quod vt Albanus inaudiuit, ne quid eſſet in mora periculi, ſedibus mutatis, caſtra ad Parcenſe Monaſteriũ Louanio proximum figit. D

Geldonia ſpoliatur.

Auriacus Geldoniam oppidulum ſtructura minimè contemnendum, Templumque deturbatis, fractiſque pro more ſuorum, imaginibus, euerſis Altaribus, depopulandum relinquit.

Heyleſſemēſe Cœnobium fœdatur ſpoliatur & exuritur.

Paulo poſt Heyleſſemenſe Cœnobium non procul Thenis opibus valens & vetuſtate commendandum ſpoliatum fœdatumque eſt, egreſſis multo ante Monachis & præcipua ſupellectili per vim ablata. Sequentis menſis die ſexta, ſpoliato monaſterio acceſſit incendium,

quo

Digitized by Google

quo melior domus pars ambuſtim in fauillas abijt.

A Pridie Simonis & Iudæ, leuiter in tranſcurſu oppugnantur Thenæ, ſed quas animosè propugnat Hiergius cum ſuis copijs. *Thenæ oppugnantur.*

Obſidio Ciuitatis Leodienſis per Auriacum.

CAPVT XIII.

B VT nihil pro voto Auriaco ſuccedit, ſeque multorum promiſſis deluſum videt, hæret dubius quidnam potiſſimum tentet (redire enim qua irruperat via aquarum inūdatio non ferebat) inſtigantibus quibuſdā proceribus, nonnullis etiam Leodinis peſſimis popularibus ad Leodij obſidionem animum adijcit.

Inhiabat illius deprædationi cum primis miles gallus ingentis ſpe prædæ quam à Clero & populo, à Monaſterijs & Eccleſijs ſibi promittebat. Reuocabant memoriam expugnationis Caroli Burgundi iam ab anno centeſimo Ciuitatis factæ, fatalem illi animum dicebāt, plerique etiam Ciues Hiſpanorum odio & nouæ religionis amore flagrabant. *Miles nihiat prædæ Ciuitatis.* *Centeſimus eſt annus à capto per Burgūdum Leodio.*

Non latebant hæc Præſulem; igitur quo maius periculum imminere conſpicit, eo nobilius pectus aduocat, moxque cum Capitulo & C Conſulibus totoque Ciuitatis Concilio, publicè priuatimque de ijs quæ ad Ciuitatis defenſionem ſpectant ſedulo deliberat. Viſitantur muri, explorantur arma, ſtruuntur aggeres, componuntur tormenta, ordinantur intra extraque muros vigiliæ: Renouatur inter Præſulem, Clerum, & Ciues ſtipulata manu ſacramentum, ſimul omnes pro fide & Patria mori ſimulq; viuere velle profitentur, priuatiſq; ſimultatibus ſublatis, communis ſalus omnes in officio mutuæ beneuolentiæ continet. *Concordia omnium incolarū cum Præſule.*

Dum hæc aguntur Lumæyus Iuuenis claro genere ſatus & ortus, Principi Auriaco militans, Cœnobium Virginum vallis noſtræ Dominæ, vno ab Hoyo lapide deprædatur, inde Flonenſe Monaſterium D ad Moſæ ripam ingreſſus ſpoliat, nauem mercatoriam iſtic de more tranſeuntem perluſtrat, repertum in ea Monachum extrahit, caudæ equi ſui alligatum, per montes valleſque ad ipſa vſq; ſuburbia Hoyēſia raptat.

Habebat in comitatu pleroſque Leodienſes qui ipſam vſque Ciuitatem audactèr ingreſſi, in Catholicos quos Papiſtas vocabant, ſcommata iaciebant, diſcordiarum ſemina fruſtrantèr inter concordes Ciues & Præſulem ſerere nitentes. *Multi Leodiēſes peſſimi ciues Leodio inſidiantur.*

Appropinquabat & ipſe Auriacus non mora ſegnis inde Ciues ſe magis magiſque animare, publica officia alacritèr obire, omnes demum Clerici laici viri, mulieres cuiuſcumque ſtatus & conditionis

Digitized by Google

indiſcriminatim operi manum admouere.

Vigilãtia Præſulis Prælatorum & Magiſtrauum.

Præſul ipſe fulgentibus armis noctu diuque mœnia obequitabat, A munitiones viſitabat, ſtationes luſtrabat, Ciues ſuis nominibus compellabat, monebat, hortabatur, accendebat, identidem inculcans, non de fortunis fociſque, non de vxore & liberis tantum agi, quæ tamen ipſa ſatis ſuperque mouere debeant, ſed de veteri religione, de aris templiſque, deque ipſo Deo pro quo occumbere pulcherrimum, ita & in perpetuas ætates glorioſum.

Circumibat eques & pius ille vereque nobilis Guilhelmus à Pictauia Leodiẽſis Præpoſitus, vir vti Sanctitate venerabilis, ita eruditione, prudentia, eloquentia eximius & præſtans.

Nec officium ſuum deſiderari paſſus eſt prudens ille & illuſtris Winandus à Wingarde, affecta qua erat valetudine patriæ ſalutem ſuæ præferens. B

Ibi quoque cernere erat Prælatos & Canonicos Leodienſes ſua quemque munia impigrè & animosè obeuntes.

Sed & Ioannem Streel & Petrum Bex Ciuium Magiſtros, ita operibus ad expeditionem neceſſarijs ſollicitius intentos, vt aliud nihil in vita intendiſſe viderentur.

Auriaci ſuburbio S. Walburgis infeſti.

Poſtridie Calend. Nouembris, hoſtes ſe ad portas inſinuant, domos in S. Walburgis ſuburbio diripiunt, incendunt, ad futuræ Tragœdiæ prothaſim.

Heraldus miſſus petit ingreſſum in Ciuitatẽ & quid reſponſum.

Mox ſiſtit ſe Leodij cum literis miſſus ab Auriaco fecialis, Heraldum vocant, petens non à Præſule, ſed à Ciuitatis Concilio Dño ſuo, C multis bellis triumphiſque, vt aiebat, claro, liberũ per Ciuitatẽ tranſitum, priuilegia libertateſque Ciuium, vt Principem Imperij decet, conſeruaturum. Sin contrà, vim experiri, quam ſanis conſilijs parere malint, daturum operam, vt funeſtum contumaciæ exitum ſentiant.

Ad hoc conſultatione habità, reſponſum, nec poſſe, neque è re dignitateue Ciuitatis eſſe, hoc rerum ſtatu, petitum tranſitum concedi, vias patere quibus iter inſtituat: Si vim fecerit, Præſulis & Ciuium potentiam experturum. Expeditæ in eam ſententiam literæ ſub nomine Præſulis, Cleri, Conſulum, & Concilij Ciuitatis, communibuſque obſignatæ ſigillis. Quibus ad Auriacum relatis, auditaque omnium Ciuium inter ſe & cum ſuo Principe vnione, fertur Ludouicus Naſſouius Auriaco fratri dixiſſe, En validiſſimum tormentum quo hæc Ciuitas nos impetet & propulſabit. D

Auriacus ſcribit & petit mulcta à Prælatis.

Sub idem tempus Auriacus ſcribit Abbati S. Laurentij & alijs Eccleſiaſticis Prælatis, centum millia ſcutorum ſibi numerari petens; futurum alioquin vt eorum Monaſteria, pagos, villas, domos, igne abſumat: Quibus minimè reſponſum fuit.

Certè vel ex his liquidè apparuit Auriaco non ea ſibi facilitate ingreſſum in Ciuitatem futurum, qua aſſentatores illi peſſimi Ciues & proditores ſuæ patriæ promiſerant.

Nihilo-

Digitized by Google

Nihilominus incœptum vrgens, alias iam ad Epiſcopum & Conſules mittit, vt ſuo militi, aut per oppidum aut paratis nauibus per defluum moſæ pateat tranſitus, commeatuſque æquo precio concedatur: non eſſe cur tantoperè metuendum putent; veniſſe ſe non hoſtem ſed amicum, à Ciuitate ſtare, idque ſi res exigat datis obſidibus firmaturum. *Scribit Præſuli & Conſulibus qui ei reſpondent.*

Reſponſum eſt tranſitum per Ciuitatem, propter exacerbatos iam multorum Ciuium animos, illi non fore tutum; naues in promptu non eſſe quo tantus traijciatur exercitus: Verendum ne Ciues reuocatâ ad animum iniuriâ, qua Leodinum agrum attriuerat, Tungros & Trudonopolos depopulatus, & maxima ferocitate qua Leodium iam obſidebat, manum armatam in ſe ſuoſque inijcerent.

Erat tunc temporis Auriacus caſtra metatus cum lectiore equitatu in pagis de Loncin & de Bierſet, vno circiter à Leodio lapide, dum reſponſum hoc minus ex voto illi adfertur, nec tamen deſperās ſi forſan tempus & occaſio alia Ciuibus conſilia ſubminiſtrarent, tentat tertiò, petens legatos ſuos ſaltem in vrbem intromitti, habere ſe quod cum ijs de Reipub: & Ciuitatis ſalute ſecretius communicaret. *Scribit tertiò & iterum repulſam patitur.*

Dum hinc inde ſic agitur, ipſo S. Huberti, qui Nouembris tertius eſt, eius copiæ gregatim ædem S. Ægidij in monte publico petunt; inde ad ſanctæ Margaretæ & alia loca vicina deflectunt, magnâ licet itineris moleſtiâ, locis naturâ præruptis, & iactis tranſuerſum arboribus fere inacceſſis: vnde facile conijci poſſet preces eius armatas eſſe. Nihilominus pari conſtantia Laconicè reſponſum, non pati præſentem rerum ſtatum communicationem cum legatis: Ciuium animos adeo offenſos exaſperatoſque eſſe, vt nonniſi extremo vitæ diſcrimine poſſint ingredi. Quare ſi quid communicatum volet, literis mandet. Hanc tertiam paſſus repulſam, irarum & vindictæ plenus, poſtremis literis minatur vrbis excidium, Patriæ depopulationem, templorum Monaſteriorumque incendium, omnem deniqúe inhumanitatem hoſtilitatemque, teſtari ſe Deum hominesque, non ſibi eam cladem ſed inciuilitati & ingratitudini Ciuium imputandam, qui Eburonum amico & protectori in neceſſitate conſtituto tantillam gratiam, quam abſque vllo incommodo facere poſſent, ita proteruè & pertinaciter denegarent. *Scribit poſtremo literas irarum plenas & quid reſponſum.*

Non erat neſcius Vulpes Albanum ceruicibus ſuis imminere; cōmeatum deeſſe, ſed & ſe à Condæo Hugoniſtarum capite in Galliam vocari; quocirca feſtinabat, inſtabat & vrgebat impenſius.

Tubicini eiuſmodi minaces literas ferenti ſolitâ conſtantia laqueū, ſi vlterius rediret, vel alius quiuis, comminantur.

Occupat igitur hoſtis ſuburbia, foſſas deducit, aggeres extruit, tormenta apparat, ſchalas aduehit, tormenta explodit,

Auriacus oppugnationem ſimulat.

clamores ingentes vtrinque excitantur. Denique & ſi nihil minus quam oppugnationem meditaretur, omnia tamen ad id ſerio componi dixiſſes. Præſul interea vigilantiſſimus, perfidiæ quorundam Ciuium ſuorum non ignarus, quo ſigna coniurationis hinc inde adimantur, ſeueriſſimè edicit, ne quis ſe ſua ſtatione dimoueat, ne horæ, campanæue noctu diuque pulſentur. Mox ad alacritatem vultu animoque compoſito, in equitatũ per montes ad Ciuitatis muros aduentantem explodi, & peditum iam conſiſtentium tentoria diuerſoriaq; creberrimis bombardarum ictibus concuti diſijcique mãdat: Quare hoſtis vix vllo loco tutus conſiſtebat. A

Salutatur Auriacus bombardarum ictibus.

Multi perfidi Ciues deſperabundi ſe miſeros agnoſcunt.

Atque hæc quidem Nouembris quarto, cum incredibili animoſitate nocte dieque proſequuntur Ciues. Hoſtes, perfidique Ciues antea iactabundi, qui claues Ciuitatis Auriaco deferendas promiſerant, cornua demittere, deſperare, incendiariorum more Monaſterijs, & alijs domibus ignes inijcere, ſe miſeros perditoſque inclamare. B

Tria celebria Monaſteria cũ pluribus domibus exuſta.

Eſt Cœnobium Vallis Benedicti ad Moſæ ripam ſitum, ſacrarum Virginum Cyſtercienſis Ordinis diues & celebre, à Ciuitate Leodienſi ſemihorula diſſitum. Sunt & vicinæ ædes Domini Godefridi de Erp Canonici Leodienſis. Eſt ibi quoque domus & Caſtrum Domini de Scleſſin vetuſtate commendabile, quod id temporis D. Ioannes de Berloz Canonicus Leodienſis poſſidebat. Ad hæc Baſilica, & celebre Monaſterium diuo Laurentio ſacrum cum ædibus ſuburbanis circitèr quinquaginta, inter quas non vulgaris eſt Conſularis viri Ægidij de Stier & Scabini Leodienſis quondam auunculi mei, quam à me nuper à fundamentis reparatam æſtiuo tempore inhabito. Inde ſancti Ægidij Canonicorum Regularium Monaſterium inſigne: hæc omnia, nullâ religionis pietatiſue, nullâ ſplendoris aut dignitatis, quibus luceſſebant, habitâ ratione; nullo fructu niſi in vindictam, ac ſacrilegam & immanem impietatem demonſtrandam, Vulcano cremenda tradunt. Horum trium famoſorum Monaſteriorum conflagrationem ſcitè admodum & elegantèr expreſſit tunc quidam hoc carmine numerali. C

AegIdIVs LaVrens, VaLLIs BenedICta LabaſCVnt D
Igne, ſtVpet faCInVs qVartVs qVIntVſqVe NoVeMbrIs.

Auriacus turpiter fugit.

Sed & cùm nec ſic quicquam proficeret Auriacus, ſed ſummam in populo, præter omnium expectationem, concordiam, ſummam in Principem & Patriam fidem, magis magiſque aduerteret, & illius ceruicibus Dux Albanus immineret; à Ciuitate non tam recedit, quam turpiter fugit.

Apertis poſtmodum portis, cùm Ciues deforis omnia explorarent, inter alia deprehẽſi ſunt non pauci ab hoſtium parte deſiderati atque etiam primarij ductores, inter quos quidam in æde ſacra S. Laurentij

ſepul-

Digitized by Google

ſepultus exhumatus eſt, & in fodinam carbonariam proiectus. Sed
A & inter minus receſſui & fugæ promptos, multi à Leodienſibus interfecti, multi viui in foſſas carbonarias proiecti, capti non pauci, ex quibus intellectum, fuiſſe Auriaci, ſi vrbem occupaſſet, propoſitum, Præſulem ipſum ad fores Templi maioris, alios Eccleſiaſticos primarioſque Ciues, quemque ad ædium ſuarum ianuam laqueo ſuſpēdere, fœminas & impuberes ad Templa trahere, & vna incendere; ſed non tulit impiam hanc crudelitatem miſericors & miſerator Dominus.

Leodienſes egreſſi Ciuitatem multos cædunt, multos capiunt.

E captiuis medio foro patibulo ibi recens extructo, vitam laqueo finiere vndecim, ex quibus fuêre duo noui Euangelij precones, Ca-
B rolus le Bron Flander, & Cornelius de la Serne Germanus: Quos cū eiuſdem farinæ homo quidam dignis pœnis affici videt, miſertus rogat, quid ita in immeritos ſæuiretur? & vix verba finierat, dum ab aſſiſtente diſtricto gladio confoditur. Vnde mox cum aliquot virorum millia in foro conſiſtentia enſes ſuos pariter exererent, ferè ad tumultum ventum eſt, exiſtimātibus pleriſque coniurationem eſſe; ſed Magiſtratus præſentia & auctoritas non multo poſt motum omnem ſedauit.

Vndecim laqueo ſuſpenſi in medio fori.

Tumultus ſedatur.

Auriacus profecturus ad Condaum in itinere Eccleſias, Mo-
C *naſteria & Oppida cremat; quem perſequitur Albanus, & extra Belgium fugat.*

CAPVT XIIII.

CIuitate igitur tantæ tyrannidis periculo liberatâ, non ſine ingenti ſuo & Patriæ communis damno; Auriacus petit Hanno-niam, quo in itinere ira furoreque percitus, Bonneſſienſe Cœnobium elegans & magnificum & Bellouacum ſeu Bauacum olim à Cæſare Brotuſpantium dictum oppidulum peruetuſtum, Bonæ quoque ſpei Monaſterium non procul à Vinckio ſitum, ædificiorū ſtru-
D ctura, & exquiſitiſſimo Templi cultu, multarumque rerum raritate imprimis commendabile, igne in fauillas vertit. In hoc Cœnobio Monachum quendam virum probum pudendis in camino à ſacrilegis iſtis ſycophantis ſuſpenſum fama fuit: Huius ſicut & Boneſſienſis Cœnobij incendij annum quidam Iambis dimetris numeralibus ſic expreſſit.

Bonneſſienſe Cœnobium & Bonæ ſpei, necnon Bellouacū oppidum igne pereunt.

Bonæ ſpeI fLagrat DoMVs,
Ante VrItVr Boneſſia.

Nec multò poſt, apud ſanctum Quintinum Fanum inuadunt, ad extremū Gallias ingreſſi, vbi aliquot diebus iſthic moram traxiſſent,

& fruſtra

Digitized by Google

& fruſtra ſe Condæi copijs iūgere conati eſſent; per Mediomatricum fines longe lateque prædabundi ſeſe effundunt. A

His & diebus, Comes Hockſtratanus & Euerardus Vellenſis, qui Auriaci caſtra ſequuti fuerant, extremum vitæ diem clauſerūt, fidem Catholicam religioſè profeſſi.

Albanus pulſo Auriaco extra Belgiū hæret in finibus & quare.

Sequebatur Auriacum à tergo Albanus, qui vbi eum à Belgio excluſit, Cameraci ſe per aliquot dies, quid hoſtis ageret exploraturus, continet.

Vbi intelligit Condæum & Admiraldum non procul à Pictauis per Galliæ Delphinatum in fugam actos, cæſas etiam copias pedeſtres, ſed & ſubſidia ad Condæum properantia ad quatuor armatorum millia cenſita, ab Omalio diſſipata: Menſe Decembri poſitis per eos fines præſidijs, Antuerpiam alijs, alijs Valēcenas, alijs deniq; in Hollandiā B miſſis, Bruxellas redit: Ibi *Te Deum* pro hoſte fugato decantatū, quod idem Leodij ſub id quoque tempus, factum eſt.

Victor Bruxellas redit.

Albanus fugato hoſte ad nouorum Epiſcoporum promotionem animum adijcit. Rationes cōflandæ pecuniæ inuidioſas init: Interim gladio & galero à Pontifice donatur: Leodij multi coniurationis rei extremo afficiuntur ſupplicio. C

CAPVT XV.

CVm iam ſpes affulgeret, vt deinceps Belgicæ Prouinciæ pace & tranquillitate fruerentur, Albanus ad Epiſcopatuum & Epiſcoporum promotionem animum adijcit: Et quidem per hos dies, Wilhelmū Lindanum Epiſcopum Ruremundenſem nominatū, virum doctrina pietateque cum veteribus Epiſcopis comparandū, in poſſeſſionem Epiſcopatus Ruremundenſis mittit.

VVilhelmus Lindanus cū veteribus Epiſcopis comparandus.

Viſum quoque tunc eidem & quibuſdam alijs, quandoquidem diuturno bello exhauſta eſſent Regis æraria, & tamen ad compeſcendos motus, ſaltem pro tempore miles præſidiarius alendus eſſet, rationes D conflandæ pecuniæ ineundas.

1569. Decimus, Viceſimus & centeſimus denarius odioſe ab Albano petitur.

Itaque anno 1569. menſe Ianuario Bruxellas Belgij Status accerſit; petit decimum, viceſimum & centeſimum nummum, decimum quidem omnium rerum mobilium quæ diſtraherentur, viceſimum verò omnium immobilium diuenditorum, porrò centeſimum tam immobilium quam mobilium, quem ſemel Regiæ Maieſtati perſoluerent. Hac pecunia dixit ſe velle perſoluere militi qui eſſet locis oportunis præſidij loco imponendus, tum etiam loca oppignorata redimere; reliquum referre in Regis ærarium, vt ſi qui bellorum exiſtant motus, facilius compeſci poſſint.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondent Prouinciales, ſe ſummam pecuniæ numeraturos, & A in centeſimum quidem nummum cõſentire, quam ſit autem durum & moleſtum etiam decimum & viceſimum reddere exponunt. Fama de his crebreſcente, plerique omnes paſſim odioſè inſectabantur Albanum, dicebantque eum Regis iniuſſu, imo illo inſciente iſthæc attentare; vt vt ſit, nemo tamen fuit, qui facilè per ſe non intellexerit, miſſionem hanc Albani bellaque per eum poſtea & ante geſta, incredibili ſumptu Regi conſtitiſſe, Præſidia Prouincijs adhuc neceſſaria, ad ea inſuper immenſa pecuniæ vi opus eſſe.

Per hos dies Præſul edicta renouat contra exteros vagabundos, qui vltra triduum in Ciuitate & Patria commorari deprehenderentur, niſi vltro cauſam moræ ſuæ ad Prætorem eamque legitimam B deferrent. Luſtrationes quoque hoſpitiorum publicorum factæ, ſi forſan ab hoſpitibus cupiditate lucri in eis exteri celarentur.

Ianuarij octaua, Comitia Leodij habita, in quibus communi ſtatuum aſſenſu viſum, conſtituendum peculium ſuper vino & ceruiſia tribus annis duraturum, ab omnibus ſine exceptione iuxta leges & conditiones ab ipſis ordinibus præſcriptas ſoluendum, quo ſtatus debitis occaſione obſidionis Ciuitatis nuper contractis, necnon obligationibus erga S. M. diuerſis in comitijs Imperialibus contra Turcas liberari poſſit.

C Permulti ciues qui contra mandata Imperij, pacem publicam & edicta Præſulis, Principi Auriaco Patriæ hoſti, conſilio, ope, armis ſeruierant, quidam gladio cæſi; alij patibulo in publico foro affixi aut deportati.

Multi Ciues Auriaci partes ſequuti, afficiuntur ſupplicio.

Sub Martio, Nicolaus Neapolitanus Pontificis & Senatus Cardinalium decreto, legatione ſibi mandata fungens, offert gladium inauratum, & galerum varijs gemmis decoratum Duci Albano, vti Catholicæ religionis acerrimo propugnatori & vindici, deque Romana Eccleſia quam optimè merito.

Martij duodecima, Nicolaus Morlet eiuſdem coniurationis reus conuictus affigitur patibulo, in exemplum.

Maij decima quarta, fit terræ admodum vehemens tremor.

D Iulij tertia propè Louanium in agro Heuerienſi horrida grando & prodigioſa, nec minus tempeſtas horribilis, cum terræ hiatu atque arenarum alluuione mirabili exorta. Vidi tunc Louanij, in maiori Collegio Theologorum ſtudens, plateas, villas & domos pagi Winkensboch Louanio vicini ad tecta vſque arena coopertas, adeo vt niſi fractis tectis liceret incolis domos egredi. Poſtmodum Præſidiarij Hiſpani Louanium miſſi, Martem inter Mineruam & muſas collocarunt.

Cœperat circa hæc tempora vir ingenuus Nicolaus Franciſci Leodij ad ripam Moſæ, in parochia ad diui Nicolai, criſtallina vitra con-

Controuerſia inter duos vitrarios.

ficere, Moſæ alueo lapides pro materia ſubminiſtrante. Verum cùm non poſſet merces ſuas extra Prouinciam Leodienſem, niſi per A terras Regias efferre, Rexque iam ante priuilegium cuidam Iacobo Paſqueti Antuerpiæ conceſſiſſet, res in controuerſiam abijt.

Lāberto Stokmans petenti præbendā Cornelij mōtu vigore iucundi introitus Cæſaris, negatur.

Iulij decima ſeptima, Maximilianus Cæſar ſcribit Concilio Ciuitatis, querens quod Lambertum Stockmans ſacræ ſuæ capellæ cantorem ad præbendam Cornelij montis, in præiudicium iuriū atque etiam conſuetudinū Romani Imperij admittere noluiſſent: Re maturè examinatâ, cum omni veneratione reſponſum; repræſentatus Cæſareæ Maieſtati proceſſus, quo præbenda per Ferdinandum Romanorum Regem in ſuo iucundo ſeu fœlici aduentu Iohannæ filiæ Ægidij broquet Caroli quinti Imperatoris militis donata, auditis per B Prodecanum & Capitulum Leodienſe partium iuribus, denegata fuerat. Re intellecta Cæſarea Maieſtas ab vlteriori mandato acquieuit.

Franciſcus Oranus moritur.

Nono Kalendas Septembris Franciſcus Oranus, Secreti Concilij Præſulis Conſiliarius & Procancellarius, Scabinuſque Leodiēſis, vitæ munere & officio functus eſt, annos natus quinquaginta ſex, multis legationibus ſub quinque Principibus honoratè perſunctus, hic annos natus duos & viginti, Aurelia Leodium reuerſus, à Markano Præſule & Principe munere & honore Scabinatus Leodienſis donatus, ac in priuatum Concilium allectus, in quibus muneribus & honoribus ſumma cum laude perſeuerauit; vir iuris ciuilis legumque Patriæ cōſultiſſimus, ſermonis & differendi elegantia & facundia clarus, qui C ſi de legibus & inſtitutis Patriæ grauis eſſet quæſtio, tanquam Papinianus alter vndique adibatur: deceſſit honoratus quatuor filijs & filiabus quatuor: Præſul meminens officij anteceſſoribus ſibique ac Patriæ præſtiti, Petrum in parentis ſui locum ſubrogauit, ſed & in Concilium ſuum priuatum allegit, honoribuſque paternis nec ambientem nec cogitantem decorauit.

Præſul filium Petrū in eius locum ſubrogat.

Carolus Lāgius iuris literarūque peritiſſimus, & criticus ſummus, carmen hoc gratulabundus Petro germanum in modum amico cecinit, cum hac epigraphe.

D

Ad virum Clariſſimum Petrum Oranum Iuriſconſultum Scabinalemque dignitatem perpetuam apud Leodicenſes ineuntem; Carolus Langius, germanum in modum amicus.

CVm te paternas, ire per orbitas,
Magnoq; nuper, puluerem olympicum
Vrgere nixu gloriaq;,
Pendere & officio decorum
Orane vidi, cum genij iſtius

Vim

Vim perſtupeſco, quodam animum
A *Induor amore; conſuetudo amorem,*
Porro aluit, ſtudio atque votis.
Secuta diuos, mox adiens prece,
Florem hunc rogaui, tum modo nobili,
Fructu tumentem aſtro benigno
Aſpicerent, alerent, fouerent.
Ne putris Auſter, nec Boreas ferox
Flatu vel alis excutiat nigris
Seu carmen infauſtum, maluſue
B *Illum oculus macie perurat.*
Viuis valeſq; Orane, iterum parens
In nato & ales Aſſyria, vt mari
Aut Phœbus emergens Eoo,
Maior ades ſpecioſiorq;.
Docta beata Pierides acu
Filo è niuenti, texuerant togam
Quam lata prætexebat ora
Sydonio ſaturata cocco.
Hac te mœrentem Orane pater manu
C *Minerua quondam virginea, virum*
Donauit, hac nunc ipſa natum
Induit & iuuenem & mœrentem.
Et maius (inquit) te imperium manet
Maiuſq; munus, ſi modo qui datur,
Tuere honorem, arceſq; forti
Pectore auaritiam metumq;.

Idem Langius Orano ſuo, ipſo die Hilariorum.

D *CVm ſumis lato prætextum murice clauum*
Orane, & magnus cùm tibi initur honos,
Cùm ſolemne epulum Collegis auſpice dextra
Præbes, maiorumq; omnia more facis,
Ipſe domi teneor, nec lætus fungor amico
Officio, canit ſic meus Hypocrates.

Septembris ſexta die, cùm per antea, anno ſexageſimo ſexto, Septembris tertio viceſimo, Concilium Ciuitatis, claues ſibi primum & inauditum motu populari vindicaſſet; Præſul optimus & pacificus,

hoc nec diſſimulandum, nec negligendum exiſtimans, teſtes claſſi-
cos & ſeniores compertæ fidei viros, ſuper clauium Ciuitatis ſuæ iu- A
re, ſuper & auctoritate ſua principali hactenus inconcuſſa, & ad rei
memoriam coram Scabinis Leodienſibus, iunctis ex parte Ciuitatis
Cõmiſſarijs, produxit.

Cùm Scabini Leodienſes, litem ac cauſam aduerſus Capitulum
Leodienſe mouiſſent, eamque perſequerentur, ratione legati anni-
uerſarij perpetui Illuſtriſſimi quondam Cardinalis Erardi à Marka,
qui æqualiter & capitatim ſine retentione incrementi partiundum
& diuidundum aſſerebant, Concilium Ciuitatis Conſules quoque liti
ſe pro ſuo iure ac Ciuitatis intereſſe adiungere oportere decreuit.

Sub id tempus quidam Laurentius de Iſier, homo popularis & im-
probus, Antonius de Tige, Guilhelmus eius filius & Ioannes de Oley B
ex coniuratis coniurationis Auriacæ rei cõuicti, & aduerſus Patriam
perduelles damnantur & plectuntur capite.

Præſul Comitia celebrat: Quidam coniurationis Auriacæ rei afficiuntur ſupplicio: Queritur apud Cæſaream Maieſtatem de ablatis ſibi clauibus Ciuitatis.

C

CAPVT XVI.

1570. ANno 1570. Ianuarij decima octaua Comitijs Ordinum Leodij
indictis & habitis, actum fuit imprimis de veteribus Patriæ o-
neribus, deinde de nouis occaſione obſidionis nuper contra-
ctis diſpungendis & diſſoluendis, quibus vectigal anni præcedentis
ſuper vino & ceruiſia impoſitũ nullo modo poſſet ſatisfacere. Siqui-
dem omnibus compertum, deficiente Leodij ærario nouiſſimè Pa-
triam à Præſule, à Clero, à Ciuitate & oppidis graues pecuniæ ſum-
mas mutuo accepiſſe: A Præſule duodecim florenorum millia, à Cle-
ro 19. ſupra quingentos & tredecim florenos, à Ciuitate vndecim D
ſupra ſexcentos, ab oppido Haſſelenſi duo ſupra cẽtum & tredecim,
à Maſekenſi & Tongrenſi totidem, à S. Trudonis tredecim ſupra ſex-
aginta: Sed & tractatum de alijs antiquioribus debitis Guilielmi de
Cortenbach, Blocquereanis, Hermanni Emelen, Ioannis Henrici
Eccleſiæ Leodienſis Canonici & Prodecani, atque etiam Præpoſiti Ec-
cleſiæ Foſſenſis, vti tutoris orphanorum Mathæi Henrici ſui fratris,
vt & Capitanei Bullonenſis, & quibuſdam alijs. Poſtremum de fœdere
cum Pontifice, Venetis & Germaniæ Principibus, contra Turcas in-
eundo. His de omnibus, longâ deliberatione habitâ, conuenit pri-
mum vt reliquationes contributionum annorum præteritorũ quæ
reſtabant inſolutæ, manu Principali excuterentur, colligerentur, &
aduerſus

aduerſus ratiocinarios non diſſimulantèr ageretur; inſuper quinqua-
A ginta duo millia flor. ad inſtar quæ collecta fuerant anno 1554. ratione belli quod Carolus v. gerebat contra Francos poſt captum Bullonium & Dionantum, &c. Placuit quoque vt in aliquam laborũ nuper pro Ciuitate & Patria perpeſſorum compenſationem, expenſarum quoque factarum, duodecim millia florenorum Præſuli offerantur: Repræſententur quoque pecuniæ mutuo acceptæ, primum quidem hoc anno Præſuli, Ciuitati, & oppidis, ſequenti Clero: denique & fœdus contra Turcas ineatur; ſi modo vicini Principes, Iuliacenſis, Colonienſis, Treuirenſis, Rex Catholicus & Principes domus Auſtriacæ ſeſe adiunxerint. Porro de veteribus alijs debitis, diſſidẽtibus ordinũ
B ſententijs & opinionibus nihil concluſum, & à Comitijs receſſum.

Februarij 9. cùm D. Ioannes Dauid Conuentus & domus Cornelij mõtis propè Leodiũ Vicarius, regimine & gubernatione ſua abuteretur, Præſul re propius cognitâ & cõpertâ, illũ à Vicariatu amouendũ, & alium in eius locũ ſurrogandũ cenſuit. Itaque miſſo Illuſtri & Reuerendo D. Guilhelmo à Pictauia Campiniæ Archidiacono & M. Ioanne Briccij Eccleſiæ ad D. Dionyſij Decano, conſtitutũ, vt ille Vicariatu cederet, & ad nouam per Cõuentum electionem procederetur, Cõuentus tamen illi donec aduiueret, certam penſionem annuatim ſolueret.

D. Pictauianus deponit Vicarium Cornelij montis.

Menſe Martio Albanus Bruxellis agens, animum ad Statum Belgij politicum reformandum adijcit, atque ſui initio, ſumpto de
C monetæ adulteratoribus ſupplicio, vetuit monetam omnem argenteam, quæ expreſſam imaginem & ſubſcriptionem Regis non haberet, vſui & commercio exponi. Edictum quoque tulit de Ludimagiſtris, de Typographis, Librarijs & Bibliopolis, ne qui libri docerentur, imprimerentur, diuenderentur, qui non prius eſſent ab Eccleſia Catholica Romana approbati. Sed & edixit, ne lites iudiciariæ vltra annum protraherentur.

Aprilis tertia, Æmundus de Marneffe ciuis improbus, atque etiam perfidus Principi Auriaco, durante obſidione à conſilijs, cùm fuga ſibi conſuluiſſet proſcribitur, perpetuoque damnatur exilio, & officium decemuiratus quod gerebat alteri demandatur.

Aemundus ciuis peſſimus proſcribitur.

Menſe Iunio, Gerardus Vanhoue oriundus ex Vlberch, cùm
D multa tempore obſidionis inſolentius in fauorem Auriacorum tenens eorum partes dixiſſet feciſſetque, & miniſtrum Iuſtitiæ in ſe manum iudiciariam inijcere volentem occidiſſet, hoc genere ſupplicij afficitur. Pœnitenti & per Sacerdotem Sacramentalitèr abſoluto in foro pugnus abſcinditur, ibidem ſuſpẽditur, & altera die equis extra portam ſanctæ Walburgis ad locum ſupplicij in exemplum protrahitur, rotæque affigitur.

Supplicium Gerardi vanhoue.

Iulij octaua Ioannes Renardi dictus Noihet coniurationis quoque conuictus, poſtquam Catalogum recenſuiſſet eorum qui impiè aduerſus pacem publicam Imperij necnon edicta ſui Principis

Digitized by Google

Auriaco militaſſent, publico in foro patibulo ſuperpenditur.

Eodem menſe Albanus ex Regali clementia, ac indulgentia generalem admiſſorum tam in religionem Catholicam, quam in S. Maieſtatem criminum abolitionem per Belgium promulgat, dummodo rei infra tres dies reſipiſcant. Quare multi exules ab Epiſcopis eorumque Pœnitentiarijs primum in foro conſcientiæ abſoluti, publicationis ſuorum bonorum remiſſionem in aula conſecuti ſunt, & ad bonorum ſuorum poſſeſſiones rediuerunt. A

Kalendis Auguſti, Guilhelmus à Pictauia, olim Scholaſticus Leodienſis, Archidiaconus Campiniæ, Cōcilij Ordinarij Præſes, & Priuati Concilij Cancellarius, poſteaque Præpoſitus Leodienſis, duodecima Februarij anno 1568. in Præpoſitum electus, & in demortui Reuerendi Nobilis & Ampliſſimi Domini Arnoldi à Bocholt, qui ipſo die conuerſionis Pauli eodem anno deceſſerat ſurrogatus, properata morte functus vita Gratianopoli, cibo potuiuè veneno infuſo, vt & aliquot ex ſuis præmatura morte exceſſerūt. Proſequebatur iudicio, cū in Senatu Pariſiēſi, tum in Senatu Gratianopolitano cauſas & lites liberorum fratris ſui germani defuncti paterno affectu, aduerſus Dianam, eaque ratione infenſus & inimicus parti aduerſariæ, vir ſanè magnæ doctrinæ, & ſummæ pietatis, quique multis legationibus, vt etiam in Sacro Oecumenico Concilio Tridentino functus, ducebat genus & domum à Diuo Guilhelmo Duce Aquitaniæ. Ad Præpoſituræ dignitatem ſublectus Ioannes Berlemontius, Comitis Berlemontij filius, & Niuellenſis Præpoſitus. B C

Litteræ Maximiliani ad Conſules & Concilium Ciuitatis.

Præſul apud Cæſaream Maieſtatem queſtus de vſurpatis & ablatis ſibi à Concilio Ciuitatis clauibus, de quibus paulo ante meminimus, Maximilianus vltima Auguſti has ad Conſules & Cōcilium Ciuitatis literas dedit.

Maximilianus Secundus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c.

Fideles dilecti, ex parte Venerabilis Gerardi Epiſcopi Leodienſis Principis noſtri, & deuoti dilecti, expoſitum nobis eſt: Quamuis eius deuotio iuxta ac eius anteceſſores Epiſcopi Leodienſes inter cætera Regalia & priuilegia quæ à nobis & Auguſtæ memoriæ prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus hactenus immemorabili tempore obtinuerunt, etiam Ciuitatis Leodienſis Superioritate & iuriſdictione inueſtiti, eorumq́ omnium hucuſq́ in legitima quietaq́ poſſeſſione, necnon à vobis & vicinis Principibus & populis pro eiuſdem Ciuitatis veris & ſupremis Dominis habiti & tenti fuerint; Huic proinde etiam Ciuitatis Leodienſis claues temporibus belli & armorum aut alioquin quādo dictis anteceſſoribus pro D

dictæ

A dictæ ſuæ Ciuitatis incolumitate, tuitione, & conſeruatione expedire
videretur, ad manus eorundem anteceſſorum traditæ fuerint: Sicuti
etiam iam dictas claues deuotioni ipſius cùmprimum poſt inaugura-
tionem dignitatis Epiſcopalis vrbem ingrederetur, à vobiſmet ipſis
ſumma cũ reuerẽtia & deuotione præſentatas & traditas eſſe cõſtat.
Tamen ijs omnibus non expenſis nec conſideratis cùm proxime elapſis
annis grauiſſimi motus ac tumultus in ditione Leodienſi & vicinis
ibidem locis exorituri metuerentur, ac iam oriri inciperent, Burgi-
magiſtri, Conſules, & Iurati dictæ Ciuitatis tunc exiſtentes, aduer-
B ſus antedicta deuotionis eius & Imperij Regalia & priuilegia Cæſa-
rea & longiſſimam conſuetudinem, dictas claues Ciuitatis ad manus
deuotionis eius, prout ex officij ſui debito tenebantur, tradere non cu-
rarunt, ea ſane innouatione, vt antea nondum audita contumacia,
tam nobis & Imperio, tam etiam Principali & ſummæ Iuriſdictioni
deuotionis eius (cuius non poſtrema pars poteſtas clauium eſt) non le-
ue præiudicium inferentes, & licet hactenus aliquoties traditio ſæpè
dictarum clauium inſtantèr petita, voſq; in ea parte debitæ obedien-
tiæ diligentèr admoniti ſitis, haud tamen eo vos adductos, vt peti-
tioni tam iuſtæ locum feceritis. Quare deuotio ſua ad nos confugere
C coacta, à nobis humiliter petijt, vt principalia Iura & iuriſdictiones,
quæ imperatorio nomine deuotioni eius tanquam Principi Imperij ea
in parte à nobis conceſſa eſſent tueremur, nec admitteremus deuotio-
ni ſuæ in ijs per vos poſthac innouando præiudicium inferri. Cum igi-
tur officij noſtri Cæſarei ratio à nobis exigat, ne à quopiam omnino
noſtri & Imperij Iura infringi, aut aliquem de facto poſſeſſione ſua de-
ſtitui patiamur, nec vos latere poſſit præmemoratam hanc clauium
& dictæ Ciuitatis tuendæ omnimodam poteſtatem à nobis tanquam
Romanorũ Imperatore principaliter dependere, & dicto Epiſcopo ve-
ſtro tanquã Principi Imperij Romani, vna cum conceſſione regaliũ &
D priuilegiorum, necnon cæterorũ iurium ſuperioritatis totius Patriæ
Leodienſis permiſſam collatamq; eſſe; Ipſius quoq; deuotionem ſimul
ac prædeceſſores eius dictas claues à vobis petendi, quotieſcumq; ne-
ceſſitas id exigit; ipſi ac etiam prædeceſſoribus id expedire viſum eſt
in diuturna poſſeſſione fuiſſe, & adhuc eſſe. Proinde vos ſerio horta-
mur & monemus, hiſce clementer præcipientes, vt ſine vlteriore mo-
ra aut exceptione, antedictum non minus noſtrum quam Epiſcopi ve-
ſtri ius recognoſcatis, & tanquam hac in parte auctoritate noſtra in-
tenti deuotioni eiuſdem deinceps quotieſcumq; neceſſitas poſtulat aut
deuotioni

Digitized by Google

deuotioni pro tuitione dictæ Ciuitatis ſic viſum fuerit, claues eiuſdem Ciuitatis obſequenter deferatis, nec deſuper amplius difficultatem aliquam moueatis. In eo noſtram voluntatem adimpleturi, necnon & veſtræ totiuſq; Patriæ tranquillitati (ad ſcilicet antedicti Epiſcopi & Principis veſtri iura inuiolata conſeruare cumq; deuotione ſua mutuam ſemper concordiam colere & debitam obedientiam eidem exhibere ſtudueritis) prudenter conſulturi: Datæ in Imperiali noſtra Ciuitate Spira vltima Auguſti anno ſeptuageſimo, Regnorum noſtrorum Romani 8. Hungarici ſeptimo, Bohemici vero 22. A

Quibus in Concilio Ciuitatis perlectis, 21. Octobris viſum fuit ſupplicare Præſuli vt dignaretur aliquos pro ſua parte nominare, illi quoque ſuos nominarent, qui ſine ſtrepitu iudicij de iure cognoſcerent. Quibus Præſul Nouembris 29. vt oſtẽderet ſe pacis amatorem, cum ante omnia ſpoliatus claues Ciuitatis ſuæ meritò & iure repetere potuiſſet, nihilominus acquieſcit, ſi modo intra tres menſes proceſſum inſtruant, ad Cæſaream maieſtatem deferendum. B

Hocce tempore altum & pergrande propugnaculum ad portam S. Margaretæ Leodij iam pridem cœptũ perficitur, ſimiliter vaſa, columnæ, imagines, aliæque fontium in medio fori ſcaturientium appendiculæ marmoreæ conficiuntur, magnum Ciuitatis ornamentum. C

Septembris 22. cum pretium annonæ, & imprimis granorum excreſceret, quod agricolæ iam ſua grana in herba, vt vulgo dicimus, vendidiſſent, & omnia deferrentur non iam ad forum, ſed ad granaria mercatorum Dardanariorum, qui illa ſupprimebant, vt carius ſuo tempore ciuibus reuenderent. Præſul futurum, quod inde oriri poterat, malum præcauens, edicto publico irritat omnes contractus & præemptiones granorum factas cum agricolis à menſe Februario vſque ad hunc diem, declaratque eos non obligari huiuſmodi præemptiones in ſpecie granorum ſoluere, dummodo acceptam pecuniam reſtituant; indictâ niſi edicto ſuo paruerint, publicationis granorum, & inſuper decem florenorum aureorum pœnâ primâ vice, 20. ſecundâ, & 50. vice tertiâ priſco more repartiendâ: mandatque grana ad forum more conſueto venalia deferri eadem pœna; prædeceſſorum ſuorum ea de re edicta renouans. D

Menſe Octobri, ictum fœdus inter Pontificem, Cæſaream Maieſtatem, Regem Philippum, Venetos & alios Principes Chriſtianos, non comprehenſis in eo vicinis Principibus, de quibus paulo ante: quo tempore Philippus Rex cum confœderatis Principibus Ioannem Auſtriacum fratrem, qui poſtea etiam Belgij Gubernator extitit, totius expeditionis contra Turcam deſignat imperatorem.

Interea Moſa & alia totius inferioris Germaniæ flumina extra

alucos

Digitized by Google

alueos longe lateque excurrentia, magna finitimis incolis damna in-
A tulére. In Hollandia quoq; & Friſia fluctus Marini diſiectis aggeribus late in agros, villas, pagos, ac Ciuitates perrupêre, vt merito cum Poëta dicamus,

Tecta domus & miſta ſuis armenta colonis,
Cumq; pecus paſtore fluit, cum pignore mater.
Et ſi forte aliquem fugientem exemit aquæ vi
Seruatum ſors dura fami, vel ab arbore celſa,
Monte vel aërio ſpectat ſua coniugis ora
Pallida, ſeu natos, ſeu ſi quid charius illis
B *Sub pedibus fluitare ſuis, moriturq; videndo.*
Nam ſtetit aqua Mari tellus diſcrimine nullo.

Brabanti, vt ab indictione decimi & vigeſimi denarij, quem vrgebat Albanus liberarentur, in certam pecuniæ ſummam conſenſêre, Vltraiectenſes vero Decanum ſancti Petri Voeſelium in Hiſpanias ad Regem mittunt, qui poſt multas fatigationes tandem ab eo cenſu immunitatem Diœceſi impetrauit. *Vltraiectenſes intercesſione D. VVeſelij Decani immunitatē decimi & vigeſimi denarij impetrant.*

Menſe Decembri Martinus del Rio Iuris meliorumque literarum peritus in quæſtionibus quodlibeticis Louanij habitis, quibus intereram, cùm ampliſſimos & glorioſos Ducis Albani, de Mauris, Gal-
C lis, Italis, Germanis, Cliuenſibus, Belgis & cæteris nationibus, triūphos oratione ſua narrare cœpiſſet, ſtatim tanto ſtudioſorum tamq; conſtanti pedum ſtrepitu exceptus fuit, vt vltra progredi vix potuerit. Quocirca paulo poſt cùm Elbertus Leoninus Longolius, & Ioannes Wameſius primarij Iuris Aſſeſſores & Profeſſores iſſent ad aulā, neſcio quid deprecatum, à Cōfeſſario Ducis Albani quodam ſtrepitu interturbātur: Mirantibus illis cur hoc fieret, reſponſum tam inuidioſo applauſu acceptas fuiſſe Louanij Albani Ducis optime meriti laudes, nec hactenus in tales animaduerſum eſſe. Indeque ita ab eis non ſine rubore diſceſſum eſt. *Longolius & VVameſius qualiter in aula à confeſſario Albani excepti.*

Mariæburgenſes tributū quoddā mercatoribus illac tranſeuntibus
D imperârant, Leodienſemq; mercatorem illud ſoluere negantem in carcerem detruſerant: Præſul literas ad Ducem Albanum dat, quibus & tributi iniquitatem, & Mariæburgenſium impudentiam oſtendit, qui à Leodienſibus exigere temerariè audent tributum in fundo Leodienſi, qui illorum necdum erat, vt qui repenſam pro eo iam dudum promiſſam, necdum hodie præſtiterint. *Marieburgenſium iniuſtitia & impudicitia.*

Digitized by Google

A

Magna Moſæ inundatio: Monaſterium Roberti montis ſpoliatur: Nouus motus Leodij exoritur. Comitia celebrantur. Publicantur edicta contra hæreticos. Summus Pontifex ſcribit Concilio Ciuitatis, & ad conſtantiam in fide hortatur.

CAPVT XVII.

B

1571. ANno 1571. menſe Ianuario ineunte, cùm vagabundi & validi mendicantes Ciuitatem & oppida vicoſque oberrarēt, pauperum incolarum eleemoſinas a fidelibus importunitate ſua extorquentes, vitamque turpem in otio degentes, peregrinos & Mercatores haud raro infeſtantes, edicto publico renouato, huiuſmodi male feriatos homines Patriæ fines intra triduum indictis pœnis excedere præcepit, vtque edictum pro lege apud Patriæ tribunalia inuiolatè ſeruetur, mandat.

Edictum cōtra vagabundos pro lege ſeruādum.

Menſe Februario, exorta tempeſtate rurſus Moſa breui tempore ita excreuit ſæuitq; vt pontem Amari cordis diſturbarit, multas domos diruerit, Eccleſias perplures Belli reditus, ſancti Iacobi, Sororū Haſſelenſium, Carmelitarum, Hieronymitarum, Cruciferorum, S. Pauli, S. Martini, S. Adalberti, S. Ioannis Euangeliſtæ, S. Dionyſij, S. Stephani, S. Bartholomæi, S. Ioānis Baptiſtæ & quaſdam alias aquis ita complerit, vt nullum in eis diuinum fieri potuerit officium. Annū hūc, & eius inundationem quidam expreſſit hoc carmine numerali columnæ Eccleſiæ ad Diui Pauli inſcripto, ad quod Moſa creuit. C

ALto Moſa LoCo CreſCens hVC appVLIt VſqVe.

Pontis Amari cordis ruinam expreſſit quoque numerali verſu ingenuus vir Wilhelmus Stauillus, Curiæ Epiſcopalis Leodienſis Procurator, vir ingenij probi & recti. D

VICtVs aqVa CeLerI CeCIdIt pons CordIs aMarI.

In Friſia quoque magnæ fuēre Maris & fluuiorum inundationes. Contra, ad miraculum in Anglia littora Maris introcedebant, vt homines poſſent ad aliquot paſſuum millia intra Maris ambitum pedibus procedere.

Mandatur Patriæ officiatis vt damna perpeſſa ſigillatim deſcribi curent.

Iiſdem diebus cùm per frequentes militū vtriuſque factionis trāſitus & concuſſiones, Patria innumera damna, & nouiſſime Condruſium perpeſſum fuiſſet, vrgeretque Cæſarea Maieſtas ſolutionem tributorum,

Digitized by Google

butorum Imperialium, iam à pluribus annis debitorum.

A Februarij 23. Præſul Præfecto Hoyẽſi, Balliuo Cõdruſij, necnõ alijs officiatis ſcribit, & mandat, vt dãna perpeſſa, militumque tranſitus, excurſiones & deprædationes cum authenticis Iuſtitiarum ſingulorũ pagorũ teſtationibus, ac auctoritatis literis ſingulatim deſcribant; ſi forſan ijs viſis Cæſarea Maieſtas & Dux Albanus Patriæ miſereantur, & hic quidem ſollicitior militem, ſi quando Patriam tranſire debeat, in officio & diſciplina militari contineat, Cæſar vero vel remiſſionem indulgeat, vel ſaltem tributorũ exactionem in aliud tempus proroget.

Februarij viceſima quinta, Monaſterium Roberti montis religio-
B ſarum Virginum Ordinis Cyſtercienſis à Ciuitate Leodienſi quarta milliaris parte in ſyluula ſitum, celebre & opulentũ, intẽpeſta nocte manu ſacrilegorum tum equitum tum peditum inuaditur, & rebus quibuſcumque pretioſis, quas ſecum auferre potuerunt, nemine aduerſante, ſpoliatur.

Fuerat & Eccleſia parochialis Stembiernenſis, non longe à pago Verutenſi in Marchionatu Franchimontẽſi ſita, ab hæreticis & prædonibus, priuſquam Eccleſiam Haſſelenſem ſpoliaſſent, euerſis aris, diſiectis fractiſque Imaginibus, cæteriſque ornamentis ablatis, profanata. Quamobrem Stembiernenſes omnes fere pauperes Martij decima quarta ſupplicant Præſuli, vt illis ſit liberum communium paſcuorum partem aliquam prompta & parata pecunia vendere, qua
C & Altaria reſtaurare, & ſacras Imagines loco reſtituere poſſint. Quod benignus Præſul exiguo cenſu annuo ſibi ſuiſque ſucceſſoribus in recognitionem iuris ſui præſtando, annuit.

Stembiernẽſis Eccleſia ab hæreticis deformata reſtauratur.

Aprilis viceſima prima, honoratus vir Hermes de Preſſeux in Marchionatu Franchimontenſi, loco à cõuicanis parum diſſito commorans, ideoque prædonum iniurijs, qui per ea loca frequenti numero graſſabantur expoſitus, ſupplicat Præſuli vt ſibi, & conuicanis iuxta pactum inter eos conuentum, liceat dato ſigno vel pulſato tympano, ſeſe mutuo ad arma vireſque excitare, & prædonibus reſiſtere, eoſq; vel carceribus mancipare, vel ſi manus eorum aliter effugere nequeant, etiam impunè occidere; quibus benignè annuit, & Præfectum
D Franchimontenſem, ne ea de re ijs moleſtus ſit, literis de pacto & conuento certiorem facit. Cumque conuentione ſpreta ac inſuper habita, homicidæ, prædones & vagabundi milites per agrum Franchimontenſem diuagarentur, edicto militari Maij decima octaua renouato, mandat, vt omnes arma parata, iuxta iuſſum Præfecti habeant, parati illum contra prædones ſequi, illique opem & auxilium in eis perſequendis, capiendis, & ſi neceſſum fuerit cedendis, ferre.

Maij vltima, ad preces Patrum Societatis Ieſu, pro nutricatus & victus ſubſidio, Præſul ipſe indigus è multis Patriæ oneribus hoc belli tempore prægrauatus, quadringentos florenos Brabantiæ ex pro-

Præſul indigus annuit PP. Societatis Ieſu quadringentos florenos annuos.

Digitized by Google

uentibus ſuis quotannis ſoluendos perbenignè & liberaliter annuit. A

Menſe Iunio, olim inauditus ac nouus motus Leodij cōcitatur, quorundã, ſiniſtrâ ex cōflatâ inuidiâ, machinatione: In Cōcilio Ciuitatis, ex aſſenſu triginta duorũ Miniſteriorũ, applaudentibus etiam illius anni Conſulibus ſeu Burgimagiſtris, actum, vt nullus deinceps Scabinorum Leodienſium in Burgimagiſtrum eligeretur, illudq; ad domus Ciuicæ (quam violettá vocant) Cancellos, pro firmiori robore publicatũ: populares enim quærebãtur Scabinos plus æquo addictos Prĩcipi & Eccleſiæ Leodiẽſi. Princeps & Præſul aduertẽs hac inaudita hactenus nouitate, & populi ſui temeritate, magnum ſibi & Eccleſiæ ſuæ præiudicium irrogari, re apud Concilium ſuum & Capitulum in deliberationem poſita, eaque cognita, mandat Officiatis edictum Ciuitatis ſuæ turbidum ad Peronem in foro publico conſtitutum circũduci: Burgimagiſtri cum Concilio ſuæ Ciuitatis, aduocatiſq; aliquot Commiſſarijs, rurſus ad Cancellum edictum ingeminant, Princeps & Præſul pacificus, hoc turbido tempore, ne res in ſeditionem abiret, prudenter diſſimulauit, ſicque in hunc diem Scabini Leodienſes, ſupremæ claſſis, ac rerum capitalium, totius Patriæ Leodienſis Iudices, à Burgimagiſtratu quorundam inuidia remoti, contra morem maiorum & obſeruantiam, qua Scabini Leodienſes, equeſtris ordinis viri, Nobiles, Generoſi, Honorati, ac Primores Ciuitatis ad Burgimagiſtratum nominabantur, eligebantur & idiſcriminatim recipiebantur. Exinde ſpreta Nobilium grauiorumque virorum auctoritas. B C

Iunij ſeptima, in Patriæ Comitijs actum iterum de vectigalibus hactenus Imperio debitis, alijſque in nuperis Comitijs Spirenſibus Cæſareæ Maieſtati conceſſis: de duodecim millibus florenorum Præſuli promiſſis: de reformationibus laicalibus publicandis, item de æqualitate in tributionibus per ordines Patriæ ſemel tandem ſtatuenda, ne ea de re ſingulis Comitijs magno Patriæ & damno & periculo contendere oporteat. Poſtremo de concuſſionibus & latrocinijs, quibus Patria continuo affligebatur auertendis: Igitur longâ deliberatione habitâ, concluſum imprimis vectigalia, & duodecim millia Præſuli debita ex peculio ſumenda; Deputatos ad reformationes examinandas officij admonendos, vt quantocius comperta referant: quoſdam ex ſingulis Statibus denuo nominandos, qui de modo contribuendi æqualiter ad Comitia proxima deſpiciant & in medium proponant. Poſtremo monendos Officiales, vt ipſi in diſtrictibus ſuis reſideant, contra latrones, vagabundos, & male feriatos homines iuxta ritum & conſuetudinem Imperij procedant, ſine cunctatione & diſſimulantia. D

Iunij vigeſima quinta, Guilhelmus de Falle qui contra pacem publicam Imperij & edicta Præſulis Auriaco aduerſus Ciuitatem & Patriam

A Patriam ſuam militarat, per Scabinos Leodienſes adiudicatur patibulo.

Præſul, rurſus in Ciuitate & oppidis edicta contra Lutheranos renouat.

Iunij vltima, Læuinus Torrentius ad Diui Lāberti Canonicus, & Archidiaconus Brabantiæ in Eccleſia Leodienſi, Præſulis in Spiritualibus Vicarius, Roma reuerſus, reddit Concilio Ciuitatis Summi Pōtificis literas, quibus Leodienſium in fide conſtantiam & firmitatem animi contra hæreticos demonſtratam re & facto laudat, quarum exemplar tale eſt. *Leuinus Torrentius literas Summi Pontificis ad Concilium defert.*

B *Pius Papa quintus, dilecti filij Salutem & Apoſtolicam benedictionem.*

MAgna nos in Domino lætitia affecit dilectus filius Læuinus Torrentius internuncius veſter, vir, quemadmodum nobis quoque perſpectus eſt, & probus, & in negotijs veſtris procurandis diligens, cùm de veſtra in nos Sanctamq; hanc Sedem deuotione atq; obſeruantia ea nobis propoſuiſſet, quæ cum vetere iſtius Ciuitatis inſtituto priſtinoq; veſtræ religionis Catholico iuuando ſtudio egregiè conſentiunt. Ex quo illud & cognouimus quam fortem, quamque C *egregiam operam aduerſus hæreticos nouiſſime tumultuantes, nobis ac Reipublicæ toti Chriſtianæ præſtiteritis: In ea ipſa re ſicut fortitudinem pietatemq; veſtram in eodem Domino laudamus; Ita vos paterne hortamur vt Maiorum veſtrorum exemplo incitati in obedientia huius S. Sedis Apoſtolicæ conſtanter perſeueretis, cumq; Venerabili fratri noſtro Epiſcopo veſtro in rebus iſtius Ciuitatis gubernandis concordi animo conſentiatis; Ita & Patriæ veſtræ quieti tranquillitatiq; optime conſuletis, & ad eam perturbandam hæreticis omnem aditum præcludetis. Quo quidem veſtro facto non ſolum (quod caput eſt) diuinam Ciuitati veſtræ gratiam conciliabitis, ſed etiam nos ipſos ad maiora gratificanda propenſiores reddetis.*

D *Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 4. Maij 1571. Pontificatus noſtri anno ſexto.*

Ioannes Auſtriacus dux militiæ contra Turcas deſignatus, iuxta Nauportum Achaiæ Vrbem Octob. 7. illuſtriſſimam conſequitur victoriam, quam Læuinus Torrentius Præſulis Vicarius, heroico carmine grauiter vereque deſcripſit. Tribus horis quibus pugnatum eſt cæſa Turcarum 25. millia, captæ ibi Turcarum triremes 180. incenſæ 20. depreſſæ totidem. *Deſcribit heroico carmine victoriam Auſtriaci contra Turcas.*

A

Tumultus in Belgio occaſione exactionis decimi denarij. Auriacus cum nouatoribus parat arma, petens ab Hollandis auxiliares copias: Multa oppida Regi ſurripiunt. Leodij conuentus Ordinum. Virtus Domini de Floyon ſummi Prætoris Leodienſis filij in defendenda Ruremunda.

CAPVT XVIII.

B

1552.

Lumey' prim' arma aſſumit & Brielam occupat.

SVb anni 1572. initium, cum Albanus perſiſteret petitioni decimi denarij, cœperunt Bruxellenſes cum alijs tumultuari, & nouatores occaſionem belligerandi, ſubditos ab obedientia ſui Principis, quam tyrannidem vocabant, abducendi, arripere. Lumeyus imprimis, qui educto ex Anglia milite, Brielam in Hollandia occupat. Alij deinde Vliſingam & Euchuſam.

Auriacus exercitum cogit.

Horum non ignarus Auriacus paſsim equites & pedites cõſcribit, apud quos publica fama erat, ſtipendia eis perſoluenda à Belgij Ciuitatibus, Eccleſijs, Monaſterijs, & Cleri prouentibus.

Circumquaque ad arma conclamatur.

Decima quarta Aprilis, Præſul in Comitijs inſtat, vt cum vectigal ſuper vino & ceruiſia hactenus conceſſum neutiquam ad ſubleuanda Patriæ onera ſufficiat, alia pecuniæ cõflandæ ratio quæratur, ſimulque ex ſingulis ſtatibus aliqui nominentur, qui ſecũ periculoſo hoc tempore quo circũquaque ad arma conclamatur, publicis periculis conſulant. Tandem vrget reſolutionem æqualitatis in colligendis tributis ſeruandæ. Multis vltro citroque in medium productis, variæ æris colligendi rationes propoſitæ: vt peculium ad plures annos continuetur, vt ſingulis caminis quinque ſtuferi ſoluendi imponantur, vt alia quinquaginta duo florenorum millia, eo modo quo aliquoties factum fuit, colligantur. Deſignati deinde ex ſingulis ordinibus, Eccleſiaſtico quatuor, militari totidem, & populari duo, quorum conſilio Princeps pro ratione emergentium negotiorum militem colligat, præſidia conſtituat, pecuniam mutuo etiam ſub fœnore accipiat. Ad poſtremũ pro æqualitate quadantenus ſeruanda, viſum pleriſque omnibus ſuper modijs & florenis annuis & perpetuis in tributionem poſſe exigi, nihil tamen propter opinionum diuerſitatem reſolutum.

C

D

Ratio colligendi pecuniam ſuper modijs & florenis quadantenus æqualis.

Kalendis Maij, Pius quintus Pontifex maximus poſt diutinum dolorem calculi, cum ſediſſet annis ſex, menſibus tribus, diebus viginti quinque, ſacroſancto viatico, de Cardinalis Alexandrini manu ſumpto, duabus ante noctem horis ſupremum vitæ diem clauſit, anno ætatis ſexageſimo octauo, vir vitæ ſanctimonia clarus, & qui ab omni auaritia ac ſordibus maxime abhorruit, de quo Cauanus ita cecinit.

Digitized by Google

A *Quinq; fuêre Pij, poſt fidi tempora Petri,*
Sed Quintus Felix dicitur atque Pius,
Nam Pius hæreticis charum defendit ouile,
Felix cum Turcis maxima bella gerit.
O pia proſperitas, pietas ô proſpera, quæ ſic
Commiſſum duplici ſeruat ab hoſte gregem.

Dum hæc ſcribimus, redit in memoriam Franciſci Panigarolæ Carmen, in mortem Pij quarti anteceſſoris ſui quod placuit hic adſcribere.

B *Vt faceret fortuna Pium omni parte beatum,*
Vita (ait) huic dulcis, mors quoque dulcis erit.

Altero die obitus Pij quinti, poſtquam Cardinales conclaue poſt nouendiales preces ingreſſi ſunt, ſummo cum omnium conſenſu & applauſu, Pontifex renuntiatur **Hugo boncompagnus** Bononienſis, in vrbe Roma & ingenio & virtute & induſtria & iuris vtriuſque doctrina præſtantiſſimus, Iam ſummo Magiſtratui & Tyaræ deſtinatus à Pio quarto, cùm in Senatum & collegium legeretur, rubroque galero honoraretur, hic Gregorius decimus tertius appellari voluit. Nec fefellit conceptam Pij quarti totiuſque populi Romani expectationem; ſiquidem naturæ bonitate, munificentia, vigilantia, integritate, ſol- C licitudine percelebris, Collegia Germanorum, Anglorum, Græcorum, & alia multa Catholicæ & Apoſtolicæ fidei ſeminaria exædificauit, aliaque geſſit quæ ſi quis enumerare, celebrareque velit,

Caucaſea citius ſoluet de rupe Promothæi
Brachia, & è medio pectore pellet auem.

Erneſtus Præſul multorũ relatu factus certior in plurimis Patriæ locis põtes & riuulos, ſeu vetuſtate, ſeu frequẽti curruũ tranſitu, ſeu Officiatorum & ſubditorum negligentia ita præruptos, & fractos, vel obſtructos, vt vix per eos iter pateret, magno boni publici detrimento, edicto mandat per ſingulos pagos ſui diſtrictus luſtrari vias, D pontes, riuulos, & ſi quæ viæ nimis anguſtæ, aut riuuli minus profundi, vel pontes minus firmi reperti fuerint, nullo perſonarum diſcrimine, illis remedium adhiberi curent. Vult quoque vt deinceps plateæ, pontes, riuuli, ſingulis annis bis, in vigilia S. Ioannis, & pridie S. Remigij viſitentur, & ſi opus fuerit reſtaurentur, negligentibus ac contumacibus pœnâ duodecim Caroleorum conſtitutâ.

Edictũ de vijs riuulis & põtibus per patriam reſtaurandis.

Exeunte menſe Mayo, Auriacus (vti ferebatur,) ſcripſit ex caſtro Dillenbourg primarijs Hollandiæ Ciuitatibus, quid ipſe cum Ludouico fratre alijſque Principibus Germaniæ & Galliæ in eorum auxilium contra tyrannidem Hiſpanicam agat, ſimulque belli neruum aut auxiliares copias petit.

Digitized by Google

Interim Ludouicus Auriaci frater paucis comitatus, Pariſijs Montes Hannoniæ miro curſu adproperat, & ſtratagemate occupat. A

Eodem fere tempore, Geuſei veteres Aquas & in Hollandia Goudam, Dordracum, Harlemium, Leydam, in Zelandia Verenſe oppidum, Zirickzee, & Gorcomium occupant.

Geuſei inci piunt ſanguinē catholicū fundere.

Hic primum Catholicorum ſanguinem propter fidem Catholicam Geuſei ex profeſſo effundere incipiunt, & multos tormentis agitatos trucidant Chriſti vere Martyres. Gorcomij in publico foro eo nomine ſuſpenſi duo Ciues: apud Brielam Nicolaus Poppellius Paſtor Gorcomienſis cum tribus Præsbyteris: duo item Franciſcani aliunde Brielam adducti cum quodam Canonico Regulari.

Iunij 12. & 13. creſcētibus in dies belli tumultibus & periculis, deputati in nuperis Comitijs ad rem militarem multa pro tuitione & defenſione Ciuitatis vtilia concipiunt, & inter alia vt muri & mœnia portæ S. Walburgis ad dextram tendentia propter frequentiores eorum ruinas, ab ipſis fundamentis inſtaurentur, quod mox magno per Clerum ſubminiſtrato adiumento perfectum fuit. B

Iiſdem diebus, cum Rex Catholicus in terris Imperij ex licentia Cæſareæ Maieſtatis copias cùm equitū tum peditum collegiſſet, quarum luſtrationem in finibus Patriæ noſtræ Leodienſis propè Lymburgum in agro vltramoſano facere meditabatur. Præſul ſollicitus ne agricolæ & ruſtici longè lateque deprædarentur, edicto publico per Officiatos vicinorum iſthic oppidorum & pagorum ſignificari curat, vt ſinguli commeatum vndecumque emptum in caſtra adferant, promiſſâ non tantum ſecuritate, ſed & iuſtâ rerum omnium venditarum ſolutione. C

Quia pendente, vti prædiximus, lite inter Præſulem & Capitulum, Conſules ac Concilium Ciuitatis ex altera partibus ſuper validitate decreti Ciuitatis quo Scabinos Leodienſes à Conſulatu Ciuitatis arcebantur, accidere potuiſſet, vt Scabinus aliquis proximo D. Iacobi feſto in Cōſulem eligeretur, non ſine tumultus periculo: Præſul vt paci tranquillitatique Ciuitatis & Patriæ hoc tempore conſuleret, vigeſima Iunij proteſtatione prius facta, quod Conſules non vtentur in ſua lite & proceſſu edicto publicando, neque alteri partium præiudicium allaturum ſit, edicit ſi Scabinus quiſpiam in Conſulem eligatur, hac vice duntaxat electionem locum non habituram. D

Menſe Iulio Albanus Montes obſidet Hiſpanis & Burgundionibus ſtipatus.

Eodem quoque tempore, Auriacus Rheno tranſmiſſo Ruremundam proficiſcitur, quæ cum ſe dedere nollet, propugnante illam præfecto, adoleſcente quidem, ſed inuicto animi robore, Domini de Floyon Prætoris Leodienſis filio: tandem poſt inſignem præfecti paucorumque quos ſecum habebat defenſionem vi capta eſt. De præfecti huius adoleſcentis fortitudine, ſcripſit tunc Reuerendiſſimus

Lindanus

Digitized by Google

A Lindanus Epiſcopus Ruremundenſis amico cuidam Louanij agenti his verbis:

QVia te rerum ad Moſam geſtarum teneri deſiderio non dubito, paucis te faciam certiorem, quidnam Ruremundæ à Principe Arangiæ in Dei miniſtris poſtridie Diuæ Magdalenæ ſit deſignatum, vt nos quidem ab oculatis teſtibus & fide dignis viris accepimus: Cætera enim alij referent melius. Poſtquam ſibi ſecundò Ciuitatem tradi tanquam Regis Hiſpaniarum Gubernatori fruſtra poſtularet, eam nullis tormentis (quæ vix habuit vlla B *alicuius momenti, præter quatuor ac quinque oualis globuli, quorum duo tantum fuerunt caſſo vulnere eiaculata) quaſſatam, ſed portis duabus, allato per milites manipulatim ſtramine, incenſis expugnauit. Hanc forti animo Capitaneus Regius ætate quidem adoleſcens, & qui vix ex ephebis exceſſerat, ſed inuicto animi robore clarus N. Domini Floyon nobilis viri Prætoris Leodienſis filius, Gallis non pluribus centum quadraginta longioribus bombardis inſtructis comitatus, cum paucis admodum ciuibus ex animo pugnantibus defendebat, atque tertiò & quartò hoſtem irruentem heroicè profligabat. Verum hoſtes magna ſuo-* C *rum (vltra quingentos) clade proturbati, ac propter nobiliſſimorum aliquot Ducum funera (quos pompa maxima poſtea in choro Parochialis Eccleſiæ ſepelierunt) tantum non in furorem acti, omnes ſuas peditum copias ſub noctis medium, Luna ſubluſtri ad quindecim ſigna ex vicino pago in aciem producunt, & ad quintam ferè inuitos oppugnationem ſex Gallorum ſigna cogunt: Cumq; milites ignauius pugnarent, à tergo inſtabant equites, quos non tam armis quam vultu Scythico moribus teterrimis ac verè barbaricis, nigros vocant, lanceis plurimos conficientes, quo anteriores ad acriorem oppugnationem exſtimularent. Ciuibus igitur animum deſpondentibus, &* D *in ſuam quibuſque domum diffugientibus, ſed Gallis animo imperterrito & à fronte & à tergo (nam ab alia parte quorundam perfidia hoſtes intrauerant) perſtrennuè tota nocte pugnantibus, totumque quadrinoctium quod illic egerant excubantibus, Ciuitate potiuntur ſub horam octauam, &c.* Hæc ille. Poſtmodum fusè ſubiungens quam rabiem in viros Eccleſiaſticos iſthic repertos exercuerint: Sed & quam barbarè & crudelitèr ſe cum Capitaneo Floyon & præſidiarijs Leodienſibus geſſerint, ſic Arnoldus Hauentius Ruremundenſis Carthuſianus memoriæ tradidit.

Sed ſupereſt vt exponam quãtam crudelitatem & rabiem exercuerint Geuſei in Regios milites & equites Gallos Leodiẽſes,qui Ciuitati præſidio fuerant:Hi autem erant numero centum quadraginta,ſtrennui ſane milites, & laude rei bellicæ illuſtres, quos omnes truculentèr necârunt, præter paucos qui tranando Moſam ex eorum impijs manibus elapſi fuêre. In qua re emicuit fœminæ quoque cuiuſdam virtus & fidelis induſtria, quæ milites quatuor per funem ex cœmiterio Templi demiſit, imitata Raab quæ exploratores, quos Ioſue miſerat ad explorandam terram promiſsionis Vrbemq́; Ierico,demiſerat per funem de feneſtra domus ſuæ quæ muro Ciuitatis adhærebat. A B

Ioſu. 2.

Alij autem milites ab hoſte capti fuerunt, vna cum ipſorum Capitaneo, in quem veluti à rugientibus Leonibus cinctum & circumſeptũ, eiſq́; in prædam obiectum dentes acuêre, & ſinguli enſes ſuos certatim ſtringere, ſeq́; mutuo & crudelitate vincere, & celeritate confodiendi anteuertere conantur, atque ſic eum multis confecerunt vulneribus, à quibus nec poſt mortem ſibi temperârunt non parcentes cadaueri, quod miſere conſciderunt & lacerârunt, &c. Hactenus Hauentius.

Interea Præſul prudens & prouidus pericula aduertens, quæ ab Auriaco Patriæ imminebant, Vaſallis & Feudatarijs ſuis pro debito Hominij ac fidelitatis, quo ſibi tanquam Domino ſuo ſeniori & directo obligantur, mandat, vt moniti præſto ſint in armis, ſub pœnis per conſtitutiones Imperiales comminatis;luſtrationem quoque ſibi ſubiectorum à vigeſimo ætatis anno vſque ad annum ſexageſimum quantocius faciant, curentq́ue vt quiſque arma ſibi congruentia habeat, & claſſico dato adſit quo ducetur in hoſtem profecturus, pœnâ decem florenorum in eos qui ſine armis reperti, aut alias quoquo modo non paruerint, conſtitutâ. Securitati quoque Ciuitatis prouidet,renouatis edictis de ordine & regimine, quoties periculum obſidionis ipſi Ciuitati aut oppidis imminere videtur,ſeruari conſueto; poſitiſque per portas, muros, plateas, domum Ciuicam & quinque Ciuitatis regiones excubijs, magna omnium tum Eccleſiaſticorum tum laicorum promptitudine & obedientia. C D

Venit ergo Auriacus Montes obſidione liberaturus, aderat & Albanus aduectis in caſtra 24. tormentis. Qua porro via Auriacus in oppidum ſperabat ingreſſum erectum erat propugnaculum, & in eo ſeptem tormenta cum duobus Germanorum ſignis collocata.

Habebat tum Albanus hoſtes à tergo & à fronte,nec tamen remittebat quicquam de ſolita tormentorum in vrbem deuerberatione.

Sequenti mane viſi ſunt quidam equites Auriaci propius caſtris Albani accedere, ſed poſtmodum retrocedere, quod (vt poſtea ex captiuo cognitum eſt) noluiſſent ſequi pedites, niſi perſoluto prius ſtipendio,

Digitized by Google

pendio, vnde numerati ſunt tum ſingulis duo Batzones (vt vocant)
A exiguum ſane in tanto periculo ſtipendium.

Sub horam ergo duodecimam, tendunt ad caſtra Albani equitum 28. & totidem peditum ſigna; ſed cùm iam caſtra aggredi vellent, ſeptem illa tormenta in eos exonerantur, & Hiſpani præcipuè ſclopetarij magna vi incurrunt, ita vt ſiniſtrorſum contra Valencenas digredi non ſine clade compulſi ſint. Quocirca Auriacus clara luce celerrimè receſſit in Brabantiam.

Menſe Septembri à Geuſeis proditione capitur Aldenardum Flãdriæ oppidum valdè munitum. Illic, vt & in alijs locis, multi facti Chriſti martyres.

B Eodem hoc tempore, queruntur Concilio Ciuitatis Aurifabri, quod in mœnibus ad S. Walburgem inſtaurandis, turris in qua collegium eorum excubias habere ſolet, diſiecta fuerit; poſcere illam inſtaurari: Ne motus fieret, multorum qui Concilio intererant ſuaſu, ipſis cubiculum ſupra poſticum ad ripam Moſæ apud Monaſterium Belli reditus ſitum, ad excubias deinceps agendas aſſignatum fuit.

Motus Aurifabrorum ſedatur.

C *Albanus multa oppida recuperat: Præſul Groesbekanus cum Capitulo impetrant mandatum à Camera Spirenſi contra Ciuitatem. Albanus Hiſpanias repetit, relicto ſucceſſore Requeſenio.*

CAPVT XIX.

Recedente turpitèr Auriaco, Ludouicus nulla liberationis ſpe affulgente, poſt tridui inducias Vrbem dedidit, ex qua publica fide egreſſi ſunt mille quingẽti equites armis & rebus inſtructi; atque ita potitur oppido Albanus, ea conditione, vt Ludouicum ſaluum ad Imperij territorium dimittat.

Montes Hannoniæ ſe dedũt Albano.

Octobris prima, cùm Albanus Auriacum ſequutus ad mœnia Mechlinienſia veniſſet, & de deditione tractaretur, milites Hiſpani per
D muros irrumpunt, eamque inſignem & opulentam Ciuitatem miſerè deprædantur.

Inde Dieſtenſe oppidum, Termundam, Aldenardum recuperat: poſt hæc Traiectum ad Moſam venit, quò ſtatim multarum Ciuitatum venêre Legati, purgaturi ſe & veniam deprecaturi. Dedidêre ſe & aliquot alia Oppida, hoſtibus inde fuga ſibi conſulentibus.

Similiter Dieſtum Teremũda, Aldenardum & alia oppida.

Nouembri, Zutphaniam tormentis acritèr obſidet, & Harlemium Vrbem Hollandiæ haud ignobilem, præſidio egregiè munitam & defenſam, ſed quæ tandem, vt mox dicemus, fame expugnata eſt.

Digitized by Google

Comitia Patriæ.

Decembris nona Præſul Comitia Patriæ conuocat, eademque in medium adducit, quæ duobus ſuperioribus conuentibus propoſuerat, ſed propter ſententias diſcrepantes, & tertij Status tergiuerſationem, indefinita adhuc remanſerunt. A

Mandatũ Spirenſe Præſulis contra Ciuitatem.

Per eoſdem dies, idem cum ſuo Capitulo impetrat à Camera Imperiali mandatum contra Conſules, Iuratos & 32. opificum collegia, totamque vniuerſitatem Ciuitatis Leodienſis, ſuper diuerſis innouationibus, turbationibus, & moleſtationibus, quarum ſummaria hæc ſint capita.

Illos cuſtodiam clauium ſibi vſurpare & arrogare.

Feciſſe edictum de Scabinis in Conſules non eligendis.

Contra antiquam hactenus obſeruatam conſuetudinem conuentus haberi Concilij Ciuitatis, ſine mandato aut conſenſu Conſulum. B

Ciuitatem tribunal erigere abſque Principis conſenſu.

Prætendere Scabinis Leodienſibus non competere Iuriſdictionem in ciues Leodienſes facinoroſos inquirendo vel decernendo in criminis reos iudiciariæ manus iniectionẽ, neque etiã in ciues clericos.

Non permittere ſubditos Epiſcopi vel Capituli extra Ciuitatem apprehendi.

Pretendere Iuriſdictionem in omnibus actionibus perſonalibus cõtra quoſcumque incolas Patriæ Leodienſis, etiam extraneos, eos ſiſtendo ſeu arreſtando.

Ciuem Leodienſem ratione criminis non poſſe in carcere Epiſcopi retineri, nec criminis reũ in ſua domo apprehẽdi, ne quidem in locis vltra duo milliaria à Ciuitate diſſitis & Ciuitati non ſubditis. C

Immunitatem Eccleſiarũ violari, non accedente conſenſu Epiſcopi.

Non licere Epiſcopo in facinoroſos & criminis reos inquirere.

Prætorem & Scabinos à Concilio & Vniuerſitate excludere; Et nonnulla alia quæ ſingulatim fusè in libello deducuntur.

Querelæ de adminiſtratione hoſpitalis in Inſula.

Cùm quotannis adminiſtratio bonorum pauperum Hoſpitalis in Inſula conuiuijs, donis, muneribus & ſordibus emeretur, alijque abuſus committerentur, variæ per viros probos querelæ ſunt depoſitæ; nec iniuria, neceſſarium enim eſſe, vt qui tanto diſpendio adminiſtrationem illam ſibi comparauit, multa pauperibus in eorum cõpenſationem ſubripiat. D

1573.

Igitur anno 1573. Ianuarij 20. in Concilio Ciuitatis ordinatũ fuit, vt Conſules quotannis ipſo die Regum in domo Ciuica cõpareant, & ex collegio, è quo adminiſtratores eligi debent (eliguntur autem ſucceſſiuè ex ſingulis collegijs opificum) octo eligant, è quorum numero collegium duos adminiſtratores nominet, qui munus illud ſuſcipere teneantur; pœnâ comminatâ, ni pareant, priuationis Iuris ciuici & exilij, quæ ordinatio poſtmodum 25. eiuſdem menſis per 32. opificum collegia confirmata fuit.

Ianuarij vltima tertius ordinum Status reſpondet ad duos articulos propoſitionis factæ per Præſulem in nuperis Comitijs; nimirum vt Præ-

Digitized by Google

vt Præſuli in leuamen laborum & minutorum quorundam ſump-
A tuum duodecim millia florenorum, & alia duodecim millia cõtinuis ſex annis in reparationem & reſtaurationem arcium & munitionum numerentur.

Cùm pluribus edictis iampridem Præſul mendicantes validos è Ciuitate expuliſſet, & quibuſdam ſupplicia in edictis comminata inflixiſſet, cœperunt illi magno numero Huyum ſe conferre: Igitur eadem ſollicitudine illius aliorumque oppidorum ſecuritati & tranquillitati conſulere volens, ſcribit arcis Hoyenſis præfecto, cæteriſque oppidorum & arcium gubernatoribus; mandatque, vt validos otioſoſque illos homines oppida & Patriæ fines excedere iubeãt; aliàs
B pœnis per edicta comminatis puniant & proſcribant.

Menſe Februario, Antuerpiæ in conuenticulo 37. & Bruxellis 17. Haſſeleti 6. Leodij duo eodem die Anabaptiſtæ comprehenſi ſunt, qui vt ſuæ ſectæ complices proderẽt quæſtionibus adiudicati, nemine accuſato, in hæreſi pertinacitèr vitam finiêre. *Multi Anabaptiſtæ affecti ſupplicio.*

Aprilis 27. Præſul edictum Cæſaris renouat; ne quis militem conſcribat, vel ſe militiæ aſcribi faciat, niſi à ſe veluti Imperij Principe petitâ licentiâ, iuxta cõſtitutiones & decreta Imperij circuliq; Weſtphalici ſæpius edita & promulgata.

Durante Harlemienſi obſidione, Bataui Lumæum apud Auriacum, concuſſionis in omnes, tyrannidis in perſonas præſertim Eccleſiaſticas accuſant: Quocirca à Statibus Hollandiæ captiuus deti-
C netur, donec Auriaci interpoſitione ac interceſſione dimiſſus, Leodium venit, & in domum, generi domuique Lumeæ propriam & ad diui Martini ſitam ſe recepit, vbi morſiuncula proprij canis (& vt fertur) rabidi, mortem ei accelerauit. Vt rectè vereque Iuuenalis Satyricus cecinerit. *Lumeyus moritur Leodij.*

Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci
Deſcendunt Reges, & ſiccâ morte tyranni.

Iunij 22. creſcente granorum precio & annonæ caritate, Præſul cum Conſulibus & Concilio Ciuitatis granorum edictum renouat, & granariorum & ſolariorum tam Eccleſiaſticorum quam Laicorum viſitationem inſtituit; pœnâ indictâ illi, qui grana celarit, decem florenorum auri.

D Per hos dies plures Principis Auriaci partes ſequuti, Præſuli & Ciuitati ad ſuam iuſtificationem admitti ſupplicantes, iubentur prius ſeſe carceribus ſiſtere.

Nona Iulij Auriacus terra marique egregiè inſtructus, Harlemio annonam & ſuppetias parat; ſed turpem damnoſamque admodum repulſam paſſus, Ciuitatem fame preſſam in deſperationem adduxit.

Ita decima tertia Iulj deditionem faciunt, pecuniâ pro mobilium redemptione, æquâ illorum factâ æſtimatione, ab obſeſſis ſolutâ: *Harlemium ſe dedit.*

Digitized by Google

ſeditioſis qnibuſdam & nonnullis alijs, qui contra Fidem Montibus Hannoniæ contra Regem militabant, ſupplicio affectis. A

Quarto Kalendas Auguſti, Carolus Langius ad Diui Lamberti Canonicus, vir vt ſcripta ejus & monumenta teſtantur, litteris doctrinaque præſtans, conceſſit naturæ, & in veteri Eccleſiæ Leodienſis choro honorifice tumulatur; cui Leuinus Torrentius Archidiaconus & Ioannes Douerinus Collegæ, teſtamentique & ſupremæ voluntatis executores, monumentum hac inſcriptione poſuerunt.

Deo. Opt. Max.

Carolo Langio I. C. Canonico Leodienſi, viro quod eius teſtantur ſcripta doctiſſimo, Leuinus Torrentius, & Ioannes Douerinus Collegæ chariſſimo ex teſtamēto poſuerunt, vixit annos quinquaginta duos: Obijt anno 1573. quarto Kalend. Auguſti. B

In delibanda legatis hæreditate, effigiem ſuam ad viuum depictam, vt & quædam alia Petro Orano germanum in modum amico ſuo legauit, hic morienti oculos clauſit. Pro Symbolo lingua ſua vulgari & vernacula hoc vſurpauit *Cort en goet*; Franciſcus Raphelingus in defuncti memoriam verſus hos compoſuit.

Vltra in te ſpectem, virtutum munera Langi C
Doctrinam in ſtudijs, ſeu probitatem animi?
Concedis nulli, ſola hæc ſub iudice lis eſt
An doctrina in te vel probitas ſuperet.

Iudæus 38. annorum Leodij baptiſatur.

Leodij circa hæc tempora, Iudæus quidam annorum triginta octo inſtante Præſule, per Gregorium Syluium Suffraganeum Leodienſem Cathechiſmo imbutus, magna ſolemnitate, extructo in æde primaria theatro, ſacro baptiſmatis fonte abluitur.

Præſul mādat pretia vinis imponi.

Octobris 13. Præſul mandat viſitari penuaria vinariorum, & vinorum precia per Dominos Cathedralis Eccleſiæ & alios ad id adhiberi ſolitos ſtatui; cuius viſitationis plurima ſunt in regeſtis Dominorum vetera & noua exempla. D

Albanus rebus Harlemij fœliciter actis, Antuerpiam cum Frederico filio redit, inde Bruxellas, conſtitutoque Valdeo Regij exercitus præfecto, menſe Decembri Hiſpanias repetit. Succedit ei in adminiſtratione, iubente Rege, Ludouicus Requeſenius magnus Caſtiliæ Commendator; Duce Medinæ Cæli eam Prouinciam vti periculis plenam, recuſante.

Præſul cogitat de erigendo monte pietatis.

Decembris 1. 2. 3. tum à Præſule, tum à Concilio Ciuitatis multa acta fuēre; allatis ex varijs Prouincijs plurimis Statutis, & conſtitutionibus, de erigendo Leodij, excluſo vſurario, monte pietatis.

Ijſdem

Digitized by Google

Iiſdem diebus Erneſtus Bauarus Alberti Bauariæ Ducis filius, Epiſ-
A copus Hildesheymenſis renuntiatur, de quo poſtmodum prolixior redibit ſermo. *Erneſtus fit Epiſcopus Hildesheymenſis.*

Eodem tempore creſcente annonæ & præſertim granorum penuria, cùm vicinæ circumquaque Prouinciæ grana ex ſuis agris efferri cauerent, idem Præſul renouato granorum edicto, fieri mandat, & venditiones emptioneſque granorum vſurarias à feſto S. Dionyſij citra factas irritat, & ruricolas, ſi modo pecuniam acceptam reſtituāt, ad illam minimè teneri decernit.

Sub idem tempus diſſenſionem ſuſcitatam inter Abbatem ſancti Remigij ordinis Cyſtercienſis prope Rupefortem & ſuos religioſos, *Diſſenſio inter Abbatē & religioſos S. Remigij ſedatur.*
B miſſo iſthuc D. Bricio Eccleſiæ ſancti Dionyſij Decano, ſedat; iuſſo iſthinc migrare Præfecto Rupefortenſi, quem Abbas aduocârat, datiſque Abbati & religioſis legibus & conditionibus, quas tantiſper ſeruarent, donec aliter per ſuperiores ordinis prouideretur.

In Lotharingia liberalitate & munificentia Caroli Lotharingiæ Cardinalis Muſſopontina Vniuerſitas erigitur, vocatis primum Societatis Ieſu Patribus, poſtea Medicinæ & Iuriſprudentiæ Profeſſoribus.

Ludouicus Naſſouius animos Leodienſium ſibi conciliare ſtudet: Traiectum proditione tētat: paulo poſt funditur eius exer-
C *citus, nec ipſe amplius cōparuit: Clerus pro ſui defenſione militem colligit: Præſul Comitia celebrat.*

CAPVT XX.

ANno Domini 1574. inter Ludouicum Requeſenium nouum Belgij Gubernatorem & Auriacum vario Marte terra Marique pugnatum: Sed nos quæ Leodienſes propius attingunt, compendioſè deſcribemus. 1574.

Ludouicus Naſſouius cùm Montes Hannoniæ Albano reddidiſſet,
D in Germaniam ſe contulerat, ibique ad hos vſque dies priuatus hæſerat. Circa finem Ianuarij, cùm intellexiſſet Albanum Belgio exceſſiſſe, & Auriacum fratrem ad naualia certamina inſtructum exercitū habere, iterum belli aleam ſubire meditatur.

Igitur Ludouicus & Henricus Auriaci fratres, Chriſtophorus quoque Comes Palatinus, ingenti Germanorum & Lotharingorum conflato exercitu, Belgium petentes, in agrum Traiectenſem & vicina Leodio loca appellunt: Vnde Præſul aduertens periculum quod Ciuitati Patriæque imminebat, multa circa excubias & Ciuitatis munitiones conſtituit. Inter alia 22. Ianuarij, duce Carolo de Lamyne viro nobili ſuo domeſtico centum bombardiſtas pro ſua tuitione colligit.

Nec

Digitized by Google

Nec multò poſt vterque Clerus pariter ducentos pedites pro ſua defenſione cogit, impoſitis in ſingulos modios & florenos Eccleſiaſticorum prouentuum ſubſidijs ab eiuſdem deputato colligendis, vt ex literis D. Brictio Decano ſancti Dionyſij Cleri receptori datis videre licet, quarum hoc eſt exemplar. A

Gerardus, &c. Venerabili nobis ſyncere dilecto Ioanni Brictio noſtræ Collegiatæ Eccleſiæ S. Dioniſij in hac noſtra Ciuitate Decano, ſalutem in Domino,

CVm Reuerendi, Nobiles & Venerabiles nobis ſyncerè dilecti, vterque Clerus primarius & ſecundarius, Cathedralis & Collegiatarum noſtrarum Eccleſiarum Leodienſium Decani & Capitula, earumve ad hoc deputati, hoc turbulentiſſimo tempore vim aliquam Ciuitati huic Leodienſi internè & externè inferri non obſcure timentes, ſeque aduerſus vim & impetum huiuſmodi munire & defendere cupientes, pecuniam duobus vexillis militum peditum ſtatim conſcribendis, & ad integrum menſem in Ciuitate prædicta recipiendum & intertenendum, deputatorum prædictorum iudicio neceſſarium ad vim prædictam, ſi qua forſan & quouis modo in Ciuitate & ditione prædictis inferretur, prohibendam & propulſandã, ab eiſdem Cathedrali & Collegiatis Eccleſiis, necnon eiuſdem Ciuitatis & eius ſuburbiorum Abbatibus, Religioſis, Prioribus, Monaſterÿs, Paſtoribus ſeu Curatis & Beneficiatis, Eccleſiarumq́ Cathedralis S. Materni & paruæ Menſæ, ac eiuſdem Collegiatarum Eccleſiarũ Capellanis membris & beneficiatis quo citius fieri poſſit colligendam, ad ſic collectum militem prædictum ſtipendiandum & intertenendũ: Atque pro pecunia ad hæc neceſſaria prædicta conflanda, quemlibet modium ſpeltæ hæreditarium ad duos ſtuferos, & quemlibet florenũ Brabantiæ, ad vnum ſtuferum Brabantiæ, habita ratione valoris annui bonorum prædictorum Cathedralis & Collegiatarum Parochialiumq́ Eccleſiarum & Monaſteriorum, Altarium, membrorum & beneficiorum quorumcumq́ taxandum eſſe, & taxari debere iudicauerunt, & reipſa taxauerunt. B C D

Hinc eſt quod nos de tuis fide, induſtria & integritate plenariè in Domino confiſi, te antedicta ſic parandæ, numerandæ, & exponendæ ab antedictis Cathedrali & Collegiatis Ecclesÿs, earumq́ Decanis & Capitulis, Canonicis, Capellanis, & membris ac beneficiatis, necnon Abbatibus, Prioribus, Monaſterÿs, Curatis & beneficiatis, quo fieri

A *fieri poterit citius colligendæ, mandato dictorum Dominorum vtriuſque dicti Cleri ad hoc deputatorum, in vſum ſtipendiorum militum ad effectum prædictum conſcriptorum ſeu conſcribendorum conuertendæ & exponendæ, & à Statibus ſeu vniuerſo Clero Ciuitatis prædicto, ſeu quo fieri poterit commodius ſuo tempore recuperandæ, vtriuſque Cleri noſtri prædicti ad hoc accedente conſenſu fecimus & deputauimus, facimuſq́; & deputamus exactorē, & receptorem harum literarū noſtrarū ſerie, dantes & concedentes tibi plenam facultatem, auctoritatem, poteſtatem & mandatum ſpeciale* B *ad prædictam pecuniam colligendam, iuxta taxæ prædictæ formam, ab omnibus & ſingulis prædictis eidem taxæ obnoxijs; deque receptis quittantiam validam dandi; adiuncto tamen tibi Venerabili nobis in Chriſto ſyncere dilecto confratre noſtro Gabriele Bournel Canonico noſtræ Eccleſiæ Cathedralis & Diui Petri Leodienſis Præpoſito, quoad huiuſmodi receptæ pecuniæ expoſitionem exponendum & diſtribuendum, decenterq́; in præmiſſis & circa ea neceſſaria & requiſita faciendum & exercendum: Ratum etenim gratum ſtabile & firmum perpetuo habebimus & habemus totum & quicquid in præmiſſis per te tibiq́; adiunctum factum fuerit, exactumq́; &* C *receptum & expoſitum. Saluo quod de receptis & expoſitis computum, rationem, & reliqua, legales, nobis dictiq́; Cleri deputatis reddere tenearis, tuo tamen in præmiſſis condigno ſalario ſaluo.*

In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus noſtris literis manu noſtra ſubſcriptis duximus imprimendum. Datum Leodij 26. menſis Februarij anno 1574.

Ludouicus Naſſouius, his vt veroſimile eſt intellectis, Februarij 29. literas officiorum plenas tum Præſuli & Scabinis, tum Conſulibus & Concilio Ciuitatis per duos nobiles Gallum vnum, alterum D Anglum mittit, quibus malam de ſe ſuoque exercitu opinionem per Leodienſes conceptam amolitur, hoc vnum ſe petere aiens, vt Leodienſes neutros ſe gerant, vt ſui cum illis & illi cum ſuis liberè conuerſentur commerciaque peragant. In cætero fides adijciatur ijs quæ duo præfati nobiles ſuo nomine dicturi eſſent.

Præſul deliberatiōe cū ſuo Capitulo, Cōſulibus & Cōcilio Ciuitatis habita, nobiles illos per Prætorem maiorē corā ſe & Ciuitatis Senatu intromitti iubet, qui repetitis ijs quæ literis cōtinebantur, nihil præter copiā officiorū vel boſè adiecère. Tādem ijs dimiſſis, cōmunicato cū pluribus Cathedralis Eccleſiæ & alijs nobilibus viris, totoq́; Magiſtratu conſilio, viſum fuit Ludouico reſpondendum, apparatus in

Ludouicus ſcribit Leodienſibus literas officio plenas.

Digitized by Google

Ciuitate & Patria fieri, non in cuiuſquam offenſam, ſed in ſolam defenſionem & ſecuritatem, gratiam vero pro officiorum oblatione habere, eique omnia fœlicia & ſalutaria precari. A

Quarto Idus Martij, qui dies ſacer eſt Diuo Gregorio Pontifici & Eccleſiæ Doctori, exceſſit è vita Henricus Veuius, Iuris Doctor, grauitate, literis & doctrina præſtans vir, Conſiliarius Concilij Ordinarij & Priuati, ſepultus in parochiali Eccleſia Diuæ Aldegundis, & hoc elogium lapidi inſcriptum.

Hic iacet Henricus Veuius fatalibus auſis,
Fama fori, Patriæ gloria, iuris honos.
Hic iacet Oedipodes quo te iactare ſolebas B
Legiaci Princeps magne comeſq; ſoli,
Qui dum luſtra nouem bis ſeptem contigit annis,
Pertæſus miſeræ tædia carnis, obit,
Reddita mens cœlo eſt, cinerem tegit vrna, ſuperſunt
Virtus, fama: decus, liuida mors quid habes?
Huius ad inferias viduæ lugete camenæ,
Veſter enim fautor, cùm supereſſet erat.

OrgIa GregorII ſtVdIoſa CaterVa CoLebat:
OCCIdIt Ipſe trVCI Morte forensIs honos. C

Ludouicus ſcribit ſeorſim Collegio aurifabrorum, ſed literæ remittuntur illi clauſæ.

Martij ſexta, Comes Ludouicus literas mittit ad Præſulem, & alias ad collegiũ Aurifabrorum, & alteras ad Concilium Ciuitatis, quibus petit vt nauibus, quas cum commeatu emerat, tranſitus per Moſam concedatur, permittaturque ciuibus vt annonam ad caſtra ſub legitimo precio deferant, ne miles forſan inedia preſſus, ruſticos & alios concutere deprædarique cogatur, cui malo remedium adferre non poſſet; rogare igitur vehementer, vt ea in re Magiſtratus ſe accommodet. Reſcribunt Conſules, totumque Ciuitatis Concilium, rem quam petit ad Præſulem pertinere, illius reſponſum, quandoquidem ad eum literas dederit, expectet. Ad literas vero collegio Aurifabrorum inſcriptas, ſe illas clauſas remittere, quod particularibus huiuſmodi miſſionibus regulæ militares ciuibus præſcriptæ obſiſtant. D

Itaque Ludouicus à Leodienſibus ſic deluſus, propè Carpenam arcem in territorio Lymburgenſi delectum ſuorum militum agit, Auriaco auxilium laturus, & Traiectum, Antuerpiam, Valencenas, Gandauum, compoſitis hic ibi inſidijs, vt ſperabat, occupaturus.

Saucho Dauila Naſſouium nõ viribus ſed ſtratagematibus vincit.

Quare Requeſenius mandat Saucho Dauilæ Hiſpano, obuiam Ludouico eat, eum ab ingreſſu in Belgium impediat: Paret Dauila & extemplo Traiectum ad Moſam petit, inde Ludouici vires explorat, & cùm viribus longè inferior eſſet, non aperto Marte, ſed per cuniculos

Digitized by Google

culos hoſtem adoritur, ac quadam nocte paucis duntaxat militibus
A aſſociatus, 600. cum excubijs incautos interemit, alios diuerſo ſtratagemate magna ſolertia iſthic, donec Chriſtophorus Mõdragonius cum reliquis copijs acceſſiſſet, Ludouicum occupans.

Ludouicus audito Mondragonij aduẽtu, mouet verſus Valckenburgum: nec latuit ea res Dauilam, qui nouo dolo 500. adhuc in ea motione confecit.

Quocirca Ludouicus parum exercitato milite contra ſtrennuum illum Ducem inſtructus, ſimulat reditum in Germaniam: Dauila contra Nouiomagum copias ducit, vbi ciues ſecretam cum hoſte coniunctionem habere dicebantur, & duobus inde milliaribus in B campis Maurenſibus impetum ex improuiſo in Ludouicum facit, illumque ac fratres eius Hẽricum & Chriſtophorum Palatinum duces præcipuos conſternit, fuſo fugatoque eorum exercitu, ipſis nec inter viuos, nec inter mortuos poſtea repertis. *Mondragonius & Dauila fundunt exercitũ Ludouici nec ipſe deinceps cõparet.*

Cùm Præſul aduerteret Cathedralem Eccleſiam iam pridem, non obſtantibus pluribus tum ſuis tum prædeceſſorum ſuorum mandatis, quotidianis Laicorum & Eccleſiaſticorum deambulationibus, confabulationibus, necnon procuratorum proceſſibus, ſcriptionibus, ſtipulationibus, citationibus, appellationibus, alijſque innumeris eiuſce generis actibus iuridicis, necnon mercatorum negotiationibus per clauſtra Eccleſiæ officinas aperientibus, mirum in modum profanari difformarique; Zelo domus Dei motus, exemplo Seruatoris, qui facto de funiculis flagello, negotiatores, oues, boues, columbas è Templo eiecit, & nummulariorum menſis euerſis, æs per pauimentum effudit; ſeuerè edixit, ne quis cuiuſcumque ſtatus, aut conditionis ibi ambularet, confabularetur, litigaret, proceſſus aut contractus vllos formaret, mercareturuè; pœnâ conſtitutâ vltra alias à ſe ſuiſque prædeceſſoribus comminatas, pro prima trãſgreſſione, carceris vnius diei, ſi reus mox & quaſi in flagranti crimine apprehendatur, quo die toto in pane & aqua ieiunaret, pro ſecunda & pluribus tranſgreſſionibus arbitraria, pro ratione exceſſus & inſuper annullationis omnium contractuum, citationum, ſtipulatiõnũ, & aliorum quorumcumque actuum iudicialium. *Ioan, 2.* C *Mandata pœnalia contra profanãtes Eccleſiam.*

D Quarta Maij in ordinum ſuorum conuentu iterum inſtat pro debitorum Patriæ tam veterum quam recentium extinctione, accedentibus præſertim alijs quæ nouiter in colligendo milite pro neceſſaria contra Ludouicum Naſſouium & alios defenſione contracta fuerant: premit & articulum æqualitatis in contributionibus ſeruandæ. Denique delibérat de medijs legitimæ reductionis redituum emptitiorum, ad inſtar vicinarum Prouinciarum capeſſendis. His diligentèr expenſis exiſtimatum fuit dicta onera peculio elui poſſe, accedente ſubſidiaria viginti quatuor millium florenorum contributione. De æqualitate contributionum, deputatos nuperis Comitijs ad referendum monendos, qui niſi conuenerint, negotium ad Imperatorem *Comitia Patriæ & quæ in eis acta.* *Controuerſia æqualitatis in contributionibus ad Imperatorem referenda.*

Digitized by Google

remittendum. Ad poſtremum nominati ex ſingulis ſtatibus, qui cum Iuriſperitis negotium reductionis examinent & comperta referant. A

Succeſſio Regum Franciæ. Maij 30. quæ fuit Penthecoſtes, Carolus 9. Galliarum Rex longiore vita digniſſimus Princeps, diem clauſit extremum, ſuccedit illi Henricus hoc nomine tertius.

Prioratus S. Seuerini & Muno vniuntur Collegio Societatis Ieſu. Decimo Calend. Iunij Præſul auctoritate tum Pontificia tum ſua duos Prioratus ſancti Seuerini & de Muno Collegio Societatis Ieſu nuper in Ciuitate Leodienſi à ſe inſtituto vnit, ſola iuriſdictione temporali, quæ illis ante annexa erat, ſibi ſucceſſoribuſque ſuis reſeruata.

Per idem tempus copiæ militum Regiorum tum equitum tum peditum in agro Hasbanico hybernabāt, pagoſque de Feixhe, Slins, Emale, Loncin & vicinos depaſcebant, magno miſerorum ruſticorum diſpendio, quorum libellis ſupplicibus Præſul motus, miſſo Mathæo d'Emale centurione cum literis (quas credentiæ vocant) ſignificat ſe ægre admodum ciues & alios Præſidiarios milites in officio continere; rogare proinde, vt copias inde educant, niſi breui alia remedia experiri velint. B

Igitur Decembris 22. edicto publico pœnis cōſuetis pelluntur exteri; excubiæ aliaque eius generis, ad bonam politiam, eo rerum ſtatu pertinentia, renouantur.

1575. Anno 1575. Ianuario ineunte, milite Ciuitatem magis àc magis appropinquante, præter conſtitutas iam ante excubias, publico edicto mandatum fuit, vt ex ſingulis ſocietatibus nimirum Arcubaliſtarum veterum & nouorum, necnon decemvirûm, decem diu & totidem noctu ad ſingulas Ciuitatis portas ſtationes haberent. Vt mercatores officinas, quæ militi impedimento eſſe poſſent, è foro, donec alitèr viſum fuerit, amoueant, vt Præfecti excubiarum nuper conſtituti noctu diuque muros diligentèr circumeant. C

Pax fruſtra tentatur: Groesbekanus ſollicitè Comitia repetit: Bellum à Regijs reſtauratur. D

CAPVT XXI.

CVm intellexiſſet Imperator Auriacos, Hollandos, & Zelandos ad pacem inclinare, Comitem Guntherum Schyuarzenburgū in Belgium mittit, vt, ſi quoquo modo fieri poſſit, illam promoueret. Appulit is Dordracum 20. Ianuarij; venit & eò Auriacus, coram quo legationis cauſas explicauit. Locus colloquij in oppido Bredano dictus; Legati vtrinque nominati, dies cōſtitutus, obſides dati: magna ſpes initio affulgebat, omnibus nimirū pacem exoptantibus, ſed

ſed quæ paulo poſt euanuit. Vt enim ad cõmunicationem ventũ eſt, A propoſitis pro parte Auriaci & Fœderatorũ petitionibus; Sasboteus Regis Legatus, Regem, & ſi maximè ad pacem cũ ſubditis propẽſum, nihilominus ad eam priuſquã reſtitutæ ſint Prouinciæ Hollandiæ & Zelandiæ, armaque poſita egrè adduci poſſe ediſſeruit: Hoc facto, Comitia Statuũ generalia offerre. Mirari porrò; illos pro exteris habere Hiſpanos, quibus cum eis Rex vnus eſſet connaturalis; Gaſcones, Gallos, Schotos, Anglos Auriaco militantes verè exteros eſſe: Nihilominus Regem etiam eos in Hiſpanias pace firmata reuocaturum. Tandem ne quid clementiæ à parte Regis deeſſe videretur, oblata rebellibus priuilegiorum & Iurium antiquorum conſeruatio, publicationum reuocatio, ablatorum reſtitutio, captiuorũ libera B dimiſſio, deniquegeneralis quædam amneſtia, dum viciſſim ablata Regi reſtituant, & orthodoxam fidem more maiorum recipiant, quam qui colere noluerint, rebus compoſitis migrent: dubia quæ occurrerint communi conſilio & aſſenſu determinatum iri; hanc ſtare firmitèr Regi ſententiam. Ad hæc fœderati vnius menſis inducias petere; inde obſides repræſentare; vltimo negotiationem hanc abrumpere.

Poſtulata Sasboutei reijciũtur ab ordinibus.

Aprilis 7. repetitur per Præſulem edictum militare, vt ſinguli præſtò ſint in armis pro defenſione Patriæ ad mandatum officiatorum, ijſdem quibus anno præcedente modis & legibus.

Quotannis hoc fere tempore, ſodalitates colubrinorum & arcu-C balitiarum pſittacum deijcere, & ſub prætextu recreationis varias inſolentias in Monaſterijs cùm Leodij, tùm vicinis in locis exercere, ac non parua damna inferre conſueuerunt; in eis, pro libidine ſua promptuaria aperiendo, compotando, vinum & ceruiſiam prodige effundendo: ſicut nuper antiquorum colubrinorum ſodalitas in Monaſterio ſancti Laurentij ad muros Ciuitatis, malo aliarum ſodalitatum exemplo, fecit. Quibus vt abſque grauioribus turbis hoc turbulento tempore obuiam iret Præſul (res enim neſcio quem in tumultum fere per ebrios quoſdam homines abibat) ſic cum ijs conuentum fuit, vt hoc anno, donec aliter prouiſum eſſet, Septingenti floreni Leodienſes ſingulis ſocietatibus gratioſè donarentur, & quidem Præſul ipſe vni ſodalitati ſeptingentos ex mera liberalitate D donauit, ſecundæ Sodalitati Monaſteria ſancti Iacobi & Laurentij, illud quidem trecentos, hoc vero tantum centum quinquaginta gratioſe numeraret, attentis ſumptibus & inſolentijs ab eis nouiſſimè perpeſſis: Monaſterium vallis S. Lamberti, Belli reditus, S. Ægidij, Carthuſianorum, Cruciferorum, Hoſpitale S. Chriſtophori tertiæ Sodalitati conſimiles ſeptingentos: Monaſterium quidem vallis S. Lamberti ducẽtos, Belli reditus, Ægidij, & Carthuſianorum, ſingula centum quinquaginta; Cruciferorum & Hoſpitale S. Chriſtophori quinquaginta; Quæ gratioſa donatio (liceat ſic loqui) propter temporum malitiam in hunc vſque diem perſeuerat.

Monaſteria paciſcuntur cũ Sodalitatibus colubrinorum & arcubaliſtarum.

 Iunij

Iunij decima tertia Dominus Winandus de Wingarde Eccleſiæ Leodienſis Decanus, vir nobilitate conſpicuus & prudentia eximius, ab vrbe rediens literas Summi Pontificis ad Magiſtratum defert, quibus eius in fide defendenda conſtantiam laudat, & ad perſeuerãtiam hortatur, his verbis, A

Gregorius Papa XIII. Dilecti filij Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Gregorius 13. laudat Leodienſium in fide Catholica conſtantiam.

VEnerunt ad nos dilecti filij VVinandus Decanus & Carolus Canonicus Leodienſis. Libentiſsimè eos audiuimus, cùm alijs in multis rebus tum imprimis de veſtra pietate & virtute. Sic enim confirmabant vos Catholicam religionem piè catholicèq́; colere, hæreſes penitus odiſſe & deteſtari atque abigere, veſtramq́; operam tum in ipſa Ciuitatis obſidione, tum alijs in locis, quoties opus fuit, fideliſsimè fortiſsimèq́; nauaſſe veſtro Principi. Magna hæc ſunt erga vos Dei beneficia. Eius enim munus eſt quicquid in nobis boni eſt. Ea igitur agnoſcite, voſque ſtrennuos Chriſto milites vt facitis præbete, eiuſque gratiam bonis operibus in dies magis magiſq́; promereri curate. In quo tametſi putamus nihil vos noſtra cohortatione indigere, tamen voluimus noſtris literis dare indices gaudij noſtri, noſtræque erga vos charitatis. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die octaua Aprilis. M. D. LXXV. Pontificatus noſtri anno tertio. B C

Auguſti 4. Præſul pro incolumitate Ciuitatis ſuæ Leodienſis vigilans, cum cauiſſet, ne quiſquàm externis nauibus noctu Ciuitatem ingredi poſſet, magno ſumptu clauſo pluribus in locis Moſæ aluco, prouidet quoque, ne quis vado illam ingrediatur.

Quia in diplomate vnionis Prioratus de Muno Collegio Societatis Ieſu nuper factæ, inſertum fuerat, eundem Prioratum Diœceſis eſſe Leodienſis, cum Treuerenſis eſſet; Gregorius 13. ad Antiſtitis petitionem Kalendis Septembris literas adijcit, priorum, vt vocant, ſanatorias. D

Comitia Patriæ & quæ in eis acta.

Octobris 17. magna ſollicitudine Comitijs Patriæ repetitis, ferè eadem adfert, quæ nuperis propoſuerat, quamuis enim ſpes pacis aſfulgeret, ſperaretque Patriam breui à milite liberandam, non poſſe tamen adhuc collectum præſidium dimitti, ſpectatis continuis periculis à quotidiano militum vnius & alterius factionis per patriam tranſitu.

Hiergij triũphi.

Pace deſperata Requeſenius Hiergio Berlemontij filio mandat, bellum promoueat. Itaque dicto audiens, mox Buram deditione capit;

pit;

pit, Aquas veteres expugnat, oppidum incendit, ciues ac milites promiſcuè inter fumos flammaſque iugulat. Schonhouiani muros ſuos diſiectos, & milites ad inſultum paratos conſpicientes, ſe dedunt. Interea Mondragonius propugnaculum Bommeneum expugnat, Zirichiam magna patientia tota hyeme obſidet.

Anno 1576. menſe Ianuario premebat Ciuitatem vicinaque oppida granorum penuria, pons arcuum rimas agebat, inſtantemque minabatur ruinam, & præter ſolitum augebatur in macello cuiuſuis generis carnium precium: Quæ tria Præſulem Conſules ciueſq; non parum angebant. 1576.

Aſſeruabatur iam pridem in ærario apud S. Iacobum certa pecuniæ ſumma, in extinctionem mille ducentorum florenorũ grauium, qui quidem hæredibus quondam Præſulis à Marka debiti fuerant, ſed poſtea alia ratione diluti. Igitur communi conſilio deputati fuerunt, qui pecuniam illam ex ærario depromerent, grana pro vna illius parte compararent, aliam in inſtaurationem pontis quantum opus eſſet applicarent, latâ lege, ne nouum opus Conſules aggrederentur, niſi cœpta iam perfeciſſent. Quoad macellum, viſum diligẽtem fieri debere inquiſitionem, qui fiat vt à tempore erectionis illius carnes maiori precio veniant, quam cum promiſcuè vbique & ab omnibus carnes vendi permiſſum eſſet; Pleriſque armamentarium ex macello fieri debere opinantibus. *Aerarii apud S. Iacobum.*

Februarij 26. Gregorius Syluius Tagaſtenſis Epiſcopus Præſulis Suffraganeus, magna pietate & vigilantia ſuo munere functus, amplioribus honoribus dignus in Cælum ad Chriſtum euehitur, ætatis 76. Legiam ſuum Ciuem deflentem quidam ſolatus eſt his verſibus. *Mors Gregorij Syluij Præſulis Suffraganei*

Ille Tagaſtenſis, quem defles Legia, Præſes:
E mundi ſylua fugiens ſpinaſq; relinquens
Syluius, elyſios petijt poſt funera campos.
Num dubitet quiſquam? ſed quis gaudebit olympo,
Si tuba iuſtitiæ merita mercede careret?
Quiſue bibat ſacro potius de germine vitis
Quam vitis cultor, ſolis vim paſſus & æſtum?
Quæ magis in portu tandem requieſcere digna?
Quam quæ tot rerum diſcrimina vicit in alto
Anchora; quæque ratem pelago ter mille procellis
Luctantem tenuit tutoque locauit aſilo?
Hic porro Præſul cæleſtis teſſera belli,
Doctrinæ ſplendor, Sol terræ, lucida lampas,
Et vas diuini ſpirans ſermonis odores:
Quid non à teneris egit fæliciter annis

In ſenij;

Digitized by Google

In ſenij metam, pro Chriſti ſemper honore? A
Pro fide recta quantum ſudoris obiuit
Illius à vultu, quantoq́; labore motuq́;
Conſtitit (ô gentis Leodinæ maximè Princeps)
Ne ſcabies vicina tuos contigeret hædos,
Reſque tuas quateret paries iam proximus ardens.
Flete pij ciues toto cum corpore Cleri,
Flete feros caſus & tanti fata doloris,
Non eius cauſſa, nam fauſta pace potitur;
Sed quia mors magno vos afficit inuida damno,
Aſt orate parem cæleſtia numina reddant. B

In Domini Siluij Tagaſtenſis Epiſcopi, Præſulis Leodienſis Suffraganei locum ſuffectus fuit Andreas Streignart Carmelitarum Prior, & Sacræ Theologiæ Doctor non incelebris.

Hoc quoque anno, Cornelius Valerius Vltraiectinus cuius ego Louanij auditor fui, deceſſit è vita, qui Petro Nannio meliorum litterarum profeſſori, in collegio Trilingui à Hieromymo Buſſidio extructo ſucceſſerat, vt & Nannius Conrardo Goclenio Weſtphalo, quibus optimarum litterarum profeſſoribus Louanienſium Academia gloriata eſt; annos habens ſex & ſexaginta: ſub eo formati ſunt, Guilhelmus Canterus Vltraiectinus, qui omnes in ſui admirationem traxit, quique aſſiduis ſtudijs, anno ætatis ſuæ trigeſimo ſecundo, decimo quinto Kalend. Iunij, 1575. mortem ſibi acceleraſſe exiſtimatur; Iuſtus Lypſius, Martinus del Rio, Giſſellinus, Modius, Sottus & alij, qui florem Belgicæ iuuentutis ſuadâ ſua eloquentiâ ad ſe traxerunt. C

Mors Requeſenij Gubernatoris.

Requeſenius ardētiſſimo paroxiſmo correptus, 5 Maij extremum claudit diem; huius fama in Hiſpanias delata, Rex optima quæque à ſuis Belgis expectans, ad Ordines ſcribit, eos Patres appellat, plenamque Prouinciarum adminiſtrationem illis committit, donec Auſtriacum fratrem ſuum ſubmiſerit.

Martij 15. Præſul ſollicitus vt ea quæ in poſtremis tribus Patriæ conuentibus per eum propoſita erant, & pro maiori parte Ordinum conceſſa executioni demandarentur, Conſules & Concilium Ciuitatis vocat, illi tergiuerſari, & rem ad triginta duo opificum collegia deferre, qui non prius ſe reſponſuros dixerunt, quam ſopitæ eſſent, quæ inter ipſos & Præſulem erant controuerſiæ. Fit igitur multarum controuerſiarum Cathalogus, reſque in ſeditionem & tumultum ibat, ni Præſulis Magiſtratuſque prudentia, datis hinc inde, qui de articulis controuerſis ſenſim informarent, vtcumque ſedata fuiſſet. D

Sopitur cōtrouerſia.

Aprilis 17. cum lues peſtifera Traiecti, Leodij, & vicinis locis exorta

Digitized by Google

A eſſet, quidam chirurgus cognomento Paris vt peſte infectis mederetur electus fuit, domus Lollardorũ, vt vocant, per Conſules illi pro habitatione aſſignata, coacti Lollardi illum recipere, ſub pœna priuationis prouentuum quos à Ciuitate quotannis accipiunt.

Maij 18. Præſul oppido Cynacenſi pro foro libero poſtridie S. Ioãnis habendo ſupplicanti annuit, eaſdemque libertates & priuilegia quibus aliæ nundinæ in alijs oppidis gaudent, concedit.

B *Ordines Belgij victorijs Hiſpanorum inuident: Bruxellenſes tumultuantur. Paßim inſurgitur in Hiſpanos. Traiectenſes Hiſpanorum Præfectum capiunt.*

CAPVT XXII.

Hiſpani interea poſt longam moleſtamque Xiricenſis oppidi obſidionem, tandem eo ad extrema redacto, ſub finem Iunij potiuntur, & iam inde videbantur res Hollandiæ & Zelandiæ non parum labefactatæ. Quare Hiſpani, inſigni hoc officio peracto, ſtipendia poſtulare, ordines contrà, ſucceſſus eorum odiſſe, occaſiones eos Belgio eijciendi captare, ijs poſtopoſitis, Germanis & alijs ſtipendia numerare, quæ ingentium malorum cauſam dedêre. Igitur C indignabundi Hiſpani, facta conſpiratione, Aloſtum Flandriæ ad Teneram oppidum ſupprehendunt, ciueſque immani crudelitate exagitant. *Hiſpani Aloſtum capiunt.*

Bruxellenſes occupato ab Hiſpanis Aloſto tumultuari incipiunt: Auriacus literis monitionibuſque aſſiduis furori populari fomentum ſubminiſtrat.

Heſius & de Glimes viri nobiles, ſumma temeritate, Concilij foribus effractis, Comites Manſfeldium & Berlaymontium, Præſidem Viglium, Fonckium Canonicum Leodienſem (cuius poſtmodum defuncti Canonicatus mihi obuenit) & alios Regis Conſiliarios, ex ipſo Sanctioris Concilij loco, captiuos ſiſtunt & arctiſſimæ cuſtodiæ traD dunt. *Conſiliarij Regij Bruxellis carceri mancipantur.*

Interim literas ad omnes Prouincias mittunt, Magiſtratus aut eorum legatos conuocant, militem conſcribunt, Hiſpanos hoſtes Patriæ publico edicto declarant, proſcribunt, debellandoſque decernunt. *Hiſpani hoſtes patriæ declarantur.*

Iulij nona cum mercatores noſtri graues abuſus in vendendis vinis committerent; Præſul cum Capitulo volens remedium adferre, & iure probationis vini ab antiquo ſibi competente vti, nonnulla eis obſeruanda præſcripſit, quæ cum ab ipſis etiam Conſulibus & Concilio Ciuitatis probarentur, eiuſdem menſis 12. in foro loco conſueto publicata fuêre: Quorum hæc erat ſumma; vt vinarij *Ius probationis vini.*

Digitized by Google

quoties vinum in penuarium demiſerint ante finem menſis quadam die veneris compareant in loco Capitulari finitis matutinis coram deputatis à Capitulo & nonnullis alijs, puta duobus à parte Præſulis nominandis, necnon Conſulibus, ſignificaturi quantitatem & qualitatem vinorum à ſe recens emptorum, regionem ex qua illa aduexerint, ſumptus in aduectione ſiue flumine ſiue continenti factos, vt omnibus maturè perpenſis, vino pretium certum, moderato illis lucro conceſſo, imponi poſſit; quod ne quidem ſi minutatim vinum diſtrahant ab eis mutari poſſit, vina venum exponant tempore illis præſcripto: vt extera vendentes vina, patria vina non vendant, minus extero vino miſceant, & pleraque alia, ſub pœna amiſſionis vini toties quoties deprehenderentur. A B

Iulij 12. cùm nobiles viri D. Winandus à Wingarde Decanus, Ioannes Witten Cancellarius, Gabriel Bournel, & Franciſcus Fauillon Canonici Leodienſes ad probationem vini per Capitulum deputati, necnon nobilis vir Henricus de Berlaymont Prætor Maior, M. Nicolaus Myche & Balduinus de Vaux Cõſules, M. Iacobus Chockier & Petrus Oranus Scabini in loco Capitulari comparuiſſent; Ioannes Haſſelenſis Procurator Generalis Præſulis, Petrus Mean Capituli Syndicus, & Walterus de Lymborch Syndicus Ciuitatis cõtumaciam Vinariorum accuſarunt, & contra eos ordinari ſtatuique poſtularunt: Vnde ordinatum Vinarios ſecundo in diem craſtinum ad eundem locum vocandos: Igitur die Sabbathi coram deputatis comparentes multis verbis vltro citroque habitis, tandem proteſtationibus hinc inde præmiſſis, aliquot nominati fuêre qui partes audirent. C

Milite ſic vtrinque (vt diximus) animato, Præſul prouidus ineunte Auguſto literas ad pleraque omnia Patriæ oppida Dionantum, Huyum, Foſſas, Cynacum, Couinium, Tudinium, Viſetum, Haſſeletum ſcribi iubet, mandatque vt edicta militaria hactenus apud eos publicata renouent, & iuxta ea contra vim doloſuè inimicorum ſe arment & muniant. Cùmque agricolæ per militem Regium miſerè depopularentur, neque literis ad Gubernatores, alioſque Officiatos, & ipſos dictorum Oppidorum præfectos Præſul quicquam proficeret, mandat vt in prædones huiuſmodi, ſignis circumquaque pulſatis, arma ſumant, contra eos ſe ſuaque defendant, & vel ipſos etiam eorum duces & præfectos capiant, pro meritis puniendos. Interea ducentos ipſe Præſidiarios milites conſcribit, qui præſto ſint, vel pro tuitione Ciuitatis, vel aliorum Oppidorum, pro vt neceſſitas poſtularit. D

Succeſſio Imperatorum.

Maximilianus Cæſar, cùm in Comitijs Ratisbonnenſibus auxilia Principum Germaniæ contra Turcam plurimum vrgeret, inter has ſollicitudines calculo & palpitatione cordis correptus, Ratisbonnæ anno Imperij 12 moritur; cuius loco Rodulphus eius nominis 2. Maximiliani primogenitus, in ijſdem Comitijs Cæſar proclamatur.

Exer-

Digitized by Google

Exardeſcebat quotidie magis magiſque Belgarum in Hiſpanos o-
A dium, & iam aperto bello res gerebatur. Dominus de Glimes, cùm pro Ordinibus militem in Hiſpanos duceret, inter Louanium & Thenas ab Hiſpanis funditur & profligitur. *D. de Glimes ab Hiſpanis profligitur.*

Inde paſſim ab oppidanis in Hiſpanos præſidiarios inſurgebatur, & vt alijs omiſſis quæ nos propius contingunt tantum recitem, Traiectenſes Monteſdocam præſidij Hiſpanici præfectum, prætextu cum eo magis propius de quibuſdam rebus tractandi, euocant, aduenientem captiuum detinent: tentat eum liberare Martinus de Ayala vices gerens, ſclopetarijs ſtipatus; ſed à Ciuibus qui tunc Germanos ad ſuas partes traxerant, repellitur, & ad ſuburbia cum ſuis Hiſpanis
B extruditur. Alfonſus de Vergas & Ferdinandus, hic peditum, ille equitum Hiſpanorum præfectus, clàm antea ad portam Bruxellenſem à Monteſdoca militari quadam prouidentia collocati, ab Hiſpanis in oppidum intromittuntur; vbi Germanis tum diſſimulantibus ciues miſerè trucidantur, Hiſpaniq́ue non ſolum iniuriam præfecto ſuo illatam vindicant, verum etiam oppidum pro regis ſeruitio contra ordines retinent.

Antuerpia capitur ab Hiſpanis: Leodienſes fruſtra ſollicitātur vt arma contra Hiſpanos ſumant. Ioannes Auſtriacus Luxemburgum appellit. Præſul in Comitijs Leodio
C
cauet. Ordines Patriæ pro eo Fide iubent Stabulenſibus.

CAPVT XXIII.

SVb finem Octobris, Germani cum Hiſpanis fœdus ineunt, iurantq́ue ſe communibus armis Religionem Catholicam & Regis auctoritatem contra coniuratos ordines defenſuros: Statimq́ue Antuerpiam nobile Emporium capiunt, & quoſcumq́ue obuios iugulant, magna cum vicinorum populorum admiratione, quod vr-
D bem populoſiſſimam, tot præſidiariorum equitum & peditum millibus munitam, non noctu, ſed multa luce, non clàm ſed palam, non inſidijs, ſed aperto marte audirent expugnatam. *Fœdus Hiſpanorum cū Germanis.*

Eodem tempore Ioannes Auſtriacus duobus tantum comitatus, mutato habitu, pernicibus equis Luxemburgum appellit; Belgij adminiſtrationem, quæ ei à fratre Rege Hiſpaniarum mandata erat, initurus. *Quo Schemate Auſtriacus venit in Belgium.*

Secunda Nouembris, Comitia Ordinum Leodij celebrantur, in quibus Præſul ſingulari eloquentia prudentiaq́ue Ordines ſuos hortatur, vt ſerio Patriæ prouideant, hac rerum Belgicarum confuſione, verendum ne Patria fluctibus turbulenti huius belli inuoluatur: me- *Leodienſibus Summo Pontifici & Imperatori adhærendum.*

 miniſſe

Digitized by Google

miniſſe perpetuo oportere, Patriam Imperij membrum eſſe, Imperaperatori proinde Pontificique maximo, quibus iurati eſſent, conſtātèr adhærendum. A

Legati miſſi Leodium ab ordinibus.

Dum hæc in Comitijs aguntur, Dux Arſchotanus nomine coniuratorum Ordinum Legatos mittit Dominum de Froidmont & Odardum Conſiliarium cum literis quas credentiæ vocant, quibus oſtenſa fusè Hiſpanorum inſolentia & (vt aiebant) tyrānide, quam nuper Leodienſes in oppido Traiectenſi etiam experti eſſent, eos hortantur vti ſe Statibus Belgij contra Hiſpanos adiungant, vt tandem iunctis armis & viribus Patria pelli poſſint.

Ad hæc reſpondet prouidus Præſul dolere ſe vehementèr videre calamitoſum Belgij ſtatum, nihil optare magis quam illius tranquillitatem: Cæterùm, cùm Patria hæc ab Imperio pendeat, nihil poſſe ſine præuio Cæſareæ Maieſtatis conſilio & aſſenſu; Ordines verò Patriæ alijs de cauſis vocatos & congregatos eſſe. B

Ordines ad propoſitionem Præſulis imprimis nouum vectigal, quod peculium vocant, ad quatuor annos annuunt, & ſuper hama vini patrij quinque ſtuferos, extranei quatuordecim, vaſe ceruiſiæ, quod tonnam vocant, ſtuferum vnum; ſuper caminis quinque imponunt. Præterea collectam 52. millium florenorum ſuper communibus ſtatibus addicunt. Tandem, ſi neceſſitas ita poſtularit, licentiam faciunt colligendæ pecuniæ, quanta opus fuerit, ſub communi Ordinum obligatione. C

Leodienſes omnia ad defenſionem Ciuitatis & Patriæ neceſſaria apparant.

Cumque Præſul electus eſſet in Abbatem Principatus Stabulenſis, certis illi à Conuentibus Stabulenſi & Malmundarienſi datis conditionibus, pro quarum ſecuritate etiam ipſi Status Patriæ fideiubere deberent, eiſdem Comitijs Ordines fideiuſſerunt.

Præſul interea cum Clero & reliquis Statibus ſummâ concordiâ, reſponſo Statibus coniuratis dato inſiſtentes, omnia ad defenſionem Ciuitatis neceſſaria apparant.

Pax fruſtra tentatur Gandaui. Quotidiani conflictus inter Hiſpanos & Ordines: Pax tandem Marchia Groesbekano auctore firmatur. Exteri milites dimittuntur. D

CAPVT XXIIII.

OCtaua Nouembris, Ordines Belgici vtriuſque factionis in publico conuentu inter ſe de pacis conditionibus conuenerunt.

Summa pactorum erat; vt Hiſpanos alioſque exteros Belgio ejicerent

cerent

Digitized by Google

cerent: ijs eiectis ordines generales coirent, agerentque de Statu
A religionis & Reipublicæ in Hollandia, Zelandia, locisque confœderatis: vt in alijs Prouincijs religio Catholica Romana inuiolata maneat, nec contra eam aut eius cultores vlla petulantia exerceatur. Vt Regi ſua auctoritas ſarta tecta ſit. Vt iniuriæ vtrinque perpetua obliuione ſopiantur; captiui vtrinque dimittantur: Fortunæ, fama, & honor priſtinus omnibus hinc inde reſtituantur; Æs alienum ab Auriaco hactenus in vſum belli contractum ab omnibus ſimul Prouincijs ſoluatur: Buranus Comes ex Hiſpanijs remittatur. Subſcripta ſunt hæc ab Ordinum vtriuſque partis legatis & per omnes Prouincias promulgata. *Pacta pacis Gandani tentata.*

Interea quotidiani circumquaque conflictus inter Ordines &
B Hiſpanos conſpiciebantur: Sed quia ordines re nummaria laborarēt, miſſi ſunt legati ad Reginam Angliæ alioſque Principes pro pecunia ab illis impetranda, quam non difficulter Angla certis conditionibus conceſſit.

Ijſdem diebus ſerpebant paſſim rumores proditionum, nec Leodij deeſſe quoſdam coniuratos fama erat: Quare Præſul Decembris ſeptimo inter alia publico edicto centum ſcuta proditionis delatori addicit. Vetat tamen itidem, ne quis temerè proditores eſſe in Ciuitate aut eiuſce generis verba ad ſeditionem & tumultum prouocantia proferat; Ne quis bombardam à ſexta veſpertina ad ſeptimam vſque matutinam explodat: Ne quis noctu per Ciuita-
C tem ſine lumine vagetur, vel in excubijs ſtationem ſuam deſerat, ſed quiſque loco à Præfecto ſibi aſſignato ad præfixam vſque horam tacitus & vigil immoretur. Iubet quoque recludi poſtica quibus è Moſa in Ciuitatem ingreſſus eſſe poſſit, & quædam alia eiuſce generis, quæ magna alacritate & ſedulitate à Ciuibus obſeruata fuêre. *Rumores proditionum.*

Per hos quoque dies, Monaſterium Stabulenſe grauia per militem illud furtim ingreſſum damna patitur; quocirca ſollicitus Præſul octauo Decembris Poteſtati Malmundarienſi ad Comitia circuli Weſtphalici accincto mandat, vt relicta illa Prouincia arcem Stabulenſem cum præſidio ingrediatur, illam oppidumque muniat, & cōtra prædones tueatur, ſe interea prouiſurum, vt alius eius loco ad Co-
D mitia proficiſcatur. *Monaſterium Stabulenſe grauia damna patitur.*

Decembris 10. deputati ordinum cum Clero ſecundario per modum mutui amicabilis quinquaginta millia florenorum Præſuli in ſolutionem militum concedunt.

Eodem tempore Condruſium à milite Regio exeditur, quem Præſul, miſſo Ottardo de Brialmont Domino de Fraiteur loci Gubernatore ſeu Balliuo Condruſij, partim rationibus & argumentis, partim etiam interminationibus diuertere ſtudet. *Et Condruſium.*

Peruadunt & depopulantur Mariæburgenſes præſidiarij fines

 Leodien-

Regij pagum de Fraiſne ſibi vſurpant.

Leodienſes: D. de Rogne illorum præfectus aduerſus pacta conuenta inter Carolum quintum Imperatorem, & Georgium Auſtriacum Leodienſem tunc Antiſtitem anno Domini 1548. inita, pagum de Fraiſne ſibi vſurpat, Prætorem, Scabinos, & alios Iuſtitiæ miniſtros per Præſulem Groesbekanum conſtitutos deſtituit. Cui malo Præſul Decembris 19. miſſo iſtuc cum literis Domino Nouauillano, fruſtra mederi tentat. A

1577. Rebus ita turbatis & quaſſatis, toto menſe Ianuario anni 1577. populus Leodienſis cum milite præſidiario in armis excubat.

Rurſus agitur de pace ſed parum ſyncerè.

Calendis Ianuarij, Abbas diui Giſleni Epiſcopus Atrebatenſis electus, Marchio Hawræus, Burgrauius Gandenſis, Baro Liedekerkius cum Adolpho Metkerkio Ordinum deputati Ioanni Auſtriaco offerunt duo oppida Louanium & Mechliniam pro habitatione; deinde pro corporis ſui ſecuritate, fidum aliquem miniſtrum & ſtipatores in Belgio natos ſub ordinibus ſtipendia merentes, ab eo pro ſui arbitrio eligendos, qui ei iuſiurandum fidelis cuſtodiæ præſtent: præterea tres aut quatuor obſides è numero ordinum aut deputatorum, qui ſe coram ſiſtant Præſuli Groesbekano Principi neutrali vicino, donec pax acta & conciliata ſit. B

Auſtriacus ad hæc eodem die ſcripto reſpondet ſe ad Ordinum & totius Prouinciæ ſalutem & pacem ſummo amore ac deſiderio oblata acceptare. Igitur D. Hiergeſium cum tribus militum millibus, non tantum ad ſui corporis, ſed etiam loci, quem è duobus oblatis electurus eſſet, cuſtodiam dari petit. Obſides præterea eligit Marchionem Hawræum, Burgrauium Gandenſem, D. Montignium, & Abbatem Gertrudanum, qui in caſtro Hoyenſi Leodienſis Præſulis & Principis cuſtodiæ ſe tradant. C

Ad hæc ordinum legati aiunt Belgicas Prouincias ſimul omnes promiſiſſe & ſubſignaſſe ſe in fœdere permanſuras, bellumque geſturas, donec Hiſpani Belgium relinquant, non poſſe idcirco ab eo electis carere, verum alios offerre minus ſibi neceſſarios. Quod ſi placeat colloquium habere, placere itidem in oppido Hoyenſi pari numero armiſque hinc inde poſitis. Sed & vbi Hiſpani tanta celeritate Belgio excedere non poſſent, per ſe licere dummodo Lyra, Caſtrumque Antuerpienſe Statibus tradantur, alioquin inducias à ſe non expectandas. Interea Præſul ad excipiendos Hoy Principes neceſſaria apparat, & oppidum præſidio militari munit, in cuius ſtipendia vterque Clerus vectigal trium aſſium ſuper ſingulis modijs & aſſis vnius ſuper ſingulis florenis, citra tamen ſuorum priuilegiorum & libertatum læſionem gratioſè conceſſit. D

Auſtriacus Ordinum rationibus auditis, Epiſcopi Leodienſis Duciſque Cliuenſis (qui ad eum à Cæſare miſſi erant) accedente conſilio ad pacificationem inducitur, & in oppido Marchiæ in Famenna firmatur pridie idus Februarij, ac 13. Calendas Martij Bruxellæ & Antuerpiæ inſtar edicti perpetui promulgatur. Groesbekanum Præ-

ſulem

Digitized by Google

ſulem huius pacis auctorem mox promulgauit Bartholomeus Ho-
A norius editis verſibus hiſce elegiacis.

Magna Gerarde tibi debetur gloria Groesbeck,
Quo duce libertas mœnia noſtra tenet.
Bella crepant alij: tu pacis diceris auctor,
Anchora Belgarum ſacra, decuſq́ virûm.
Scipio laudatur ciuem qui maluit vnum
Seruare, externos quam dare mille neci.
Cæſaris eſt etiam toti clementia mundo
Nota, cui palmam Tullius ipſe dedit.
B *Hæc eſt prima Ducum dos Regum prima bonorum,*
Qui reliquis laudem præripuiſſe ſtudent.
Inter apes ſolâ Rex Maieſtate verendus,
Parcere ſit vulgo ſpicula nulla ferens.
Quid quod ſponte ſuis radijs ſol omnia luſtrat
Arida, nec pluuio ſupplicat herba Ioui?
Iupiter ipſe Deos miſſurus fulmina cogit,
Nec ſine conſilio quid ſtatuiſſe ſolet.
Tu quoq́ ſubiectos dediciſti Præſul & hoſtes
Munere gratuito conciliare tibi.
C *Hac ratione boni paſtoris nomen adeptus,*
Inter clara Ducum pignora numen agis.

Celebrauit & illum Politus noſter hoc Chronographico:

BeLgICa pone MetVs tantIs erepta perICLIs,
PaX tIbI LegIaCI PrInCIpIs arte redIt.

Interea dum militi Regio ſtipendium non ſoluitur, & is præco- *Regij agrum*
gitat pace iam firmata breui ſibi finibus Belgij excedendum; Comi- *Leodienſium*
tatum Hornenſem imprimiſque pagos de Neeren, Henthuyſem, *ſpoliant.*
Reggel, alioſque vicinos, Comitatum quoque de Looz & agrum Haſ-
D banicum tributis, abſente Præſule ſubijcit: Concilio priuato Præſu-
lis, alijſque patriæ præfectis militem iratum per literas fruſtra ſedare
conantibus & ſatagentibus.

Rex edictum pacis gratũ & ratum habet in Hiſpanijs 7. idus Apri-
lis; Belgij interim Ordines pecuniam requirunt, militibus ex parte
ſatisfaciunt. Hiſpani, Itali, Burgundi, pedites equiteſque ii. Calend. *Exteri milites*
Maij Traiecto ad Moſam, arcibus & propugnaculis decedũt. Egmun- *recedunt.*
danus, Capeſius, Goignicius, & alij ab Hiſpanis: Robleſius, Billy,
Valdeſius, alijque ab Ordinibus capti & retenti remittuntur: ſed &
milites exteri, Mansfeldio Lutzemburgenſi Gubernatore itineris
ſecuritatem præſtante, Lutzemburgum inde in Italiam tendunt.

CAPVT

Digitized by Google

A

Auſtriacus inter Pontificis Legatum & Groesbekanum Præſulem Gubernator Belgij Bruxellas ingreditur: Legati Cæſarei Leodium veniunt: Mathias Archidux aduocatus Gubernator Belgij inſtituitur.

CAPVT XXV.

AVſtriacus qui ante Hiſpanorum diſceſſum Belgij gubernationem ſubire & obire non poterat, Louanij ſe ad eam interea ſuſcipiendam inſtruebat, donec Kalendis Maij magna nobilium comitante caterua Bruxellam medius inter Pontificis legatum & Præſulem Leodienſem, magnificè ingreſſus, ſumma omnium gratulatione excipitur, & 4. nonas Maij, generalis Belgij gubernator renunciatus, inauguratur. B

Honorificus Auſtriaci in Bruxellas ingreſſus.

Referri non poteſt quanta tunc in vicinis regionibus communis populi lætitia, quanta vbiq; feſtiuitas, ſed qui prudentiores quibuſque Auriaci & ſociorum conſilia ſatis cognita, deplorabant lupum iam facile oues dimiſſo cane (vt habet prouerbiũ) deuoraturũ, vnde & verſus ille ab inſolentibus illis. C

Betica gens abijt; quid ploras Belgica? dicam:
A quod in O non ſit litera verſa queror.

Cum pridem ſingulis prope circuli Weſtphalici Comitijs, Præſul miſertus Patriæ propter ingentia eaque diuturna damna, quæ per tranſitus, itus, & reditus vtriuſque factionis militum perpetiebatur, queſtus fuiſſet fieri nequaquam poſſe, vt durantibus huiuſmodi militum excurſibus & concuſſionibus, ditio hæc tributionibus Imperialibus præſertim extraordinarijs ſatisfaceret; menſe Iunio Commiſſarij Cæſarei Leodiũ veniunt calamitates Patrię propius intellecturi. Præſul eiuſdem menſis die octauo omnibus Regionum Patriæ Præfectis ſcribit, vt coram diſtrictus ſui Iuſtitijs diligentem & particularem damnorum perpeſſorum informationem capiant & deſcribant, eamque ſibi & Commiſſarijs Cæſareis Leodij degentibus tradendam quantocius referant. D

Legati Cæſarei cognoſcunt de damnis patria.

Particularis inquiſitio damnorum.

Grauaminibus per Cæſareos legatos ſatis ſuperque cognitis; Iulij prima Præſul Seruatiũ d'Eyck I. V. Doctorem Conſiliariũ ſuũ Francofurtum ad Menum mittit, qui apud deputatos Cæſareæ Maieſtatis diuerſis ex Prouincijs congregatos congruam remiſſionem moderationemque tributionum Imperialium ſollicitet.

Sollicitatur remiſſio contributionum Imperij.

Dum Auſtriacus Bruxellis agit, Vicecomes Gandenſis profunda nocte

Digitized by Google

noĉte ad eum leĉto decumbentem venit; exponit nouas inſidias A Auriacum ſtruere, & niſi maturè rebus ſuis conſulat, verendum ne & ipſe, tota ipſius domus & familia in cuſtodiam conijciantur. Spreuit hæc Auſtriacus & patienter Bruxellenſium ſuſtinuit inſolentias, donec tandem Mechliniam commigraret: quanquam autem populum Mechlinienſem inueniret benigniorem, quotidie tamen inſidiarum noui rumores ſpargebantur: Quin & Arſchottanus Dux deambulanti Auſtriaco ſignificat tempus eſſe vt ſibi conſulat, oportunitatem manus iniectionis in eum, à quibuſdam captari & quæri.

Inſidiæ ſtruuntur Auſtriaco.

Per id fere tempus, Domina de Bierna Nauarræ Regina Leodium B iter intendebat, ad aquas Spadanas profeĉtura: Cùm igitur Namurcum perueniſſet, captâ inde ſalutandi eam occaſione, Namurcum proficiſcitur Auſtriacus, eamque honorificentiſſimè excipit; exceptamque, aliquantum vltra progreſſus, comitatur. Suadebant ei tum nonnulli viri nobiles & compertæ fidei, vt Namurci tanquam loco tutiori conſidêret, nec Brabantiam metu inſidiarum repeteret. Iam enim Egmundanum & Hæſium eo inconſulto militem in agro Namurcenſi conſcribere: Itaque Namurcum reuerſus arcem mira calliditate ingreditur, eamque occupat; Miniſtri Ordinum ſe ſpe fruſtratos aduertentes, proceres qui Auſtriacum erant ſequuturi, reuocant, vrbes paſſim occupant, ſed & in eos qui à Re- C ge ſtabant manus inijciunt; Auriacum iuratum religionis hoſtem Bruxellas ad ſua conſilia appellant, Mathiam Auſtriacum Maximiliani ſecundi filium ex Auſtria ad Belgij gubernacula aduocant. Quocirca Auſtriacus Namurco Auguſtam Romanduorum proficiſcitur, noua Regis mandata expeĉtaturus.

Regina Nauarræ venit Leodium.

Auſtriacus occaſione capta arcē Namurcenſem occupat.

Nauarræ Regina menſe Auguſto Leodij in ipſius Præſulis palatio, comitante tota fere Patriæ nobilitate, honoratè & magnificè excipitur, ibique toto menſe commorata, regalibus aliquot conuiuijs tum nobilibus Dominabus Patriæ, cùm Conſulibus & Scabinis Leodienſibus exhibitis, ſe videndam populo Leodienſi exhibuit, quæ ſub initium Septembris, proſequentibus illam ad finem vſque Patriæ proceribus, Galliam repetijt.

Regina Nauarræ conuiuia regalia exhibet nobilibus dominabus Patriæ.

D Septembris vigeſima ſeptima, ingruentibus vndecumque periculis, Hoyenſes ſecuritati arcis oppidique conſulentes, Præſuli ſupplicant pro nouo præſidio, ad quorum iuſtam poſtulationem & deſiderium, re cum deputatis Ordinum ſuorum communicata, annuit Præſul conſcribi ducentos pedites, qui partim arcem ingrediantur, partim vrbem muniant & cuſtodiant, aſſignato militibus ex communibus Patriæ tributis ſtipendio.

Oĉtobris die ſecundo diuo Leodegario Epiſcopo & Martyri ſacro, R. Dominus Henricus Natalis, baſilicæ ad diui Laurentij Archimandrita, egregius pietate vir, & in litteris pereruditus, religioniſq; ſuæ

Digitized by Google

cultor & obſeruator, naturæ ſatisfaciens, in anno Clymaterico, migrauit è vita, ſubſortitus in locum R. Domini Gerardi à Zulre anteceſſoris ſui, 4. Kalend. Septemb. 1558. demortui, & vterque tumulatus in Cripta baſilicæ, vterque ſane paterfamilias, bonus, prudens, diligens, promus & condus. A

Princeps Auriacus Rouuardus Brabantiæ creatur.

Eodem menſe, Ordines Principem Auriacum Rouuardum, tempore interregni Ducem Brabantiæ creant: Dux Arſchottanus Flandriæ tunc gubernator, multi Eccleſiaſtici Prælati alijque nobiles viri ei creationi reclamantes, Gandaui capiuntur, ac in cuſtodiam tradũtur: Auriacus Gandaui honorificè excipitur, cordeque aureo adaperto, cui verbum hoc (ſynceritas) inſculptũ erat, donatur: & pro Iſchariote Iudas Machabeus publica Comœdia ſalutatur. B

Mathias Archidux Gubernator Belgij recipitur.

Mathias Archidux Auſtriæ 20. circiter annos natus, poſtquam 3. Octobris Vienna aduocatus diſceſſiſſet, Lyram, inde Antuerpiam venit, & certis conditionibus Gubernator generalis Belgij, magno triumpho, multiſque ſpectaculis exhibitis, renunciatur & inauguratur, ridente in ſinu Auriaco & ſibi gratulante, quod clientem nactus eſſet, ſub cuius tutelæ prætextu ipſe ſuas nundinationes poſſet exercere.

Præſidiarij Regij agrum Leodiẽſem depopulantur.

Octobris 17. Mariæburgenſes, Philippiuillani & Carolomontenſes præſidiarij, vicinum agrum Leodienſem pagoſque & ruſticorum ædes & imprimis pagum de Goſſeigne ſpoliant, renitentes capiunt, lytra à captiuis exigunt aliaque indigna patrant. Quibus Præſul mederi cupiens, pagum vicinoſque omnes incolas in ſpecialem ſuam protectionem (ſaluaguardiam vocant) recipit, inſignia ſua valuis Eccleſiarum, arcium, ædium, in compitis pagorum, affigi iubet: ſimulque mandat vt contra huiuſmodi graſſatores ad ſonitum campanæ iuxta edicta militaria omnes armati ad duces ſuos accurrant, & vbi opus videbitur, vim vi repellant, victos, ſi aliter capi non poſſint, etiam dent internecioni. C

Cymacẽſes pro ope Præſuli ſupplicant.

Octobris 24. Cymacenſes varijs quoque periculis expoſiti, pro ſubſidio opeque Præſuli ſupplicant: Maturo igitur cum deputatis ordinum habito conſilio, Præſuli viſum fuit eos monere, vt muros oppidi ſui reparent, portas muniant, foſſata ſua purgent & dilatent, vicinos omnes, qui angarias debent, in auxilium aduocent cogantque, conceſſis eo fini in ſubſidium ex communi peculio centum florenis Brabantiæ. D

CAPVT

Digitized by Google

A

Groesbekanus Præſul Comitia celebrat: Ordines fœderati fruſtra Leodienſes ad vnionem ſollicitant, Auſtriacum repudiant; apud Gemblacum ab eo ceduntur: Patria Leodienſis ab vtriuſq; partis militibus mirè affligitur,

CAPVT XXVI.

B NOna Nouembris Præſul frequentibus ſatis Comitijs inculcat eadem quæ nouiſſimis, ſubijcitque prouidendum de ſumptibus legationum, quæ fere continuæ modo ad Auſtriacum modo ad Ordines fiebant; Conſultatione habitâ, conceſſa itidem tributa, quæ nouiſſimis Comitijs, tandemque decretū ſumptus legationum, qui à Statuum deputatis probarentur, merito excommuni ordinum ærario deſumendos. *Comitia & in eis acta.*

In eodem conuentu admonetur Præſul, quod quamuis in nouiſſimis Comitijs Circuli Weſtphalici thaleri nuper in Hollandia, Heel, & in Geueren cuſi exauctorati fuerint, quod thaleris Imperij in vero valore minimè reſponderent, Patriam Leodienſem nihilominus ijs repleri, quod in vicinis Prouincijs fœderatis tolerarentur; quare Nouembris 16. re cum monetarijs diligenter perpenſa, ne fraus mercatoribus per Germaniam negotiantibus fieret, pretium eiuſmodi thalerorum, quod ante erat 32. aſſium, publico edicto ad 28. aſſes redactum eſt, conſtitutâ pœnâ publicationis ipſorum thalerorum ac decem florenorum aureorum, ſi quis illos maiori pretio reciperet aut exponeret. *Præſul Moderatur monetã vicinorũ quorundam Principum.* C

Hiſce diebus, Ordines fœderati nouam ad Leodienſes Legationem inſtituunt, pro vnione & fœdere: Quibus, agente imprimis Præſule, eadem ſententia qua nuper, reſponſum fuit. Auerſis igitur magis magiſque Fœderatorum Ordinum à Præſule & Patria animis, maturo cum deputatis Statuum conſilio habito, viſum fuit rurſus Ciuitatem armandam, conſcriptis trecentis præſidiarijs, quibus Præſul Dominum de Lamyne virum nobilem & ſtrenuum militem præficit, datis illi & præſidiarij oportunis legibus. *Legatio fœderatorum ad Leodienſes.* D

Vigeſima prima Nouembris, Ordines Fœderati Ioannem Auſtriacum, quem paulo ante mira ſolemnitate tanquam gubernatorem ſuum generalem Bruxellas introduxerant, repudiant, Regis ac Patriæ hoſtem ſcilicet, cum omnibus illi adhærentibus declarant. *Ordines fœderati Auſtriacũ hoſtem patriæ declarant.*

Auſtriacus per id tempus morabatur Luxemburgi, vtque copiæ quam citiſſimè aduenirent, apud Regem inſtabat. Iam enim acceperat in nuperis Ordinum Fœderatorum Comitijs decreta menſtrua quadraginta aureorum millia, ad Regis excutiendum Imperium;

concluſumque de Germanis, Anglis, Gallis, Schotis, & alijs in auxilium contra Hiſpanos euocandis. A

1578.

Comitia Patriæ & quæ in eis acta.

Præſul anno Domini 1578. repetitis magna cura & ſollicitudine 14 Ianuarij Comitijs, impetrat in publicas neceſſitates ſuper ſingulis modijs decem aſſes ſeu ſtuferos, vti vulgus vocat; ſuper florenis monetæ Brabantiæ vnum: Contributiones quoque Imperiales conſuetas colligendas quidem eſſe, ſed propter imminens Patriæ periculum, non in alios quam in proprios ipſius vſus impēdi debere, miſſis ad Circuli deputatos excuſatorijs.

Iupilienſes à Præſule defenduntur.

Sub his Comitijs, Regij milites Iupiliam pagum Leodienſem ingreſſi, ruſticos miſerè affligebant & deprædabantur: quibus auditis, Præſul conſilio ſtatim habito, nuncium mittit, qui ſuo & Patriæ nomine in craſtinum excedere, & ab omni præda abſtinere iubeat, ni B paruerint, vt iuxta conſtitutiones Imperiales, quibus comprehenditur Iupilia, excipiantur.

Decima octaua Ianuarij, Summus Pontifex mittit Auſtriaco breue, quo is eique militantes, die pro arbitrio cuiuſque electo, peccata confeſſi, ſacraque ſynaxi refecti, nec non in mortis articulo plenariâ indulgentiâ donantur.

Auſtriacus Belgas ab obedientiam publico edicto fruſtra reuocat.

Interim Auſtriacus, ne quid humanitatis omittat, publico edicto Belgas ad obedientiam Deo & Regi præſtandam inuitat atque reuocat, militaremque diſciplinam ſuorum ſuæque Regiæ Maieſtati militantium præſcriptam edicit; Canebantur illa ſurdis. Quocirca Hiſ- C pani in caſtra redeunt; Adeſt cum Italis Princeps Parmenſis, Pontifex etiam auxilia pollicetur.

Hiſpani & alij exteri milites redeunt in caſtra.

Prælium apud Gemblacum.

Ordines fœderati magnam cladem accipiunt.

Auſtriacus mox copijs Hiſpanorum, Italorum, Gallorum, Germanorumque inſtructus, traductis Moſæ vadis, caſtra Ordinum explorat; mouent ſe illi & in Octauum Gonzagum ac Mondragonium incidunt, commiſſum leue initio prælium, poſtmodum ſuperueniente Parmenſi magnopere auctum: Ibi cæſi ſunt Belgæ pene innumeri, capti ſexcenti, & Namurci laqueo ſtrangulati; quod paulo ante quibuſdam Auſtriacis captis nares, aures, digitoſque præſcidiſſent. Partam victoriam proſequitur Parmenſis, reliquas copias, quæ ſe Gemblaci receperant, prælio redintegrato debellat; Gemblacum D deditione capit, in quo multa tormenta, commeatus in multos menſes, denique omnis generis apparatus bellicus, quaſi in armamentario quodam electo inuentus eſt.

Multa oppida ſe dedunt Auſtriaco.

Ex hac fœlici parta victoria, conſternatis Belgarum animis, Louanium, Arſchotum, Dieſthemium, Thenæ, & Leewen oppida Brabantiæ confeſtim ſe Regis fidei committunt, præſidiaque accipiunt. Sichemenſes cæteris peruicaciores, ſuo malo obſidionem expectant, Hiſpanis illos expugnantibus, inſigneque temeritatis exemplum in eos ſtatuentibus.

Eodem tempore, qui in præſidio Traiectenſi erant, de Hæſio oppidi Præfecto ſiſtendo & capiendo, Auſtriacoque recipiendo conſilia inibant,

inibant, ſed detectis conſilijs in auctores animaduerſum eſt.

A Rebus Ordinum ita afflictis, quod viribus non poterant, per inſidias & occultas machinationes tentabant, ſeſe interea promiſſis Germanorum & Gallorum auxiliaribus copijs ſuſtentantes, & militem ſecretis vijs ex Patria Leodienſi & vicinis ditionibus cogentes. Quorum dolis prudens Præſul occurrẽs, publico edicto Martij 1. cõſtitutiones Imperiales, & mandata circuli Weſtphalici euulgat; vetatq; ne quis ſine ſuo ſcitu & expreſſa licentia alteri Principi militari ſacramento ſe aſtringat, ſed pro tuitione Patriæ ſuæ quiſque domi ſe contineat, ſub pœna grauiſſimæ ſuæ indignationis, & alijs per ſtatuta & conſtitutiones Imperiales & Weſtphalicos receſſus conſtitutis.

Ordines fœderati ex agro Leodienſi militem clam cõſcribunt.

B Deprædantur interea Patriam multi latrones, naues quoque mercatorias Leodienſem, Traiectẽſem, Maſeckenſem, Dionantenſem, quæ non ſecus ac propriæ cuiuſque ædes aſyli loco eſſe debẽt, modo vnam modo alteram inuadunt, mercibus ſpoliant, captiuos ex ijs abducunt, grauia lytra exigentes. Quibus motus Præſul, altero edicto prædones hoſtes Patriæ declarat, penamque latronibus publicis debitam comminatur: ſcribit quoque Officiatis ripæ Moſæ vicinioribus, vt iuxta edicta militaria hactenus ſæpius edita, pulſatis ſignis, ſubiectos ſibi conuocent, in eos arma ſumant, iniuria affectos vindicent.

Latrones naues mercatorias infeſtant.

Edictum Præſulis in illos.

Aprilis decima ſexta, Germanis militibus Stabuletum & Malmundarium rurſus ingredi meditantibus obſiſtit Præſul, ſcriptis

C Gubernatori & Præfecto Franchimontenſi & Poteſtati Stabulenſi literis.

Cumque pro tuendis varijs Patriæ locis, ab vtriuſque factionis militibus infeſtatis, ſimiles literas Officiatis Regionum ſcriberet, & nonnulli Præſulis Vaſalli & feudales homines ſenium aut minorennem ætatem excuſarent, friuolam illorum & indignam excuſationem animaduertens Præſul, publico edicto per omnes Patriæ regiones denunciat, ſenes & minorennes vaſallos, qui ſacramento ad arma pro Principe & Patria ferenda obligati ſunt, ſi per ſe muneri ſatisfacere non poſſint, per alios officium præſtare debere.

Vaſalli ſenes & minorẽnes officium per alios præſtant

Per hos dies frater Franciſcus Scapelinck Prior, totuſque Con-

D uentus D. Auguſtini Brugis ab Hæreticis pulſi Leodium veniunt, à Præſule benignè humanitèrque recipiuntur, & vt eis neceſſaria ad vitam ſuſtentandam non deſint, Charitate Chriſtiana prouidet.

Præſul religioſos ab hæreticis pulſos benignè excipit.

Menſe Mayo Germanus miles Condruſium furtim ingreſſus, ingentem pecorum multitudinem abigit, miſeros ruſticos obſiſtere conatos verberibus excipit, quoſdam pecunia mulctat, quem mox D. de Lamyne cum aliqua præſidiariorum Leodienſium manu inde excedere cogit.

Germanus miles è Condruſio per D. de Lamyne pellitur.

Cum nuper Præſul Curiam Spiritualem reformaſſet, præſcripto

inter alia habitu, quem curiales omnes geſtare deberent, qui priuilegio vellent gaudere clericali. Menſis Iunij 24. transgreſſores, affixo ad valuas Eccleſiæ programmate, clericali priuilegio priuatos, & tam in criminalibus quam ciuilibus cauſis Iudici ſæculari eiuſque Iuriſdictioni relictos decernit & declarat. A

Qui gaudent priuilegio clericali.

Edictum hac forma conceptum & publicatum.

Gerardus, &c. Vniuerſis & ſingulis Præsbyteris Clericis, &c. Salutem in Domino.

CVm in nouiſſima noſtræ & aliarum Curiarum Spiritualium Leodienſium reformatione per ſanctam Sedem Apoſtolicam approbata & confirmata inter alia ſancitum ſit, conſtitutum, & ordinatum, Clericos tam coniugatos quam non coniugatos, ſi priuilegio fori Eccleſiaſtici gaudere & per literas inhibitorias Iudicis ſpiritualis iuriſdictionem reclamare velint, Coronam in vertice capitis quæ à cunctis facilè conſpici poſſit gerere, illamq́; radi facere ſaltem in feſtis Natiuitatis Chriſti, Purificationis B. Mariæ virginis, Pentecoſtes, D. Ioannis Baptiſtæ, Aſſumptionis B. Mariæ, Martyrij D. Lamberti Eccleſiæ noſtræ Leodienſis Patroni, omnium ſanctorum, & dedicationum Patronorum ſuarum Eccleſiarum Parochialium; ita vt tempore impetrationis literarum inhibitorialium ac perpetrati delicti vel apprehenſionis ſeu litis motæ palam & euidenter tonſurati appareant, veſtes quoq́; clericales tam interiores quam exteriores deferre oportere, videlicet non pileos niſi ſubſit cauſa legitima, ſed boneta ſiue bõnetta nigri coloris, ſerico vel deauratis laminis alijsq́; imaginibus non inſignita, caligas, calceos, diploides, & alias veſtes interiores non bipartitas nec diuerſorum colorũ, vel in pleraq́; fragmenta conſciſſas, vel minutim diſſectas, Tunicas vero talares, aut pallia ſeu mantella vltra poplites & genua protenſa & deſcendentia vnius coloris, ſerico, holoſerico, vel alia quauis materia minimè fimbriata, & nulla parte conſciſſa, exceptis Eccleſiarum & quarumcunq́; perſonarum ſeruitoribus, ex ſuſcepti officij debito, alias, quam dictum eſt, veſtes deferentibus. Præterea cautum quoq́; ſit, vt ab armis abſtineant, niſi peregrinatione vel aliâ ſubſiſtente causâ legitimâ, neue enormitates committant, aut macellariorum, tabernariorum, Ioculatorum, vel alia clericis iure prohibita officia publicè exerceant. Nos igitur Gerardus à Groesbeeck Epiſcopus ſuprafatus, volentes præ- B C D

tactam

Digitized by Google

A *tactam Clericorum reformationem debitæ exequutioni demandari, vobis prædictis & cuilibet veſtrum in virtute S. obedietiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus primo die Dominico, ſiue feſtiuo, poſt requiſitionem vobis factam, immediatè ſequente, prædictos Clericos, tam coniugatos quam non coniugatos per edictum publicum in & ad valuas prædictæ Eccleſiæ & Curiæ Leodienſis per præſentium noſtrarum literarum ad eaſdem valuas affixionem & dimiſſionem, iuxta formam in dicta reformatione præſcriptam moneatis & requiratis vice nomine & auctoritate noſtris, prout nos præſentium tenore ſic monemus & requirimus; ſub pæna priuationis priuilegij clericalis fori Eccleſiaſtici, vt ſtatim & indilatè, vel ſaltem abſq; mora notabili, prætactis ſanctionibus, conſtitutionibus, & ordinationibus ſeſe conforment, atq; illis pareant & ſatisfaciant: intimando eiſdem quod eis, qui prætactarum ſanctionum, conſtitutionum, & ordinationum tranſgreſſores fuerint, aut præmiſſa omnia & ſingula contumacitèr adimplere diſtulerint, nos eos ſeu eorum quemlibet dicto clericali ſeu fori Eccleſiaſtici priuilegio eo ipſo priuatos, & tam in criminalibus quam ciuilibus cauſis Iudici ſæculari relictos decernimus & declaramus. Volumus autem præſentes noſtras literas in & ad valuas maioris Eccleſiæ & noſtræ Curiæ Leodienſis per copiarum earundem in eiſdem valuis affixionem vel dimiſſionem exequi & publicari: Ita vt non ſit veriſimile apud aliquem remanere incognitum, quod tam notoriè & euidenter cunctis fuerit publicatum: Et quod in præmiſſis feceritis, nobis ſeu Officiali noſtro præſcripto referatis. In quorum fidem & teſtimonium præmiſſorum ſigillum noſtrũ præſentibus meis literis manu mea propria ſubſcriptis apponendum duximus. Datum anno à Natiuitate Domini milleſimo quingẽteſimo ſeptuageſimo octauo, menſis Iunij die 24.*

(B and C are marginal section letters at "re ſic monemus" and "ad valuas maioris".)

Præſul Comitatum Hornẽſem defendit.

D Exeunte Iunio, cùm præſidiarius miles Ruremundenſis Comitatum Hornenſem frequentibus excurſionibus & prædationibus militum affligeret, miſeriarum eiuſmodi pertæſus Præſul, D. Vicecomiti de Eſſneux pro tempore loci Gubernatori vti vaſallo ſuo amicas ſcribit literas, quibus eum officij gratioſè admonet, vtque militẽ ſuum contineat, petit.

CAPVT

A

Auriacus hæreticis complacere volens multa contra religionem Catholicam tentat: Patria Leodienſis ab vtraq; factione infeſtatur: Præſul Comitia celebrat: moritur Ioannes Auſtriacus; Succedit Dux Parmenſis, qui bellum fœliciter proſequitur.

CAPVT XXVII.

AVriacus Auſtriaci victorijs, de quibus paulo ante quædam diximus, permotus, dũ auxiliares copias ex Germania & Gallia expectat, varios modos excogitat, quibus hæreticis vbiq; pullulantibus cõplacere, & paulatim religionem Catholicam exſcindere, ſuoſque errores introducere poſſet. Igitur hoc eodem menſe Iunio, viſum eſt ei Catholicos & præcipuè Eccleſiaſticos compellendos, vt Auſtriacum hoſtem eiurent. Ea res imprimis patribus Societatis Ieſu & Franciſcanis Antwerpiæ propoſita; qui reſponderunt ſe Pontifici obſtrictos teneri, hoſtes eius vel amicos, pariter ſuos eſſe: Pontificẽ autem non Auſtriacum, quem milite & pecunia iuuabat, ſed Auriacum hoſtem habere, proinde hoc iuramentum ſuæ profeſſioni non conuenire. B

Auriacus Catholicos vt Auſtriacum hoſtẽ iurent tentat.

A quo propoſito, cum nec interceſſione Abbatum, Nobilium aut Magiſtratus abduci poſſent, ipſo Pentecoſtes, ab intraneo militum ſigno, ne ab externis in itinere occiderentur, ad Scaldim deducti, & naui impoſiti Mechliniam, inde Louanium ſub fide publica dimittuntur. C

Philippopolis ſe dedit Auſtriaco.

Obſidebat interea Auſtriacus Philippopolim, in agro Leodienſi vſurpato nuper ædificatam, quæ à Florinæo nobili Præfecto munita defendebatur, ſed annonæ tandem penuriâ preſſa, cùm Ordines fruſtra per Roſſellium commeatum importare tentaſſent, dedita eſt.

Baro de Crehaigne paret, Præſuli.

Depopulabatur illic miles Regius ruricolas, non regios ſed Leodienſes quod grauiter & indignè ferens Præſul, ſcribit Baroni de Crehainge militum præfecto, certiorem eum faciens Patriam Leodienſem membrum Imperij eſſe, eum vero contra conſtitutiones Imperij & pacem publicam agere & in aduerſum niti; qui gratioſe reſcribit, & pacem publicam & conſtitutiones Imperij ſe curaturũ ſeruari repromittit. D

Idem facit D. de Eſneux gubernator Ruremundenſis.

Pariter & in Comitatu Hornenſi ſeſe gerebant Præſidiarij Ruremundenſes, qui non exedebant dumtaxat, ſed & tributa à pagis de Helen & Nedrytteren extorquebant: cui malo vt prouideret, alteras ſcribit Præſul Procomiti de Eſſeneux Gubernatori Ruremundenſi, monetque vt à tributo exigendo abſtineant, Futurum alias vt Patria

Leodienſis

Digitized by Google

Leodienſis & imprimis Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ad quod pa-
A giilli pleno Dominio pertinent, contributionum illarum extorta-
rum rationes exigant, ſeſeque in bona & terras, quas ipſe in Patria
Leodienſi poſſideret, damni illati ergo, immittant.

Concutiebat per eoſdem dies & Dominus de Moillierye cum ſuis Comitatum Loſſenſem & Hasbaniam, & neſcio quibus quæſitis titulis, quaſi ab hoſtibus tributa quoque ab ruricolis exigebat; quod Trudonenſes, Haſſelenſes, Tongrenſes, Auriacos reciperent: ſed cum ea oppida ita reſerari cuſtodirique non poſſent, quin quandoq; vnus vel alter ex hoſtibus ſub ſpecie mercatorum aut peregrinorum illa ingrederentur, & in ijs ſubinde per aliquot dies manerent, quod non
B regijs tantum ſed & Præſuli & noſtris graue erat & moleſtum intelligere: Præſul de his concuſſionibus, miſſo ad dictum de Moillierye Conrardo de Horion, grauitèr quoque queritur; præſertim quod nouiſſimè miles eius ſub huiuſmodi fuco pecus omne Abbatiſſæ & Monaſterij de Millen, non longè ab oppido Trudonenſi, abegiſſet, & magno lytro redimere coëgiſſet, monetque vt exactionum & extorſionum huiuſmodi reſtitutionem faciat, vt vicina virginum Monaſteria Orientenſe & alia nonnulla libera, ruſticos quoque liberè terras colere, & proximam meſſem ſine impedimento facere ſinat, ſcire ſe non aliam eſſe gubernatoris mentẽ, quam vt conſtitutiones Imperij & pax publica conſeruētur, alioqui ſe oppida Haſſelenſe, Trudonenſe, & Tongrenſe, collecto milite armaturum, vt vim
C vi à ſe propellere poſſint, ad quę dictus Dñs, paucis interiectis diebus, omnia pacifica promittit.

Idem D. de Moillierye.

Interea Auriacus eiuſq; complices paſſim Franciſcanos, alioſque mendicantium Ordines, Paſtores, Conſiliarios, nobiles, Magiſtratus, & quotquot perfidæ in Regem & Catholicos coniurationi aduerſabantur, indictâ ac inauditâ cauſâ, manu militari in exilium mittebant, aut promulgatis libellis vrbibus excedere cogebant.

Religioſi Villarienſes Monaſterio pulſi Leodium veniunt, præſidium opemq; Præſulis implorãtes, quos ſolita benignitate exceptos, per varia Ciuitatis Monaſteria exhibendos alendoſque diſperſit, ex his duo ad vallis S. Lamberti Monaſterium miſſi, gratioſè humani-
D terque ab Abbate accepti fuêre.

Religioſi villarienſes ſedibus pulſi benignè excipiuntur à Præſule.

Dum his ſtrophis & artibus viam hæreticis ſtruit Auriacus; Alenſonius ex Gallia, & Caſimirus ex Germania in Belgium appellunt. Quorum aduentu animati Belgij hæretici, Archiduci Mathiæ ſuo Gubernatori preces offerũt pro libero religionis, quam reformatam vocant, exercitio; taciturnitatemque illius pro conſenſu accipientes, publicè dogmata ſua reproba per Flandriam & Brabantiam impiè profitentur.

Alenſonius & Caſimirus Belgium ingrediuntur.

Verum enim dum hæc monſtra Belgiũ alit atque ſuſtinet, omniaq; iam ſurſum deorſum mouenda videntur, Antiſtes paterna ſollicitudine, Ordines ſuos monet de maioribus præſidijs & peruigilijs per

Comitia patriæ & quæ in eis acta.

Digitized by Google

oppida caſtraque adhibendis, de medijs quoque ad hæc quærendis & inueniendis. Et quia res remoram non patiebatur, viſum Ordinibus centum florenorum millia mutuo ſumenda, peculium in alios ſex annos prorogandum; & apud circulum exponere cauſas, pro obtinenda tantiſper ab Imperij collectis & tributis liberatione. A

Nundinæ S. Huberti in Ardenna transferuntur in dies prophanos.

Hoc tempore Ioannes Lamock Monaſterij S. Huberti in Arduenna Archimandrita, exponit Præſuli ſolemnes celebrari in S. Huberto nundinas, primo Maij Apoſtolorum Philippi & Iacobi ſacro die, & primo Nouembris omnium ſanctorum feſtiuo, ac alijs ſtatis & condictis diebus, in quos ſolemnia ſanctorum feſta aliquando incidunt, & nouiſſimè forum, quod Crucis dicitur, incidiſſe in feſtum Viſitationis B. Mariæ, quibus diebus, præter profanationem feſtorum ad cultum Dei & Sanctorum inſtitutorum, diſputationes, contentiones & rixæ contra ſubditos Catholicos etiã ſacerdotes à Germanis, Francis, & Lotharingis, de fide plerumque ſuſpectis, aliaque multa ſcandala frequenter excitantur: Rogat proinde Præſulem pro remedio oportuno: Pius Antiſtes, cui nihil magis cordi erat quàm Dei & Sanctorum cultum ſacrarumque Eccleſiæ conſtitutionum obſeruationem promouere, Prælato facultatem dat dies nundinarum ſanctis dicatos, aut qui in diem feſtum forſan inciderent, in alios dies magis nundinis & foro congruos, ijſdem quibus ante priuilegijs, commutandi. B

Eodem fere tempore Præſul prouidus, & fidei promiſſioniſque tenax, milites præſidiarios in Sancto Trudone, Haſſeleto, necnon Tongrenſi oppido collocat, cui menſe Iulio ſacramentum militare præſtant. C

Præſul excipit Duciſſam Parmenſem.

Aduentabat interea Duciſſa Parmenſis, per fines Patriæ in Comitatum Namurcenſem greſſum faciens, quam Præſul, vt pro dignitate reciperet, ſibique & ditioni ſuæ eius gratiam conciliaret, conuocatis illius regionis nobilibus, magnos ſumptus impendit.

Cæſar, Gallus, Angla fruſtra pacem tẽtant.

Auguſto menſe Cæſar, Gallus, Angla legatos ad Auſtriacum pro pace amandant; propoſitæ hinc inde conditiones, tandemque reiectæ & ad arma reuerſum.

Dum hæc tentãtur, multi ex Hannoniæ & Artheſiæ nobilitate indignati, Ordines aliarũ Prouinciarũ ad Caluiniſmum cõtra cõmune fœdus inducere, Eccleſiaſticos & alios Catholicos exanimare, templa violare, in imagines ſacrilegè paſſim graſſari, cœperunt defectionem meditari, quod nec Regis, nec Ordinum ratio ipſis ſatisfaceret. Itaq; D

Malecontenti.

celebrem Flandriæ pagum in Cortracẽſium finibus Meneno dictum occupant, atque hinc orta factionis pars tertia Malecontentorum nuncupata; Quorum primarij Duces fuẽre Hæſius & Copres.

Cum iam præclarè geſtorum Præſulis fama vrbem orbemque Chriſtianum peruaſiſſet, Gregorius 13. Pontifex maximus merito honore illum ornare volens, in Illuſtriſſimorum Cardinaliũ numerum, poſtulantibus etiam ipſis Cardinalibus, euehit. Erat in aula Pontificis

tificis id temporis Guilhelmus à Bergis, qui non tam propter ſtemma A nobile quo originem ducebat, quam propter eruditionem & raras virtutes, illi à cubiculis ſeruiebat; hunc ad Præſulẽ Leodiũ mittit, qui galerum Cardinalitium, ſuo totiusque Cardinalium Senatus nomine, ſeptembri exeunte offert. Quem honorem non tam ſibi quam Eccleſiæ Leodienſi delatum, pro ingenita ſibi modeſtia, nouæ dignitatis acceſſionem gratulantibus reſpondere ſolitus erat. Et ſane ſicut ante illum Erardus Markanus à Leone decimo Pontifice ad Cardinalitiam dignitatem euectus, ita & hic magnum Eccleſiæ patriæque Leodienſi decus ſua ad eam dignitatem promotione cõciliauit; quod Politus numerali hoc diſticho breuiter & ſcite ſignificauit.

B

LegIa CVr CeLebrIs sIC LVges noMen ErardI
HIc tIbI GerardVs nonnè & ErardVs erIt?

Initio Octobris, eodem die quo nouorum Epiſcopatuum in Belgio erectiones & Abbatiarũ incorporationes à ſtatibus caſſantur, Ioannes Auſtriacus in caſtris diem claudit extremum: cecidit, inquam, Maurorum terror, hæreticorum hoſtis, Catholicorum defenſor, Aſiæ, Africæ & Europæ Domitor, Turcarum fulmen, quod quidam numerali carmine expreſſit. *Ioannes Auſtriacus moritur.*

TVrCarVM heV CLades ConCIdIt AVſtrIaCVs.

C Eius mortem vniuerſali Nænia totus exercitus proſecutus eſt, cùm omnibus paſſim lachrymæ manarent, crebriſque ſingultibus caſtra reſonarent: Planxit eius etiam obitum lugubri ode Læuinus Torrentius apud Leodicenſes Archidiaconus & Chriſtianæ Lyræ facile Princeps: Corpus myrrhâ & aromatibus conditum Ædi Cathedrali Namurci illatum, inde in Hiſpaniam miſſum eſt. Cuius memoria ne temporis decurſu excideret, Auunculo ſuo Alexander Farneſius inſigni tabulâ, & hoc in ea elogio parentauit.

D. O. M. S.

D SERENISS. PRINCIPI IOANNI AVSTRIACO, D. CAROLI V. IMP FIL.

POſt Mauros in Betica rebellantes ſubiugatos, Turcarumq; maximam claſſem apud Patras eo duce funditus fugatam, deletamq;: Cùm in Belgio proregem ageret, in caſtris Bougranis, continua febre in ipſo Iuuentutis flore, ſublato auunculo amantiſſ. Alexander Farneſius Parmæ Placentiæq; Princeps, in Imperio ſucceſſor, ex mandato D. Philippi Hiſpp. ac Indiarum Regis potentiſſ. hanc altaris tabulam Cœnotaphÿ loco. P. C. CIↃ. IↃ. *LXXVIII.*

Succedit ei in gubernatione Princeps Parmenſis. In quo quidam

pie exiſtimat impletum illud Iſayæ; *Ne læteris Philiſtea tu, quod comminuta ſit virga percuſſoris tui* (Ioannis Auſtriaci) *de radice enim colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbens volucres.* — *Iſaiæ 14.* — A

Mathias Archidux, Alenſonius, & Caſimirus morte Auſtriaci gaudio letitiaque profuſi, omnes vires ad hoſtiles copias finibus eijciendas intendunt.

Gemblacum, Niuellam, Birſium, Mabugium, aliaque loca non munita confeſtim, non tamen abſque clade, occupant.

Alenzonius & Caſimirus Belgium relinquunt.

Verum cum hyems inſtaret, & pecunia neruus belli deeſſet, Alenſonius in Galliam reuertit, Caſimirus Angliam petit. Parmenſis, cui per ditiones vltramoſanas vnica Carpena debellanda ſupererat, hyemis iniurijs nihil territus, illam aggreditur. Occupabat ibi arcē Belius quidam Conſulis Traiectenſis filius, Broēmio præfecto regio ſtrangulato. Is prædas circumquaque latè agebat, in Ordinum ærarium non parum referens. Miſſi igitur à Parmenſi ad expugnationem Octauius Gonzaga ac Mondragonius altera Regum 1579. applicatis tribus locis tormentis, arcem vi capiunt: Belium 13. deinde die patibulo tradunt. Fuēre qui dicerent Broēmium, dum ab eo ſtrangulandus datus eſſet, citaſſe eum intra annum ante ſummi Iudicis tribunal, rationem iniuſtitiæ redditurum, factumque vteodem die anni inſequentis, eodem loco, eodemque ſupplicij genere miſer nec miſerabilis perierit. — B

Carpena occupatur & Belius ſuſpenditur. 1579.

Res mira de Broemio ad Dei tribunal appellante.

Interea Ordines inter ſeſe diſſidentes diuerſa fœdera ineunt. Malecontenti cum Hannonibus & Artheſijs, quod Catholici eſſent & Regi fideles, certis ſe conditionibus coniungunt. Gandenſes alterius religionis cum Principe Auriaco in vnionem Vltraiectinam & nouum fœdus veniunt. — C

Malecontentorum fœdus.

Parmenſis interim fœlicibus auſpicijs bellum proſequitur: Oppidum Werdenſe agro Leodienſi, per rebelles omnia vaſtantes & deprædantes, noxium, capit. Mox ad Endouiam fœliciter pugnat; Turnhout, vbi milites Ordinum hybernant, occupat, atque inde in agrum Leodienſem per Campiniam mox excurrit, & iſtic militem reficit.

Parmenſis bellum fœliciter proſequitur.

D

Obſidio oppidi Traiectenſis & eius occupatio, quam ſtatim Epidimiæ lues vehementiſſima ſequitur.

CAPVT XXVIII.

Moſa Traiectū interlabitur.

TAndem Traiectum obſidere incipit: Notum eſt illud oppidum in plano ſitum, interlabente Moſa, duabus conſtare partibus, quarū minor Wick dicta, vltra Moſam, maiori inſigni ponte lapideo copulatur, oppiduli faciem præferens, vtraque ampla, populo-

A populo ædificijſque perbellè inſtructa, foſſis, muris, propugnaculis egregiè munita, pro indiuiſo per Præſulem Leodienſem & Ducem Brabãtiæ iure Dominij iam inde antiquitus poſſeſſa. Erant illic loci eo tempore mille ſtipendiarij Ordinum, Galli, Angli, Schoti, & alij Ciues circiter mille ducenti ruſticorum duo millia, vel eo circa, qui cum vxoribus, liberis, ac familia eo ſe receperant, ad vigilias & labores diurnos nocturnoſque nati & facti.

Traiectũ bene munitum.

Inter primarios erat vir quidam nobilis non procul inde oriundus, Swatzemburgius Herlius nomine, cum nonnullis munitionum machinarumque peritiſſimis, inter quos præcipuus Sebaſtianus Tappinus Gallus, qui hic multa ſtrennuè prudẽterque ac fortiter geſſit.

Swatzẽbergius propugnat Traiectũ.

B Obſeſſi, cum primum caſtra figerentur, foſſæ & aggeres pararentur, machinæque admouerentur, animoſi, frequentibus excurſionibus duras clades damnaque grauiſſima obſidentibus intulẽre. Sed & Lanouius præſidia ampliora obſeſſis, fruſtra tamen, inferre conatus eſt.

Lanouius fruſtra præſidium inferre conatur.

Mox Parmenſis pontes duos Moſæ inijcit, citra vrbem vnum, vltra alterum: Mondragonius caſtra ſua ad latus Wyckæ diſponit & collocat: circum circa vrbem 54. tormentis, loricæ, munitiones & propugnacula impetuntur, vt qua potiſſimum ex parte tormentorum vis maior futura ſit, certius innoteſcat.

Duo itaque loca oppugnanda deſignantur, vnus prope portam Bruxellenſem Leodio viciniorem, alter prope portam altam ad flu-
C men, quo etiam Mondragonius ab altera Moſæ parte ſua tormenta diſplodebat.

Duo loca oppugnanda deſignantur.

Simul ac muri tormentis diruti; apparuit expugnatoribus nouum vallum intra ex aduerſo confectum, loricis foſſiſque bene munitum, ibi dimicationes inſultuſque percrebro repetiti: Duo hęc loca, eodem die expugnare animus erat, & veteres muri tum noua valla à mane in veſperam, nono Apprilis die, horrendum in modum globorum impetu pulſantur, & quatiuntur.

Pars mœnium ad portam Bruxellenſem diruta veteri legioni, quæ inſigni prælio nauali contra Turcam interfuerat, ſorte miſſa, datur expugnanda; huic aliquot Germanorum & Walonum ſigna ſociantur. Altera traditur Legioni Hiſpanicæ, adiunctis etiam Germanis &
D Walonibus: His oppugnationi indeſinẽter inſiſtentibus, obſeſſi prope dirutum vrbis murum minora quædam ferrea tormenta clauis & cathenis referta, latenter & inſidioſe diſpoſita in incautos dirigunt, funeſtamque Hiſpanis cladem inferunt. Cecidẽre hic Fabianus Farneſius Ducis Parmenſis conſanguineus, pluresque alij viri nobiles, qui gloriæ ſtimulis agitati, primi hoſtem aggredi contendebant. Hiſpani ſiquidem & Itali, deſpecta Belgarum ſtrenuitate, nimiâ emulatione incitati, gregatim tanto concurrebãt impetu, vt alij alijs impedimento & remoræ eſſent, hoſtiliaque iacula in confertiſſimam turbam emiſſa multos enecarent.

Hiſpani & Itali ab obſeſſis magnã cladem accipiũt.

Secũda clades. Alterum quoque latus fortitèr & ſtrênuè oppugnatur, nec minus animosè ab obſeſſis propugnatur, Hiſpanis aliquot per cuniculos ſubterraneos pulueris tormentarij vi ſublatis: Accurrunt citatis equis alij atque alij victoriam conclamantes, ſiquidem alteram vrbis partem captam; atque ijs quidem clamoribus replentur caſtra: vt ijs qui ea ex parte obſidiũ faciebãt, calcar adderetur, & obſeſſis animus contra frangeretur. Sed modico fructu apud veteranos rerum militarium expertos. Accedunt nihilominus excitati & foſſas peruadunt animosè, ſed quibus conſultum fuit inde properanter diffugere, plurimis frequentiſſimis bombardarum ictibus cæſis, alijs lethaliter vulneratis, ſequentibus à tergo perterritis; ſed & cladem adauxit puluis tormentarius imprudenter illic & eodem tempore accenſus, quo multi è medio horribili cum eiulatu ſublati ſunt. A B

Tertia in qua deſiderati multi nobiles viri & gregarij milites innumeri.

Deſiderati Hiſpani Præfecti & ductores vndecim, ſigniferi quinque nobiles, & alij notæ famæ multi; Itali pariter celebres & claſſici viri perplures, Belgæ illuſtres etiam nõ paruo numero: Sed & gregarij diuerſarum nationum numeroſi, vulneratorum quoque tanta fuit multitudo, vt in ipſis caſtris militare quoddam tabernaculum quadringentis eoque amplius vulneratis fuerit repletum, quorum permulti ſtatim deceſſere de vita: Attamẽ facinora hæc impunè nõ tulerunt obſeſſi, maximè cunicularij illi & foſſores, crebris miſſilibus ex aduerſo infeſtati.

Ampliſſimum tabernaculum vulneratis refertum.

Forma plana. Parmenſis magnanimus propugnaculum formâ planâ ad portam Bruxellenſem erigit, vnde in vrbem longè lateque iacula mittuntur: Nec tamen remittunt animos obſeſſi, ſed terris, ruderibus, lapidibus, & alijs contrapoſitis ſeſe ſtrennuiſſime tuentur & acerrimè decertãt, attamen de pace communicationes offeruntur. C

Septum militare ad portam Bruxellenſem tandem ſuperatur. Erat ante portam ſeptum quoddam militare aggere foſſaque benè munitum, inde per quinque hebdomadas magna ſtrages frequente varioque impetu, adeo vt in dies vtrinque ad minimum viginti caderent. Huius euincendi cauſa diuerſas cuniculorum, ferri, igniumque machinas adhibet Parmenſis; tandemque poſt multas ſuffoſſiones, obſeſſis ſubterraneum impedit acceſſum; deinde ſepimento potitur, loricas inuadit, mœnia ſuperat, vt cominus etiam manus conſerere poſſent. D

Sed & in flumine ante vrbem erat inſula, quam Parmenſis occupare munireque moliebatur, verum ſimul ac in eam peruentum, tanto tormentorum impetu perculſi ſunt omnes, vt eam deſerere ſint coacti. Ægidius Hiergius Berlemontius rei machinariæ præfectus ibi ex mœnibus traiecto globo ictus occidit, vir ſtrennuus & magnanimus Baro.

Hiergius globo ictus occidit.

Obſeſſi cuniculis fatigantur. Poſtquam ſeptum præſidiarium expugnaſſet Parmenſis & iam in mœnibus ſtationem haberet, non vltra ſuos periculo exponendos ratus, cuniculis oppidanos laceſſere & fatigare cogitauit.

In hac obſidione Archidux Mathias, Auriacus & alij ordinum primores

mores

Digitized by Google

mores multoties ab circumſeſſis, de eorum neceſſitatibus & periculo certiores redditi, de ſuccurſu cogitabant & ad id incumbebant: impediebat Gandēſium ſolita inſolentia, quorum exemplo Gallicæ præſertim Prouinciæ de defectione cogitare, vectigalia impedire, alij militem etiam ipſum euocare cœperunt. Quocirca omni ſoluendæ obſidionis ſpe depoſita, fiduciam in Electores Treuirenſem & Colonienſem Imperij Commiſſarios pro pace tractanda deputatos ponunt; videbanturque eo ſatis inclinari: verum enim Dux Terranouanus Regis legatus nihil ſtabile firmumue ſperari poſſe, ex præteritis in futurum conijciens, audire refragabatur.

A

Archidux Mathias & Auriacus inſolentia Gandēſium impediti nō poſſunt ſuccurrere.

Obſeſſi pacem fruſtra petunt.

Interea obſeſſi maioribus in dies periculis expoſiti, necibus morbiſque ſuorū quaſſati, neque amplius nauibus aduentitijs vt initio aliquoties ſolati, ſed de auxilijs deſperabundi paulatim deficere, ac tandem etiam vigilijs fatigari videbantur.

B

Iunij 29. die Apoſtolis Petro & Paulo ſacra, ſummo diluculo, dum excubiæ dormitare ex ſeptis animaduertūtur, Parmenſis militem ex improuiſo immittit, reſtitum tamen, etiam à mulieribus, quo factum, vt nulla ſexus habita ratione trucidentur paſſim. Fit fuga verſus pontem tanto concurſu, vt fugientes viri, mulieres, pueri, ſeſe in Moſam proijcerent. Wycka primum occupatur, in qua annonæ nihil repertum, pars altera deditionem facit. Suatzembergius oppidi Gubernator ſub coci habitu euadit; alij proiectum in Moſam nec poſtea inuentum referunt. Sebaſtianus Tapinus rei machinariæ peritiſſimus artifex capitur, Lymburgum ducitur, & poſtmodum globo ictus necatur.

Die Apoſtolis Petro & Paulo ſacra Traiectum capitur.

In VVycka omnes trucidantur.

Svvatzēbergius qualiter euadit.

C

Ita expugnatum eſt Traiectum ad Moſam, poſt arctam quatuor menſium obſidionem; oppidum omnium ante vltro citroque captorum bellicoſiſſimum; ſed & in reſiſtendo, pro rerum & temporum ratione fortiſſimum. In cuius obſidione 22. cuniculi ab expertiſſimis in arte fodiendi magiſtris Ducis mandato excauati in altum proſiliēre, & centum aliquot milites in vrbem per ſubterraneos meatus deducti interfecti. Acceperat ille magnam catapultarum ignitarum, quibus in ea obſidione vtebatur, partem, ſimilem reddendam & parem, à Præſule & Magiſtratu Leodiēſi; cumque multis in caſtris, vt fit, indigeret, omnia ab eiſdem illi ſubminiſtrata fuēre, foſſores etiam ſubterranei lectiſſimi, quorum ferax eſt terra Eburonum, ſubmiſſi; milites quoque ex præſidijs patriæ, qui in demortuorum locum ſuccederent.

D

Subſidia Leodienſium data Parmenſi.

Multum offendebant Auriacos deuota hæc Leodienſium auxilia, & ad vindictam facta exprobrabant: ſed cum maximè referret oppidum illud graſſatoribus nouatoribuſque liberari, & in conſuetam Regis & Præſulis poteſtatem pacificè redire; quid mirum ſi officium hoc ex officij ſui debito officioſè præſtiterint?

Auguſti 16. Kalendās Hieroymus Puteanus Iuriſconſultus celeberrimus, Scabinus Leodienſis, qui ſuis conſultationibus & reſpon-

ſis

Digitized by Google

lis liquido teſtatum fecit, quos progreſſus in Iuris Ciuilis ſcientia feciſſet, longè diſſimilis abijs, qui ius tantum deliguriunt, vitam cum morte commutauit, ætatis ſuæ anno 56. ſepultus in paroecia Diui Seruatij, cuius tumulo hoc carmen ſuperadditum a Ioanne Curtio paro-cho S. Theologiæ Licentiato, atque ad Diuæ Crucis Canonico. A

Conditus hoc tumulo quis ſit ſi forte requiras,
Dum ſubſcripta legas carmina, ſiſte gradum.
Trudonis phanum patria eſt, Hieronymus illi
Nomen erat, columen gens Puteana tuum.
Præ multis quos priſca ætas & Legia vidit,
Hic fuit æterno dignus honore coli. B
Nam ſiue doctrinam & ſancti myſteria Iuris,
Seu ſpectes ſtili flumina primus erat.
Vnde ſibi propriâ nomen virtute parauit,
Perpetuum in terris & ſuper aſtra locum,
MorItVr pVteanVs Ipſo ALeXIs DIe.

Epidemiæ lues mire graſſatur Leodij.

Septembri, Octobri, & Nouembri menſibus, Leodij & in vicinis oppidis, vt & iam pleriſque Belgij locis imprimis Louanij, peſtis innumeram hominum multitudinem abſumpſit. Lamentoſum erat cernere Leodij in pleriſque plateis ab hominibus deſertis herbam creſcere: miſerandum etiam pluribus in locis homines in triuijs & compitis exanimes ſolo iacentes conſpicere; alios vi morbi lymphatorum inſtar per compita paſſim diſcurrere, pleroſque ditiores humano auxilio ſolatioque deſtituj; quodque his miſerius, plures paſtoribus deſtitutos abſque ſacramentorum præſidio non ſine magno ſalutis diſcrimine, ex hoc ſæculo emigrare. Creuiſſetque magis magiſque malum, niſi ſolerti vtriuſque Magiſtratus prouidentia nonnulli pretio magno cõducti fuiſſent, qui peſte infectis & corpori & animæ neceſſaria ſubminiſtraſſent. Inſignem inter alios nauauit operam Dominus Ioannes Perſin Iupilianus ſæcularis ſacerdos, qui per Paſtores conductus, ſacramentũ ægris indefeſſo labore, cùm pro ægrorum multitudine pedes non poſſet, eques diſtribuit, Deo protegente, à contagione præſeruatus. Quamquam non deerant, qui (quod is veluti curſim & frigidè, vel non omnibus ægris, vel non adhibitis cæremonijs ſacra miniſtraret) eum reprehenderent. Quorum occaſione, librum per eos dies conſcripſi de neceſſitate & modo miniſtrandi ſacramenta tempore peſtis graſſantis, quem Germani, apud quos frequentius ſæuit hoc malum, Coloniæ & Moguntiæ typis euulgarunt. C D

Carolus de Nichet ad diui Lamberti Canonicus, Officialis Curiæ Epiſcopalis, Collegiatæ Eccleſiæ ad Diuæ Crucis Decanus, Eccleſiæ Foſſenſis Præpoſitus, vir reuerenda canitie, tertio Kalendas Decembris.

Digitized by Google

bris vita fungitur, ætatis anno 63. Hic in Officialiatus munus & hono-
A rem Reuerẽdo & præſtantiſſimo Dño Ioanni Huetio, ad ſigilliferatũ ſeu vicariatum promoto ſucceſſit, per annos 32. eoque amplius, incorruptè ad finem vitæ ſuæ omnibus ius dixit, Samuelẽ prophetam emulatus, quẽ ad populũ Iſraël loquutũ ita fuiſſe legimus; Reg. 12.
Conuerſatus ſum coram vobis ab adoleſcentia mea, vſq; in diem hanc, ecce praſto ſum loquimini de me coram Domino & Chriſto eius, vtrum bouem aut aſinum cuiuſquam tulerim, ſi quenquam calumniatus ſim, ſi offendi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus donumuè accepi & reſtituam vobis: & reſpondit populus quod non, ad quod Sa-
B *muel, teſtis eſt Dominus aduerſus vos, & teſtis Chriſtus eius, quia non inuenietis in manu mea quidquam.*

Quare de eo adhuc viuente ita decantatum;

Sit diues pauperuè cliens, inimicus, amicus,
Hoſpes, vicinus, nobilis aut opifex,
Patronus, medicus, miles, mercator, eadem
Lance, manuq; ſolet Carolus accipere.
Nec ditem releuat, miſeris nec parcit egenis,
Aequa hos, aqua illos, vrnaq; ſorſq; manet,
Qui perſonarum rationem non habet, hoc ne
C *Corrupti partes Iudicis exequitur?*

In Eccleſia ad D. Crucis, vbi teſtamento ordinarat, tumulatus, illi piè & honorificè iuſta exequialia celebrata & ſoluta fuêre.

Franciſcus Fraipontius Iuriſconſultus Scabinus Leodienſis, & Præſulis in ſecreto Concilio Conſiliarius, dum Traiecti his turbidis temporibus, mandante Pręſule, publica negotia animosè tractat, euocatur Leodium ad exequias cohoneſtandas & celebrandas Clariſſimi viri Ioannis Raquetij Scabini & Conſiliarij ſecreti Concilij, ſororij ſui; & eo fini iter facit, ab hyppoſclopiſta inſulſo & perfido Hiſpano milite, quem ne verbo quidem violauerat, ſclopeti ictu tranſuerbe- Mors F. Fraipontij.
D ratur & equo deturbatur; reportatus Traiectũ pridie Idus Ianuarias, morte properata deceſſit, Leodiumque cadauer reductum in Collegiata Eccleſia ad Diui Petri ſepelitur, hoc ſuperaddito Epitaphio.

CHriſto reſurgenti, Franciſco Fraipontio I. C. Senatori & Conſiliario ſecreto, viro pari religione & doctrina præſtanti, Ioanna Ialhea vxor ac filiæ quatuor, marito & parenti chariſſimo multis cum lachrymis poſuêre, vixit annos XLVII. M. X. Obijt pridie Id. Ian. anno hum. ſal. M. D. LXXX.

Digitized by Google

A

Groesbekanus cum Duce Iuliæ ſtudent pacificare Aquenſes tumultuantes, Diepenbeeck à Leodienſibus expugnatur. Rex Auriacum proſcribit & damnat.

CAPVT XXIX.

Origo corruptionis vrbis Aquenſis.

CVm primùm Albanus fidei & religionis Catholicæ Romanæ acerrimus defenſor, Belgij adminiſtrationem ſuſcepiſſet, multi nouarum ſectarum homines, & imprimis Artheſij & Hannones, relictis ſedibus, Aquiſgranum commigrarunt; quod in oppido Imperij vicino liberius ſe viuere poſſe exiſtimarēt. Hi cùm multos iam ſuis dogmatibus interq; eos aliquot primores infeciſſent, res ſuas bene ſtabilitas rati, anno 1580. menſe Februario propalam ſua dogmata in concione profiteri auſi fuerunt. Quare Magiſtratus, Præſulis & Ducis Cliuiæ ſeria admonitione, publico edicto cauet; ne quis factioſas huiuſmodi conciones audiat. Quod ſenatus conſultū paulo poſt ſigillatim ſingulis familijs denunciatum fuit. Id illi grauius ferentes, menſe Mayo, cùm neque ſenatus mandato publicè refragari auderent, neque obedire vellent, libellos ſupplices Senatui exhibent, ac Lutherani quidem ſectæ ſuæ, Caluiniani item ſuæ publicum exercitium deprecantur: Scabinorum porro præfecti, ipſiq́ue Scabini, totaque Ciuium Catholicorum vniuerſitas ab Antiſtite, nec non Iuliæ Duce, & eiuſdem vrbis Decano Voſsio viro nobili, pio ac erudito, ſerio admoniti, audactèr ſeſe opponūt, donec Senatus preces nouatorum oblatas reijcit; At illi quod precibus obtinere non poterāt, audacia poſſe rati, contempto Senatuſconſulto, publicos conuentus agebant, ſuam damnatam religionem exercentes. Quâ re ab Cæſare intellectâ, iubentur pro parte S. Maieſt. Præſul & Dux ſalutaria remedia adhibere.

1580.

Senatus edicto cauet ne quis cōciones hæreticas audiat.

B

Hæretici Senatuſcōſultum contemnunt.

C

Quocirca ferè toto hoc anno per internuncios, pro reſtauranda ibidem religione, magnis ſumptibus & vigilijs laboratum eſt.

Eodem menſe, qui ſolet mortalibus eſſe ſaluberrimus, Leodij & per totam pene Patriā morbo incognito paſſim laboratur, & ſi pauci ex eo morerentur.

D

Per hos quoque dies depopulatores quidam Patriam & imprimis Comitatum Loſſenſem prædabantur, arcemq́ue de Diepenbeek non longè ab oppido Haſſelenſi ſitam aſtu occuparant & munierant; Inde circumquaq́ue pagos, villas, nobilium domos ſpoliantes, aliaq́ue indigna patrantes; Quibus vt ſuos liberet Præſul, militem cogit, Præfectos vicinos, alioſq́ue nobiles viros, vnà cum ciuium ſodalitatibus illuc ducit, qui cum aliquot tormentis arcem quatiunt occupantq́ue, & graſſatores ad vnum necant.

Diepēbeek capitur & prædones illud occupātes à Leodienſibus trucidantur.

Rex

Rex Auriaci flagitia cruenta & deſtabilia toto terrarum orbi cogni-
A ta diutius non ferenda exiſtimans, menſe Auguſto, publico edicto, programmateque typis excuſo hominem vti perduellionis reum proſcribit; quique eum interficeret, aut viuum in ſuæ Maieſtatis poteſtatem traderet, 25. aureorum millia donaturum ſe, eumque & familiam eius in nobilium album referendum repromittit.

Viginti quinq; aureorū millibus & nobilitate donandus qui Auriacum in poteſtatem Regis tradiderit.

Ex aduerſo Auriacus Apologiam edit, multiſque mēdacijs, calumnijs & conuitijs inſolentiſſimè Regem & proſcriptionem inſectatur & percellit.

B

Groesbekanus Comitia celebrat: inuiſitur à Duce Arſchotano: in morbum cadit, & piè placideq; moritur.

CAPVT VLT.

EOdem menſe Præſul, plurimis laboribus ac moleſtijs cōfectus, vltimùm Comitia repetit, & quæ tribus nouiſſimis tractata fuerant, proſequitur; oſtendens ſubſidia conceſſa minus neceſſitatibus Patriæ ſatisfacere: ſed & iniuria temporum tertiam prouentuum Principatus partem eoque amplius deperire, partem alteram in donatiuis & legationibus cum publicis tum priuatis, ad auertendos à
C Patriæ finibus milites ſe impendere: Quod reliqui eſt proprijs neceſſitatibus minime ſufficere. Cum hæc ſatis cognita eſſent, concordibus animis viſum fuit Statibus peculium in ſex annos duplandum; pecuniam pro ratione neceſſitatis & temporis in promptu ſub interuſurio colligendam: Præſuli ſex millia florenorum in ſingulos tres proximos annos eroganda. Quâ tamen pecuniæ ſummâ, morte præueniente, haudquaquam fruitur.

Comitia patria & quæ in eis acta.

Fuit Autumnus præter morem exſiccatus & aridus, ita vt menſibus Septembri, Octobri, Nouembri vix quicquam pluuiæ deciderit: Inde factum eſt, vt nec ſemina commodè germinare, nec mercatores quicquam per Moſam vehere potuerint.

D Interea Regij frequentes querelas deponebant, quod Tongris Auriaci exciperentur & fouerentur, qui Regios explorantes aut necabant, aut captiuos lytris grauibus mulctabant; quod non parum Præſulem commouebat, qui, quantum fides & religio patiebatur, pactum ius neutri ſartum tectum ſeruare ſtudebat.

Querelæ Regiorum contra Tongrenſes.

Aſſignarat Parmenſis Præſuli vigeſimam Septembris, qua Commiſſarios Montes Hannoniæ mitteret; vbi variæ quæſtiones Iuriſdictionales, his difficillimis temporibus exortæ, amicabilitèr deciderētur. Itaque Præſul 16. eiuſdem, Ioannem à Fumaco ad Diuæ Crucis Canonicum & Scholaſticum, Ioannemque Iugium Scabinum Leodienſem ſecreti ſui Concilij Conſiliarios, Montes Hannoniæ mittit,

Digitized by Google

Ibique tractatum de conſeruatione pacis & concordiæ inter præſidiarios Leewenſes & Tongrenſes initæ, occaſione præfecti militum in S. Trudone nuper cæſi: De redditione domus de Stoy per Regios iam pridem captæ & præſidio munitæ: De approbatione pacti, quod à reddito Parmenſi Traiecto initum fuerat, cum Præſule vti Domino alterius partis oppidi. De nouis vectigalibus per Bouinienſes ſuper varijs mercibus per Moſam tranſeuntibus temerè impoſitis. De tollendis edictis quibus Berlemontius Gubernator Namurcenſis vetabat extra terras Regias educi pecora & alia victualia: De ſimilibus edictis Luxemburgenſium. De violentijs illatis incolis de Muno per Luxemburgenſes, qui vi & armata mille & quingentorum hominum manu, meſſem ferè omnem inde abſtulerant, & quibuſdam alijs de rebus non diſſimilis generis.

Communicatio cum Regijs habita ſuper quæſtionibus quibuſdam iuriſdictionalibus.

A

B

Dum hæc aguntur, Launoïus, exercitus Ordinum per Flandriam Ductor, à Malecontentis intercipitur, & Lymburgum in cuſtodiam mittitur; miles alioquin imperterritus, prudenſque imperator, multis prælijs clarus, qui ſtrennuam Belgis operam nauârat, quo capto, Auriaci nunquam aut raro fœlicitèr pugnarunt.

Launoius captus Lymburgũ in cuſtodiam mittitur.

Sub idem tempus Alfonſus Hiſpanus ad Auriaci partes transfuga, coniuratione (vt dicebatur) cum quibuſdam malæ fidei ciuibus Dieſthenſibus factâ, aliquot Gallorum copijs ſtipatus, clàm Dieſthemium intempeſta nocte in ſuam poteſtatem redigit; Germanis, quibus oppidi cuſtodia demandata erat, raris aut nullis excubantibus.

Dieſthemium venit in poteſtatẽ Auriaci.

C

Menſe Octobri miles Comitis de Reux agrum Hougardienſem deprædatur, tributiſque ſubijcit; in ſolutionem ſtipendiorum (vt aiebat) ſibi debitorum. Quo audito, Præſul, quamuis æger, Comitem officij gratiosè monet, ne contra omnia iura & Imperij conſtitutiones Patriam Leodienſem, cuius Hougardia ſine vlla controuerſia pars eſt, exactionibus indeletis grauet: De quo certior factus Comes, paternæ Præſulis monitioni mox acquieſcens, militem eduxit, edictoque publico contributiones illas iniquas reſtitui imperauit.

Præſul agrum Hougardienſem milite liberat.

Eodem tempore, depopulabantur & Comitatum Loſſenſem & imprimis Beringenſem vtriuſque factionis aut milites aut prædones; Præſul de horum quoque ſecuritate ſollicitus, cum conſilio ſuorum Ordinum militem equitem peditemque Beringam mittit, Domino Ioanne Day duce, qui pro ſua militari peritia cùm ipſi oppido, tum circumiacentibus pagis meliori modo pro ratione temporis ſubueniat.

D

Domino de Gonnincourt Gubernatori Traiectenſi, propter priuata negotia grauem & affectam valetudinem, officio functo ſurrogatur, Præſulis tunc Stabuleti agentis aſſenſu & Ducis Brabantiæ communi nominatione Dominus de Dieſternes; ad quem & ipſe Præſul, licet infirmus, 30. octobris gratulatorias ſcribit, illique Patriam

D. de Dieſternes fit Gubernator Traiectenſis.

triam

triam ſuam Leodienſem chariſſimam multimodè afflictam commendat.

A Vltima Octobris, mandat Gubernatori Franchimontenſi vt Germanum equitem, qui per Ardennam Traiectum contendebat, comitetur deducatque, cum minimo quo fieri poteſt agricolarum diſpendio.

Hougardienſes contra præſidiarios Louanienſes ſe tuentur.

Hoc eodem tempore, miles Domini de Licques oppidi Louanienſis Gubernatoris Hougardiam ſine præfecti ſui licentia prædatum excurrit: Hougardienſes, mentis Ducis Parmenſis & Præſulis ſui conſcij, arma ſumunt contra prædones, ſtrennuè ſe tuentur, & quinque ex ijs, cæteris diffugientibus, necant, paulo poſt, præſidiarij B Louanienſes, maiori quam ante numero Hougardiam ingreſſi, miſeros ruſticos peſſimè excipiunt, & præfectum loci captiuum cum multo pecore abducunt. Mox Præſul, ſubditorum miſertus, Domino de Licques grauitèr reſcribit, factum ſuorum excuſans, quod vim vi repellere iure liceret, monetque vt & loci Prætorem pecoraque quantocius remitti curet, cui Gubernator, rerum ignarus, gratioſè reſcribit, & loci præfectum remittit.

Dux Arſchotanus venit ad Præſulem.

Menſe Nouembri Dux Arſchotanus à Statibus Belgij Coloniam miſſus, cùm aliquot diebus ibi conſediſſet, Leodium ad Præſulem diuertit, inde cum eodem Stabuletum contendit, vbi pede ad ſaxum forte impacto, vulnus, quod in reditu ab expeditione Haſſelenſi caſu acceperat, recruduit, nec ab eo tempore bene ſe habuit. Aliquot C ibi conſumptis diebus, Arſchotanus relictis Statibus Parmenſem Namurci conuenit. Inde nuptiarum cauſa Hannoniam petit, quæ poſtmodum in regali Vrbe Aquiſgranenſi celebratæ fuerunt: Ad quas inuitatus Præſul, cùm per valetudinem detineretur, annulum magni pretij ſibi in pacificatione Marchienſi donatum nouis coniugibus dono miſit.

Morbus & mors Præſulis.

Vigeſimo tertio Kalend. Ianuarij, die ſacro Innocentibus Martyribus, Præſul prudentiſſimus, innocentiſſimus, & pacificus (quod eius acta geſta teſtantur) conflictatus & fractus corporis doloribus, receptis piè ac deuotè Sacramentis, Ieſu Chriſto animam commendans, aſſiſtentibus Reuerendiſſimo Suffraganeo Andrea Stregnart, D alijſque pietate viris præſtantibus, morte occubuit; cùm ætatis ſuæ tertium & ſexageſimum annum exegiſſet: defuncti corpus Pontificalibus infulis veſtitum, ad ſpectaculum publicum expoſitum fuit.

Altera die celebri pompa, præſente Clero, Magiſtratu, & magno populi obitum eius deflentis concurſu, ſepelitur in choro ad ſiniſtrum murum prope aram primariæ ædis; ad cuius ſepulchrum bonorum eius curatores hoc Epitaphium apponi curarunt.

Gerardus

Digitized by Google

D. O. M. A

GErardo à Groesbeeck S. R. E. Cardinali, Epiſcopo & Principi Leodienſi, Adminiſtratori Stabulenſi, viro incredibili prudentia ac facundia prædito, qui Prouinciam ſuam temporibus difficillimis, annis ſedecim, ſummâ innocentiâ B *atque animi fortitudine, pace & bello, non modo conſeruauit, verum etiam auxit, atque ipſis hoſtibus admirabilis, virtute inuidiam ſuperauit; Curatores bonorum ad leniendum Parentis Patriæ dolorem, mœſtiſſimi poſuerunt.*

Aſcriptus eſt in calce & hic verſus;

Quem tegat hic tumulus quondam ſi Legia quæres, C
Te, ſis vſque licet maxima, maior erat.

Soli Deo honor & gloria.

A

DE ERNESTO BAVARO
89. EPISCOPO LEODIENSI.

Erneſtus Bauariæ Dux eligitur in Epiſcopum Leodienſem, eique mox cum Duce Iuliæ componendæ Aquiſgranenſium controuerſiæ cura à Cæſare committitur.

CAPVT I.

B DEfuncto Gerardo Groesbekano Cardinali, Antiſtite & Principe Leodienſi, Eccleſiâ patriâque Leodienſi, hoc turbulento periculoſoque rerum ſtatu, tanto Præſule deſtitutâ, expediebat prudentiſſimnm ſimul & potentiſſimnm allegi in defuncti locum ſucceſſorem, qui prudentiâ, iudicio, auctoritate, ſimul & potẽtiâ populũ regere, & aduerſus hoſtium iniurias propugnare poſſet.

Recens factus erat Canonicus Leodienſis Illuſtriſſimus & Sereniſſimus Princeps Erneſtus Bauarus, Alberti quinti herois magnanimi, Sereniſſimique Ducis Bauariæ filius, & Guilhelmi Ducis germanus frater, dignus tali patre, virtutumque paternarum æmulator, genere
C domoque paterna Bauarus, materna Auſtriacus, in eum Decanus & Capitulum oculos & animum iniiciunt, quemque viuens Gerardus deſignarat, imò vero delegerat, ad ſe ſolemnitèr inuitant: Hic poſtulantium votis obſequutus, primùm ad Auunculum, Iuliæ, Cliuiæ, ac Montium Ducem iter intendit, indeque Leodium nono Kalendas Februarias anno 1581. aduenit. *Erneſtus vocatur ad Epiſcopatum Leodienſem.* 1581.

Erant iam Leodij Illuſtriſſimi Ducis Andegauenſis Legati, Ducem ſuum Capitulo Leodienſi commendaturi, qui eum imprimis Eccleſiæ præficiendum ſatagebant, qui patriæ libertatem, quam notum eſt populum Leodienſem omnibus rebus præferre, non minus fortiter, quam ſtudioſe protegere, ſartam tectamque
D conſeruare poſſet, quique in his prouinciarum bellorumque ciuilium motibus neutri parti ſe addiceret. Aderant quoque Prouinciarum Fœderatarum Legati, pro Sereniſſimo Mathia Archiduce Auſtriæ, procuratione ſua ſollicitius fungentes. Venerat & Ioannes Vander burch Regiæ Maieſtatis Catholicæ in priuato Concilio Conſiliarius, cum litteris fiduciarijs (quas credentiæ vocant) à Duce Parmenſi Belgij gubernatore amandatus, his in capitulo Leodienſi particulatim auditis, gratijſque, pro fauore & beniuolentia oblatis, per Decanum & Capitulum actis, Ianuarij die vltimo electioni prǽſtituto, ſacris peractis, precibuſque pro fœlici electionis ſucceſſu more maiorum fuſis, omnium ſententiæ vnanimi conſenſu in Erneſtum Hil- *Vnanimi eligentium conſenſu.*

Hildeshemēſem & Friſingenſem Epiſcopū collegam conuenerunt, eumque in Principem elegerūt, magno populi applauſu & acclamatione. A

Mouit, præter dignitatem ſuam, generis domuſque ſplendorem & coniunctionem ſanguinis cum primis Europæ Principibus, viri præſentia, forma Imperio digna, ætas ad res gerendas matura, fides recta verèque Germana à teneris per parentes bonę indoli infuſa, mens pacifica, dans ſpem certam eum & vicinorum concordiæ, & ſubditorū tranquillitati inuigilaturum. Electionis Ioānes Politus poëta noſtras hoc ſcripſit Eteoſtichon;

TrIſtIa pelle proCVL præſtans EbVronICa teLLVs B
TVta sVb Erneſto PrInCIpe ſeMper erIs.

Magna omniū congratulatio. Electione peractâ, ingens omnium plauſus, Decemuiri, ſocietates arcubaliſtarum colubrinorumque vrbis, alijque ciues in armis circum Eccleſiam de more conſtituti, crebris bombardarum ſonitibus nouo Principi gratulantur, quos omnes liberalitèr exceptos ſingulari humanitate à ſe dimiſit, Dominos Capitulares cum viris nobilibus, magiſtratu, Scabinis & vrbis primoribus eodem die epulo & apparatu vere regio tractauit.

Die purificationis B. Mariæ virginis, Miſſæ ſupplicationique ſolemni cum Clero & populo cereum manu geſtans, magna deuotione interfuit, conceſſa deinde familiaribus & domeſticis recreandis aliquanto tempore. C *Præſul repetit Germaniam.* Tertio idus Februarij Germaniam verſus contendens, ad Principatum Stabulenſem, vetuſtum ac locuples monaſterium appulit, cui eadem die adminiſtratio vnanimi eligentiū conſenſu electo, inauditis procerum quorundam ex aduerſo ſollicitationibus, concreditur. *Eligitur Adminiſtrator Stabulenſis.*

Sexta Martij Groesbekani Præſulis iuſta funebria, eâ quæ tantum Principem decebat pompâ, in æde diuo Lamberto ſacra celebrantur.

Comitia Patriæ & quæ in eis acta. Interea Leodij, poſtulāte Præſule, Comitia edicuntur: Cōſultatione de more habita inter Clerum, nobilitatem, & fere omnia opificum collegia conuenit pro ære alieno & Patriæ debitis diſſoluendis, quæ iam diuturnis vicinarum Prouinciarum bellis ciuilibus in immenſum excreuerant; in ſingula ceruiſiæ vaſa duo aſſes ſeu ſtuferi, vt vocant, Brabantici, in ſingulas vero vini exteri hamas viginti octo imponi.

Excitata ſeditio ſopitur. Dum receſſus Ordinum de more publicatur, à coctoribus ceruiſiæ vehementer reclamatur, opem & auxilium Collegij Fabrorum, quod numeroſiſſima plebe conſtat, obteſtantes & implorātes: Conueniunt implorati, & concitati adſunt quantocius, reſque in tumultum & ſeditionem abibat, niſi decretum, pro cancellis domus ciuicæ, clangente tuba, fuiſſet reuocatum.

Cum

Digitized by Google

Cum Magiſtratus Aquenſis hæreſeos ſuſpectus, anno præterito
A ſe apud Cæſaream Maieſtatem haud ſatis candidè excuſaſſet; Cæſar ea de re ſollicitus, reſpondet libentèr ſe eorum literas legiſſe, præſertim quibus in veteri religione permanere, nec aliquam nouitatem introduci permittere, legationemque mittere velle polliceantur; Interim promiſſam legationem ſe expectare, vt eorum defenſiones apertius propiuſque quã ex literis intelligat. Adferebantur interea ad ſuam Maieſtatem querelæ vndequaque graues minuſque ferendæ: Vrget itaque vlterius, monetque intelligere ſe, eos contra fidem & iuramentum in ipſis Reipublicæ viſceribus homines exteros, ſeditioſos, & hæreticos excipere & alere, ſchiſmaticas conciones & conuentus in vrbe fieri, hæcque ſub laudabilium priuilegiorum ſuorum prætextu tegere & propugnare: Mandare itaque illis vt promiſſam legationem mittant, & quam verbis & literis pollicentur obedientiam, præſtent.

Aquenſis Magiſtratus à Cæſare admonetur officij.

B (margin letter beside "uentus in vrbe fieri")

Vigeſima ſeptima Martij, detecta eſt Traiecti proditio, captus ſignifer qui in eam quinquaginta florenorum millia diſtribuenda acceperat, ductus Montes Hannoniæ, vt per quæſtiones res tota & circumſtantiæ plenius innoteſcerent.

Detecta proditio.

Ipſo die Reſurrectionis Domini & ferijs ſequentibus, flantibus ventis, ingentia & calamitoſa paſſim damna illata, Me à veſpertinis precibus in Eccleſia parochiali ad D. Michaëlis Leodij cõcionem habēte: tẽpeſtas atrox exorta, tantum fragorem diſiectorum ex Eccleſia ad S. Crucis alijſque ſuperioribus vicinis locis vitrorũ feneſtrarum, tectorum, excitauit, vt populus (quaſi fractus collaberetur orbis) propitiũ ſibi ſublatis vocibus manibuſq; Deum inclamaret; ſed & in alijs locis diſiecta tecta, loca cõuulſa, & arbores innumeræ radicitus euulſæ.

Ingens tempeſtas.

C (margin letter beside "bēte: tẽpeſtas atrox exorta")

Maij octaua Cæſar iterum ad Aquiſgranenſes ſcribit, iiſque ſerio mandat, ne legationem differant diutius, tempus enim aduentare creandi nouum Magiſtratum, caueant ne quid inuſitatũ in electione committant, quin potius ſicuti patrij ritus violati ſunt, eos priſtino ſtatui reſtituant, veterẽque conſuetudinẽ in electione inſequantur.

Cæſar iterum atque iterum monet Aquenſes.

Poſtmodum rurſus, eadem quæ prius imperat Cæſar; ſed cùm peruicaces Caluiniſtæ in ſua hæreſi remanerent, vt quorum propriũ eſt fidem fallere, & vt cum Apoſtolo loquar, dominationẽ ſpernere, Maieſtatem blaſphemare, Cæſaris mandata facilè contempsēre. Quare Cæſar Erneſtum Bauarum Leodienſem Præſulem, Guilhelmum Iuliæ Ducem, Philippum Baronem de Weremburg, & Philippum Naſſouium Dominum de Bilſtein ad eos legat, mandatque, vt cum Vrbani feſtum, quo Aquiſgrani creari & renouari ſolet Magiſtratus, inſtaret, duo priores nominati per ſe vel ſuos ſaltem Conſiliarios triduo ante electionem, duo vero poſteriores per ſe ibidem præſentes ſint, priſtinas creandi Magiſtratum leges ac conſtitutiones obſeruari curent, cæteraque faciant ad concordiam inter Magiſtratũ & Rempub. conductura.

Hæreticorũ eſt Dominationes ſpernere, Maieſtatem blaſphemare. Iud. 1.

D (margin letter beside "eſt fidem fallere")

Cæſar legatos mittit qui interſunt electioni Magiſtratum.

 Hære-

Digitized by Google

Caluiniſtæ Aquenſes prolixum ſcriptū Cæſari mittūt.

Hæretici Imperatori rem cordi eſſe animaduertentes, prolixum ad eum ſcriptū tranſmittunt, quo initio fatentur ſe mentem Cæſaris **A** cognouiſſe, ſed Suam Maieſtatem Reip. Aquiſgranenſis conſtitutiones ignorare: deinde vt hoc ipſum edoceant, longa narratione referunt, quæ religionis electioniſque mutatio in Republica facta eſſet. Initio non diffitentur religionis aut electionis mutationem iam ab initio ad annum 1559. nunquam auditam: Fatentur etiam vetus ſtatutum de nemine in Senatum aſſumēdo, niſi qui Catholicum ſe profiteretur, fuiſſe anno 1560. renouatum, & à tribubus confirmatum, & vſque ad 1574. annum inuiolabiter obſeruatum. Verum enim anno 1574. fuiſſe quoſdam alterius fidei & religionis, qui in Senatum admitti poſtularint, quorum poſtulata & ſi primùm reiecta, importunitate tamen nimia vrgentium à Magiſtratu tandem admiſſa. Ab anno **B** itaque 1578. vſque ad annum 1581. etiam hæreticos in Senatum allectos & receptos. Inde abrogato nouo edicto (nouum vocant à ſeptingentis annis & vltra vſurpatum atque receptum) inuito Magiſtratu, alterius & nouæ religionis exercitium publicè introductum, quod nec ipſi impedire potuerint. Orant itaque maieſtatem Cæſaream, vt Rempub. Aquiſgranenſem benignè complectatur: Polliceri ſe rurſus Catholicam religionem, quantum fieri poteſt obſeruaturos.

Quo tempore hæretici admiſſi ad Magiſtratum Aquenſem.

Iterum mandat Cæſar.

Ad hæc Imperator conſtare ſibi ex eorum ſcriptis & relationibus, vti & ex proprijs ipſorum geſtis hanc pollicitationē fictam & ſimulatam, nec alium in finem fieri, quam vt interea res ſtabiliant ſuas, **C** proindeque iterum & ſeriò mandare, vt omnem nouitatem tam in religione quam electione introductam confeſtim abrogent.

Caluiniſtæ ſuæ farinæ homines in Magiſtratū eligunt.

Vigeſima ſexta Maij, in quam D. Vrbani feſtū incidebat, diſſentiētibus inter ſe partibus, Caluiniani ſuæ farinæ homines in Senatum aſciuerunt: Catholici vero, ſecundum antiqua vrbis ſtatuta, Catholicos elegerunt. Quæ factio, cùm eſſet ad Imperatorem perlata, is non diutius differendum ratus, mandatum mittit, cui legati Cæſarei cum ſubdelegatis Præſulis Erneſti, Iuliæque Ducis ſubſcripſerunt, & Magiſtratum Catholicum confirmârunt.

Catholicus Magiſtratus confirmatur.

Hanc confirmationem grauitèr tulêre Caluiniani, & ad tumultus concitandos inclinare cœperunt. Legati vero varijs conuentibus, **D** ad dies quatuordecim continuos in officio eos continere laborârunt. Sed cum nihil efficerent, & multis contumelijs & minis inceſſerentur, Vrbem ſecundo deſeruērunt; quòcirca ad ciuiles diſcordias atque ſeditionem ventum, Caluinianis plebeios ad arma vocantibus, claues vrbis, ærarij, armamentarijque Magiſtratui extorquētibus, forum, mœnia, turres, & propugnacula circumquaque armato milite complentibus, per vicos plateaſque magno cum clamore curſitantibus, tormenta bellica ad forum attrahentibus, tantâ petulantiâ & ferocitate, vt Magiſtratus Catholicus, & plerique ciues modeſtiores, primum vero Clerus vrbe excedere, & vitæ fugâ conſulere debuerint.

Legati Cæſaris contumelijs excipiuntur.

Caluiniſtæ Aquenſes tumultuantur.

CAPVT

Digitized by Google

A

Erneſtus Patriæ inauguratur: Comitia celebrat & multa Patriæ vtilia edicit. Caluiniani negligunt gratiam Cæſaris: Confœderati Regem Catholicum abiurant, & recedente Mathia Archiduce, Alenſonium protectorem aduocant.

CAPVT II.

B IVnij 15. Erneſtus pompa ſolemni & magnifica Leodij inauguratur, qua nunquam forſan ante parilis viſa fuit. Aderant Dux Ferdinandus frater, Cliuiæ, Arſchotiæ, Niuerniæ Duces, Badenſis Marchio, Princeps Chymayus, alijque plures Comites, Barones & proceres. Deſcripſit inaugurationem & lætum (vti vocant) introitum Ioannes Politus Leodius hiſtoricus & poëta, edito libello, qui cum in multorum manibus verſetur, plura non dicam, ſed verſum eius chronographicum adſcribam.

Inauguratio Erneſti ſplendidiſſima.

ErneſtE InVeherIs LeodIna paLatIa PrInCeps
MarCeLLo Vt gratVs CLaret ab aXe dIes.

C Eiuſdem menſis 19. Comitia Leodij habet, quibus primum gratias agit de Principatus honore ſibi ante alios Principes delato, ſe ſuamque familiam & domum ad Patriæ Eccleſiæque defenſionem offerens. Dein deceſſorem ſuum claræ mem. Groesbekanum in memoriam reuocat; eiuſque in Patriam merita; rogans vt ſeptem florenorum millia, quæ ex proprio ære, in vſus Patriæ neceſſarios impenderat, hæredibus eius reſtituantur: vt duodecim millia florenorum quæ hactenus ad aliquot tantum annos pro tuitione & conſeruatione arcium conceſſa fuerunt in aliquot alios continuentur: ſed & reddit memores donatiui, quo in iucundo aduentu fœlicique ingreſſu ſolent Principem ſuum honorare ſubditi: Ad ſummum hortatur or-
D dines, vt quæ ad tuitionem defenſionemque patriæ pro tempore neceſſaria vtiliaque iudicabunt, in medium afferant.

Comitia Patriæ & quæ in eis acta.

Maturâ cõſultatione & deliberatione factâ, ordines viciſſim S. Celſ. gratias agunt, quod patriæ & ditionis cõſeruandæ & protegendæ dignata ſit onus ſuſcipere; hæredibus Groesbekani ſatisfaciendum decernunt: duodecim millia in alios duos annos protendunt: & liberalitatem ac munificentiam quam nouis Principibus priſco more exhibere ſolent, prompto lubentique animo offerunt.

Cum Leodij ijs diebus eſſent milites multi vagabundi, à quibus merito timendum videretur; Erneſtus deliberatione cum Concilio priuato ſuo, Conſulibus, & Concilio Ciuitatis ſuæ habita, omnes

Digitized by Google

Adiſtum cõtra vagabundos milites, tabernarios excubitores, validos mendicantes.

intra biduum edicto publico exire iubet, niſi legitimã vlterioris moræ cauſam habeant ab Officialibus ſuis probandam. Deinde tabernarijs mandat, vt hoſpitum ſuorum nomina & qualitates cum cauſis aduentus, quibuſque diebus ſub veſperum, officiatis & alijs eo fini in domo ciuica congregatis referant, ſub pœna primæ vicis trium auri florenorum, ſecundæ dupli, tertiæ tripli; & ſi quid ſiniſtrius tantiſper in eorum ædibus vel extra machinari aut moliri contigerit, pœnam in caput eorum redundaturam: Simile & excubitoribus ad portas mandatur. A

Et ne qua edicti huius ignorantia prætexi poſſit, iubentur caupones eius exemplar ſuis in ædibus loco patenti affigere, hoſpitibuſque exhibere: Officiatis verò liber in ædes ingreſſus liberaque inſpectio & luſtratio permittitur. B

Sed & exterminantur otioſi validique mendicantes, ſub pœna, ſi redierint, primæ vicis auris ad palum in foro affixionis, ſecundæ perforationis eiuſdem ferro candenti, perpetuiq; exilij, ac tandem tertiæ laquei.

Magna Cæſaris clementia.

Poſtquam reſciuit Imperator Caluinianorum ſeditionem Aquis excitatam, clementiſſimi parentis iterum officio functus, eos increpat, & ne (quod ipſi mendaciter vulgabant) Regali vrbi male velle quoquo modo videretur, præteritorum gratiam & remiſſionem pollicetur, modò Magiſtratu ſuapte ſponte ſe abdicẽt, nouitates tollant, exules reuocent, exteros quoque ob flagitia alijs eiectos Prouincijs, vnà cum noui Euangelij preconibus exturbent, deque reali præmiſſorum ſatisfactione, miſſis ad ſe ſpecialibus nuncijs teſtatum faciant, ſin minus, priuilegiorum & immunitatum quarumcunque priuationem certò fideque Cæſarea comminatur. C

Aquenſes recurrunt ad Saxonem & Brãdenburgicum.

Aquenſes nihil hiſce territi, Saxonis & Brandemburgici Electorũ preces & interceſſionem ad Cæſarem implorant impetrantque.

Impudens Auriaci facinus.

Iulij 29. Hagæ Comitis in Hollandia, inſtante Auriaco, Philippus Hiſpaniarum Rex à ſubditis ſuis eiurandus ac eijciendus decernitur, præſcriptâ certâ formulâ; quod non ferens Archidux Mathias, oculos aperiens vulpiſque ingenium agnoſcere incipiens, Belgium deſerit. D

Archidux Mathias oculos aperit & Belgium deſerit.

Alenſonius Andium Dux, Henrici tertij Francorum Regis frater in Flandriam ab ordinibus Belgicis euocatus gubernator, vindexque Belgij, magnifico ac ſuperbo triumpho exceptus renuntiatur, togaque longa, ex holoſerico purpureo camellinis pellibus ſarta, pileus item Ducalis proferuntur; dumque togam Auriacus ei induit, comprecatur vt fœlix fauſta beneq; fortunata eſſet, ſubridendo adijciẽs, pallium hoc Ducale quod ſumis, arcta tibi fibula nectam, ne quis illud detrahere poſſit, mox pileum imponit capiti, eumque primus Ducem Brabantiæ ſalutat.

Galli Belgici inſtant pro reuocatione exterarum nationum.

Galli Belgici animo aduertentes, ſuis ſe viribus contra Francos protegere & tueri non poſſe, Regi Catholico Parmenſique ſupplicant vt Hiſ-

Digitized by Google

vt Hiſpanos, Burgundos alioſque exteros reuocent, oblatis ad id ſubſidijs non contemnendis, quæ res non parum Auriaci & ordinum animos depreſſit.

Nouembris die 10. patribus Societ. Ieſu, qui ab anno 1566. ſub Præſule Gerardo Groesbekano Leodij reſiderat, multis pietatis Chriſtianæ laudabiliter perfuncti muneribus, auctoritate Erneſti Præſulis in locum fratrum S. Hieronimi introducuntur, magna omniũ proborũ ſpe concepta, futurum, vt, ſicut alijs in vrbibus, ſic & in hac, vberes pietatis fructus afferant. *Patres Societatis Ieſu ſuccedunt in locũ FF. ſancti Hieronimi.*

Aquenſes, cùm Cęſarẽ phaleratis verbis ſcriptiſque vlterius decipi non poſſe viderent, precantur, ne mandati executionẽ præcipitet, ſed differat aliquantiſper, propediem promiſſam miſſuros legationem, Cæſar in propoſito perſtat executionemq; vrget. Interea Catholici Franciſcum Voſſium virum nobilem, pium, ac eloquentẽ, vrbis Decanum; Albertum Scrikium Conſulem, & Ioannẽ Thenenſem vrbi à ſecretis, ad Cæſarem legant, qui peruerſos Caluiniſtarum conatus S. Maieſtati referant, obſecrentq; ne ſuorum mandatorũ executionem vltra differri patiatur, & legationis (ſi quæ mittatur) excuſationem & purgationem examinet, neque facile iniuſtis eorum criminationibus, ementitiſque rationibus fidem adhibeat. *Catholici Aquenſes mittunt legationẽ ad Cæſarem.*

Erneſtus Aquiſgranum obſidet: Comitia Leodij celebrat: ordinem edicit procedendi in armis cõtra vagabundos milites & prædones: Aquenſes Cõmiſſarios Cæſaris eludere ſatagunt.

CAPVT III.

IGitur anni 1582. initio, auctoritate Cæſarea Aquenſes per Regios milites ab Erneſto Præſule ſubmiſſos obſidentur. *1583. Erneſtus Præſul obſidet Aquenſes.*

Eodẽ tempore Hullarum ſeu carbonum fodinæ non longè à Ciuitate in ſuburbio portæ ad S. Laurentij, iam pridem aquis ſubmerſæ, multis petẽtibus, Prꝑſulis auctoritate per cognitores iuratos viſitãtur, ſi fortè an aquis euacuatis Hullæ effodi vlterius bono publico poſſint, ſed irrito conatu, magnis in eam rem factis ſumptibus.

Cæſar Catholicis Aquenſibus ad ſe, vt dictum, miſſis reſpondet, ſe ad eos legatos, qui Reipub. in omnibus ſatisfacerent, daturum; quin etiam de expẽſis factis & in eam rem erogandis cauerent: mãdata eſt ea Prouincia Geghardo Trucſeſio Coloniẽſi, & Ioãni Treuirẽſi Archiepiſcopis Electoribus, qui Aquenſes ea de re, deque ſubmittendis breui Conſiliarijs, rebuſq; gratioſè cõponendis certiores reddant. *Cæſar reſpõdet Catholicis Aquenſibus. Legati Cæſarei Aquenſes de miſſione ſua faciunt certiores.*

Martij 27. Erneſtus Præſul cum ordinibus patriæ ſuæ deliberat de exequenda vectigalis ſuper vino & ceruiſia iam ante conceſſi contributione, de ſumptibus in Comitijs Auguſtanis; ad quæ mandato Cæſaris vocabatur, faciendis; De duodecim millibus florenorũ, *Comitia Patriæ & quæ in eis tractata.*

Digitized by Google

quæ in patriæ munitiones legationeſque conferebantur, auctis iam periculis & miſſionibus, duplicandis: De redituum emptitiorum & pecunia originaliter conſtitutorum, ad exemplum vicinarum Prouinciarum, reductione eorumque peremptione; De reformandis Tribunalibus Concilij ordinarij, Vigintiduûm virûm, & Curiæ Officialis Leodienſis; de ratione neutralitatis cum vicinis conſeruandæ. A

His omnibus maturè prudenterque per Ordines perpenſis, cõcors ſentẽtia fuit, vt cõciperentur per Statuũ deputatos literæ, quas vocãt *Committimus*, quibus exactores & collectores plenaria munirentur poteſtate, etiam brachij ſæcularis, contra moroſos: & vt in leuamẽtum expenſarum Auguſtanis Comitijs faciendarum, donetur Princeps duobus & quinquaginta florenorum millibus; Tandem deputati ſunt conſenſu vnanimi à Statibus qui de punctis Iuriſdictionis & neutralitate media concipiant, & concepta propius examinanda & pertentanda referant. B

Simulata Aquenſium ad Electores reſponſio.

Aquenſes, cognitâ nouiſſimâ Electornm commiſſione, ſimulant nihil ſibi magis in votis eſſe, quam vt non incaſſum celebris illa legatio fiat, verum enim, obſtare quod legatos ad Cæſarem miſerint, quod Syndicus vrbis apud Saxonem & Brandemburgenſem hæreret, quod Lantgrauius Haſſiæ, & multæ Ciuitates Imperiales ſuas quoque legationes ad Cæſarem habeant; expectandum proinde reſponſum: Sed & vrbem à Burgundis ita obſideri, vt Conſiliarijs & Aſſeſſoribus hinc inde euocãdis non pateat tutus aditus. Porro quod vehementer inſtat Cæſar, vt exules in vrbem reducantur & inter illos Magiſtratus agnoſcatur: aiunt inter exules nullum legitimum Magiſtratum eſſe, minus conſultum eos redire, qui à furore ciuium defendi non poſſent, cùm incommodorum, quibus Reſpub. ſex iam menſes arctiſſima obſidione affligitur, ſint ſoli auctores; rogare Electores, vt tandem diuturnam hanc obſidionem ſolui curent. C

Altera Aquenſium ſimulata reſponſio.

Electores, his acceptis, non obſcurè animaduertentes eos Cæſaris legationem procraſtinãdo eludere, nihil reſpondent. Quamobrem Aquenſes ſecundo ad eos in eandem ſcribunt ſententiam, & adijciũt rem non agi ſuam priuatam, ſed id ad omnes Imperij ordines pertinere: Rogare itaque ſe iterum, ne legationem præcipitent, ſed cunctanter agant, & reditum legatorum præſtolentur. D

Tertia minarũ plena.

Venerat iam primus Aprilis dies Aquiſgranenſibus formidini, ab Electoribus legationis executioni dictus. Et quia binas eorum literas Electores aſpernari videbantur, tertias minarum plenas ſcribunt, fore ſi legati in vrbem veniant, vt populus in furorem multo quam antea maiorem conuertatur. Quare conſultò facturos legatos, ſi exulum reductionem minus vrgeant: & ſi quid inter obſidentes & obſeſſos tractare velint, quoſdam ex vrbe euocent, & cum ijs proximo in pago conueniant, ſe ipſos adituros.

Aprilis 25. cum pridem Patria à vagabundis militibus intolerabilia damna ſuſtinuiſſet, nec modus vllus aut finis aliquis daretur; Præ-

Digitized by Google

ſul paterna ſollicitudine motus, viſis edictis in hanc rem iam ante
A publicatis, multa illis ad huiuſmodi homines aut patriâ pellendos aut coërcendos vel cædendos accommoda adiecit, & publico edicto per officiatos promulgari & obſeruari mandauit: Vt ſinguli regionū præfecti, in ſuo diſtrictu, nomina & ætatem omnium ſibi ſubditorum deſcribant: vt ex ijs quingentos ſeligant non infra ætatem nouemdecim, nec ſupra quinquaginta nouem annorum: Vt præfecti, adiunctis ſibi aliquot vaſallis, viros belli & militiæ peritos nominent, Catholicæ & Romanæ fidei cultores, è quibus ſibi deligant tres Officiales, vnum militiæ Ducem, vnum Vexilliferum, & alterū ſatellitem: Vt omnes electi tam officiales quam milites, præfecto ſuo iuramentum ſolemnitèr præſtent, ſe nulli præterquam Præſuli & Principi

Edictum Erneſti contra vagabundos milites & prædões

B ſuo, pro publico patriæ bono, militaturos, illique in omnibus rem militarem concernentibus obedientiam obſeruantiamque præſtituros: Vt præfecti in regione & diſtrictu ſuo perſonalitèr officio fungantur, nec abſque permiſſu & venia abſint, ac tum quidem ſubſtituto locum tenente, viro in eam rem ſufficienti & idoneo: Vt militem ſingulis trimeſtribus, militū Duce, Vexillifero, & ſatellite præſentibus, in campum educant, & ad militiam exerceant, eoſque luſtrent; negligentes & deficientes nūmis, aureo vno vel pluribus, ſi ita videbitur, mulctent & puniant: Vt præfecti, vaſalli, & officiales, militem in aliquam expeditionem non arment ſine mandato, Præſulis manu ſignato, & ſigillo roborato; ni forte res moram non patia-
C tur, quo caſu, mox ab ipſa expeditione, rei Præſul fiat certior: Vt milites per Præfectum vel militiæ Ducem vocati, præſtò ſint in armis, eumque ſequantur, militibus extrarijs excurrentibus & alijs vagabundis, agricolas, mercatores, aut viatores quoſcumque deprædantibus, ſe opponant, captiuos ſiſtant & ad viciniorem Magiſtratum deducant, iuſtitiamque ſibi fieri & ius dici petant: prædam ab eis interceptam inter ſe diuidant & partiantur; de læſis aut occiſis nequaquam teneantur, verum cæſis aut interfectis militibus, vxores eorumue liberi honoraria condigna diſtrictim colligenda in ſolamētum accipiant: Cæterum ducis ſui dicto obtemperent, pœnâ vnius aurei, etiam pro minimo exceſſu defectuuè conſtitutâ ac in morigeros repartiendâ. Quo verò patriotis, vt vocant, qui ſe prædonibus
D adiunxiſſent, reſipiſcendi & pœnitēdi præberetur occaſio; omnibus, qui ſocium viuum mortuumuè Magiſtratui ſiſterēt & repræſentarēt, ac pro patria impoſterum militare repromitterent, criminum omnium abolitio promittitur: Denique præfectis liberum facit arbitrium de ijs quæ emerſerint, ſtatuendi, ſe ijs accommodaturum & tempori inſeruiturū, quātum fieri poſſet, ſaluis de cætero patriæ priuilegijs & libertatibus quibuſcumque inconcuſſis.

Vltima Aprilis, Patres Societatis, iuxta pium eorum inſtitutum, Scholas aperiunt, & iuuentutem in pietate & bonis literis erudire incipiunt. Quod illis & Reipublicæ fœlix fauſtumque ſit, precamur.

CAPVT

Digitized by Google

A

Alenſonius Dux Brabantiæ per Status vnitos renunciatus, Aquenſes ſeditioſos fouet, Leodienſes & Colonienſes ad idem tentat: Patria Leodienſis repletur vtriuſq; factionis militibus. Ghegardus Truchſeſius libertatem religionis concedit.

CAPVT IV.

EXactis ijs diebus, Alenſonius quibus vrbibus locisuè pedem inferre non poterat, Caluinianos ſubmittebat, qui per conciones, rumores, libellos famoſos, ſeditiôibus omnia miſcerēt & inuoluerēt, pro vt Aquiſgrani euenit. Nec defuêre Leodij, qui ſimilia tentarunt; verum Dei Præſuliſq; beneficio, ſollicitâ curâ, poſitis quintâ Maij per omnes Ciuitatis regiones præfectis, militiæ Ducibus, excubitoribus, & alijs id genus dicto Præſulis & præfectorum parentibus, prauorum conatus facilè eluſi. Neque Ciuitati ſuæ tantum Leodienſi cauet; ſed & oppidis & arcibus reliquiſque præſidijs ac inprimis quæ in finibus Galliæ, vt Couino, & vicinis domibus & Dominijs de Peſche & de Boſſu, quibus etiam de præſidiario milite, miſſis ad Couinienſem præfectum Maij vltima literis, prouideri voluit. B

Leodienſes conatibus Alenſonij obſiſtunt.

Porrò cùm per patriam iam diſperſi eſſent vtriuſque factionis milites, inter alios Hocſtratani præſidiarij, abſque diſcrimine quoſque obuios lytris grauantes, Concilium priuatum, Præſule iam antea ad Cæſaream Maieſtatem nuper profecto; ad Præfectum Hocſtratanū decimatertia Iunij ſcribit, & (quod ſciret præter ipſius mentem hæc à milite temerè patrari) officij memorem facit, vtque captiuos Leodienſes quamprimùm relaxari mandet, admonet. Eadem agebant præſidiarij Traiectenſes, quibus paritèr ſub idem tempus ſcribit; vtque quos in cuſtodiâ habebant Leodienſes, liberos dimittant, ſerio vrget. Populabantur ex alia parte & Dieſthenſes Comitatum Loſſenſem, abactis inde eodem menſe ex pago de Spawen equis quindecim, quibus pagi incolas agros ſuos arare & colere oportebat. Nec minori periculo Ducatus Bullonenſis verſabatur, exorta inter præfectum D. de Meldert & ſtipendiarios diſſenſione. Sic & Baro de Vierues cum adiacentibus pagis Treigne, Oignie, Maſuiel, paruâ & magnâ Matania; Gallorum impreſſionibus depopulationibuſque afflicti, ad Præſulem & Capitulum Leodien. recurrebant, opem præſidiumque præſtolantes. Idem & Hornani nouis & inſolitis ijſque grauibus tributis à milite Andegauorum Ducis tantum non oppreſſi. Vtque nihil intentatum Galli relinquerent, rumor erat arci Hoyenſi eos inſidiari; cui periculo Capitulum, datis ad Gubernatorem literis, mox occurrere eique malo proſpicere ſatagit. Ingreſſus quoque erat Cōdruſium C D

Digitized by Google

druſium Florentius Comes Berlemontius, magnâ militum regiorū
A manu, ad quem miſſi fuêre Dñi de Fontaine & Capitaneus de Bernemolin, qui & Condruſiorū res agerent, & tutarentur, minorique quo fieri poſſet incolarum damno, eos educerent. Vaſtabat & miles Burgundus Arduennā, ad quem & præfectus Francimontenſis Robertus de Lynden legatus fuit: Erant & Itali inter Sabim ſeu Sambram & Moſam, quos vt minori incolarum iniuria quoque educant, mittuntur Hercules D. de Noua villa, & Ioānes Marot filius Dñi de Boſſut en Fainge. Exedebant quoque Haſbaniam & imprimis pagos de Thourine & Bauechine, neſcio quo quæſito colore, præſidiarij Theniſmōtij, paſſim & indeſinenter excurrentes, ruſticos tributis & exactioni-
B bus grauantes, eorum pecora & equos abigentes, aliaque indigna cōtra ius naturæ, iura neutralitatis, conſtitutioneſque Imperiales, quibus etiam prouiſum fuit.

Caluiniani prope Coloniā ſeditioſam habent concion.

Menſe Iulio, cùm proteſtantes Coloniæ, Alenſonij inſtinctu, petito à Magiſtratu libero religionis exercitio, repulſam tuliſſent, & nihilominus ad Comitia Auguſtana, pro ea re impetranda, miſiſſent; quadam die Dominicâ, horâ octauâ matutinâ, miniſter quidam Caluinianus propè leproſoriam Coloniæ vicinam, in exiguo templo ſeditioſam habuit concionem, exindeque aliquoties.

Capitulum remedium adhibet.

Menſe Auguſto, re ad Capitulum Metropolitanū, Senatumque perlatâ, edictum, qui intereſſent cōcioni iure ciuico priuandos proſcribendoſque. Statimque occluſæ fuêre portæ Ciuitatis, vt inde re-
C deuntes obſeruarentur & notarentur: mox aliquot inopes & miſeri capti, qui ſe eò à Dominis ſuis miſſos affirmarunt. Requiſitus quoque à Capitulo & Senatu Archiepiſcopus, prohibuit, ne quis ſubditorum vllas eiuſmodi conciones audiret: Sed & non multo poſtea, Senatus, reiectis iam, vt videbatur, cōcionibus, iuſſit omnes alterius religionis quam Catholicæ, qui à viginti annis aduenerant, ab vrbe intra menſem recedere.

Exteri proſcribuntur Colonia.

Granorū pretium excreſcit cui edicto publico occurritur.

Septembri & Octobri menſibus, ingraueſcebat in Comitatu Namurcenſi, Ducatu Brabantiæ, & vicinis Prouincijs annonæ precium, quare mercatores noſtri, & Dardanarij contra edicta, grana per Haſbaniæ vicos, quaſi ea in Ciuitatem inuecturi, emebant, & clanculum
D Traiectum, Stokhemium, Maſeekam ducebant, indeque oneratis nauibus, veluti ex regionibus exteris redeuntes, Namurcum, ac ad alia vicina oppida vehebant: Vnde cœpit & granorum valor in patria magis magiſque ingraueſcere: cui malo vt prouideretur; Septembris 13. Concilium priuatum, ſub Præſulis abſentis nomine, antiqua edicta repetit, pœnâ in facientes fraudem edicto comminatâ confiſcationis, nec non 10. florenorum aureorum prima vice, ſecundâ 20. tertiâ corporali arbitrariâ. Irritat & caſſat inſuper eorum contractus, qui vetera grana pro futuris cū fenore dediſſent, aut exiguo pretio adhuc creſcentia & in herba emiſſent, pœnâ exilij duorum annorum prima vice, ſecundâ dupli, tertiâ corporali comminatâ.

Edictum cōtra fraudes mercatorum Dardanariorum.

Cumque Haſbanorum pleriq́ue, ob æs alienum contractum, Leodium venire non auderent; ſed Huum, Tongros, Viſetum, & ad alia oppida grana ſua veherent, Octobris 12. ſanxit idem Concilium, vt diebus fori & mercatus grana & annonam Leodiũ aduehentes ruſtici, à creditoribus, etiam ob vectigalia publica liberi & ab omni executione iudiciaria immunes haberentur. A

Præſul iuſtam cudit monetã.

Cùm receſſibus Imperij cautum ſit, vt bis in anno, Maij & Octobris prima, Commiſſarij inferioris Circuli Weſtphalici Coloniæ cõueniant, ; de modo, forma, & ratione cudendarum monetarum, & alijs ad eam rem pertinentibus, acturi; miſit eò Erneſtus Præſul Godefridum Taxum I. V. Licentiatum Conſiliarium ſuum, qui de iuſtitia monetarum, à ſe Leodij & alibi cuſarum, exactam reddidit rationem. B

Trucſeſius ſuſpectum habet Erneſtum.

Per hos dies, Præſul citatis equis ex Auguſtanis Comitijs Coloniam venit, vbi ſimulac cum Canonicis Comitibus arcana quædam tractaſſet, eiſdem equis citatis Auguſtam redijt. Quam rem Trucſeſius Archiepiſcopus ſuſpectam habens, pridie nonas Nouembris, quadringentis peditibus, & ducentis equitibus ſtipatus, Bonnam profectus eſt.

Alẽſonius, quo ſibi Aquenſes arctius alliget & deuinciat, impetrat illis à Rege Galliarũ renouationẽ veteris cuiuſdã priuilegij à Carolo magno (vt ferebatur) irrogati, quo & perſonæ & bona merceſq́; eorũ per vniuerſam Galliam immunitate gaudent, nec Iudicem alium quam vrbis ſuæ Magiſtratum recognoſcunt; Rexq́ue eis omne auxilium contra quoſcumq́ue pollicetur. Sparguntur inſuper in vulgus rumores initum inter Trucſeſium Electorem Colonienſem ac proteſtantes Galloſq́ue fœdus; Alenſonium immenſum cogere militem. C

Trucſeſius fertur fœdus iniſſe cum proteſtantibus & Gallis.

Proteſtantes Coloniæ iterum libellum ſupplicem offerunt, petentes à Senatu ob auditas conciones Caluinianas captos liberari; iam enim petitioni ſuæ, ſic turbatis per Alenſonium rebus, locum futurum confidebant: Prudentiſſimus tamen Senatus nequicquam idcirco commouetur.

Trucſeſius per literas ſtudet alienare ciues à Senatu.

Interim Trucſeſius Archiepiſcopus Colonienſis Bonnæ armatus, ſecretò ciues Colonienſes ad defectionem à Senatu, datis etiam literis, prouocat: Senatus dolos detegit, ſimulq́ue proteſtatur, contra Imperij conſtitutiones iſta moueri. D

Dieſthenſes & Lievvenſes præſidiarij infeſtant Comitatũ Loſſenſem.

Exeunte Nouembri, Lewenſes & Dieſthenſes præſidiarij Comitatum Loſſenſem iterum infeſtant.

Ingraueſcit rurſus non iam granorum tantum, ſed & omnium rerum annona, quare renouantur edicta ſuperiora, vt nemo extra fines Patriæ grana equis curribus aut nauibus auehat; vt cuilibet agricolæ quantumuis debitis publicis priuatiſue grauato, liberè, abſque vlla manus iudiciariæ iniectione, duobus ſaltem fori diebus Mercurij & Veneris, dummodo vltra quatuor granorum ſextaria aduehat, Leodium

Digitized by Google

dium venire, & inde redire ſit liberum.

A Dieſthenſes mala malis cumulando, vindicaturi accuſationes Loſſenſium nuper apud Gubernatorem factas, ad pagum de Beringhen contendunt, ibique præter magnam equorum pecorumque vim, parochum loci alioſque officiatos captiuos abducunt, aliaque indigniſſima committunt, vt fere ſemper verum ſit illud poëtæ;

Nulla fides pietaſq; viris qui caſtra ſequuntur.

Carolus Comes Mansfeldius, Parmenſis Gubernatoris locumtenens, magna equitum peditumque manu comitatus, menſe Decembri in Alken pagum appulit, magnâ menſæ Epiſcopalis, quæ ibi diuites prouentus habet, iacturâ: certior tamen factus, pro Principis *Comes Mansfeldius quantū Præſuli deferat.*
B & Præſulis reuerentiâ, mox militem ſuum, non Alken modò, ſed patriæ fines egredi & excedere mandat.

Cùm multi patriæ accolæ, inter quos erant religioſarum S. Victoris Huyenſis inſtitores, Luxemburgum profecti, non exiguum boum gregem emiſſent; Hos Mansfeldij (vt dicebatur) milites in itinere interceperant, & in caſtra ſua abduxerant. Vnde Concilium Præſulis ſcribit Domino de Meldert Gubernatori Bullonenſi, vt ſi qui Luxemburgenſes, boues aliaque pecora in foro Palatioli ſeu Palyſienſi aut toto Ducatu Bullonenſi emerint, & ad ſua reducere voluerint, illa ſub arreſto detineat, nec prius relaxet, quam milites Luxemburgenſes boues comprehenſos religioſis & ciuibus Leodienſibus reſtituant, & de damnis illatis ſatisfaciant.

C Decembris 19. Trucſeſius vlterius progreſſus, literis propria manu ſubſcriptis, ſuis omnibus ſubditis religionis libertatem concedit; primòque conciones Caluinianas Bonnæ in Cancellaria ſua habet: quibus rebus animati proteſtantes, iterum à Senatu Colonienſi templa aliquot ad ſua exercitia ſibi concedi poſtulant, qui & iterum repulſam patiuntur: Nec multo poſt per deputatos quorundam Principum Auguſtanæ confeſſionis Ioannem Bipontinum Ducem ad Senatum mittunt, qui gratius reſponſum impetret. *Trucſeſius cōciones Caluinianas habet.*

D *In Comitijs Coloniæ habitis reijciuntur Poſtulata Trucſeſij, ipſe bellum parat: monetur pluries fruſtra: exauctoratur, & in eius locum Erneſtus eligitur, qui Trucſeſio ſe opponere conſtituit: Alenſonius Galliam repetit: Erneſtus militem Leodienſem in agrum Colonienſem ducit.*

CAPVT V.

IAnuarij ſecunda 1583. Senatus Colonienſis, ne omnino horum Principū poſtulata contĕnere crederetur, captiuos, quos propter 1583.

Colonienſes in gratiam Bipõtini captiuos quoſdam relaxant.

religionem retinebant, eâ conditione & lege dimittunt, ne impoſterum interdictis concionibus & conuenticulis intereſſent; ſed ad omnia, quæ à Senatu decernerentur, parerent. A

Ager Huyenſis infeſtatur.

Brialmõt prætor Huyẽſis ad Mansfeldium ablegatur.

Ianuarij 15. Cùm milites Regij agrum Huyẽſem, & imprimis Moſæ ripam infeſtarent, Concilium priuatum Præſulis, Dominum Ioannem de Brialmont Prætorem Huyenſem ad Mansfeldium mittit, qui damna hactenus per Condruſium & loca Huyo vicina perpeſſa illi ſigillatim recitet, rogetque, vt Principis & conſtitutionum Imperialium paciſque publicæ intuitu, militem educere, & patriam Imperij membrum ab intolerabilibus & indebitis oneribus, quæ tam diu ſuſtinuit, ſubleuare velit.

Comitia Colonienſia & quæ in eis acta.

Eodem menſe, indictis Comitijs Coloniæ, potiſſimùm actum fuit de tribus Trucſeſij Archiepiſcopi poſtulatis, nimirum de vxore ab eo ducenda, de retinendo ſimul Archiepiſcopatu, deque proteſtantium religione recipienda. Ordines reiectis ipſius poſtulatis, renouant vnionem anno 1550. factam, quæ inter cætera continet, nihil circa religionem abſque expreſſo Ordinum omnium conſenſu immutandum. Interim Weſtphalia à parte Capituli contra Archiepiſcopum ſe ſtare declarat. B

Hoc eodem mẽſe, Trucſeſius in Agnetem Ioannis Georgij Manſfeldij Comitis filiam, quæ pietatis exercitijs addicta in Cœnobio Girriſeimio degebat, cuius ſoror Maria Petro Erneſto Cirichingenſi regulo vxor deſtinabatur, ambit, & vt Coloniam venit, ex eius aſſiduo familiarique colloquio exarſit, tãdem cùm vrgeret Petrus Erneſtus, vt promiſſis ſtaret fidemque faceret, publica nuptiarum celebratione Bonnæ coram fratre ac ſorore in Arcano Agnetem in vxorem duxit, & hic ſparſus in vulgus verſiculus: C

Ferra trahit magnes, ſed plus Truxem trahit Agnes.

Hasbania ad Iecoram infeſtatur.

Dùm hæc geruntur, vexabant milites Regij pagos Hasbaniæ ad Iecoram fluuiolum, quibus Concilium Præſulis Ianuarij decima ſeptima obuiam mittit Adrianum de Rede Officiatum Loſſenſem, vt quantocius eos, minori quo fieri poſſet damno, extra Hasbaniæ agrum educat.

Dño de Licques meliora ſuggeruntur conſilia.

Interea Dominus de Licques cum aliquot Germanorum turmis circa Viſetum Moſam traijcere meditabatur, quibus quidam Præſulis Conſiliarij obuiam profecti, meliora ſuggerunt, vt infra, aut certè circa Traiectum Moſam tranſmittant; quippe quod ijs in partibus nemo commeatum poſſit ſubminiſtrare, ruſticis ad extremam inopiam redactis. Quapropter monentur viciniores præfecti Domini de Hanneffe & Roſé, vt ſe eis comites præbeant, opportunaque & minus patriæ & militi incõmoda Moſæ traijciẽda vada mõſtrent. D

Condruſij admonentur officij.

Sub idem tempus, Condruſij ſitui loci viribuſque ſuis confiſi, militem regium finibus ſuis excludebant, non ſine ſuo ac vicinorum periculo; quod officiati Conſiliarijque Præſulis intelligentes, literis miſſis

Digitized by Google

miſſis, animos eorum emollire ſtudent, & præſenti neceſſitati eos ce-
A dere monent.

Bliſienſes, Curingienſes, Loſſenſes, rurſus graues de Regijs præſi-
diarijs querelas adferunt, ſpoliari ſe in dies fortunis, tributis & exa-
ctionibus contra omnia iura, capi ſe, aliaque hoſtilia atque indigna
pati ac ſuſtinere, diſſimulātibus (vt dicebatur) ijs, qui non tam Patriæ
commodis, vt deberent, quam proprijs marſupijs ſtudent.

Querelæ Bliſienſium & aliorum.

A Comitijs Coloniæ habitis quid Archiepiſcopus in pectore co-
queret paulo poſt aperte prodidit. Siquidem Februarij decima, relicto
Bonnæ Carolo fratre cum aliquot Canonicis comitibus & præſidia-
rijs, Dillemburgam ad Ioannem Comitem Naſſouium, cum Ioanne
B Bipontino belli ſuſcipiendi cauſa proficiſcitur, Gallos, Anglos & a-
lios hæreticos exteros in auxilium vocans.

Trucſeſius bellum orditur.

Interim Fredericus Dux Saxoniæ, Capituli nomine, Weerdam &
Brelam cum arce capit, ſeque ad Bonnæ obſidionem componit. Ca-
pitulum quoque oblatas abs Hiſpaniarum Rege ſuppetias, Comite
Arembergio duce, in Diœceſis ſuæ limites inducit.

Februarij decima ſexta, Hasbaniam ingreditur præfectus quorū-
dam Hiſpanorū, vt tenebatur, Oliuera, miles delicatus, cui etiam re-
centes fori Leodienſis carnes & vina Rhenenſia haud ſatis placebāt.
Mittuntur eis obuiam D. de Roſé & Ægidius Miche Eccleſiæ Leodiē-
ſis Balliuus, qui per loca minus agricolis incommoda extra Patriam
deducant.

C Cæſar interea Archiepiſcopū, vt ad ſaniorem mentem redeat, per
Legatos fruſtra monet. Expectabatur tunc Sereniſs. & Illuſt. Legatus
Apoſtolicus Andreas Cardinalis Auſtriacus, cui in datarium & aſſeſ-
ſorem dederat Pontifex Franciſcum Oranum Iuris ciuilis & Pontifi-
cij ac eloquentiæ ornamentum, S. Conſiſtorij Auditorem quondam
Franciſci Orani Conſiliarij Principum Leodienſium filium, Petriq́;
Orani germanū fratrem, qui Trucſeſiū, ni reſipiſceret, Sede Archie-
piſcopali moueret & ab Eccleſia reſecaret, ſed cùm non poſſet tutò
per Germaniā, præſertim per Caſimiri fines tranſire, Pontifex eius
loco Ioānem Franciſcū Vercelleñ. Epiſcopū virum verè Apoſtolicū
legauit, qui ſpretis hæreticorum machinationibus ſtrennuè munus
obiens & Coloniam vſq; penetrans, Trucſeſium excōmunicauit, &
D exauctorauit, datâ Capitulo licentiâ alium in eius locum eligendi.

Trucſeſius admonetur à Cæſare fruſtra.

Ioannes Franciſcus Vercell. Epiſc. vir Apoſtolicus Trucſeſium excommunicat & Archiepiſcopatu priuat.

Aprilis decima quinta, cùm nuper Hollandi plurima halecū vaſa
in Ciuitatem Leodienſem adduxiſſent, quæ cùm non eſſent eſcendo
& comeſa, pluribus mortem attulerāt, Cōcilium Præſulis antiqua de
luſtrādis & probādis piſcibus edicta renouat, mādatq́; vt ſi qui piſces
imprimis Marini minus probi reperti fuerint, illi in flumen Moſam
proijciātur, & nonnulla alia edixit ad meliorem politiā pertinentia.

Maij 23. Capitulū Colonienſe futuræ electioni diem indicit, & in-
auditis varijs Electorū & aliorum Imperij Principū requiſitionibus,
præſcriptâ die Erneſtum Epiſcopum Leod. in Archiepiſcopū eligit.

Electionis huius Chronographicum anni, mẽſis, ac diei, tale ſcripſit poëta noſtras. A

InVoCat ErneſtI ſCeptra aLta CoLonIa, MaIo,
LVCe desIderij : dVX age ! fIde deo.

Idem ſcripſit & Meteoſtichon huius electionis.

TVta ſVb Erneſto popVLoſa CoLonIa gaVde,
NVnC Moſæ ac RhenI ConſoLIdantVr opes.

Erneſtus electus Archiepiſcopus parat ſe ad bellũ cõtra Trucſeſium

Qui quidem mox Dauidis, Azæ, Ezechiæ, Machabeorum, aliorumque pientiſſimorum Regum & Principum exemplum ſapienter imitatus, Deum ante omnia precibus & ſacrificijs ſibi cõtra Trucſeſium exauctoratum, & alios fidei hoſtes conciliandum duxit; decretis idcirco, per tres Dominicas inſequentes, ſupplicationibus: Itemque in ſingulas ſeptimanas ieiunijs tribus, alijſque pijs operibus; quibus ritè peractis, auxiliaribus copijs Ferdinãdi fratris ſui & Catholici Regis fretus, bello Trucſeſium aggredi conſtituit. B

Legatio Pardiliani admirabilis.

Per idem tempus, Pardilianus quidam Regis Nauarri Conſiliarius, Principes Caluiniſtas & Lutheranos per Germaniam adijt; monens, vt Synodum habeant, & controuerſias ſuas, quas nullas aut exiguas in eorum religione dicebat eſſe, componant: Deinde ad reſiſtendum tyrannidi Pontificis (ſic enim loquebatur homo impius) eumque ſede deturbandum, fœdus ineant, polliceri Regem nec opibus nec vitæ parciturum. Curſitauit Pardilianus ille cum hac legatione per totam Germaniã, qui vbique ferè contemptui à Principibus habitus. De hac legatione æditus fuit libellus, qui Caluinianum incendium inſcribebatur. C

Alenſonius Belgium deſerit.

Alenſonius, cui ſuæ artes minus fœlicitèr cedebant, nihilque apud Leodienſes, Colonienſeſuè promouebat, neque cum Antwerpienſibus in gratiam redire ſe poſſe animaduertebat; tandem relicto pallio & pileo, ipſoque Brabantiæ Ducatu, cum Gallis ſuis Franciam repetit, quod hoc belli initio Erneſto Præſuli & omnibus Catholicis fauſtum fœlixque, Trucſeſio & hæreticis illi adhærentibus moleſtiſſimum & infauſtum fuit. D

Miles ex pago de Fleron Erneſto cogitur.

Menſe Iulio, Erneſtus militem ex agro Leodiẽſi cogit, qui in pago de Fleron & vicinis locis luſtrati, magnis itineribus agrum Colonienſem ingrediuntur.

CAPVT

A

Ioannes Caſimirus fit Dux Trucſeſianorum, Salentinus Bauarorum. Examinato in Comitijs iure vtriuſq; partis, Cæſar mandat Caſimiro arma ponere, & mox recedit inglorius: Erneſtus interim celebrat Leodij Comitia: Dux Ferdinãdus Erneſti frater fœlicitèr vbiq; pugnat, & Trucſeſij infœlicem militiam diſsipat.

B

CAPVT VI.

TRucſeſiani ſexta Auguſti Bonna Tuitium, Coloniæ in vlteriori Rheni ripa oppoſitum, venientes, pagum incendunt, Monaſterium S. Heriberti, in quo Erneſti præſidium erat, oppugnant; ſed præſidiarijs fortitèr ſeſe defendentibus, recedere coacti ſunt. Poſt dies aliquot, maioribus viribus & tormentis freti redeuntes, Monaſterium diu oppugnarunt, tandemque iniecto igne ceperunt & occuparunt. *Trucſeſiani Gaſcones Tuitium incendũt.*

Eodem menſe, venit cum copioſiſſimo peditum equitumque exercitu Ioannes Caſimirus, pro Trucſeſio bellaturus: Et iam erat in armis Salentinus Comes Iſenbergicus, Bauarij exercitus imperator.

C Menſe Septembri, Cæſar conuocatis Imperij Electoribus alijſque Principibus, causâque inter Erneſtum & Geghardum Trucſeſium ibi diſcuſsâ, & agitatâ, potiores tribuuntur partes Erneſto. Quocirca Cæſar Caſimiro & alijs Trucſeſium ſequentibus arma ponere mandat, ſub pœna proſcriptionis; Carolum inſuper Trucſeſij fratrem ſub eadem pœna monet, vt ablatos Diœceſis Colonienſis theſauros literaſque & munimenta ex Archiuijs abrepta, loca quoque occupata reſtituat: Quæ cum intellexiſſent, qui Caſimiro militabant, laborarentque magnâ annonæ penuriâ, Trucſeſio ſtipendiorum ſolutionem procraſtinante, cœpêre omnes diſpalari, ipſeque Caſimirus poſt inanem duorum menſium militiam planè inglorius, receſſit, & ab armis deſtitit, Gaſconibus qui Tuytienſe nuper Monaſterium cremarant, viciſſim in quodam ſacello magna parte ab Arembergicis ambuſtis. De quo Caſimiri receſſu cecinit hoc Cronographicum Politus noſter. *Ingloria Caſimiri militia.* D *Gaſcones Trucſeſiani pœnas luunt.*

IdIbus OCtobrIs pVLsVs CasIMIre reCedIs,
Et VenIt Erneſto parta Corona dVCI.

Nouembri menſe, habitis Leodij Comitijs, cùm Maſekenſes abſq; ordinum aſſenſu equites 50. & pedites totidem, quo ſe à vicinis Geldriæ præſidijs & alijs prædonibus propugnarent, coëgiſſent, decretũ eorum ſtipendia in communes Patriæ ſumptus inferenda. Propoſitũ quoque *Comitia Patriæ & quæ in eis tractata.*

quoque

Digitized by Google

quoque, vt quod per duos ex tribus ordinibus concorditèr ſtatueretur, ratum eſſet, verum populari ſtatu tergiuerſante, nihil reſolutum. A
Fuerunt & ijs Comitijs graues à Trudonēſibus imprimis & alijs prope vniuerſis Patriæ oppidis de militibus regijs querelæ depoſitæ, ſed exiguo aut nullo fructu: Vana eſt ſine viribus ira.

Ferdinandus Erneſti frater Poppeldorſenſem arcem expugnat.

Fredericus Hulſtum obſidet.

Sub idem tempus Ferdinandus Erneſti frater, copijs inſtructus, ex Bauaria veniens, cum Arembergio arcem Poppeldorſenſem apud Bonnam expugnat. Fredericus Saxoniæ Coloniēſis Choriepiſcopus Hulſtum obſidet: Cùm Trucſeſius occurſum veniſſet, Eburones, qui in Frederici caſtris erant, eminus ipſius copias aduentare conſpiciētes, dum regios ſibi in auxilium aduolare arbitrantur, eos beneuolè operiuntur, ſed poſtquam hoſtem eſſe cognoſcunt, certiorem ſecurioremque pugnam facere cupientes, ad ſuos Germanos retrocedunt: Germani, eos in quos rerum ſuarum ſummam conſtituebant, fugere rati, & ipſi diffugiunt. Interim Trucſeſiani equites proximâ ſyluulâ ex inſidijs erumpentes, Eburones ſiſtunt, qui cùm hoſtium manus non poſſe ſe euadere animaduerterunt, ex periculo generoſiores facti, ſtrēnuè ſe defendunt, & quo quiſque loco ſtetit pugnans, hoc ipſo concidit & moriens, non abſque inſigni aduerſariorum clade. B

Leodienſes ex inſidijs adorti fortitèr & gloriosè occumbunt.

Bauariani arcem Godesberg capiunt, & mox Bonnam obſident.

Decembris decima ſeptima Bauarij arcem Godesberg in altiſſima rupe ſitam, ac totius Colonienſis Prouinciæ quondam munitiſſimam, actis cuniculis, magna vi expugnant; inde confeſtim Bonnam obſident. Hanc Godesbergæ expugnationem hoc Chronographico Politus noſter ſic expreſſit; C

CeLſa Godesbergæ rVIt arX, Vt Lata deCeMbrIs
dena aC ſeptena CLaret ab aXe dIes.

1584. Ianuarij initio anni 1584. laborante iam commeatus penuriâ præſidio Bonnenſi, Trucſeſius Brunſuicenſem equitum Magiſtrum cum exercitu Bonnam clanculum mittere parat, quo Bauaros ex improuiſo profliget, oppidoque annonam importet: Sed illi conſilium hoc exploratum habentes, in ſylua, qua Sigerius fluuius ponte conſtratus erat Trucſeſianis neceſſario transeundus, hoſtem expectant (adiunxerant ſe Bauarijs multi agricolæ, vt coniunctis viribus hoſti reſiſterent) adpulit ad pontem Trucſeſianum agmen, iamque primi aliquot ordines tranſierant, cum Bauarij hoſtem adoriuntur; Dumque à ſuis, ob intermedium flumen pontiſque anguſtiam, iuuari non poſſunt, paſſim cæduntur: qui ſupererant, tanto cum impetu ad pontem ſocijs qui etiam in ponte erant, occurrunt; vt ſeſe inuicem præcipites in flumen deturbarint, tandemq; grauitate ponderis in eo tumultuātium pons ſolutus ſubſiderit, multoſque fluuius abſumpſerit, reliquis aut cæſis aut captis. D

Ianuarij vigeſima octaua, Cum Bonnenſes præſidiarij proſcriptionis

Digitized by Google

tionis Caroli Trucſeſij facti eſſent certiores, cuſtodiæ illum tradunt
A & mancipant, claues oppidi ab eo extorquent, de eius & quorundam factioſorum traditione, oppidique deditione agunt: tandem præter vitam, ſarcinas & itineris ſecuritatem quatuor coronatorum millia pacti, vrbem vigeſima octaua Ianuarij cum Trucſeſij fratre Carolo, & alijs duobus militum præfectis, Erneſto Præſuli tradiderunt. Carolus primùm Papelſdorffam, vbi tunc Præſul erat, abductus, in libera cuſtodia habitus; poſtea in arcem Hoyenſem tranſlatus. Dediti Bonnenſis oppidi carmen chronographicum hoc dedit Politus; *Bonna cum ſuo præfecto Carolo, traditur Erneſto.*

CVVM tIbI Iane dIes VICena oCtena reCVrrIt,
B *AffLICta Erneſto dedIta Bonna fVIt.*

Nono Martij, Betbergum, Eburone cùmprimis ſtrênuo & animoſo milite, Bauari occupant; arcem Schrekius quidam aliquamdiu defendit, ſed cùm nuſquam auxilia pararentur, deditionem fecit. Deditionis huius chronographicum idem ſcripſit. *Betbergum ab Erneſto occupatur.*

MartI nona aderat, BetbVrgI arX aLta Cadendo
CogItVr Erneſto sVbdere CoLLa dVCI.

Sub finem Martij, Ioannes Mauriguus generoſus miles mittitur
C trans Rhenum, vt oppidum Recklinkhuſenſe ſub territorio Veſtenſi Bauaro ſubigat; cuius aduētum veritus Trucſeſius, Agnetem nymphā ſuam ſpolijs opimis Eccleſiarum onuſtam mittit in arcem Dillemburgenſem, ipſe vero verſus Geldriam proficiſcitur, repertoque Weſaliæ Holachio & Nuenario, reſumit animum, ſed cùm Bauari eius aciem ſumma celeritate inſequerentur; tandem ad pagum quēdam Burgum nuncupatum apud fluuium Iſelæ poſitum, eam aſſecuti, fundunt & penitus euertunt, capto inter alios Brunſuicenſi notho, prædâque ſplendidiſſimâ. Huius memorabilis ad Burgum victoriæ chronographicum Politus tale euulgauit. *Victoria Bauarianorum ad Burgum.*

SpLendIda LVX redIIt CeLebrIs pranVnCIa paſChæ
D *HoſtIs (Io) ErneſtI Marte fVrente CadIt.*

Eo in prælio emicuit præclara Ferdinandi fratris Erneſti virtus, vnde territus Truchſeſius, infœlici relictâ deſertâque militiâ, Delphos Batauorum ad Auriacum profugit: caſtra eius extemplo diſſipantur. *Ferdinandi Erneſti fratris virtus.*

Xxx CAPVT

Digitized by Google

A

Erneſtus Præſul animum ad reformationem religionis adijcit: Patria Leodienſis à milite vbiq; affligitur: Erneſtus cum Archiepiſcopo Treuirenſi tentat pacem in Belgio componere: Parmenſis Antuverpiam obſidet; Hollandi acritèr ſe opponunt.

CAPVT VII.

ERneſtus itaque pace potitus, ad collapſæ religionis Orthodoxæ reformationem, præſertim per Weſtphaliam, ſubmiſſis in eam rem Theologis, animum totamque cogitationem adijcit. B

Baltazar Gerardus in Sequanis Villaforenſi oppido natus, annum circiter ſextum viceſimum ſupergreſſus, ad Auriacum, qui Delphis in Batauis erat, Mayo ineunte Delphos appulit, paulatimque ſe quæſitis coloribus in Auriaci amicitiam ac familiaritatem inſinuauit. Hic ſexto idus Iulias poſt prandium ad Auriacum venit, & ad ianuam Aulæ ſtans, quaſi commeatus litteras poſcens, exeuntem diſploſo ſclopetto tribus glandibus onerato aggreditur & ferit, & ſtatim in conclaue, vbi pranſus fuerat relatus, lectoque impoſitus Auriacus expirauit, adſtante Aloyſia coniuge, quæ patrem virumque eadem morte properata ſibi ereptos flens & eiulans, factumque deplorans cruciabatur. C

Auriacus ſclopeto traiectus necatur.

Hic patrato facinore per poſticum fugit, cumq; abiecto ſclopetto altero, plateam pertrāſiſſet, & in eo eſſet, ac incumbens, vt ſuperato aggere, murorum in foſſam aquis plenam deſiliret, cuius rei ergo veſicas duas ſecum attulerat, à ſtipatoribus eum inſequentibus capitur, & in domo nauicularij proximi ſiſtitur; indicto ſenatu in ius trahitur, & interrogatus de patrato facinore ac eius cauſa, deque cōſociatis, multa ſcripto reſpondit; Poſtridie damnatus rei capitalis, ad ſupplicium producitur, vultum imperterritum præ ſe ferens, ſimul & de pectore gaudens, qui inter ſupplicij cruciatus, cùm manus exureretur, & forcipibus candentibus ſtringeretur, nullum doloris ſignum dedit, tanto minus eiulatus, ſolum ſe cruce ſignauit, & poſtremo inter cruciatus mortem oppetijt, per Belgium à pleriſque omnibus miris laudibus eius conſtantia ad cœlum elata & decantata, ſignaque lætitiæ vbique in vrbibus Regijs edita. D

Fortitudo Baltazaris admiranda.

Huius patratæ necis modus, annus, menſis, dies & locus hoc ſubiecto chronico denotatur.

AVrIaCVs deCIMa, ſCLopo traIeCtVs, IVLII
deLphIs obIt BataVIæ.

Fœderati Hollandiæ & Zelandiæ Ordines Comitem Mauritium

Auriaco

Digitized by Google

Auriaco filium, qui annum decimum octauum agebat, ſibi ducem creant & conſtituunt. *Comes Mauritius patri ſuccedit.*

A

Parmenſis recuperatâ eâ æſtate Flandriâ, Antwerpiam obſidione cingit memorabili: Scaldim illabentem vrbi fluuium concatenatis nauibus ſternit, ſuper impoſito ponte 400. pedes lato, firmiſſimiſque propugnaculis, nonobſtantibus contrà varijs obſeſſorum moliminibus, munito. *Obſidio Antvverpiana per Parmẽſem memorabilis.*

Patria interim Leodienſis continuis militum vltrò citroque coëũtium, deprædationibus mirum in modum affligitur. Galli arci Abbatis Lobbienſis, quam prope vicum de Thuilly patriæ Leodienſis habet, ſunt infeſti; pro illius tuitione Abbas ab Erneſto Præſule impetrat, vt Thuillienſes ſex ſeptem ex ordine noctu diuque inibi excubias faciant. Ab iiſdem Couinienſis ager exeditur: Quocirca Præſul Herculem de S. Marc Dominum de Nouavilla regionis præfectum peruigilem monet, vt ipſe officium obeat; ſimulque ſubditis mandat, vt ei in omnibus militiæ officijs pareant. Comitatus Loſſenſis regio quoque milite grauatur, eò Præſul Richardum de Schaiclain deſtinat, vt eum è finibus excedere faciat, mandans officiatis ei ad id opem auxiliumque ferant. Affligitur & quaſſatur Hasbania, ad quam ſubleuandã Renerus de Roſé Hasbaniæ Præfectus mittitur. Hoyum quoque appellit miles Hiſpanus, puluerem tormentarium Moſa vehens; Præſul idcirco vrbis Præfecto ſollicitè ſcribit, caueat ne illi noſtris, vel noſtri illis quantum fieri poſſit incommodent. Francimontenſes quoque à Mansfeldianis exeduntur; contrà Præſul præfectum monet, mandatque Comitem adeat & roget copias ab eo educi. Vexantur & Foſſenſes Gallorum excurſionibus; monentur præfectus & incolæ excubias agere, portas & mœnia muroſque, tum vetuſtate, tum bellorum iniurijs dirutos reparare ſeu munire. Inſidiantur & Galli oppido Dionantenſi, monentur & illi, vt diligenter excubent, in ingredientes ſolertèr aduigilent, omniaque à Gallis ſuſpecta habeant. Colligitur eodem tempore & miles ex agro Franchimõtenſi: iubentur & illi intra triduum patria excedere. Supra omnes vero miſère affliguntur Maseckenſes, & imprimis incolæ de Nederetteren, Tongerloe, Alſee, Bocholt, & alij vicini pagi, quorum nec fortunis, nec vxoribus, nec filiabus, nec aris etiam ipſis parcitur. *Vix eſt angulus patriæ qui à milite non concutiatur.*

B

C

D

Auguſti decima quinta, Religione in Weſtphalia vtcumque reſtauratâ, Erneſtus magna militum manu ſtipatus, Leodium ex bello Colonienſi victor reuertit, procedente illi obuiam inſigni pompâ, Magiſtratu, & populi circumfuſâ multitudine. Subſequutus eſt illum die vigeſima quarta Elector Treuirenſis, qui ſimili feſtiuitate à Leodienſibus exceptus, Septemuiratus iuramentum ab Erneſto ex commiſſione Cæſarea excepit, ipſe liberalitèr & magnificè ab eodem antea per dies aliquot exceptus. *Erneſtus Leodium victor reuertit.* *Subſequitur Elector Treuirenſis.*

Demandarat vtrique Cæſar, vt pacem inter Belgas tentarent. Quare miſſis ad fœderatas Prouincias internuncijs, ſuam ea in re operam

Electores Colonienſis & Treuirenſis fruſtra Belgis pacem offerunt.

deferunt. Sed cùm trium Regum auxilia inſolentèr ſibi promitterẽt (Anglam enim ſtipendia, Francum militem, Danum naues & commeatum ſuppeditaturos gloriabantur) oblatam operam reſpuerunt; de quibus & alijs rebus Belgicis inſtructi Electores, ad Cæſaream Maieſtatem reuertuntur. A

Blãcartus Leodius Ordingã ſtratagemate capit.

Sub Octobris initium, Blancartus quidam Leodienſis Inſulæ Cæſareæ præfectus Ordingam in Diœceſi Colonienſi ad Rhenum oppidulum, inſigni ſtratagemate ipſo diei crepuſculo capit, ope captiui cuiuſdam adiutus per feneſtram in penuarium arcis cum ſocijs ingreſſus: excubitores primum, deinde octuaginta circiter præſidiarios enecat, arcemque & oppidum in Erneſti poteſtatem reducit.

Lymburgum [deditur].

Menſe Nouembri Lymburgum Weſtphaliæ caſtrum ditionis Nuenarij Comitis, adhuc à Trueſeſianis occupabatur: Præſidiarij excurſionibus quotidianis omnem iſtius regionis tractum infeſtabant: Quare Ordines Weſtphaliæ iampridem illud obſeſſum tenebant, ſed quia in altiſſimo monte extructum erat, difficultèr poterat expugnari; donec tandem cuniculis ad fundamenta perductis, Heſſius quidam arcis præfectus, deditionem certis conditionibus fecit. B

Tota VVeſtphalia Erneſto paret.

Ab inde tota Weſtphalia Erneſto, eiectis hoſtium copijs cum pace paruit. Qui hæc plenius ſcire deſiderat, legat quatuor libros Michaëlis Iſſeltij, à quibus hæc noſtra vtcumque deſumpſimus.

Hollãdi vires intendũt cõtra obſidionem Antuerpiẽſem.

Poſtridie Kalendas Decembris, Hollandi inſtructiſſimam claſſem Antwerpiam mittunt, vt opera Parmenſis demoliantur, Aggeres Termouſæ conuellant, & ſic Waſeam fluctibus cooperiant: ita ſiquidem futurum ſperabant, vt Parmenſis commeatus inopia preſſus, ſtationes deſerere cogeretur. At ille venientes duas illorum naues depreſſit, & tres captas ſuæ claſſi adiunxit. C

Erneſtus regreſſus à Cæſare venit Leodium.

Ante Natalis Domini, quamprimum Erneſtus Cæſareæ Maieſtatis deſiderio ſatisfecit, multo rurſus milite armatus, ſuum reuiſit Leodium, & miles quidem per vicinos pagos diſpartitus, ipſe vero, quaſi iam ab aliquot annis viſus non fuiſſet, magna omnium congratulatione, procedẽte obuiam (vt nuper) tota pene Ciuitate, feſtiuo æneorum tormentorum, & multiplici diſploſu exceptus eſt.

D

Catholici in Belgio & Gallia hoc anno fælices: Germani cæſi à Leodienſibus: Admiranda Hollandorum in pontem Parmenſis ſtratagemata. Patria Leodienſis ſubuerita militum inſolentiam, ſe armat.

CAPVT VIII.

1585. VT annus præcedens Weſtphalis & Colonienſibus Catholicis ſic & hic 1585. Catholicis in Belgio & Gallia fauſtus & fœlix fuit,

Nouio-

Digitized by Google

Nouiomagum primum ſtratagemate Mauritij iugum excutit, ſeque A Regis ſui poteſtati ſubmittit. Idem facit Bruxella fame preſſa.

Multa oppida Mauritij iugũ excutiunt.

Vigeſima quarta Ianuarij, Borbonij, Guiſij, alijque Principes Galliæ Catholici, cùm prolem omnem Valeſianam ſine hærede obijſſe cernunt, ſolo Henrico ſuperſtite, à quo nulla ſoboles expectabatur, regnũque ad familiã Borbonicam, & ad Regem Nauarreum eius familiæ primum deuoluendum; qui cùm Caluinianus ſit, nec regnare in Gallia poſſit, qui Catholicam religionẽ non profitetur, cùm primum Regis inaugurandi iuramentum ſit, ſe Catholicam Romanam religionem defenſurum, fœdus inter ſe, de non admittendo ad Regnum Nauarro, vel alio hæretico, iuncta & ſociata ſibi maiori nobilium parte, feriunt.

B Germanorum equitum peditumque cohortes Parmenſi militantes, dum vicinos Leodio agros, nullo mandatu, ingrediuntur, & per multos dies exedunt, nocte ſubluſtri, cæduntur à Leodienſibus, vexillis eorum ad Parmenſem remiſſis.

Germani cæſi à Leodienſibus.

Aprilis quartâ, Antuerpienſes pontem à Parmenſi, vti diximus, artificiosè ſuper flumen exſtructum non minus ingenioſè euertere nituntur. In eum noctu ingentem nauim dimittunt, tecto teſtudineo, fornicis in modum, ex ſarcofagis, lapidibus molaribus, alijſque grandioribus ſaxis adfabre facta, in cuius alueo erant multa pulueris tormentarij vaſcula cum fomento igniario tantæ longitudinis, qua comburi poſſet, dum nauis ad pontem deueniret, quo momento, C ignis ad puluerem proſerpens, eum incenderet: quod & factum eſt, magnâ hoſtibus clade allatâ; Nam puluis ab igne incẽſus vi flammæ incluſæ tectum nauis dilacerauit, & ſaxa ingentia omnem in partem ad dimidium & vltra milliare, tanto cum fragore diſiecit, vt qui in caſtris erant, terram moueri aut mundi machinam diſſolui exiſtimarent. Inde pons multis in locis, non ſine vndante amni, magna ſtrage illuſtrium & militari in re clarorum virorum ruptus & diſſolutus fuit. Parmenſis Princeps mox die illuceſcente tanta cura atque diligentia pontem reſtaurari iubet, vt paucis horis, inſpectante & admirante exercitu, naues & compages reuulſæ, ruptæ & diſſolutæ, condenſatæ & conglutinatæ ſint, vt ex hac conglutinatione & religatione, totum opus iterum catenis iunctũ inabruptũ videretur.

Nauis admiranda cõtra pontẽ Parmenſis fabricata.

D Eiuſdem Aprilis menſis die decimo, poſt demiranda in Dei Eccleſiam merita, cui iam annos tredecim, & quòd excurrit, Gregorius decimus tertius, maximis Pontificibus comparandus & æquandus, præfuiſſet, deceſſit è vita, & à rebus humanis exemptus, ad meliores tranſijt.

Succeſſio Pontificum.

CAPILVPVS IN LAVDEM EIVS
verſus ſequentes cecinit.

Sancte pater, qui luce Deûm perfuſus, & alto
Stas ſolio, & nitido ſol vt in axe nites.

Digitized by Google

Non curru te dextra ſuo fortuna, nec aura, A
Principis aut hominum ſuſtulit vlla manus.
Sed tua te virtus ad ſummum euexit honorem,
Quiq́ſacro æthereas, indicat igne vias.
Sic quoq́ vir iuſtus, quondam, duce fretus eodem
Eſt in flammiferis vectus ad aſtra rotis.

Iuſtis exequiarum Gregorij decimi tertij perſolutis, exactaque dierũ quatuordecim intercapedine, menſis eiuſdem vigeſima quarta, ſuffragijs omnium, penes quos ius erat electionis, renuntiatur Pontifex Fœlix Perenellus, Cardinalis de monte alto, & Sixtus quintus appellatus, qui nomen Sixti ſibi vſurparat; hic ordinis minorum Religioſus erat, è Marchia Anconitana oriundus. Placuit hic carmen Ioannis Cargæ ad Sixtum quintum inſerere. B

Optima ſunt tua facta bonis, & maxima magnis,
Optime magnanimis, maxime Sixte bonis,
Et ſi vox calamuſuè tuas vult promere laudes,
Deficit ad laudes vox calamuſq́ tuas.
Iure igitur (totâ penitus quod mente fatemur)
In terris ſumme proximus ipſe Deo es.

C

Hic Pontifex Maximus (vt eius geſta facta ab alijs prodita non renouem) cùm emendatio Calendarij toties agitata & expetita omiſſa eſſet, ad quam Innocentius octauus ante annos centum, & quòd excurrit, Ioannem Regiomontanum Romam euocaſſet, vt de hac re peritiſſimus, Calendarij errorem corrigeret, Concilio Tridentino promulgato, pro emendando Calendario maxima cura incubuit, cõſultis per Academias peritis & inſignibus Mathematicis, & horum induſtria Calendarium conſtruxit, quod ſeptimo Nouembris anno 1588. Romæ publicari & prælo mandari iuſſit, illudque anno inſequenti in menſe Februario Leodij ſolemniter publicatum & obſeruatum hactenus.

D

Illuſtriſſimi Guilhelmi Cliuiæ, Iuliæ, ac Montium Ducis filius Ioannes Epiſcopus, Adminiſtratoruè Monaſterienſis, ducturus vxorem, Epiſcopatui renunciauit: Henricus Zowemburgius Bremenſis Epiſcopus ſucceſſionem ambiuerat, ſed is paulo ante vitâ emigrarat. Quare Canonici decima octaua Maij, euocatis omnibus ad quos ius eligendi pertinebat, Erneſtum Præſulem in ſuum Epiſcopum elegerunt.

Erneſtus eligitur Epiſcopus Monaſteriẽſis.

Electionis huius tale ſcripſit Politus Eteoſtichon;

SCeptra MonaſterII sVbIens ErneSte deCora
Ter CeLebrI fœLIX VVeſtphala terra dVCe eſt.

Sub

Sub Mayo, incolæ vicorum de Rolloux, Moumalle, Hodeige, cùm vicinis pagis Hasbaniæ ad extremam penè inopiam redacti, ſumptis, vt in rebus deploratis & deſperatis fieri adſolet, magno animi ardore, armis, milites Regios ibidem graſſantes aggrediuntur, pleroſque omnes cædunt & ſpoliant. Graues mox à Regijs auditæ querelæ, alijs equos, quibuſdam theſauros, nonnullis chartas auctoritatis literas, & munimenta (vt aiebant) repetentibus. Quibus dexteritate & prudentia Conſiliariorum ſecreti Concilij Principis ſatisfactum, reſtitutis quibuſdam equis præſtantioribus.

Milites Regij cæduntur ab agricolis Leodienſibus.

Menſibus Iunij & Iulij, multa Hollandi ſtratagemata in Parmēſis pontem edidêre, etiam pluribus emiſſis ardentibus nauibus (quas vocabant) magno quidem ſuo ſumptu, nec tamen vllo fructu.

Decimo octauo Iulij, Mechlinienſes inediâ preſſi, dimiſſo milite ſeditioſo, præſidium Regium ſub præfecto Domino de Prouenne nobili Flandro recipiunt, factâ prius à Parmēſi, certis legibus, omnibus admiſſorum remiſſione & indulgentiâ.

Menſis eiuſdem decima nona, Henricus Francorum Rex, Guiſiorum aliorumque Principum Catholicorum fœderi adhærens, experientia doctus, toleratam in Regno religionis diuerſitatem maiorum ſemper malorum cauſam fuiſſe, de matris ſuæ Reginæ, dictorumque Principum & aliorum Catholicorum procerum conſilio, ordinat & edicit, vt impoſterum nulla noua religio in Regno permittatur, ſed ſola Catholica, Apoſtolica, Romana exerceatur; pœnâ indictâ capitis, bonorumque publicationis, pactis & admiſſionibus quibuſcumque non obſtantibus.

Edictum Regis Galliæ de vna religione retinenda.

Eodem die, Antwerpienſes, miſſis ad Parmenſem legatis, de pace tractant; dumque conditiones ab eodem oblatæ ad Senatum referuntur, ac de ijs paulò clamoſius inter Senatores diſceptatur, ciues diuturnæ obſeſſionis ac penuriæ pertæſi, frequentes in forum concurrunt, elatiſque vocibus pacem ſe velle proquiritantur. Quocirca Senatores, qui alioquin concordiæ reclamabant, inconditæ plebis furorem metuentes, pacem vnanimiter approbant, idipſumque populo nuntiant. Ad hæc confeſtim populus vbique Alenſonij inſignia diſijcere, Regiſque contra ſubſtituere, Claſſiarios, Meſonautas, Focarios, proretas, claſſis ſuæ ſacramento abſoluere, tormenta armamentaque nauium in Vrbem comportare: Denique omnia, quæ ad pacis præludia ſpectabant, facere.

Deditur Antwerpia Parmenſi & pax componitur.

Vigeſimo tandē eiuſdē menſis, Princeps & Antwerpienſes conditiones ſubſcribunt; ſimulque promittit Parmenſis curaturum ſe, vt eædem ſpatio quatuor mēſium propria Regis Hiſpaniarū manu ſubſcribantur, ac maiori eius ſigillo muniantur.

Vigeſimo primo, ex theatro ad id conſtructo promulgantur leges & conditiones, quæ in multorum manibus hodie verſantur.

Sub finem Auguſti, totoque Septembri & Octobri ſequētibus, erat annona arctior Leodij, exportatis ad caſtra Regia granis: Vendebatur in foro

Digitized by Google

in foro ſpeltæ modius 26. florenis brabanticis; ſextarius frumenti
octo, ſiliginis 7. Graſſantibus interim ad ipſa vſque ſuburbia Leo- A
dienſia Hiſpanis, Italis, Germanis, alijſque omnis ferè nationis Regi
Catholico militantibus; de Antwerpia & fere tota Flandria, recens
ſubacta inſoleſcẽtibus. Quorum audaciam Conſiliarij Principis cum
Magiſtratu ſubueriti, cuſtodias militares renouari, ciues armari, ca-
thenis ferreis plateas Ciuitatis claudi, omnia deniq́ue ad tuitionem
ſecuritatẽq; neceſſaria parari imperant, literas paritèr ad officiatos
patriæ, ac imprimis Huyenſem, Stockhemienſem, Dionantenſem,
Bullonẽſem ſcribũt, vt præſidiarios in officio cõtineant, omniaq; ad
arcium ſibi concreditarum munitionem neceſſaria habeant.

Ciuitas & Patria armantur contra regiorũ militum inſolentiam.

Sub idem tempus, deficiente varijs ex cauſis in Hollandia ſale, in B
ſuburbio Aurotano, non procul ab Auguſtinenſium Monaſterio, ſal
confectum fuit, quod cùm temporis progreſſu minus vtilitèr mer-
catoribus cederet, cœperunt ex ſalituris coriorum boum, vaccarũ,
equorum, ſole exſiccatis, ſal conficere; quod aſperſum non tantum
carnes non conſeruaret, aut cibos non condiret, ſed inficeret, & cor-
rumperet, variaque morborum genera inueheret: quocirca interdi-
ctus eſt omnis illius vſus, adiectâ decem aureorum mulctâ.

Sal Leodij cõfectum.

Epiſcopus Vercellenſis Nuncius Apoſtolicus promulgat Leodij Concilium Tridentinum; Proteſtantibus contra, quid reſponderit: Conſtituit in Cathedrali Theologalem & Pœnitentiarum: meditatur erigere montem pietatis: Exauctorat Abbatem S. Laurentij, & alium in eius locum ſufficit: Erigit tribunal pro exemptis. C

CAPVT IX.

Iiſdem diebus, Ioannes Franciſcus Epiſcopus Vercellenſis Nuncius
Apoſtolicus, Leodium appulſus, indulgentias plenarias ad inſtar
Iubilei à Sixto quinto ex Eccleſiæ theſauris depromptas, pro-
mulgat; magno ab omnibus cum honore, pretio & æſtimatione ha- D
bitas.

Deinde Diœceſanam Synodum, nomine Præſulis rebus bellicis
diſtenti, celebrat; & in eadem ante omnia Concilium Tridentinum
promulgat, lectis illius capitibus præcipuis, quæ fidei doctrinam mo-
rumq́ue reformationem concernebant. Cumq́ue nonnulla capita
priuilegijs & libertatibus Eccleſiæ Leodienſis aduerſari, & Iuriſdi-
ctionem ordinariam minuere viderentur; nonnulli Eccleſiarum
Prælati, vt in eis diſpenſaret, aut vt eorum publicationem & execu-
tionem ſuſpenderet, magna contentione poſtularunt: Ad quæ ille,
nudum ſe executorem eſſe, nullam in Concilio diſpenſandi faculta-
tem

Promulgatur Leodij Concilium Tridentinum.

Digitized by Google

tem habere, reſpõdit. Proteſtati ſunt interim, rogarũtque, vt ad Põtificem in eam rem allatas rationes perſcriberet, & pro gratia ac diſpẽſatione ſupplicaret: quod ſe facturũ recepit, ſcripto in eã rẽ Officiali Leod. Henrico Dorneo ad D. Lãberti Canonico, tradito, quod eſt tale: A

Credimus per Concilij Tridentini decretum, quod eſt in cap. nullus ſeſſ. 23. non poſſe eſſe derogatum iuri Epiſcopi Leodienſis, cùm præſertim ipſe etiam Princeps ſit Imperij, & vtrumq́ gladium in Clericos & Laicos gerat. Si quid tamen difficultatis hac de re ſuboriri poteſt, id totum ad Summi Pont. arbitrium referimus. Interim declaramus noſtræ intentionis non fuiſſe nec eſſe Conc. Trid. promulgando circa Clericos coniugatos maximè in habitu & tonſura, iuxta ſacrorum canonum ſanctionem incedẽtes, Epiſcopalem Iuriſdictionem aliqua ex parte imminuere, ſed eam in eodem ſtatu, in quo hactenus fuit, integrã illæſamq́ relinquimus; donec aliter ab illius Sãctitate decernatur. Sic ſignatũ, Ioãnes Frãciſcus Epiſc. Vercellenſis Nũcius Apoſtolicus. Declaratio cap. nullus ſeſſ. 23. per Nunciũ Apoſtolicũ officiali data. B

Porrò, cùm nihil ex Vrbe hac de re mandaretur, nec Pontifex, quamuis per Nuncium, Cleri inſtantis nomine, interpellatus, quicquam reſcriberet, illis expoſtulantibus, reſpondit:

Quod à me petiiſtis, quodq́, in me fuit præſtiti, equidem nihil impetraturum me non ignoraui, neque enim ſolet, aduerſus Concilij Oecumenici decreta diſpenſare Pontifex, ſed quandoquidem Concilium aliter recipere refragabamini, Cùm aſtutus eſſem dolo cepi vos: 2. Cor. 12. C atque hæc ſubridens ſępius ex Apoſtolo dictitabat.

Examinatores quinque iam ante per bon. mem. Cardinalẽ Groeſbekanum deputatos renouauit, eiſque duos adiecit, exacto ab omnibus iureiurando de formâ examinis per ſacrum Conciliũ præſcriptâ ac præſtitâ (quã per concurſum vocant) inuiolatè obſeruandâ, quod & ego tunc cum alijs, vti illorũ vnus præſtiti; Canonicũ Theologalem & Pœnitentiariũ in Cathedrali iuxta Concilium eſſe voluit, pro quibus duos primo vacaturos Canonicatus ab Erneſto Præſule impetrauit, quorum primum D. Georgius Thurinus vti Theologalis, & perexcellens Concionator verbique Dei miniſter; ego alterum vti Pœnitentiarius obtinui. Examinatores iurant ſeruare examen quod per concurſum vocant. D

Voluit quoque ſpeciatim relegi decretum circumductionis ſeu annullationis matrimoniorum clandeſtinorum, quod iam ante iuxta eiuſdem Concilij præſcriptũ, per ſingulas Diœceſis parochias, Groeſbekani Præſulis iuſſu, fuerat promulgatum. Seſſ. 24. c. 1. de reform. matrim.

Concluſâ Synodo, cępit in quoſdã cõcubinatus ſuſpectos, iuxta formam à S. Concilio pręſcriptã, procedere; tantũq; breui tempore profecit, vt pauci cõcubinas habere cõuicti, eas à ſe etiã extra Vrbem ad oẽm euitandã ſuſpicionem dimitterent, vt etiam quod Clerici, Canonici, & alij de habitu clericali gerendo admoniti, habitum clericalem, Exequitur nõnulla decreta Conc. Trid.

 & ver-

Digitized by Google

& verticis initiati, teſſerā clericalem modo & formâ in Canonibus præſcriptâ gererent. A

Inquiſiuit & in Symoniacos, quos ſatis ſeuerè ad reſtitutionem fructuum male perceptorum mulctauit. Habebat ciuem virum probum, pleriſque omnibus notum, qui mulctas ſymoniacorum, concubinariorum, & aliorum colligebat, & fideliter aſſeruabat, è quibus montem pietatis, more Italico, Leodij erigere & vſurarios, qui pauperum fortunas exedunt, Ciuitate excludere meditabatur; ſed morte præuentus, quod pio animo deſtinârat, perficere non potuit.

Abbas S. Laurentij ante exauctorationem frequenter admonitus.

Adiecit animum & ad Monaſteria viſitanda, imprimis ad S. Laurētij prope Ciuitatis muros, cuius Abbatem, Præſul piæ. mem. Groesbekanus iam ante, tum priuatim tum publicè aliquoties, ac nouiſſimè B quodam in Prælatorum conuentu in antiquo Capitulo Leodienſi habito, fruſtrà monuerat.

Factâ itaque eiuſdem Monaſterij luſtratione, & comperto religioſos viros, probos & pios, in Monaſterio alioqui annuis prouentibus diuite, magna egeſtate & inedia laborare, Abbatem cum exteris quibuſdam compotoribus omnem Monaſterij ſubſtantiam dilapidare, diſciplinam diſſoluere; cœpit eum Nuncius primum monere & peccantem corripere, deinde monita ridentem, quin etiam apud ſuos compotores & corriuales calumniantem, durius ſeueriuſque increpare, exinde increſcente illius contumaciâ, priuationē comminari, pluribus articulis propoſitis, de quibus fama conſtante C accuſabatur, ſtata condicta ei ad reſpondendum die: Quæ omnia cùm ipſe malis vſus conſilijs parui penderet, quod Nuncius, vt illi perſuadebatur, homo extrarius, in filium ciuis, in Ciuitate Imperij libera, ad priuationis & exauctorationis progredi ſententiam non auderet, minus latā exequi; Nuncius Apoſtolicus homo imperterritus, eum, causâ cognitâ, exauctorauit, & alium in eius locum eligi voluit, electumque Ogerum Loncinum etiamnum Abbatem defendit, & protexit, ſane virum, qui cōtrarijs ſtudijs, non ſolum diſciplinā & mores reformauit, ſed etiam fortunas Monaſterij paulatim reſtituit, auxitque; baſilicam à fundamentis, & alia plura ædificia ab obſidione Leodienſi per militem Auriacum exuſta, reſtaurauit. Ita malorum conſiliorum pœnas luit bonus, Abbas religionis & profeſſionis ſuæ parum memor; quem meminiſſe oportebat Nuncium, qui nuper Archiepiſcopum Colonienſem, virum perilluſtrem, potentiſſimorū hæreticorum armis munitum, excommunicârat, & dignitate Archiepiſcopali & Electorali mouerat, minus difficultèr ſimile contra diſcinctū Abbatem, reique familiaris ac domeſticæ prodigum, auſurum. D

Exauctoratur & in eius locū Ogerus Loncinus modernus Abbas ſurrogatur.

Idem aduertens propter exemptiones, priuilegia & libertatem Cleri, peccata manere impunita, Tribunal Decanorum inſtituit, quibus poteſtatem dedit auctoritate Apoſtolica inquirendi, cognoſcēdi, puniendique exceſſus exemptorum, ſed eo paulo poſt in Monaſterio ad S Iacobi, vbi hoſpitabatur, defuncto, nullus huius tribunalis vſus fuit.

CAPVT

Digitized by Google

A

Magna per totum Belgium cariſtia : Parmenſis honoratur à Summo Pontifice gladio & pileo, actum cohoneſtante Erneſto : Redit Leodium & Comitia celebrat ; quem Ordines liberaliter excipiunt : In Ardēna variorum metallorum venas offendit.

CAPVT X.

B NOuembri & Decembri annona ingraueſcit, precijs rerum fere ad tertiam partem auctis, vt iam ſextarius ſalis, qui initio anni 23. modò 36. aſſibus venderetur. Cui malo grauius acceſſit: Hiſpanorum milites per Patriam Leodienſem pluribus in locis toto Ianuario, Februario, Martio anni inſequentis 1586. in hybernis locati. 1586.

Parmenſis, plurimis per Geldriam oppidis munitionibuſque receptis, menſe Aprili Carolo Comite Mansfeldiæ Duce Grauiam obſidet; ſed cum per Anglos, qui recens aduenerant, acriter ea defenderetur, ipſeque Carolus propius accedere prohiberetur, aduentāte cū copijs Parmēſi, ad deditionem mox cogitur. Hinc Mega, Bateburgum, Venloa ad Moſam ſita in eius poteſtatē veniunt. Vnde mirum in modum miles regius cœpit inſoleſcere, & paſſim in miſeros ruri-C colas eorumque fortunas inuolare.

Plurima oppida Geldriæ veniunt in poteſtatem regiorum.

Condruſium ingreſſi, graues quoque & infeſti erant non agricultoribus tantum, ſed & parochis, qui inſtante Paſchali tempore, ſubditis ſacramenta idcirco miniſtrare non poterant, quod Præſul intelligens, Officiali loci & arcis Hoyenſis Gubernatori mandauit, vt parochos omnes à milite eximeret, quod mox factum fuit, paucis nihilominus paſcha, propter inſolētiam militum, eo tēpore celebrantibus.

Qui inſoleſcūt & graues ſunt Condruſijs.

Per eoſdem dies, Stabulenſes granorū penuriâ preſſi, ad Præſulem recurrunt, à quo, quanquam eſſent vicini, adeoque ipſi Præſuli tanquam Adminiſtratori ſubditi, ægrè impetrant, quæ ſibi ad vſus ſal-D tem neceſſarios ſufficiant, edictis exportationem annonæ è Patria prohibentibus.

Stabulenſes & Namurcenſes granorum penuria preſſi recurrūt ad Præſulem.

Eodem laborantes morbo Namurcēſes, quibus quæ in fundis ſuis per loca de Modaue & Iamayne Patriæ Leodienſis excreuerant, exportare difficultèr permittuntur, niſi viciſſim idem Canonicis Leodienſibus, de ſuis in terris Namurcēſibus excretis, ad proprios ſaltem ipſorum vſus, concederetur.

Menſe Iulio, annonæ & cæterarum rerum precium iam tertiò ingraueſcit, modius ſpeltæ 50. florenis patrijs venditur, ſextarius frumenti ſedecim, ſiliginis quatuordecim, vt & reliqua quadam proportione.

Digitized by Google

Inter hæc, Parmenſis in celebri Genedendalenſi Monaſterio hoſpitatus, miſſo abs Summo Pontifice gladio pileoque conſecrato, decoratur; actum honorantibus Erneſto Præſule, Duce Cliuienſi, iuniore Marchione Badenſi, & pluribus alijs Principibus viris. A

Nuncius Apoſtolicus viſitat Diœceſim.

Nuncius Apoſtolicus, cùm plurima ad reſtituendam diſciplinam Eccleſiaſticam Leodij conſtituiſſet, Patriam peragrat, Eccleſias per oppida & pagos, vbi neceſſum eſſe iudicabat, viſitat; quo nomine, vt fauorem & auxilium præfecti regiorum alijque omnes officiales deferant, literas à Concilio priuato Præſulis impetrat.

Sub idem tempus, petebant & quidam regij milites, ſub præfecto Maruille militantes, vt eis liber per Patriam tranſitus concederetur, qui eis denegatur à Præſulis Concilio, quod non tam tranſire, quam in patria, præter Parmenſis mentem, hybernacula figere velle B viderentur: Quâ de re officiales Patriæ certiores redduntur.

Hyberna regiorum patriæ damnoſa.

Hyeme inſtante, Hiſpani, quibus ſuauis fuerat in patria præcedẽti anno hoſpitatio, iterum redeunt, patriamque de reliquo exedunt, nec quidquid querelarum ad eorum Duces deferatur, ante Iulium anni ſequentis patria excedunt.

Mors Vercellenſis Epiſcopi Nuncij Apoſtolici.

Ioannes Franciſdus, Epiſcopus Vercellenſis & Nuncius verè Apoſtolicus, tota pene Diœceſi peragratâ, in Monaſterium ad diui Iacobi, vbi hoſpitio excipi conſueuerat, reuerſus, incidit in morbum, & grauiſſimis podagræ doloribus oppreſſus, laboribus & vigilijs grauis, videnſque ex imbecillitate corporis, & morbo ingraueſcente euadere C non poſſe, teſtamentum ſuum coram Roberto Lantremengio Curiæ Epiſcopalis Leodienſis ſententiario ſeu ab Actis curiæ, aduocatis ſeptem ciuibus honoratis eique amicis, ſecundum ius commune, patriæque ſuæ Veronæ leges & inſtituta, ordinauit; quo fratrem hæredẽ inſtituit, delibata tamẽ hæreditate legatis Ill. & Ser. Sabaudiæ & Bauariæ Ducibus à fratre præſtandis, voluitq; corpus Leodio Vercellas exportari, condito teſtamento & à teſtibus nomine & cognomine ſubſcripto, aſſurgens è lecto, miranda pietate, fidem Catholicã, allato in eam rem Concilio Tridentino & lecto, cum lachrymis profeſſus eſt, ſic vt omnes ad lachrymas & fletus prouocauerit, benedictionẽque ſuam valedicens omnibus impertitus eſt, & ſub noctem die 25. D

1587. Februarij 1587. defunctus vitâ, & in cœlum à Chriſto laborum remuneratore ad æternam quietem ac fœlicitatẽ, vir eo dignus, aſſumptus eſt, cui Politus poëta tale fecit epitaphium,

Ceſſerat Vt febrVo qVIna aC VICena IoannIs
FranCIsCI Mœrens LegIa fVnVs habet.
Flangite Vercellæ, perijt pars optima veſtri,
Quæ populis ingens lumen in orbe dabat.
Iuſtitiæ columen mirata eſt Legia tellus,
Mæſtaq; defleuit orba parente ſuo.

Maior

Digitized by Google

Maior in dies fit annonæ cariſtia, tum granis infœlicitèr prouenientibus, tum agris bello depopulatis, & ſine cultura relictis, tum mercimonijs hoſtilitate impeditis, tum denique ſubditis paſſim tributis prægrauatis. Vnde plurimi per Belgium fame contabuêre; pagi alioqui celebres integrè deſerti deſolatique, ciues per vrbes & oppida in veſtibus Biſſinis & Holoſerico mendicatum ire coacti.

Miſerabilis annonæ cariſtia.

Curauerat interea Magiſtratus Leodienſis grana ex Germania aduehi, quæ ciuibus & exteris profugis magno vſui [illegible]ioque fuêre.

Per hos dies, Rex Hiſpaniarum animaduertens multas per Belgium Eccleſias, per horum temporum calamitates paſtoribus carere, & paucos præ rerum penuria ſacris ſtudijs animum adijcere, piorum quorundam ſuggeſtione, Seminaria Paſtorum Louanij & Duaci erexit dotauitque.

Rex Hiſpaniarum erigit ſeminaria Louanij & Duaci.

Erneſtus cùm iam ferè biennio abfuiſſet, Archiepiſcopatus Colonienſis negotijs difficultatibuſque implicitus, menſe Nouembri, Leodium redit. Decembris ſequentis die decima, de ſtatu patriæ miſero & miſerabili ſollicitus, paternoque affectu permotus, conuentum Ordinum celebrat; In ijs diuturniorem ſuam primum abſentiam excuſat, quod maioribus Eccleſiæ Colonienſis difficultatibus diſtentus; patriæ, cùm maximè vellet, adeſſe non potuerit. Gratias deinde agit; quòd quos abſens ſuo loco ex ordinibus conſtituerat ipſi audierint, & in medio bellorum incendio, *rapinam* potius *bonorum ſuorum ſuſtinuerint*, quam temerè ad arma proſilierint. Deinde rationem ineundam dicit, qua infinitæ lites occaſione nouiſſimorum hybernorum exortæ, dum hic ſibi ab illo, ille ab alio vim illatam apud iudicum tribunalia contendit, ſopiantur. Præterea modum monet inquirendum, quo appellationes à deputatis Statuum, à Concilio ordinario, à ſententijs in aula Curingiana latis, in Imperiali auditorio ſiue Camera non admittantur, nec recipiantur, priuilegiaque Imperatorum de non appellando irrogata ad amuſſim ſeruentur. Inſuper paulo ſollicitius diſpiciendum de ordine in milite armando, ſi quando per apertam militum iniuriam arma neceſſariò ſumenda viderentur. Poſtremùm ſeriò tandem agendum de ratione æqualitatis in vectigalibus ſeruandæ, ne quoties patria publicis indiget ſubſidijs, toties eam quæſtionem non ſine ſtatus periculo, reuocare in contentionem oporteat. Ad ſummum commendatum ſe haberi cupit, ingentibus ſæpè recenſitis ſumptibus, quibus pro patriæ Leodienſis pace fideque conſeruanda ſibi fuerit opus, maximè cùm omnes facilè intelligant vnam propter locorum vicinitatem quodammodo Leodienſium & Colonienſium eſſe pacem.

Comitia Patriæ & quid in eis actum.

Heb. 10.

Itaque omnibus iuſta trutina libratis, gratijs viciſſim pro paterna illius ſollicitudine actis, viſum fuit primò iuſtitium indicendum, quo nec corã vigintiduumviris, neque coram vllo alio tribunali quæſtiones huiuſmodi moueantur & inſtituantur; ſed viri boni per ſingulos

Receſſus Comitiorum.

patriæ diſtrictus nominentur, qui ſine ſtrepitu & figura iudicij, ex æquo & bono eaſce difficultates determinent atque ſopiant. Deinde vt quidam ex ſingulis ordinibus nominentur, qui de appellationibus impediendis priuilegijſque inuiolatè obſeruandis conſultent & referant, quod tamen in hunc vſque diem, maximo Reipub. diſpendio & damno, necdum actum: Præterea concluſum, vt ijdem vel alij nominati, de accuratiore ordine in militia ſeruando, ſi quando bellum gerere neceſſum ſit, cogitent & diſpiciant, Principique ac alijs per ipſum deputatis referant. Denique de æqualitate in tributis ſeruandâ actum; ſed quorundam, vt videtur, cunctatione & remorâ, nihil adhuc promotum; quid enim cauſæ eſt, cum apud exteros, omnes in hoc conueniāt, inter nos conueniri non poſſit?

A B

Tandem Status memores ſollicitudinum, ſumptuum, laborumq́; quos Præſul, ratione horum bellorum in prouincia Colonienſi, iſtâque patriâ ſuſtinuerat, & adhuc indefeſſus ſuſtinet, ſuper ſingulis annui cenſus modijs, vnum ſtuferum, ſuper ſingulis florenis dimidium liberalitèr annuunt, quibus exinde ingens pecuniæ ſumma conflata eſt.

Ingēs pecuniæ ſumma annuitur Erneſto.

Præſul, qui ad ingenij acrimoniam & ſagacitatem, multâ experiētiâ, ſecretorum naturæ raram cognitionem adiecerat, hiſce diebus, Ardennam fortè peragrans, metallorum venas offendit, factoque experimento, noſtratibus metallarijs aliquot illorum genera hactenus ijs in locis haud cognita oſtendit, puta Sulphur, alumen, chalcantum, non minore noſtratum, qui ea effodiunt, compendio, quam vicinarū prouinciarum magno commodo. C

Erneſtus Præſul raram ſecretorū naturæ cognitionem adeptus.

Hanc Præſulis rerum naturalium cognitionem, verè elegantèrque teſtatā reliquit Dominicus Lampſonius Præſulis à Secretis: Is enim cùm fontem ferruginoſum apud Tungros (de quo præclaram facit mentionem Plinius) eiuſque vires deſcripſiſſet, & Senatum vrbis, nec non Erneſtum ipſum ad illius illuſtrationem hortatus eſſet, in hunc modum de Erneſto loquitur;

At volet ille tuus, ſublimi ſanguine Regum
Boiorum Princeps, Auſtriadumq́; ſatus D
Erneſtus, Rex idem hominum, diuûmq́; Sacerdos,
Cui ſacra dextra gerit, ſceptra ſiniſtra manus.
Ille nihil cuius natiuum fallit acumen,
Quod regit arcano Dedala terra ſinu:
Foſſilium genus omne datum cui noſce; quibuſq́;
Hæc conſtent terræ munera ſeminibus.
Quotque metalla modis variet natura, parentem
Et variet ſolers ars imitata ſuam.

Parua

Digitized by Google

A *Parua cano, ille petit volucri qui ſidera mente*
Arduus, æternas cælituumq́ domos.
Qui Solis Lunæq́ aſtrorum impiger ortus,
Atque obitus didicit, multipliceſq́ vias.

Præſulem quoque vetuſti huius & celebris fontis vires agnouiſſe, illumque condecorare propoſuiſſe, idem Lampſonius commemorat hiſce ſubiectis verſibus.

Hic tibi & effigiem niueo quam marmore ponet
B *Nudato iuuenis corpore pulcher erit:*
Cuius marmoreum ſubter laqueare cubantis
Dextra tuas vrna diuite fundet aquas.
Has vario ſculptum excipiet de marmore labrum,
Vicini gignit quale Eburonis ager.
Parte tui dextra vetus index ſtabit, ad vndas
Intendens digitum Plinius ipſe tuas.
Læua apparebit Geringus parte Philippus,
Scripta manu, memorant quæ tua dona, tenent,
Altior ambobus ſpiranti Erneſtus in ære,
C *Ille tui cultus maximus auctor erit,*
Qui neque celandis tabula mihi forſan ahena
His prope te renuet verſibus eſſe locum.

Decembris vigeſima prima, Remaclus Fuſchius Gilberti Limburgi Archiatris frater germanus ad D. Pauli Leodieñſis Canonicus, medicinæque artis profeſſione clarus; vt qui methodum curandi morbi gallici, hiſtoriam aquarum, tractatus conditorum, & ſpecierum aromaticarum ac nomenclaturam ſcripſerit, vita functus eſt, in Eccleſia ad diui Pauli ſepultus. Quo tempore hic verſus numeralis ſcriptus fuit:

D *IanI bIs ſeno VItâ ReMaCLe CaLendaſ*
EXCVterIs, fratrIs CLarVs & arte VIgens.

Hi germani fratres habuerunt ſororem vnam Eliſabetham nomine in nuptum datam Georgio Goſuini adhuc ſuperſtiti, Concilij ordinarij Conſiliario, qui Conſulatus munere & officio octauum præclarè functus eſt.

CAPVT.

Digitized by Google

Bonnam ſtratagemate captam Erneſtus auxilio Regis Catholici recuperat: Rex numeroſiſſima claſſe fruſtra inuadit Angliam: Regnum Galliæ per hæreticos turbis pluſquam tragicis concutitur.

CAPVT XI.

NOn multo interiecto tempore, Præſuli nuncium adfertur de Bonna Martini Schenkij aſtu & ſtratagemate capta. Stratagema tale recitatur: Silenti nocte ad Rheni portam prope telonium, mortarium puluere plenum in terram defodi iuſſit, non tamẽ adeo clàm, quin oppidi excubitores, quiſnam adeſſet, exclamarent: Quocirca machinatores, in hara quadam proxima porcos irritarunt, vt ijs grunnientibus, operi intentorum ſtrepitus non audiretur; manè porro tertiâ horâ, Decembris 23. igne in mortarium iniecto, portam effringunt, excubitores interimũt: Schenkius cum alijs primus vrbem intrat, & excubijs vbique diſpoſitis, illam certo ordine, certoque temporis interuallo, ſuis diripiendam tradit. Ciues pauci interfecti, milites præſidiarij partim necati, partim fuga ſeruati. Carolus Billeus vrbis Gubernator, magni vir conſilij, improuiſo ac inopinato inuaſus, per muros & mœnia fugiens, ſaluus euaſit.

Martini Schenkij ſtratagema

Inde Schenkius ad Caſimirum & ad Imperij Conuentus profectus, captum à ſe tanquam Trucſeſij protectore ſuæque cauſæ vindice refert oppidum, vtque Principũ armis contra Hiſpanos Imperij hoſtes defendatur, inſtat: Spe fruſtratus, in Angliam nauigat, Reginæ opem & auxilium ſperans.

Spe fruſtratus à Germanis Angliam interpellat.

Præſul interea à Rege Hiſpaniarum impetrat, vt Parmenſis auxiliares copias pro Bonnæ recuperatione præſtet, ne nouum inde bellum in Germania oriatur. Parmenſis quod Hiſpanorum claſſem ad inuadendam Angliam expectaret, Principem Chymaium Ducis Arſchottani filium cum inſigni exercitu anno 1588. menſe Martio, præmittit. Quo nomine litem, quam Domina vidua Domini de Beaufort & Comitis Caroli Berlemontij filia ſenior, Leodij contra eum intentarat, vt qui illi militiæ cauſa abſens minime vacare poteſt, Præſul ſuſpendit: Hunc paulò poſt Comes Arembergicus, Mansfeldius Gubernator Friſiæ, & Ioannes Baptiſta Taxis ſequuti ſunt. Dum obſidionem vrgent, Taxius tribunus hinc inde infirmiora vrbis loca perluſtrans, ſphærâ traijcitur, & oppidum tota æſtate à Schenkianis præfractè defenditur.

Tandem cùm Ducem ſuum Schenkium diutius abeſſe viderent, & ſeſe ad propulſandos & arcendos hoſtes impares eſſe intelligerent; præſidiariorum præfecti incolumitatem corporum & bonorũ pacti, Carolo Duci Chymæo vrbem dediderunt.

Infeſtabat

Digitized by Google

Infeſtabat interea Patriam Leodienſem circumquaq; miles regius, Parmenſi abſente, & Præſule infinitis propè belli negotijs non tantum obruto, qui tamen prudentum & fidelium officialium conſilio res ita moderatus eſt, vt in medijs etiam militum turbis & excurſionibus patria nonnihil reſpirarit.

Moderamine Præſulis etiã in medijs militũ turbis patria reſpirat.

Rex Hiſpaniarum aduertens nullum finem bello belgico imponẽdum iri, niſi Reginam Angliæ, quæ Hollandos, Zelandoſque pecuniã, cõmeatu, milite adiuuabat & protegebat, armis cõpeſceret; ingẽtem & ſtupẽdam claſſem toto triennio apparauit, tanto nautarũ & militũ numero, tantâ Principum & nobilitatis frequentiâ, tot tormẽtis militaribus, tantâ deniq; rerum omniũ abundantiâ, vt maiorẽ vel etiam parem patrum noſtrorũ memoriâ fuiſſe non legamus. Hæc ineunte Vere ſoluens, tẽpeſtatibus mirè iactata, ab hoſtibus etiam Anglis totis tribus mẽſibus peſſimè excepta, partim ſubmerſa, partim rupta, lacera & ingloria, Hiſpanias tandem repetere coacta eſt, plurimis Ducẽ Parmenſem, quod ad diem condictum non veniſſet, apud Regem, ſed temerè, re compertâ, accuſantibus.

Stupẽda Regis Hiſpaniarum claſſis ingloria recedere cogitur.

Eodem tempore regnum Galliæ, quo toto terrarum orbe, neque maius, neque nobilius, neque opulentius, mirè quaſſatur & concutitur. Henricus Dux Guiſius, & Ludouicus eius frater, S. R. E. Cardinalis, acerrimi Religionis Chriſtianæ aſſertores, vindices & propugnatores, à ſicarijs pecunia conductis, mandante Rege, politicorũ & Caluinianorum doloſis conſilijs, vti narratum, trucidãtur, eorũ corpora iuſſu Regis cremantur, ac in cineres rediguntur, cineres diſperguntur, & in flumen proijciuntur. Proceres quoq; Catholici carceribus mancipantur: Religio Catholica Romana, qua nullibi ante purior, nuſquam ſanctior fuit, ab impuriſſimis ſeditioſiſſimiſque Caluiniſtis proſtituitur.

Henricus Dux Guiſius & Ludouicus eius frater mãdante Rege trucidantur.

Erneſtus edictum contra hæreticos eorumq́; receptatores promulgat: Quendam Ioannem Backs Paſtorem Haſſelenſem hæreſeos ſuſpectum, abiurare hæreſes facit, & loco amouet.

D

CAPVT XII.

His alijſque intellectis permotus Præſul, Martij penultimâ, volens fidem Catholicam Romanam per Diœceſim & Principatum Leodiẽſem ſartam tectam, contra clandeſtinas irrepentium vndique hæreticorum machinationes, conſeruare; prædeceſſorum ſuorum Zelum imitatus, edictum contra hæreticos, aut eis conſilium vel auxilium ferentes, magna ſolemnitate, præſentibus in publico foro Prætore, Scabinis & ciuium Magiſtris, publicari mandat, cuius ſumma hæc erat; Vt omnes patriæ Leodienſis incolæ fidem & religionem Catholicam Apoſtolicam Romanam profiteãtur, neque permit-

Edictum & literæ patentes pro conſeruatione religionis Catholicæ.

Digitized by Google

permittatur cuiquam fidem aliam profiteri, docere, aut libros vel imagines vendere, quibus fides religio & pietas chriſtiana lædi & quoquo modo offendi poſſit. A

Vt librorum impreſſores typis nihil committant, quin prius per cenſores ad id deputatos lectum & probatum fuerit; cuius approbationis teſtimonium in libri frontiſpicio adſcribant.

Vt Bibliopolæ & librarij inuentarium omnium librorum ſuorum faciant, illudque cum expurgatione cenſoribus oſtendant; cumque libros vel imagines aliunde in Ciuitatem important, ſarcinas ſuas coram ijſdem aperiant.

Vt nemo libros diſtrahat, niſi qui prius nomen ſuum apud Vicarium in Spiritalibus generalem ſcribi iuſſerit, & conſuetum iuramẽtum præſtiterit. B

Vt nemo librum ab Eccleſia prohibitum, venum exponat: Quo fini quilibet Bibliopola habeat penes ſe indicem librorum prohibitorum, ne quam prætexere poſſit ignorantiam.

Vt nemo ſcholam aperiat ad artem quamcumque liberalem docendam, minus ad Theologiam aut ſacras litteras interpretandas, niſi ſpecialiter per eundem in Spiritalibus Vicarium, aut alium ad id ſpecialitèr à ſe deputatum, approbatus, & ad id admiſſus fuerit.

Vt nullus ſe diſciplinæ cuiuſquam tradat, niſi quem huiuſmodi examen ſubijſſe & approbationis teſtimonium obtinuiſſe cognouerit.

Vt in ciuem nemo recipiatur, qui teſtimonium ſuæ religionis Catholicæ Romanæ non attulerit, eamque illis iuxta formam à Concilio Trid. præſcriptam profiteatur. Si vero contra & ſequius, intra biduum patria excedere cogatur. C

Vt ad Magiſtratum aut officium aliquod publicum ſiue Eccleſiaſticum ſiue ſæculare nemo, niſi ſit Catholicus, & à viris Catholicis compertæque fidei pro tali habitus, ac fidei Catholicæ profeſſionem fecerit, admittatur.

Vt nullus baptiſmum prolis ſuæ procraſtinet vltra tertium diem, pœnâ viginti florenorum aureorum conſtitutâ, aliâue pro ratione neglectus & cõtemptus arbitrariâ. Debeat inſuper obſtetrix, ſi proles baptiſata intra triduum non fuerit, nomen parentum ad prolis paſtorem deferre. D

Vt tragœdias Comedias & ſimiles actus rhetoricos nemo exhibeat, niſi prius per Vicarium aut ab eo deputatum viſi & admiſſi fuerint, ſub pœnâ trium florenorum aureorum aut arbitrariâ.

Vt diebus Dominicis & feſtiuis tabernæ non aperiantur hora miſſæ & concionis publicæ, dumque ſacræ operationes fiunt, niſi in gratiam peregrinorum & exterorum.

Vt eâdem horâ pilâ aut ſimili luſus genere nullus ludere præſumat ſub pœna vnius floreni aurei, aut grauiore pro delicti ratione.

Vt nullus hoſpes hoſpitibus dicere aut quid facere permittat, quod aures.

Digitized by Google

aures Catholicorum offendere poſſit, minus verò vt carnes aut alios
A cibos ab Eccleſia ſtatis diebus interdictos commedant.

Et quia frequẽter defectu fidei & timoris Domini, parentumq; mala educatione, ac inſtructione, contingit vtriuſque ſexus, tum ſenes tum iuuenes, horrendas blaſphemias euomere, iuramenta execranda proferre, libellos famoſos cõtra Principes & ſuperiores ſpargere ac vulgare, ſpurciſſimas cantilenas effrenatâ licentiâ canere; mandat officialibus vt aduerſus illos iuxta edicta, leges, ſtatuta, priuilegia & conſuetudines patriæ iure agant, & abſque vlla diſſimulatione etiam pœnis pecuniarijs, ſi ita videbitur, mulctent & coërceant.

Cæterum vult mulctas, quæ propter contemptum & neglectum
B incurrentur, in quatuor partes diſtribui; primam menſæ S. Spiritus, ſeu pauperibus loci in quo delictum commiſſum; ſecundam oppido ipſi aut pago; tertiam Officiato, cui executionis onus incumbit; quartam accuſatori, qui ſi defuerit, tres partes fiant, tertiatim diuidendæ.

Si quis verò iuxta edictum vitam ſuam formare, componere, & Catholicè viuere noluerit, præſtituit terminum intra quem bona ſua diſtrahat, & patriâ excedat, contumacibus & refractarijs pœnâ ducẽtorum florenorum aureorum comminatâ, neceſſitatibus publicis, & Officiali loci æquis portionibus partiunda.

Præterea Iulij decima tertia, contra frequentes nimium (proh dolor) ebrioſorum exceſſus præſtituit Tabernarijs, hyeme ſextam, æſta- *Edicta Reipub. vtilia.*
C te octauam horas veſpertinas, vltra quas ciues domi non admittant nec retineant. Item mãdat omnibus noctu lumine aperto plateatim incedere, neminem facto verboue aggredi, tubam tympanumuè pulſare, ad arma conclamare, ſub pœnâ arbitrariâ, conſtituto ciuium vnoquoque, eam in partem, iuſtitiæ miniſtro: Qua in re, ſi litem moueri cõtingeret, hanc Magiſtratum pro ſua iuriſdictione in ſe ſuſcepturum. Denique & alia eiuſce generis ad communem Vrbis tranquillitatem & ſecuritatem, partim renouauit, partim nouitèr edixit, quæ ſi obſeruarentur, magno vtique Reipublicæ bono forent.

Cùm pridem Præſul Collegio Patrum Societatis Ieſu Perſonatum de Xhyneſſe auctoritate Apoſtolica vnijſſet, & nunc demum de eo *Sopitur cõtrouerſia Perſonatus de Xhyneſſe.*
D Conuentus Stabulenſis & Malmundarienſis inaudiſſent, cœperunt graues Patribus difficultates & moleſtias ſtruere, quod Prioratus Monaſterio iam ab immemorali tempore fuiſſet annexus. Quocirca Præſul datis ad Conuentus literis, cœpit eos dehortari ab eiuſmodi moleſtijs faceſſendis, grauiter admonens, indecorum eſſe inferiores ſuperiorum geſta, maturo conſilio, pietatis præſertim & publicæ vtilitatis causâ confecta, in dubium & controuerſiam reuocare.

Cum per id fere tempus, Dominus de Cicoignia Ciuitatis Ruremondenſis præfectus, præter datam Præſuli fidem & contra omnia iura, Hornenſes milite tributoque grauaret, Præſul eum acritèr officij admonet, ſuiſque intributionem prohibet.

Digitized by Google

1589. *Ioannes Backs paſtor Haſſelenſis exautoratur.*

Martij vigeſima nona, anno 1589. Cum quidam Ioannes Backs Paſtor Haſſelenſis apud probos in ſuſpicionem hæreſeos veniret, A & multi eius farinæ homines, tam in ipſo oppido Haſſelenſi, quam extra, domicilium habentes, ad eius conciones certatim cõfluerent; Anthonius Ghenardus Canonicus Leodiẽſis, & alij cum eo hæreticæ prauitatis Inquiſitores, viros doctos, cùm religioſos, tũ ſæculares ſubmiſerunt; qui eius concionibus auditis, cùm multa dicta hæretica ac piarum aurium offenſiua ad Inquiſitores retuliſſent, inſtructoque iudiciali proceſſu, omnia ita ſe habere compertum eſſet; Præſul, re maturè cum ijs in ſuo Concilio priuato examinatâ, illum ab Eccleſia paræchiali exauctorauit; vt vero ille appellaſſet, eſſentq; qui pro eo, varijs adductis excuſationibus, intercederent; vt ijs ſatisfaceret, omnibuſque veritas pateſceret, acta iudicialia legi, & tum à priuato ſuo B Concilio tum à pluribus Theologis & religioſis viris examinari voluit. Quibus in eandem ſententiam cum ipſis Inquiſitoribus conuenientibus, Præſul ſententiam exauctorationis ſcribi, & in ſuo priuato Concilio pronũciari iuſſit, quam hic, ad eiuſmodi parochorum diſcolorum terrorem, placuit aſcribere.

Erneſtus Dei gratia Electus & confirmatus Archiepiſcopus Colonienſis, ſacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector confirmatus, Epiſcopus Leodienſis, Hildesheimenſis, & Friſingenſis, Poſtulatus Monaſterienſis, Adminiſtrator Stabulenſis, Comes Palatinus Rheni, vtriuſq; Bauariæ, VVeſtphaliæ, Angariæ, & Bullonij Dux, Marchio Franchimontanus, Comes Loſſenſis, Longienſis, Hornenſis &c. C

FAma à plurimis annis latiſsimè ſparſa contra te Dominum Ioannem Backs paſtorem noſtri oppidi Haſſelenſis, nec non actis inter te ex vna, & Ioannem Colmont fiſcum inquirentem ex altera partibus, habitis, & illis in noſtro Concilio viſis & examinatis, attentis D *inſuper vita tua ſcandaloſa & doctrina ſuſpecta, qua tu etiam apud optimos quoſq; & magnæ auctoritatis, omniq; exceptione maiores viros laboras, ac dudum laboraſti, de qua quod non fuerit ſine cauſa exorta, nobis legitima facta fides exiſtit, ſolliciti pro noſtri paſtoralis muneris debito, de huius noſtri populi (cui hactenus præfuiſti) ſalute, te ob præſcriptum famæ integritatis defectum, cenſemus populo noſtro non modo inutilem, ſed & multis ex cauſis periculoſum, non modò ab exercitio paſtoralis officij in eo populo (quod iam dudum fecimus) ſuſpendendum, ſed etiam ex præſcriptis cauſis & alijs grauibus*

Digitized by Google

bus noſtrum animum mouentibus, dicto Paſtoratu, ſeu Paſtorali of-
A *ficio omnino amouendum ac deſtituendum, pro vt per hanc ſententiã noſtram & ordinationem amouemus ac deſtituimus, amotumq́; ac deſtitutum declaramus, omni ſpe ad illum populum regendum redeundi remotâ; quinimo diſtrictè tibi inhibemus ſub inobedientiæ ac alia grauiori arbitraria pœnâ, ne ad dictũ Oppidum Haſſeleñſe, niſi ad duos aut ad ſummũ tres dies tibi, quando nobis videbitur, vt de rebus tuis diſponere poſſis, præſcribẽdos, accedas, minus autẽ in eo morari præſumas. Inſuper ſub pœnâ eâdem inhibemus, ne in dicto Oppido, aut vllis alijs noſtræ Patriæ aut Diœceſis locis paſtorale officiũ aſſumere aut verbũ*
B *Dei prædicare attentes, vel audeas, donec aliud conſtituendũ ſeu tibi permittendũ duxerimus, ad quæ te per hanc noſtrã ordinationem reſpectiuè condẽnamus, & nihilominus cõcedimus tibi 15 dies ab ipſo die Paſchæ inchoãdos, ad vlteriorẽ tui ſuper præſcripta ſuſpecta doctrinæ fama, ac aliorũ quæ vitã tuam cõcernunt, ſuperfluis dilationibus amputatis, ſi quam duxeris faciendã expurgationem, & vt te interea cõtineas in Monaſterio FF. Cruciferorũ aut Prædicatorũ in hac noſtra Ciuitate Leodiẽſi, pendente adhuc vlteriori proceſſu indeciſo, expenſas huius litis & inquiſitiõis in finem eiuſdẽ reſeruãtes, pro quibus bonã ac ſufficiẽtem dabis cautionem erga Fiſcũ. Datum in Ciuitate noſtra*
C *Leodienſi, ſub noſtro nomine & ſigillo, die 29. Martij anno 1589.*

Igitur apud Cruciferos aliquantum cõmoratus, cùm varijs modis ab impoſitis ſibi dictis & factis hæreticis fruſtra ſe purgare tentaſſet, tanquam de hæreſibus ſuſpectus, ad earum eiurationem, ſub hoc verborum complexu condemnatus fuit.

Condemnatur ad abiurationẽ hæreſum.

ERneſtus, &c. In cauſa inquiſitionis hæreticæ prauitatis corã nobis, inter te D. Ioãnem Backs ex vna, & prouidũ virũ Ioãnem Colmõt Procuratorem Fiſcalem ex altera partibus, indeciſa pendẽte: Quoniã depoſitionibus teſtiũ eadẽ in hac cauſa productorũ attẽtis, deprehẽdimus te D. Io: Backs non modo de hæreſibus apud plurimos etiã grauiſſimos viros longè latèq́; à plurimis annis diffamatũ, de illiſq́; plurimũ
D *ſuſpectũ, eo quod crebrius in tuis cõcionibus ea quæ pro confirmatione doctrinæ Catholicæ & hæreſũ noſtri tẽporis cõfutatione faciebãt, (cũ tamen per Euãgelia ac Epiſtolas quæ explicanda ſuſceperas luculenta ſeſe offert occaſio tam dictã Catholicã fidem ſtabiliendi, quam hæreſes illi oppoſitas impugnandi) omittere & ſilentio præterire conſueueris; verum etiam de illis conuictũ, ex eo quod tam in priuatis colloquijs, ac cõferentijs, quã in publicis ad populũ habitis cõcionibus eiuſmodi aſſeruiſſe cum graui offendiculo Catholicarũ aurium, deprehenderis, quæ ab hæreſi nequeunt excuſari: Cuiuſmodi fuêre; Non*

Errores Ioannis Backs.

Non damnandum hominem, eo quod purgatorium non crederet: Pro defunctis orare, ſeu fidelium pro eis fundendas preces requirere vanum eſſe & ſuperfluum, eo quod tantum ſint duæ viæ, altera ad Cælum, altera ad infernũ, quodq́; lignum vbicumq́; ceciderit ibi erit. A

Item Sacerdotes non remittere peccata, ſed tantum oſtendere remiſſa, quodq́; ea per auditionem verbi Dei credentibus remittantur.

De Miſſæ etiam Sacrificio eiuſq́; valore, ac præcipuè vſu ſeu effectu ſatis ſobrie deprehenderis populum docuiſſe, docens miſſam eſſe inſtitutam ad commemorationem eius, quæ ſemel in Cruce per Chriſtum facta eſt, oblationis, & pro ea gratiarum actionem: non ſatis explicando quòd ſit Sacrificium non modo cõmemoratiuum ac Euchariſticum, ſed etiàm expiatorium pro viuis pariter ac defunctis, valens ad remiſſionem ac expiationem peccatorum. B

Inſuper quod dictum tremendum Miſſæ Sacrificium non eo dignitatis loco, quem meretur, habueris, facit, quod multi teſtes deponũt, te illi illiuſq́; auditioni prætuliſſe Concionem, eiuſq́; auditionem, adeo vt ſi vtrumq́; audiri non poſſit, ſatius ſit Miſsâ relictâ Sacram Concionem audire. Non rectè proinde facere patres ac matresfamilias, quæ ſuos domeſticos potius ad miſſam, quam ad Concionem audiendã hortantur aut cogunt. C

Ad hæc per eaſdem depoſitiones deprehenderis improbaſſe ornatum Imaginum ac accenſionem Cereorum ante eas, dicens & docens hæc eſſe ſuperflua & ſuperſtitioſa, & ad Idololatriam tendere, non multum diſſimilem illi, quæ in gentilibus ſimulachrorum cultoribus ſæpius in ſacra ſcriptura reprehenditur, eoſq́; grauiter peccare qui religioſa licet pietate, in eo occupantur.

Solemniorem etiam Imaginum ſanctorum, diebus quibus eorum feſta coluntur, in templo fieri conſuetam exhibitionem, ac in proceſſionibus circumlationem, tanquam tendentem ad ſuperſtitionem tibi diſplicere, non ſine piorum ſcandalo, indicaſti: Quæ omnia ſic à te dicta atq́; explicata, vſq́; adeo auditores offenderunt, vt pleriq́; à concione recedentes, dicerent iterum per te tunc Paſtorem, eĳci è templo imagines. D

De pĳs quoq́; & antiquitus receptis Eccleſiæ Ceremonĳs, vt ſunt florum, fructuũ, & aliarum rerum benedictio, thurificatio, ſic crebro tractaſſe teſtium depoſitionibus conuinceris, eaſq́; tam parui duxiſſe, vt quid de illis ſentire deberet populus, aut ignoraret, aut dubitaret,

dum

A *dum de illis ad populum verba faciẽs, diceres multos in Eccleſia abu-*
ſus & ſuperſtitiones irrepſiſſe, multumq́; adhuc reperiri in ea de Pha-
riſaico ſemine ac gentilitijs ritibus, ob idq́; ſtudioſos eiuſmodi piarum
& antiquitus receptarum obſeruationum tanquam Phariſeos, ſuper-
ſtitioſos, & Hipocritas ſæpius traduxiſſe & damnaſſe, etiam in tuis
concionibus, per eoſdem teſtes grauaris.

Sed & de peregrinationibus ad S. Iacobum & alios ſanctos, & eo-
rum pro ſanitate recuperanda implorato patrocinio erroneè & admo-
dum ſcandaloſè deprehenderis prædicaſſe, tanquam hæc idololatriam
B *ſaperent.*

Similitèr de confraternitatibus in honorem certorum ſanctorum
religioſa pietate erectis.

Sed & hoc addendum, quod docueris neminem cogendum ad fidem,
eo quod hæc ſit donum Dei: ac hæreſes quidem fugiendas, non tamen
fugiendam cum hæreticis familiaritatem; inſtruendos tantum eos, &
pro illis orandum, vt Deus illos illuminet: Principes etiam non recte
facere, qui ſtudent armis tueri aut reſtituere Religionem.

Nec hoc ſilentio prætereũdum, quod libros hæreticos ſeu hæreſibus
aſperſos habere ac legere tibi permiſeris.

C *Studuiſti quidem ſuper his & alijs pleriſq́; obiectis ex teſtium de-*
poſitionibus (quibus grauaris) extractis, te multipliciter purgare, par-
tim eorum depoſitiones nullitatis arguendo, partim eos ſuſpectos alle-
gando, partim etiam per eos depoſita inuertendo, & in ſenſum à Ca-
tholica religione non alienum torquendo, teſtes etiam producendo,
qui de quibuſdam præſcriptorum te aliquando aliter docuiſſe teſtati
ſunt; quod quam parum ad tui iuſtificationem faciat, norunt, qui in-
conſtantiam ac crebram variationem noſtri temporis nouatoribus
familiarem cognitam habent. Proinde vt præmiſſis non obſtantibus
aduerſus tantam teſtium nubem, medio iuramento, ſub intermina-
D *tione æternæ damnationis examinatorum, qui præſcripta contra te*
depoſuerũt, tibi vni in propria cauſa potius quam omnibus illis fides
adhibeatur, non æqui iudicis fuerit, ſed hominis plus æquo priuato
affectu reo tribuentis; præſertim cùm cauſas inimicitiæ quorundam
ex illis contra te, vt aſſeris, conceptæ, & conſequenter ſuſpicionis alle-
gatæ, nec certas reperiamus, nec ad eneruandam ipſorum fidem ſuf-
ficientes. Quapropter omnibus & ſingulis tam contra te per fiſcum,
quam pro tui defenſione productis & allegatis, ſinguliſq́; totius pro-
ceſſus coram nobis actis & actitatis diligẽter expenſis, & æqua lance
libratis,

Digitized by Google

libratis, poſtquam etiam à priori ſententia tuæ deſtitutionis ac priuationis tuæ Eccleſiæ per nos latæ appellationi, atque in hoc proceſſu vlteriori purgationi, ac cuicumque alteri exceptioni renunciandum duxiſti, ac ſponte renunciaſti, ad ſententiam huius tuæ cauſæ definitiuam procedendum duximus, procedimus in modum qui ſequitur. A

Inuocato Chriſti nomine, illumq́ ſolum ac iuſtitiam & religionis zelum noſtriq́ populi ſalutem præ oculis habentes, pro tribunali ſedentes, ac ius dicentes, communicato cum Inquiſitoribus noſtra ac Apoſtolica auctoritate deputatis, ac alÿs pluribus diuini pariter & humani Iuris peritis viris conſilio; deq́ eorum conſilio pariter ac aſſēſu, per hanc noſtram ſententiam definitiuam quam per noſtrum in Spiritalibus Vicarium generalem ferimus in his ſcriptis, & ad quam his die hora & loco audiendam citatus exiſtis, te tanquam de hæreſi diffamatum, de eaque ſuſpectum, ſed & de pluribus à te aſſertis hæreticis & alÿs piarum & Catholicarum aurium offenſiuis propoſitionibus ac ſententÿs conuictum, te inquam vti talem ad abiurationem condemnamus, tam earum hæreſium, de quibus diffamatus ac ſuſpectus, necnon conuictus exiſtis, quam cæterarum omnium hic coram nobis, noſtroue Vicario prædicto iudicialiter faciendam. B C

Abiuratio Domini Ioannis Backs.

Ego Ioannes Backs, coram vobis Reuer. Domino Theodorico Lynden S. C. Leodienſis generali in Spiritalibus Vicario, & alÿs RR. Venerabilibus ac eximÿs Dominis præſentibus, conſtitutus, iuro ad pectus Sacerdotale, quod firmiter corde credo & ore confiteor illam fidem quam S. R. Eccleſia credit, docet, & profitetur.

Et ſpecialiter, quod certò & indubitanter, animo minime ficto, credo aliquod eſſe purgatorium, poſt hanc vitam, illorum animabus deputatum, qui hinc in gratia Dei diſcedunt, peccatis venialibus detenti, aut non plene facta pro illis & alÿs peccatis grauioribus (quo ad culpam & pœnam æternam) remiſſis, ſatisfactione. D

Quodq́ ÿs proſint pro ipſis factæ fidelium viuorum preces, eleemoſinæ, ieiunia, ac imprimis ipſum tremendum miſſæ ſacrificium: Quod quidem verũ eſſe credo Sacrificium propitiatoriũ, non tantum ſeruiens inducendæ recordationi oblationis per Chriſti paſſionem & mortem ſemel in Cruce factæ, aut pro tanto beneficio gratiarum actioni, ſed peccatorum tam viuorum quam defunctorum expiationi,

idq́

A idq́ (vt Doctores loquuntur) ex opere operato. Quodq́ cæteris paribus, melius eſt, magiſq́ meritorium deuotè huic Sacrificio aſsiſtere, & diebus quibus id ab Eccleſia præcipitur magis neceſſarium quam concionem audire.

Item Credo quod ritè ordinatus Sacerdos & Eccleſiaſtica Iurisdictione præditus pœnitentium & ſibi confeſſorum peccata non tantum oſtendit aut annuntiat remiſſa, verum quòd ea tanquã miniſter Chriſti per abſolutionem quam impendit, vere remittit.

Item quod piè & religioſè (modo decenter fiat, & ſuperſtitio abſit) ornantur Chriſti & Sanctorum imagines, rectèq́ coram eis in B honorem eorum, quos repræſentant, in genua procumbimus, ac cereos accendimus, eaſq́ ſubinde in proceſsionibus circumferimus, & populo venerandas exhibemus; nec hoc vanum eſſe, aut ad Idololatriam tendere, aut ad Phariſaiſmum pertinere.

Religioſo quoque vſu receptas atque obſeruatas ab Eccleſia cæremonias, tam in adminiſtratione Sacramentorum, quam in ſacro Miſſæ officio, in benedictione aquæ, cereorum, florum, fructuum, cinerum, in thurificatione, & alijs id genus piè retineri & obſeruari.

C Sanctos quoq́ qui cum Chriſto regnant ſanctè & vtilitèr à nobis inuocari: Et ad loca in quibus ſacræ eorum reliquiæ adſeruantur, vel quæ Deo ad honorem ipſorum ſunt dedicata, peregrinationes religioſa pietate ſuſcipi: & confraternitates in honorem eorum eadem pietate erigi.

Item credo eos qui ſemel in Baptiſmo ſolemnitèr per ſe vel per ſuos ſuſceptores fidem Catholicam profeſsi ſunt, ſi ab ea ad hæreſes deflectant, in eaſuè labantur, rectè & vtilitèr ad eam ſeu eius verbo & facto confeſsionem & proteſtationem reſumendam cogi: Rectèq́ Principes Chriſtianos facere, qui eam fidem ſuſcipiunt armis D tuendam, non quod quiſquam bonus inuitus eſſe aut fieri queat, ſed vt in fide errans timendo, ſicut ait Auguſtinus, quod pati non vult, vel impedientem relinquat animoſitatem, vel ignorantiam compellatur agnoſcere.

Breuitèr in his ac ijs quæ continentur in formula profeſsionis fidei per Pium 4 editæ & præſcriptæ, & cæteris omnibus firmitèr & indubitantèr atq́ ex animo credo & confiteor quicquid S. R. Eccleſia magiſtra veritatis tenet, credit, docet, & profitetur; & conſequentèr deteſtor & abiuro quicquid illius doctrinæ quoquo modo aduerſatur,

a ſpecia-

Digitized by Google

ſpecialiter de quibus diffamatus, ſuſpectus, atque conuictus (prout in iam lectâ & latâ ſententiâ continetur) exiſto. Subijciens me humiliter pœnitentiæ per S. C. ſeu per eius Vicarium præfatum, pro meis multiplicibus culpis imponendæ: Quam cum Dei adiutorio me promitto & iuro fideliter adimpleturum, ſubijciens me relapſorum pœnis, ſi (quod Deus auertat) alicui in ea contentorum contrauenero. Sic credo, ſic confiteor, ſic iuro, ſic abiuro, ſic me Deus iuuet & omnes Sancti eius. A

Lectæ fuerunt hæ ſententiæ iuſſu Præſulis in Palatio Epiſcopali per Reuerendum D. Theodoricum à Lynden Vicarium, in præſentia Reuerendorum, Venerabilium, Eximiorumque DD. Wynandi à Wyngarde, Præpoſiti Leodienſis, D. Carondeleti Cancellarij, Domini Antonij Ghenart, Ioannis Chapeauille, Balthaſaris d'Auguſti Decani ſancti Bartholomei, Ioannis à Fumaco Scholaſtici ad S. Crucis, Aduocatorum Fiſcalium Gerardi Flerōtini & Ioannis Molempeder, Scabinorum & Conſiliariorum Petri Orani & Iugij, Notariorum Maſſot ſenioris, & Ioannis Orſchoti. B

Capitulū Thudinienſe cōtra Conſules & Conciliū oppidi defenditur.

Iam pridem grauis exorta fuerat controuerſia inter Decanum & Capitulum Thudinenſe ex vna, necnon Conſules & Concilium Oppidi ex altera partibus; his Canonicos, vti & reliquos conciues ad excubias & cuſtodiam portarum Oppidi murorumque teneri prætendentibus, & à cæſione nemorum & lignorum, quibus ſe à priſcis temporibus illi iure frui contendebant, excludere volentibus. Hoc igitur anno, Aprilis penultimâ, priuatum Præſulis Concilium, viſis vtriuſque partis rationibus & munimentis, cenſuit mandata & ordinationes Magiſtratus, quibus clerum Thudinienſem excubijs ſubiecerant, & conſuetis ſyluarum emolumentis priuarant, nulla & irrita eſſe, tum quia in eos, qui minimè eis ſubijciuntur, lata; tum quia iuribus, ſtatutis, & conſuetudinibus contraria, quæ clero idem ius in ſyluas ſicut alijs conciuibus tribuunt, nec ad excubias illum, niſi in graui neceſſitate, legitimâ ſuperiorum auctoritate intercedēte, compellunt. C

D

Excipit honorificè Parmenſem Hydropicum ad aquas Spadanas: mox celebrat Leodij Comitia. Gabriel Morel Eremita Arteſius de Hæreſi ſuſpectus proſcribitur: Iacobus Clemens Dominicanus Galliæ Regem cultro occidit: Auguſtæ Treuirorum plurimi malefici cremantur.

CAPVT XIII.

Dux Parmēſis fit Hydropicus.

DVx Parmenſis, eodem tempore, diſperſâ, & amiſsâ illâ ingenti Hiſpanorum claſſe, alijſque voto haud ſuccedentibus, in Hydropiſim

dropiſim incidit; quocirca ſuadent medici aquarum Spadanarum
A potum, veluti contra huiuſmodi pathos remedium præſtantiſſimum, quod his verſibus, dum potus harum aquarum virtutes enarrat, euulgauit vir in omni genere doctrinæ verſatiſſimus Dominicus Lampſonius Præſulis à ſecretis.

Mærentes leuat ille animos & triſtia corda
Excutit, & bilis quos mouet atra metus.
Cadit & inflator ventris teterrimus hydrops,
Externa internam ſic aqua pellit aquam.

B Is igitur menſe Mayo ventre aqua intercute pleno, ad fontes ſpadanos baiulatus, ab Erneſto Præſule in propinqua arce Francimontanâ excipitur honorificentiſſimè, hoſpitijs aulæ ipſius nobilitatique vniuerſæ, iuxta cuiuſque dignitatem, aſſignatis.

Eadem tempeſtate, intelligens Pontifex Henricum Galliæ Regem Regni & religionis ſtatum quotidie deteriorem facere, & nunc cum Nauarreo Rege iam pridem à Sede Apoſtolica excômunicato fœdus inijſſe, armaque armis & copijs illius pro religionis Catholicæ Romanæ extirpatione coniunxiſſe, illum eiuſque complices, & mortis Guiſiorum auctores, fautores & impulſores citat, vt intra ſexaginta dies Romæ compareant; Rex quidem per Legatum, alij per ſe cauſam reddituri, cur ob cæſum Cardinalem Guiſium in pœnas à canonibus
C conſtitutas incidiſſe non veniant declarandi.

Pontifex Henricum Galliæ Regem de hæreſi ſuſpectum Romam citat.

Iunij ſexta, Erneſtus Præſul ex aquis Spadanis Leodium reuerſus, habito Ordinum ſuorum conuentu, diſquirit de medijs Patriæ debita diluendi, arces ſpeciatim Dionantenſem & Stokhemiẽſem reſtaurandi, præſidijs extraordinarijs ſoluendi: Item de nominandis quibuſdam per ſingulos ſtatus, qui puncta reformationum hactenus controuerſa concilient; de homicidijs nimium (proh dolor) in Ciuitate & Patria hac frequẽtibus coërcẽdis, & exceſſibus vigintiduûm virûm corrigendis. Ad quæ tandem Ordines, videri expedire vt bona pecuniæ ſumma colligatur, cuius quintam partem Eccleſiaſtici, alteram quintam Ciuitas, tres alias Patria in ſe reciperet, debitaque
D quiſque ſua dilueret. In reſtaurationem porrò arcium, præſidiariorumque ſtipendia, Dionantenſibus quidem quatuor, Stokhemienſibus duo millia ex primis & promptioribus ſubſidijs aſſignantur. Cæterùm vrgendum vt reformationes reuideant deputati, ſententiaſq; & opiniones ſuas referant, examinentur, ædantur, ſublatiſque tandem abuſibus, executioni demandentur.

Comitia patriæ & quæ in eis acta.

Menſe Iulio, quidam Gabriel Morel, Patriâ Artheſius, profeſſione Eremita, in Fontanis Epiſcopi pago Diœceſis Leodienſis, cômorans, homo ieiunijs & orationibus deditus, aliaſque vir bonus, de hæreſi Lutherana apud Ghenardum Inquiſitorem ſæpiùs delatus, & ab eo, vt ſuæ fidei rationem redderet, ſemel, ſecundò, & tertiò vocatus,

cùm monitiones omnes mirâ animi peruicaciâ contemneret, carceribus mancipatur; examinatus deprehēditur inter alios errores, non A
quidem imaginum cultum, quem hæretici omnes damnant, ſed illarum ornatum & per plateas delationem veluti ſuperſtitioſa habere. Nec quamuis, rationibus diligentèr propoſitis, ſufficiētèr doceretur, Eccleſiam quo ſenſu Imagines coleret, eodem ornare circumgeſtareque poſſe, quicquam potuit à ſententia dimoueri: quocirca à Patria & Diœceſi proſcriptus eſt.

Succeſſio Regum Franciæ.

Iulij trigeſima, cùm Henricus tertius Rex Galliæ paſſim, maximè verò à ſuis Pariſienſibus poſt Guiſianos cæſos deſereretur; quodque Pontifici parere detrectaret, quod cum Nauarreo hæreticorum Principe fœdus inijſſet, ideoque communi ferè iudicio excommunicationem incurriſſet, Iacobus Clemens monachus Dñicanus Regem in B
S. Clodualdo ſecundo à Lutetia lapide caſtra metatum conuenit, prætextuque literarum, quas à Brienneo Comite ac Achille Harleo ſupremi Senatus Parlamentiue Pariſienſis Præſide Lutetiæ captiuis & in cuſtodia retentis, Regi protinus reddendas habere ſe aſſerebat, in arcanum Regis alloquium admittitur; admiſſus, dum Rex inde literas redditas peruoluit, cultro intoxicato capulo tenus in ventrem adacto, impetit; quo Rex ictus, eodem extracto è corpore, in Iacobum circa guttur mox intorſit. Clamore facto accurrunt præſidiarij & adminiſtri Regij, & Iacobum multis vulneribus fauciant & confodiūt, feneſtraque eijciunt, ac in fruſta ſecant, igneque amburunt. Interea C

Mors Henrici 3. Galliæ Regis Valeſiorum vltimi.

Rex vulneris dolorūque impatiens, accerſito Hērico Nauarræ Rege, eoque regni hærede & ſucceſſore deſignato, moritur ætatis ſuæ duodequadrageſimo nondum exacto, Regni verò ſui decimo ſexto inchoato, menſis Augusti ſecundâ, alterâ ab accepto vulnere die. Cadauer autem in Campaniam miſſum, at cor è corpore euulſum in æde Clodonæi reconditum fuit, vbi Benoſius, qui olim ei à libellis, Cor marmoreum muro inſculpi cum his verſibus Paſſeratij Poëtæ Regij, curauit.

D. O. M.

Æternæ memoriæ Henrici III. Gall. D
& Polon. Regis.

Adſta viator & dole Regum vicem
Cor Regis iſto conditum eſt ſub marmore,
Qui iura Gallis, Iura Sarmatis dedit,
Tectus cucullo hunc ſuſtulit ſicarius,
Abi viator & dole Regum vicem.

Aliud eiuſdem Paſſeratij.

Magnanimi Henrici Cor marmore conditur iſto,
Occidit monachi quem ſcelerata manus.

Eodem

Eodem tempore Auguſtæ Treuirorum magnus maleficorum
A numerus, cuiuſcumque ſtatus, ordinis & dignitatis, igne cremantur. Quos interfuit vir aſſiduus nec incelebris I. Vtriuſque Doctor Wlattenus, Archiepiſcopi & Electoris Triuirenſis Conſiliarius, qui poſt ſex menſium cuſtodiam capitalis criminis reus,& ad rogum damnatus, publiceque deductus, eum factorū pœnitens ſubijt, ac in eo deflagrauit, hoc genus facti non damnatæ nec improbatæ, ſed liberalis artis eſſe antea contendebat, eaque res tractata & agitata, in Imperiali auditorio ſiue camera,ad quam prouocauerat,à qua poſtea ad Iudicem competentem miſer & miſerabilis remiſſus.

Malefici & ſagæ perplures afficiuntur extremo ſupplicio.

Fuit & alius quidam præſtigiator, qui præterquam quod inſolitis
B aëra ſudum fulminibus ciere, tonitru,grandinem & tempeſtates excitare,fruges excantare, ſegetes alio traducere, maribus virile robur adimere, ſe ex homine in lupum incantato cingulo,quod remunerationis loco, abiuratâ Chriſti fide,à Dæmone acceperat, cinctus,toties quoties vellet transformabat, in qua ſua licantropia tredecim homines dilaniauerat ac deuorauerat, eodem ſupplicio affectus.

Erneſtus, conuocatis Patriæ Ordinibus, magnam eorum experitur liberalitatem; Seminaria duo erigit: Promulgari mandat Iubilæū Sixti Pōtificis: ærariū Sixti Romæ locupletiſſimū:
C *Aquenſes obediunt mandato Regis Philippi.*

CAPVT XIIII.

SEptembris vndecima, Præſul indictis rurſus Comitijs, exponit ſe iam diu in Principatu Leodienſi moram traxiſſe, non ſine ingentibus ſumptibus, quos præſertim in Parmenſi, apud fontes Spadanos, pro dignitate, excipiendo, feciſſet; rogare proinde Ordines, vt illorum rationem habeant, adhæc acturum quantum in ſe erit,& militia patietur, vt inſtante hyeme Patria ab hybernis Regiorum eximatur, ſibi breui in Prouinciam Colonienſem & vicinas ſimilibus belli moleſtijs & periculis expoſitas, vt illis opitulari poſſit, proficiſcen-
D dum. Ad quæ Ordines inclinati, centum florenorum millia gratuitò obtulêre.

Patria donat Erneſto centū millia florenorum.

Sub idem tempus, cùm maiùs quotidiè his in partibus immineret ab hæreticis periculum, rarique per prouincias præſertim teutonicas reperirentur, qui cùm ob bellorum calamitates, tum ob hæreticorum perſecutionem, proles ſuas ſacris ſtudijs dicarent, multæ verò Eccleſiæ teutoninæ per Diœceſim Leodienſem Paſtoribus deſtituerentur; Erneſtus Præſul de Seminarijs erigendis, & Adoleſcentibus in Sacris literis inſtruendis, cogitare cœpit.

Digitized by Google

Erneſtus erigit duo ſeminaria. Trudinopoli & Leodij.

Itaque vnum minus in oppido Trudonenſi, in quo pueri iuxta præſcriptum Concilij Tridentini in humanioribus literis & pietate imbuerentur, & aliud maius in Ciuitate Leodienſi, à quo illud minus dependeret, in quo non iam pueri, ſed adoleſcentes viginti annos nati, pietate, literis humanioribus, Philoſophiæque præceptis imbuti, Theologiæ vacarent, inſtituit; vt exacto in eo quadriennij ſtudij curriculo, ſacerdotio iam initiati, educi, & Eccleſijs Parochialibus præfici poſſint: quod quidem lentum initio progreſſum habuit, Cleri ærario à cuius ſubſidio primum dependebat, propter bellorum calamitates propemodum exhauſto, vixque dimidium ſtuferum in ſingulos modios ad id pendẽte. Sed progreſſu temporis, vnione hoſpitalis, ad Cathenam vulgo nuncupati, accedente, vigilantia quoque & parcimonia adminiſtratorum fœlicitèr creuit, modòque plures plantas inſignes produxit, egregios dico Paſtores per Diœceſim Leodienſem longè latèque propagatos, ac impoſterũ, Dei benigna manu aſſiſtente, propagandos.

A · B (margin)

Nouembri, cùm Sixtus Pontifex, Galliæ Belgijque ſaluti ſtudens, Iubilæum omnibus Chriſti fidelibus indulſiſſet; Erneſtus huius anni 1590. die tertia, illud Leodij promulgari iubet, ſtudioſè ſubditos ſuos adhortans vt gratiam hanc ſe in vanum non accepiſſe oſtendãt, ſed ſacramento pœnitentiæ à peccatis expiati, & ſacra communione refecti, precibus apud Deum pro ſtatu Eccleſiæ Catholicæ, & imprimis regni Galliæ & Belgij, intercedant.

1590.

Sixtus V. omnes Epiſcopos Romam vocat.

Idem Pontifex, hoc tempore Vniuerſos Chriſtianæ Reipub. Antiſtites, ad reddendam villicationis ſuæ rationem, ſtatumque Eccleſiarum ſuarum demonſtrandum, Romam venire mandat. Cui cur minus Præſul paruerit, cùm maximè vellet, miſſo ſpeciali ad Vrbem Legato, ſub initium anni 1593. Clementi eius nominis octauo Pontifici rationes æquiſſimas reddidit. C

Mandata inſinuantur Magiſtratui Aquẽſi.

Exeunte Ianuario, inſinuatum eſt Magiſtratui Aquenſi Philippi Regis mandatum, quo iubet omnes & quoſcũque ſibi quoquo modo ſubditos Aquis degentes intra ſex ſeptimanas, ſub publicationis bonorum extremæque indignationis pœna, inde migrare: & deinde Februarij decima, Legatus Cæſareus frequenti Senatu iutimat mandatum, vt M. Ioannem van Thenen Prætorem abs Iuliacenſi Duce tanquam legitimo Vrbis protectore deſignatum, nuper ab ipſis turpitèr eiectum, recipiant, honorem & obedientiam illi præſtent; cõuenticula aliaque exercitia religioni contraria ceſſent; iudicia ſpiritualia & temporalia exerceantur; iuuentutis inſtituendæ directio Scolaſtico ad quem ſpectat relinquatur: Cumque ſcripto reſpondiſſet Senatus, paratum ſe Cæſaris iuſſioni obtemperare, duodecima eiuſdem menſis, Prætor vnà cum Ducis Iuliacẽſis Commiſſarijs, magno Catholicorum applauſu, Vrbem ingreditur; alteràque die ad domum ciuicam deductus paſſim à Catholicis & hæreticis, honorificè magna congratulatione excipitur, præſtito iuramento conſueto, ac D

Ioannes van Thenẽ Prætor Catholicus reſtituitur.

ſequenti

Digitized by Google

ſequenti die mandatum Regium renouatur, præuiâ denique per om-
A nes parochiales è ſuggeſtu publicatione, cœpit decima nona cum Scabinis pro tribunali ſedere & iuſtitiam adminiſtrare.

Menſe Februario cum quæſtores & exactores Leodienſes ſubditos de Bernaſange Patriæ Stabulenſis, ratione bonorum & prouentuum quæ in patria Leodienſi poſſident, ad tributa pendenda cogere vellent, allegarunt iam pridem tempore Groesbekani inter Principem Leodienſem & Stabulenſem Abbatem concordatum, vt ſicut Leodienſes ratione bonorum quæ in Prioratu Stabulenſi haberent, nihil penderent; ita viciſſim nec Stabulenſes eorum ergo quæ ipſis eſſent in agro Leodienſi, quod Præſul ratum eſſe voluit. *Erneſtus ſedat controuerſiam inter Leodienſes & Stabulenſes.*

B Sed & cùm Iuſtitiæ miniſtri, quos Crenkinarios vocant, graues inſolentias & fraudes in colligendis vectigalibus publicis committere dicerentur, Præſul Capitulis & Monaſterijs, quæ ſe per eos grauari imprimis querebantur, conceſſit, vt per proprios miniſtros tributorum ſolutionem ſicut per ipſos Crenkinarios ſibi procurare poſſent. *Cōpeſcit Crenkinarios.*

Sub id tempus, plerique Haſbaniæ Coloni de Grandville, Lens, Orey, Wotrenge, Thys, Hermee; & perplures alij propter exortam nuper tempeſtatem, ſequutamque inde ſterilitatem, frequentes quoque militum tranſitus, concuſſioneſque, creditoribus minimè ſe ſatisfacere poſſe Præſuli queruntur, quibus in aliquot ſolatium annuit, vt ante futuras meſſes, nullus iuſtitiæ miniſter illis eo nomine moleſtus ſit, aut in ius vocari patiatur. *Solatur Haſbanos.*

C Quemadmodum in Aquiſgranum, ſic & in Maſeeckam irrepſerant hæretici, præſertim Anabaptiſtæ & Caluiniani, contra quos præſul plures verbi Dei concionatores & imprimis Patrem Nicolaũ Fal Ieſuitam mittit, mandans Præfecto Stockhemienſi vt illos benignè excipiat, à fide vero alienos, certo præfixo illis tempore, niſi reſipiſcant & profeſſionem fidei Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ faciant, vrbe excedere iubeat, mandatque iampridem pro conſeruatione religionis edita renouet, exteros nequaquam admittat intra diſtrictum officij ſui, minus in Vrbem, niſi prius docto de ſufficienti vitæ ſuæ teſtimonio, & præmiſſâ fidei profeſſione, curetque diligentèr, conſilio cum Paſtore & dicto Patre habito, vt iuuentuti non niſi
D Catholici & probi Magiſtri præficiantur, qui compendioſum Caniſij Cathechiſmum, à pleriſque omnibus fidelibus receptum doceât, Catechiſmis hæreticis aut de hæreſi ſuſpectis prohibitis, ignique traditis. *Cauet Maſeekanis ab hæreticis.*

Per hæc tempora, cùm Epiſcopus Vercellenſis Nuncius Apoſtolicus, promulgans Concilium Tridentinum, in Synodo iuſiurandum ab Examinatoribus parochorum exegiſſet, eos deinceps neminem ad regendas Eccleſias parochiales admiſſuros, niſi præuio examine celebrato, iuxta formam à Concilio Tridentino præſcriptam, quæ per concurſum vulgò nuncupatur, plerique patroni Eccleſiaſtici graues Dominis examinatoribus iniecerunt difficultates, aſſerentes
inter

Digitized by Google

intèr alia ſufficere, ſi occurrente vacatione alicuius parochialis Eccleſiæ, idoneum aliquem præſentent, eumq́ue, etiamſi magis idonei concurrerent, neceſſario ad Eccleſiam huiuſmodi regendã inſtituendum. Huius difficultatis occaſione, DD. Examinatores ſubiectam quæſtionem congregationi Illuſtriſſimorum & Reuerendiſſimorum Cardinalium ad interpretationem Concilij Tridentini deputatorum propoſuerunt. A

Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini.

Cùm in Diœceſi Leodienſi Inſtitutio Eccleſiarum Parochialium in menſe Ordinarij Collatoris ſemper ad Archidiaconum Eccleſiæ Leodienſis pertineat, quem cõſtat aliũ ab Epiſcopo eſſe, & ſacrũ Coc. Trid. decernat ſeſſ. 24. c. 15. Quod quum ab alio quam Epiſcopo inſtitutio eſt accipienda, tunc ſolius Epiſcopi eſſe ex approbatis per examen in concurſu digniorem eligere, quem patronus illi præſentet ad quem inſtitutio huiuſmodi ſpectat. Et tamen patroni etiam Eccleſiaſtici dicunt ſufficere, ſi occurreute vacatione cuiuſdam parochialis Eccleſiæ, idoneum aliquem Examinatoribus iuxta formam Conc. prædicti deputatis ad illam præſentauerint, & illum, nullo alio facto concurſu, per Archidiaconum prædictum neceſſario ad Eccleſiam huiuſmodi inſtituendum. B

Supplicatur pro parte Examinatorũ prædictorũ pro declaratione Illuſt. & Reuer. DD. VV. Capituli prædicti, ſi videlicet dicti Examinatores, non obſtante patronorum huiuſmodi præſentatione, debeant edicta, pro habendo mutuo concurſu, iuxta formam Concilij prædicti, occurrente alicuius Eccleſiæ vacatione, apponere; & ſolus Epiſcopus ex approbatis magis idoneum per patronos eidem Archidiacono præſentandum eligere poſſit. C

Congregatio Concilij cenſuit ſuper parochiali, quæ iuris patronatus Eccleſiſtici ſit, debere fieri concurſum, & ſi inſtitutio ad alium quam ad Epiſcopum ſpectet, teneri patronum prȩſentare illum quem Epiſcopus ex approbatis ab Examinatoribus Synodalibus magis idoneum iudicauerit. D

Ioannes à Galea vir pius à dæmone poſſeſſus horrendum in monſtrum euadit: Erneſtus à Rege Philippo legatos impetrat, qui tractent cum Leodienſibus de locis controuerſis. Proteſtantes Coloniæ petunt publicum ſuæ religionis exercitium.

CAPVT XV.

APrilis 19. Frater Ioannes de Galea Leodius, Religioſus Ordinis Cyſtercienſis, Monaſterij Vallis S. Lamberti, non procul à Leodio

Digitized by Google

Leodio, vir pius, caſtus, quietus ac ſolitudinis mirus cultor, à dæmo-
A ne poſſeſſus; Abbatis ſui iuſſu, curationis ergo, Leodium venit ad Anthonium Ghenardum canonicum & Inquiſitorem Leodienſem, cui tunc cohabitabã, & caſum ſuum exponit: miratur ille quod nulla poſſeſſionis dæmoniacæ ſigna exterius apparerent: erat enim mentis compos, viuidâ facie, oculis bene compoſitis, nec deerant etiam Religioſi ei familiares, qui non à dæmone poſſideri, ſed mania potius laborare crederent; Rogatus ergo à Ghenardo quanam parte corporis reſideret dæmon, confeſtim reſpondit ſiniſtrum brachium poſſidere, cumque ego (qui etiam maniacum eſſe opinabar) brachiũ eius manu apprehendiſſem, plicaſſemq; & replicaſſem, dixi nullam
B ibi poſſe deprehendi operationem dæmoniacam. Ille mox brachiũ rurſus mihi contrectandum porrigit, quod primo attactu inſtar laminæ ferreæ obriguiſſe ſenſi. Itaque cuidam exorciſtæ commendatus, ad primum exorciſmum in terram proſternitur, & vt creditum eſt necatur. Verum cum & corporis color & calor ijdem in eo permanerent, & à multis adhuc viuere putaretur, corpus vſque ad 26. eiuſdem menſis ſeruatum eſt. Quo tempore frequentèr illius oculos aperiri, lucis radios ex eis vibrari, caput ſingulaque membra pro portione quadam duplo craſſiora reddi, vngues quoque manuum & pedum aduncos fieri, ad extremum omnis generis colorum maculas corpori imprimi conſpeximus; Vnde tantillo tempore horren-
C dum in monſtrum euaſerit. Quod Theologi, Medici, Chirurgi conſpicientes, viueretne an mortuus eſſet, non ſatis reſoluere poterant. Erant qui dicerent, ſub ea, quam dæmonem ſuperinduxiſſe credebãt, pelle, corpus religioſi viuũ latere, inſciſſione facta, diaboli fraudem detegi poſſe. Alij contra aiebant cadauer veneno à dæmone procurato plenum eſſe, quod apertum, totam vrbem inficere poſſet. Theologorum hæc erat ſententia, à prima exorciſmi die corpus exanimatum fuiſſe; intermedijs illis diebus, dæmonem cadauere abuſum, Deo ad multorum inſtructionem huiuſmodi illuſiones permittente.

Quidam à dæmone poſſeſſus horrendum in monſtrum euadit.

Sane fuit inter ſpectatores vnus, qui parentibus Lutheranis ortus nullam amplexatus religionem, vitam quodammodo Atheam du-
D cebat, is pro ea, quæ illi à pueris mecum erat familiaritate, ſecreto me interrogauit, verane eſſent quæ Ciuitas de hoc religioſo perferret; Vnde ego anſam hominis curandi captans, cœpi non aſſeuerare tantum, ſed & de ſpiritibus bonis & malis, necnon de Dei ſuper homines bonos & malos prouidentia cathechiſare, tandem etiam aditum ad monſtrum illud facere. Quo conſpecto ille tantam in ſe ſubito Metamorphoſim ſenſit, vt licet ante vir eſſet imperterritus, perpetuo trepidans nuſquam niſi in Eccleſijs & locis ſacris ſibi tutus videretur, nihil aliud pro ſolatio habens quam Dei verbum audire, peccata ſacerdoti confiteri, Sacrificio miſſæ intereſſe, Sacroſanctam Euchariſtiam frequentèr & deuotè recipere.

Mira hominis Lutherani cõuerſio.

Digitized by Google

Porro in eam tandem ab omnibus ventum eſt ſententiam, cadauer illud ſacræ ſepulturæ Chriſtiano religioſoque ritu tradendum. A Igitur lectis inuolutum circumligatumque in dolium magnum attractum eſt, & per Moſæ alueum naui in Monaſterium relatum, ibidemque ſepultum, religioſis, qui eius caſtam modeſtamque vitam pernouerant, iudicia Dei admirantibus, & cum Apoſtolo dicentibus *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius.*

Rom. 11.

Præſul impetrat à Rege legatos ſuper punctis cōtrouerſæ Iuriſdictionis.

Iiſdem diebus, Erneſtus Præſul impetrat ab Hiſpaniarum Rege commiſſarios, qui cum Leodienſibus de punctis controuerſæ iuriſdictionis tractent, & imprimis locorum de Agimont, Munoz, terræ S. Huberti & aliorum, necnon de compenſatione & repræſtatione pro B fundis Carolimontis, Philippivillæ, Mariæburgi, Patriæ Leodienſi per Carolum v. promiſſa, nec huc vſque præſtita.

Querelæ Canonicorum, aquiſium de Magiſtratu.

Per idem tempus, querebantur apud Erneſtum Canonici regalis Eccleſiæ Aquenſis, libertates immunitateſque ſuas per Magiſtratum rurſus ad vomitum reuerſum contra omnia iura lædi, Cæmiterium in prophanos vſus conuerti, muros diſiici, ſepulchra mortuorū violari, oſſa ex iis impiè extrahi. Præſul tam ordinaria ſua, quàm etiam ſibi ſpecialitèr à Cæſare commiſſa auctoritate, mandat omnia attentata reuocari hiſce verbis.

Quocirca nos Erneſtus vti Epiſcopus Princeps & Conſeruator antedictus, conſiderantes huiuſmodi attentata prorſus libertatibus & C *immunitatibus Eccleſiaſticis Iuriq́ diuino & humano aduerſari, cupienteſq́ Reipub. Chriſtianæ tranquillitatem, inſuper & afflictis noſtram, imo Cæſareæ Maieſtatis opem implorantibus ſubuenire volentes, eos Burgimagiſtros, viceburgimagiſtros, Scabinos, Senatum, deputatos & communitatem antedictos, ac quemlibet veſtrum inſolidum, auctoritate Cæſareâ nobis, vt præfertur, commiſſâ, ſerio monemus, vobiſq́ diſtrictè præcipimus, quatenus intra ſex dierum ſpatiū poſt notificationem præſentium, ſiue in perſonas veſtras, ſiue per edictum, vobis factam, immediatè ſequens, quorum dierum duos pro pri-* D *mo, duos pro ſecundo, & reliquos duos vobis & cuilibet veſtrum in terminum peremptoriū aſſignamus, omnia & ſingula prædicta, vſurpationes, diſtractiones videlicet Cæmiterii, murorumq́ & appendicum, & quæcumq́ in libertatis Eccleſiaſticæ nunciationiſq́ noui operis aut alitèr quouis modo præiudicium attentata & innouata, aduerſus antedictæ noſtræ Eccleſiæ libertates & immunitates reuocetis, caſſetis, & annulletis, nullaq́, inualida, & illicita, ſeu attentata declaretis, & declarari faciatis, iniuriamq́ illatam reſarciatis realiter & cum effectu, ac in futurum ab his & ſimilibus abſtineatis, & abſti-*

A *& abſtineri faciatis, ilico poſt præſentis noſtræ, imo verius Cæſareæ monitionis ac mandati executionem vobis factam, ſub pœnis conſtitutionum Regalium & aliarum in priuilegijs antedictis contentarum & comminatarum; intimantes vobis & veſtrum cuilibet, quod ſi ſecus feceritis, aut aliquis veſtrum fecerit, Nos contra rebelles ſeu rebellem, ad prætactarum pœnarum & aliarum condemnationem & exactionem, auctoritate regia ac Cæſarea prædictis procedemus, & procedi faciemus iuſtitia mediante, niſi cauſam vel cauſas rationabilem vel rationabiles coram nobis propoſueritis, cur ad præmiſſa minimè teneamini, ad quam ſeu quas allegandas vobis hoc noſtro, imo* B *verius Regio ſeu Imperiali mandato in ſuis vigore & efficacia permanente limitamus ſextam diem poſt præſentium executionem aut inſinuationem factam in Concilio noſtro ſecreto Leodienſi hora prima, alioquin ad videndum & audiendum declarari vos pœnas conſtitutionum regalium & alias in prædictis priuilegijs inſertas & comminatas incidiſſe, nec non cōtra vos ſeu veſtrum quemlibet in præmiſſis rebellem & rebelles ad executionem præinſertarum & aliarum prætermiſſarum, vt ſuprà, literarum tenorem, realiter & cum effectu procedere, & procedi mandare brachio noſtro ſæculari, & aliorum* C *per nos, quatenus opus fuerit (vnde vos per præſentes duximus certificandos) implorato, ſuſcipientes nihilominus, ponentes, & conſtituentes dictam noſtram Eccleſiam Aquenſem, nec non Præpoſitum, Decanum, & Capitulum, eorumq́; Vicarios, Capellanos, operarios, ſeruitores & ſuppoſita, ipſiuſq́; Eccleſiæ, & eorum Xenodochia, & bona in Cæſareæ Maieſtatis, totiuſq́; Sacri R. Imperij, ac noſtram protectionem ſpecialem, ſaluiguardiam & tuitionem. Harum vero noſtrarum, imo verius Imperialium literarum notificationem & executionem prædictam ianitori primo noſtro aut alijs Scultetis, ammanuis, & locorum quorumlibet officiatis, Notarijs & tabellionibus publicis* D *prædictis, S. R. Imperio aut nobis ſubiectis deſuper requiſitis demandantes. Datum in Ciuitate noſtra Leodienſi, anno à Natiuitate Domini milleſimo quinquageſimo nonageſimo, menſis Maij die decimâ octauâ.*

Exeunte Mayo, alia Erneſto cura ſollicitudoque inijcitur. Proteſtantium quidam Magiſtratui Colonienſi ſupplicem libellum obtulerunt, multis argumentis perſuadere conati, publicum ipſis religionis ſuæ permitti debere exercitium; ſed vigilantia conſtantiaq; Præſulis & Magiſtratus etiam tunc repulſam paſſi. *Proteſtantes fruſtra Coloniæ religionis ſuæ exercitium petunt.*

Cum Circulus Weſtphalicus, & alij inferioris Germaniæ Princi-

pes, grauiter de Regiorum Hollandorumque iniurijs, deprædationibus, depopulationibus & vſurpationibus paſſim quererentur; Erneſtus conuentu ſexta Iunij Coloniæ celebrato, querelas huiuſmodi in medium propoſuit, multa pro remedio differens, quæ in Comitia Imperialia reiecta fuêre. Verum pleriqúe Principes, Moguntinus, Palatinus, Iuliacenſis, & alij vlterioris moræ pertæſi, Bruxellas ad Parmenſem, & inde ad ordines mittunt repetitum arces, oppida & alia multa propugnacula in Imperio occupata; ſed nec iſta legatio ſumptuoſa fructum vllum attulit. A

Legatio Germanorum ad Belgas.

Prima Aug. Præfectus Brædanus incolas de Luycxgerſtel, vicinoſque pagos Patriæ Leodienſis deprædatur; omnem eorum ſubſtantiam, equos, pecora, grana Bredam abducit, hoſtilia quæque in miſeros ruſticos exercens. Quâ occaſione, Præſul omnibus Officiatis Patriæ ſcribit, mandatque deſcriptionem fieri particularem damnorum ab anno 1566. tam à regijs militibus quam ab Hollandis & alijs confœderatis perpeſſorum, vt ſuo tempore & loco, eorũ rationem, tum apud hos tum apud illos habere poſſit. B

Bredani Patriam deprædantur.

Per hos dies, Henricus Nauarræ Rex Lutetiam obſidione ingenti premebat; quod ciues potius mori quam Regi hæretico parere præferrent: Hi igitur, cùm per multos menſes promiſſis à Mœnio ſuppetijs ſfruſtrarentur, tanta illata fames ciuibus quanta forſan ab ipſa Hieroſolymitana obſidione audita fuit. Voluit tamen Deus his extremè laborantibus ſolatio eſſe, miſſo ad eos Parmenſi, cuius aduentu Nauarreus obſidium ſoluere cogitur. Scribit quidam ſibi notiſſimum eſſe eiuſce famis tempore, ibi necatos fuiſſe 22. pueros eoſque coctos & exeſos, vt alia horrenda ſilentio præteream. C

Rex Nauarræ Lutetiam obſidet.

Maxima Pariſienſium fames.

Auguſti vigeſima ſeptima, Sixtus V. vita exceſſit, & migrauit ad ſuperos, poſtquam ſediſſet annos quinque, menſes quatuor, dies tres, ætatis ſuæ anno 70. vacauit ſedes diebus decem & octo hic Pontifex magnifica & ſumptuoſa ædificia erexit, amplis porticibus & excelſis ſignis decorauit, templa ædeſque ſacras labantes refecit, vrbem ipſam reſtituit, ampliauit, effuſoque ac ingenti ſumptu decorauit, vt noua Roma (nec iniuriâ) appellata ſit, de qua ita Remondus ad Sixtum quintum Pontificem. D

Succeſſio Pontificum.

Dum veteris Romæ per te monumenta reſurgunt
Immortale adfert ipſa ruina decus.
Sixte mori nunquam poterit noua Roma, ſepultis
Cum poſſis vitam reddere marmoribus.

In eandem rem & alius quidam ſic cecinit:

Qui miſeranda videt, veteris inſignia Romæ,
Ille poteſt merito dicere Roma fuit.
At qui celſa noua cernit palatia Romæ,
Ille poteſt merito dicere Roma viget.

Decimo

Digitized by Google

Decimo quinto Septembris, Ioannes Baptiſta Caſtaneus Pontifex A renuntiatur, qui Vrbanus ſeptimus voluit appellari: ſed qui non multos dies ſuperuixit, nam ſecundo Pontificatus die in morbum lapſus, perceptis Eccleſiæ Sacramentis, 27. Septembris ſub ſacro quod in eius cubiculo celebrabatur, ad vltimam ſacrificantis benedictionem, inter hæc verba; *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, exiuit è vita & animam Deo reddidit; Pontificatus ſui die decima tertia, ætatis anno ſeptuageſimo primo, ab eius morte ſedes menſes duos, dies nouem vacauit.

B *Parmenſi Lutetiæ impedito, Mauritius multa oppida occupat: Hiſpani tumultuantur & Leodienſi ditioni multa damna inferunt: Præſul comitia celebrat, & cum Principe Parmenſi ad aquas Spadanas reuerſo agit.*

CAPVT XVI.

EOdem menſe, Parmenſi in Gallijs occupato, Mauritius non otiabatur, ſed collecto exercitu, omnia pene propugnacula Moſana & Rhenana facili negotio intercipit. Et vt noſtra propius C accedam, Præſidiarij Montium ad Zonam Bredamque, poſtquam totam fere Campiniam fuiſſent depopulati, tandem admotis ſchalis, oppidum Thenenſe in ſuam poteſtatem redegerunt, & quia contra vim Regiam defendere non potuiſſent, ſpoliatum deſeruerunt. Inde Stockhemium ſub auroram aſtu ingreſſi, & deprædati ſunt, nonnullos reſiſtere paratos occidentes. Sed iſtic ſubſiſtere, vt minabantur, non potuerunt, frequentibus ex arce bombardarum globis impetiti. *Præſidiarij Bredani Campiniam depopulantur.* *Stockhemium capitur & ſpoliatur.*

Octobris 26. Erneſtus præfectis Maſeckenſi & Haſſelenſi mandat, vt iuxta edictum nuper pro conſeruatione religionis publicatum, in hæreticos animaduertant, exteros omnes & imprimis Anabaptiſtas quantocius patriam egredi mandent; ciuibus, qui fidei profeſſionem facere noluerint, iuxta edictum, tempus præſcribant, intra quod ſua D vendant, & patriæ fines egrediantur. *Præſul in hæreticos animaduertit.*

Nouembris 22. Sereniſſimæ Duciſſæ Bauariæ chariſſimæ matris ſuæ exequias in Eccleſia Cathedrali Leodienſi, magnâ religione, aduocatâ omni patriæ nobilitate, & Prælatis, totoque Magiſtratu, & ciuium primoribus, celebrat. *Exequias matri celebrat Leodij.*

Nouembri exeunte, Parmenſis copias ſuas inedia, laboribus, ac morbis afflictas & fractas in Belgium reducit.

Decembris quinta in Vrbani ſeptimi defuncti locum ſurrogatur Nicolaus Sfondratius Cardinalis, Mediolanenſis genere, appellatus Gregorius decimus quartus. *Succeſſio Pontificum.*

Hiſpani tumultuantur.

Parmenſis in Brabantiam reuerſus, quem reliquerat ſtatum non reperit: Nam poſt multas, vt ante diximus, captas munitiones, amiſſas machinas bellicas, ſpoliatas vrbes, hoc etiam mali acceſſit, quod Hiſpani, qui in Cāpinia iuxta Herentalz & alijs in locis hybernabāt, ob multorum menſium, vt aiebant, non ſoluta ſtipendia, tumultuabantur, ingenti patriæ Leodienſis damno. A

1591.

Comitia patriæ & quid in eis actum.

Anno 1591. Ianuarij 19. frequenti patriæ conuentu deliberatum de remedijs contra Hiſpanorum in oppidis Dieſthenſi, Liewenſi, & Herentalenſi tumultuantium, inſolentias: Nam præter conſuetas huius temporis militum concuſſiones, Leodienſes tributis ſubijciebant, pendere renuentes abducebant, aliaque hoſtilia exercebant: Longâ perplexâque conſultatione habitâ, viſum fuit ad eos nomine Præſulis & Capituli ſcribendum, patriam Leodienſem membrum Imperij eſſe, neutri parti addictum, maxima hactenus damna perpeſſam: Rogare proinde, vt à tantis iniurijs abſtineant. Reſpondent ſuperbè & inſolenter neceſſitatem lege carere, indicta tributa præſtanda, ni patria Leodienſis eorum arma experiri velit. Cum aliud nihil ab eis obtineri poſſet, armata ſunt & milite munita, cùm equeſtri, tum pedeſtri vicina patriæ oppida, Trudonenſe & Haſſelenſe, Duce Groesbekano, & nouiſſimè Waremienſe, Giſberto Boux cum quinquaginta præſidiarijs militibus ibi præfecto conſtituto. B

Scribitur tumultuantibus qui inſolenter reſpondent.

Armantur patriæ oppida.

Monaſteriū de Hocht à milite occupatum.

Erant hoc tempore in Monaſterio de Hocht, non longè à Traiecto, Italorum, Walonum & Germanorum ſigna duodecim, omnia circumquaque depopulantes; quibus vt obſiſteretur, officiati omnes monētur, vt iuxta militaria mandata ſibi mutuā contra hoſtes opem & auxilium præſtent. C

Bredani prædones quomodo excuſati.

Hiſpanorum exemplum ſequuti Bredani, alterius factionis homines, agrum Leodienſem, contra neutralitatis iura, in nullo à Leodiēſibus offenſi, deprædantur, captiuos abducunt, magnam pecuniæ vim pro redemptione extorquentes. Gubernator per literas officij admonitus, præter ſuam voluntatem ea fieri excuſat.

Pontifex Regē Nauarræ denuo excommunicat.

Per hos dies, Gregorius decimus quartus Pontifex maximus Iubilæum indixit; quod deinde Erneſtus menſe Martio Coloniæ & Leodij publicari fecit. Non multò poſt in Cardinalium Senatu idem Pontifex Henricum Nauarreum denuo excōmunicat, eiuſque ſequaces. D Cuius rei literas per Landrianum ſuum iſtic Nuncium publicandas miſit.

Mors Henrici Grauij.

Aprilis vndecima, moritur Henricus Grauius ciuis & Theologus Louanienſis, præceptor meus, qui qualis quantuſque fuerit, ex Elogio quod ei in vrbe functo in Baſilica Germanorum Cæſar Baronius poſuit, lector paucis diſcere poterit.

F. Henrico Grauio eximiæ pietatis ſpectatæq; eruditionis viro: Quē poſt quatuor luſtrorum in Florentiſſima Louanienſi Academia S. Theologiæ publicam profeſſionem Sixtus quintus Pontifex max. inſignis

Digitized by Google

A *ſignis eruditionis ergo, Romam euocauit. Gregorius 14. in Pontificiam aulam excepit, ſed amplioribus dignum honoribus Chriſtus in cælum euexit, die 11. Aprilis anno* CIↃ. IↃ. XCI.

Ætatis LV.

Eiuſdem anni menſe inſequente Mayo, vitâ quoque defungitur Læuinus Torrentius Antuerpienſis Epiſcopus, & olim Vicarius Leodius in ſpiritualibus, & Archidiaconus Brabantiæ; cuius Epitaphium in æde Cathedrali Antuerpienſi tale legitur; *Obitus Leuini Torrentij.*

Læuinus Torrentius Patriâ Gandauenſis, literis & legationibus domi foriſq. ſpectatus, ex Archidiacono & Leodienſis Principis Vi- B *cario generali, II. Antuerpienſium, III. Mechl. Archiepiſ. deſignatus. Collegij Societ. Ieſu apud Louanienſes fundator. Ad rerum ſtatus Belgij collegium adſcitus, dum præcipitantem Rempublicam, fractus viribus, animo infracto, conſilijs ſuſtentat Bruxellæ deceſſit* VI. *Kal. Maias* CIↃ. IↃ. XCV. *vixit annos.* LXX. *menſem* I. *dies* XVIII.

Defunctum poëtæ varijs nænijs proſecuti ſunt. Hanc Vrientius tanto muſarum præſide Chriſtianam Rempublicam deſtitutam ingemens, & ipſe huius æui poëta non incelebris, decantauit: *Nænia in funere Leuini vulgata.*

Cuius hic eſt tumulus? Torrenti. Vis noua florum
Vnde flagrat? cineri grata parentat humus.
C *Ergo etiam flores ſolido de marmore? quid ni?*
Marmoris hic hoſpes flos modo ſoſpes erat.
Flos ſimul & torrens? hominum flos laudis honore,
Idem etiam torrens pectore & ore fuit:
Qui circum illachrymant, inopis quæ cauſa querelæ?
Iuſta; ſuum deflent deperijſſe patrem.
Quæ premit arentes lauros pede turba? Poëtæ.
Quæ ratio? annè leues entheus ardor agit?
Extinctum accuſant Phoebum: Quid? Phoebus an ille,
D *Infula cui canum texit honora caput?*
Sic decet & Phoebum, Iuuenis tamen ille putatur,
Sic iuuenis; diû vt ſit quoq. mente ſenex,
Vna ſed eſt Phoebo, duplicem tulit ille thiaram:
Scilicet & Clario Clarior ille fuit.

Eodem menſe, quidam Mauritiani caſtrum de Weſterloe munitiſſimum, Barone de Merode & Peterſem loci Domino abſente, hoc aſtu occupant; quatuor numero habitu ſubruſtico ad portam veniũt, excubitores nihil ab eis hoſtile expectantes intercipiunt, & in arcem, paucis, qui iſtic relicti erant, militibus cæſis, irruunt. *Caſtrum de VVeſterloe aſtu captum.*

Iulij

Digitized by Google

Germani opem Nauarro ſuerunt.

Iulij 28. Comitijs rurſus Leodij habitis, propoſitum fuit conſcribi in Germania ingentem equitum peditumque exercitum, qui Ductore Anhartio, Nauarreo opem ferant, eos veroſimiliter fines patriæ ingreſſuros, qui cùm Imperiales ſint, tranſitus negari non poſſit. Conſultatione eâ de re habitâ, viſum fuit quoſdam nominandos, qui eos minori quo fieri poſſit diſpendio extra patriam deducerent. Alio animo exercitum hunc expectabat Dux Lotharingiæ, collectis copijs, terminiſque ſuarum ditionum munitis, quo illis aditum in Galliam intercluderet; quam in rem etiam expectabat ex Italia vires, quas Pontifex confœderatis Catholicis mittebat: nec non Hiſpanorum copias, quæ iam Ducatum Luxemburgenſem erant ingreſſæ. A

Colloquiũ Præſulis & Principis Parmenſis.

Menſe Auguſto, Parmenſis aduerſa valetudine cõflictabatur, quare ad fontes Spadanos iterum proficiſcitur, vbi ab Erneſto Præſule, ex Germania reduce, ſalutatur. Actum hic quidam referunt inter duos Principes de oppidorum Diœceſis Coloniẽſis reſtitutione, præſidijſque Regis Hiſpaniarum inde reuocandis. B

Cæſar negotium pacis proſequitur. Erneſtus repetit a Parmenſi oppida per Regios poſſeſſa. In conuentu Ordinum Patriæ multa vtilia ſtatuuntur: Hollandi pacem renuunt.

CAPVT XVII. C

IMperator, & ſi iam ante ſæpe fœderatorum animos ad pacem fruſtra tentaſſet, à propoſito tamen non deſtitit, ſed legatum idcirco in Hiſpaniam miſit. Quo audito Rex totum id negotium illi commendauit, quicquid ageret, ratum ſe habiturum.

Ordines fœderati pacem renuunt.

Itaque Cæſar ad Ordines ſcribit, eoſque ad pacem iterum hortatur, æquiſſimas offerens conditiones: Ordines gratias agunt, & fruſtrà cum Hiſpanis agi de pace queruntur, a quibus nulla ſyncera expectari queat, vt qui ſub ſpecioſo pacis titulo peſſima quæque machinentur, pro vt ſe ſæpe ante expertos aſſerunt. Quo nonobſtante reſponſo, ſua Maieſtas ab ijs qui legationem obierant perſuaſa eſt aliud ſcribere ordines, & aliud ſentire, ſpem pacis non exiguam ſupereſſe; D in propoſito perſeuerandum, & honorificam legationem mittendam: Cæſar hac ſpe nixus, Principes aliquot viros nominauit, quibus legationem hanc decreuit; Vtque ad Hollandos proficiſcerentur, præcipit.

Legatio Caroli Bilei ad Parmenſem.

Interea Erneſtus Præſul Carolum Billeum ad Principem Parmenſem mittit, rogatque, vt præſidia, quæ in oppidis Colonienſibus habebat, euocet. Ad hoc, Parmenſis cum Concilio ſuo bellico deliberat; alij æquam petitionem eſſe aſſeuerant, quod Rex, & loca ſuis ſumptibus recuperare, & recuperata Præſuli reſtituere iam ante promiſiſſet;

Digitized by Google

miſiſſet; alij periculoſum eſſe, eo rerum ſtatu, illis præſidia adimere,
A quod hoſtis locis illis exarmatis facilè manum inijcere poſſet. De ea
diſſenſione certior factus Præſul, ipſe Bruxellas venit, negotiumque
ad Regem referri petit.

Comitia Patriæ & quæ in eis acta.

Septembris 3. Leodij Comitia celebrat, in quibus conſtitutum, vt
contra Regios & Hollandos naues mercatorias, Hoyenſem, Traiectē-
ſem, & Maſeckenſem infeſtantes, nec non incēdiarios & alios graſ-
ſatores fiant excubiæ per pagos, quæ ad prædonum aduentum, ſigno
dato, locorum præfectos & alios militiæ aſcriptos conuocent; vt ta-
bernarij eos non receptent, ſed iuxta edicta ſæpius publicata cum eis
agant, & Magiſtratum loci moneant: Item vt præſidiarij in nauibus
B mercatorijs ſumptibus vehendorum collocentur: denique ad Par-
menſem & Mauritium legatio inſtituatur, quâ de inſolentijs & con-
cuſſionibus militum querimoniæ fiant.

Succeſſio Pontificum.

Vigeſimâ ſecundâ Septembris, Nicolaus Fondratus in Pontificem
eligitur, vocatus Gregorius 14. vir ſummæ abſtinentiæ diem claudit
extremum 15 Octobris. Sedit in Pontificatu mēſibus 10. & diebus to-
tidem, vacauitq; ſedes diebus 15. In hoc Pontifice nihil deerat eorum
quæ ad Epiſcopalem perfectionem B. Paulus requirit; hoc anagrāma-
te à Franciſco Benſio Societatis Ieſu oratore & poëta honoratus eſt.

Gregorius decimus quartus,
Murus cuſtodiaq; gregis.

C Cardinales communi conſenſu 29 Octobris, Ioannem Antoniũ
Fachinetum Pontificem crearunt; quem ob iuris rerumq; omnium
peritiam & cognitionem, & ſingularem in pluribus difficultatibus
Concilij Tridentini explicandis ſolertiam, Gregorius 13. Cardinalem
crearat. Sumpſit is ſibi nomen Innocentij noni.

Ordines fœderati negligunt legatos Cæſaris.

Cæſareæ Maieſtatis legati poſtquam 17 Octobris, Coloniam veniſ-
ſent, ad ordines Hollandiæ nunciũ miſerunt, publicam ab illis fidem
petentes. At illi ſe plus pacis quam opus eſſet habere exiſtimantes,
eorum petitiones neglexerunt, iam enim Hagam Comitis venerant
Reginæ Angliæ, Regiſq; Nauarrei legati; in quibus tractandis aliquot
centena florenorũ millia breui conſumpta dicebantur. Eodem quo-
D que tempore ſcripſere ijdem Ordines ſocijs & confœderatis inſignes
victorias, quas pauco tempore exiguâ manu adepti eſſent, ſuppetias
in annum proximũ, ad hoſtem toto Belgio exterminandũ, petentes.
Legati interim, cùm opinione diutius fuiſſent Coloniæ commorati,
fide publicâ ab Ordinibus non expectatâ, in Brabantiã proficiſcũtur,
tertiaque Decembris ſummo honore Bruxellis excepti ſunt.

Præſul prouidet incolumitati Leodienſium.

In his Hollandorum triumphis, cùm maxima Catholicorũ vbique
trepidatio eſſet, videretq; Præſul prouidus maximum momentum in
concordiâ & vigilantiâ ciuium poſitum eſſe, Magiſtratum cõuocat,
pericula quæ Ciuitati totique patriæ immineant exponit, ciuium ani-
mos explorat, paratos ad defenſionē excitat acuitque. Itaq; Decēbris
24. cõmuni aſſenſu edicta militaria excubiaſque ciuiũ renouat: Et vt

nemo ab eis ſe quocumque prætextu excuſet, ſuâ auctoritate & eloquentiâ efficit: Nam & ipſi Scabini, Concilium priuatũ, Concilium ordinarium, nec non Commiſſarij, qui ab omni antiquitate ab excubijs propter munerum ſuorum occupationes excuſantur, vltroneè illis ſe ſubiecêre. Egit idem & cum veteribus ſodalitatibus arcubaliſtariorum, nouis quoque & veteribus colubrinorum, vt quamuis veteri priuilegio excubare cum cæteris ciuibus non tenerentur, ſponte tamen, ſolo incolumitatis Patriæ amore, noctu diuque mœnibus adeſſe, & cum alijs vigilare voluerint. A

Occaſiones tumultuum remouet.

Per eoſdem dies, nonnulli zelo religionis accenſi, cùm multa ad orthodoxæ fidei detrimentum fieri dicique conſpicerent, cœpêre imprudentius contra neutralitatem Leodij ſtabilitam loqui, non ſine motuum & ſeditionum periculo; quod percipiens Præſul, inter alia & hoc ſeuerè edixit, ne quis in eam iam ante ab Imperio conſtitutam & probatam quicquam loqueretur, cõminatâ non obtemperantibus pœnâ arbitrariâ. B

Vt Anhaltius cum ſuis Germanis in Franciam venit, mox Nauarræ Rex Rothomagum Normanniæ Metropolim arctiſſima obſidione cinxit. Erant Catholicorum vires debiliores, quàm vt adeò potenti cum hoſte auderent congredi. Itali quidem quos miſerat Pontifex iam in Burgundiam Lotharingiamq; venerant, ſed vlterius, niſi Parmenſi cum ſuis copijs etiam parato, progredi detrectabant. Parmẽſis itaque, qua potuit ſedulitate, equites peditesque per prouincias diſperſos in Hannonia cogit, ipſe ad luſtrandum exercitum Valencenas profectus. Quò cùm veniſſet, Legatos Cæſareæ Maieſtatis Bruxellas veniſſe, vt de negotio pacis ſecum conferant, intelligit: celerrimis igitur equis Bruxellas reuerſus, bis in Concilio Statuum eorum propoſitiones audiuit, moxque ad exercitũ reuertitur, vt periclitanti Rothomago ſuccurrat. C

Succeſſio Pontificum.

Innocentius 9. Pontifex vir grandæuus, multis laboribus vigilijs ac ſollicitudinibus in Gallia Belgioque ſuſceptis fractus, Dominica die, quæ erat 29 Decembris, placidè, in Chriſto Seruatore obdormiuit, 74 ætatis annum ingreſſus. In demortui locum, triceſimo Ianuarij anni 1592. elegerunt & ſuffecerunt Cardinales concordi cõſenſu Hyppolitum Aldobrandinum, qui Clemens octauus nuncupatus eſt. Hic fuerat Sixti quinti datarius & antea Auditor Sacri Romani Conſiſtorij, & ab eodem purpura decoratus. D

1592.

Annus multorum Principũ funeribus infauſtus.

Hic annus, non Pontificis maximi tantum, ſed & aliorum Principum funeribus infœlix & infauſtus fuit.

Mors Ducis Iuliæ.

Illuſtriſſimus Iuliæ, Cliuiæ, & Montium Dux, annos natus 76. ipſo Epiphaniæ feſto, diem morte extremum confecit, qui decima deinde Martij die ſepelitur, cuius ſepulchro Iacobus Lomnius poëta Epitaphium appendit, quod hic propter doctrinam & pietatem Chriſtianam quam ſpirat libenter aſcribimus:

Quis

A *Quis iacet hic? Dux Iuliacus. Qua ſtirpe parentum?*
Cliuorum illuſtri ſanguine natus erat.
Quæ coniux? Maria illa fuit. Quo ſtemmate? magni
Cæſaris, & diuo Cæſare nata ſoror.
Quid iuuenis coluit? Martem. Quid adultior annis?
Pacem. Quid ſenior? Iuſtitiam atq; Deum.
Quo morbo periÿt? ſenio cordiſq; dolore.
Qualiter? inuictâ ſpe, ſtabiliq; fide.
Ergo fuit? viuit pars prima. Quid altera? ſurget.
Vnde? ex hoc tumulo. Quando? vocante tuba.

B Decimo ſexto Ianuarij Caſimirus Dux Palatinus columen religionis Caluinianæ, cui nihil vnquam ad voluntatem, ſed multum ad poteſtatem defuit, quominus Roma cum Pontifice, vniuerſaque religione catholica funditus euerteretur, triſtiſſimo & grauiſſimo Geneuenſis Eccleſiæ luctu, ex huius mundi delicijs ad fletus & ſtridores dentium iuſto Dei iudicio euocatus eſt. *Mors Ducis Caſimiri.*

Hunc aliâ viâ, alioque profeſſionis genere, eiuſdem menſis 25. inſequuta eſt Eliſabetha Caroli 9. Galliarum Regis quondam vxor, Rudolphi Cæſaris ſoror, quæ cum toto ſuo Gyneceo, repudiatis huius ſæculi voluptatibus, ieiunijs, continuis precibus & eleemoſinis C vacans, ad Chriſtum dilectiſſimum ſuum ſponſum, quem ſolum amauerat, magno omnium bonorum, maximè vero inopum & pauperum ploratu tranſmigrauit. *Mors Reginæ Galliæ.*

Exeunte Ianuario, Erneſtus oppida Diœceſis ſuæ Colonienſis à Regijs poſſeſſa Hiſpaniarum Regis repenſa gratiâ recuperat: Leodij renouat edicta contra hæreticos, datis ad ſingulos regionum patriæ præfectos literis, quibus in hæreticos & ſpeciatim Anabaptiſtas, qui ex Anglia aduentare dicebantur diligenter inquiri & animaduerti mandat. *Præſul oppida Diœceſis ſuæ Colonienſis recuperat.*

D *Erneſtus Parochiale conſcribi curat. VVeſterloa arx recuperatur: Legati Cæſaris fruſtra cum Hollandis pacem tentât: Præſul leges Typographis & Ludimagiſtris præſcribit.*

CAPVT XVIII.

MEnſe Februario, Præſul intelligens parochos librorum ritualium defectu laborare, ritualibus libris qui iuſſu quondam Georgij ab Auſtria editi erant partim ab hæreticis direptis, partim vetuſtate corruptis, committit quibuſdam Theologis vt inſpectis

Libri rituales Diœceſis Leodienſis reformantur.

ſpectis diuerſarum Diœceſeon eiuſdem argumenti libris, ea decerperent, quæ huic inſtituto maxime conuenire deprehenderent. Quod officium ita ab eis præſtitum eſt, vt & ipſi Præſuli & omnium expectationi abunde ſatisfecerint. Nam cum tempore Auſtriaci libri aliquorum tantum Sacramentorum Baptiſmi, Extremæ vnctionis & Matrimonij ritus complecterētur, Hos ijs quæ pro rectâ reliquorum Sacramentorum adminiſtratione deſiderabātur, acceſſione locupletarunt: Inſtructiones etiam lingua vernacula ad ſingula Sacramenta, quibus eorum virtus iuxta Concilij Trid. præſcriptum ſeſſ. 24. c. 7. de reform. declaratur, aliaque nonnulla addiderunt, ſic vt ea in parte nihil amplius à parochis deſiderari poſſe videatur. A

Dux Parmēſis Rothomagēſes obſidione ſoluit.

Menſe Aprili, Parmenſis Rothomagenſes ſex menſes, & quòd excurrit, obſidione Nauarrei preſſos & ad maximam annonæ commeatuſque inopiam redactos hoſte partim cæſo, partim fugato, magna ſui gloria obſidione liberat, commeatumque, effractis hoſtium munitionibus, infert. B

Prædones qui arcem VVeſterloam ceperant male pereunt.

Prædones continuis Brabantiam, Campiniam, Patriam Leodienſem, aliaſque vicinas ditiones excurſionibus & rapinis infeſtabant. Horum 200. circiter, qui arcem Weſterloam occuparant, in Meditullium Brabantiæ inter Louanium & Bruxellas ſpe prædæ proiecti, à Regijs plerique capti, quidam fuga elapſi qui & poſtmodū ab agricolis iuxta Dieſthemium trucidati fuēre. Quibus vt terror maior incuteretur, mandato publico cautum, vt quicumque horum Ducem aut Præfectum aliquem viuum aut mortuum Magiſtratui repræſentaret, is trecentis aureis florenis donaretur. C

Reſponſum Hollandorum inſolens.

Menſe Mayo, cùm legati à Cæſare in Hollandiam, pacis ergo inter regios & Ordines conciliandæ, miſſi, iam aliquot menſibus in Haga Comitis conſtitiſſent; & quotidie, vt legationis ſuæ cauſam exponerent, oportunitatem quæſiuiſſent, reſponſum inciuile accepêre, ſtatum Reipublicæ apud ſe tranquillum eſſe, non expedire, vt ſpe inſtabilis & non duraturæ pacis, tempus inaniter ac fruſtra terant, ſicque muneribus donati diſceſsêre.

Aquæ Spadanæ remedium contra hydropiſim.

Menſe Iunio, Parmenſis hydropiſi laborans, relictâ Galliâ redit in Belgiū; rurſusq; ſanitatis recuperandæ ergo, ad aquas Spadanas proficiſcitur, vbi iubente Præſule, ſplendidè magnificèq; exceptus eſt. D

VVeſterloa arx recuperatur.

Mondragonius Regius miles fortiſſimus, menſe Iulio, collectâ militum 3000. manu, aſſumptis quinque tormentis bellicis, caſtrū Weſterloanum obſidet, & tandem 18 Iulij deditione recuperat, magno Patriæ Leodienſis bono.

Per hos dies, Canonici ad D. Bartholomei, quorū annui prouentus aliarū ſecundariarū Eccleſiarū Ciuitatis Leod. prouētibus tenuiores ſunt, & bona in Ducatu Brabantiæ Comitatuq; Namurcēſi meliori ex parte ſita; cùm iam multis annis, per diſſenſiones ciuiles & Belgicas, grauem minuſq; ſufferendā paterētur fortunarū ſuarū, ijs præſertim in locis, iacturā, nec de remedio appareret, ne cultū diuinū deſerere coge-

Digitized by Google

cogerentur, ex Præſulis adſenſu fauore & commendatione impetrarunt à S. D.N. ſuppreſſionē decem primo vacaturorum canonicatuū in decennium, in augmentū cæterorum. Quod deinde aliæ aliquot Collegiatæ ſequutæ ijſdem ex cauſis ſimiles gratias impetrauerunt.

Leges datæ Typographis & librarijs. Menſe Auguſto Præſul conſeruandæ fidei & religioni ſemper intentus, Typographis & librarijs leges iterato præſcribit, vt nullus librum imprimat, aut alibi imprimi curet, qui prius per inquiſitorem aut cēſorem ad id ſpecialiter deputatū viſus ſimul & approbatus non fuerit. Vt nemo librū vel quodcumq; ſcriptum, vendat, donet vel alteri legendum concedat, aut quocumq; alio modo in vulgus emittat, niſi præuiâ illius approbatione libro vel ſcripto præfixâ. Vt nemo librorum ſarcinas, quas in Ciuitatē ſeu patriā recens aduehit, aperiat, niſi præſente cēſore, quod vt exactius ſeruetur, vult ſarcinas ad locū per cenſorem deſignandū deferri; datâ etiam illi facultate toties quoties libuerit, domos & officinas typographorū, aliorumq; librariorū & bibliopolarū ingrediendi, & libros ſcriptaq; in eis reperta legendi, examinādi, probandi, vel improbādi, indeq; ſi ita expedire iudicauerit, ſecum auferendi. *Et Ludimagiſtris.* Similitèr Ludimagiſtros omnes profeſſionem fidei Catholicæ facere voluit, & iurare ſe nihil diſcipulos docturos, quod fidei Catholicæ Romanæ aduerſaretur.

Et Paſtoribus. Sed & Paſtores eadē iuſiurandi religione aſtrinxit, vt toties quoties aliquem in ſua parochia hæreſeos ſuſpectum habuerint, ad ſe ſeu vices eius in parte gerentem referant.

Præſul mandatum à Rege Catholico impetrat. Eodem tempore, regium mandatū impetrat, quo omnibus centurionibus præſidiorū, quæ Rheni ad ripam ſunt præcipitur, vt mox oppidis cedant eaque reſtituant, quocumq; mandato alio non obſtante. Tiſlingius horū præfectus, eo accepto, milites Bonnæ congregat, voluntatem Regis exponit. Sed quia ipſis aliquot menſium decurſorū debebantur ſtipendia, cœperunt refragari & tumultuari, mandatūq; *Milites rebellant & tumultuantur.* tam Regis quā Tiſlingij contemnere. Itaq; propria auctoritate mandant, vt nullus ex militibus Præſulis in vrbem admittatur, nullus ex præfectis vrbe exire permittatur; omnes literæ, quæ ad Tiſlingiū vel Magiſtratū adferuntur ſibi tradantur & corā legantur: Sed & vigilias duplicant, ciuibus etiam arma adimere parant, quod tamen proteſtatione Tiſlingij impeditum fuit: Tandem edicunt, vt ſi quis miles Bauaricus in vrbe ſit, incontinenti recedat.

Præſul militē patriam egredi curat. Per id ferè tempus, Aloizius de Mendoſa Hiſpanorum ductor, ex Friſia reuerſus, agrum Leodienſem ingreditur, idem facit & Labourlotius intra Sambram & Moſam ſtationē faciens, quos Princeps Parmenſis, à Præſule admonitus, fines Patriæ excedere iubet, illum in Flandriam euocans, hunc in Galliam proficiſci iubens.

Militi Leodienſi prouidet. Erat etiam non procul à Ciuitate Godefridus de Mombeeck copiarum Leodienſium ductor, quem, quod ob diuturniorem moram, ruſticis grauior eſſet Præſul in Marchionatum Franchimontenſem cōmigrare mandat, loci præfectum & prætorem ſerio monens, vt illis

minori quo fieri poſſit diſpēdio, de hoſpitijs prouideant; Leodiēſibus vero, vt militarem inter ſe diſciplinam ſeruent, diſtrictè præcipiens. A

Dux Parmēſis æger perceptis Eccleſiæ Sacramentis obequitat & mox moritur.

Menſe Octobri, Dux Parmēſis ex aquis Spadanis Bruxellas reuerſus, cùm ſentiret vires ſuas paulatim deficere, & morbum ingraueſcentem mortem ſibi minitari, ſacrâ ſynaxi ſummâ cum pietate ſuſceptâ, ac mille florenis in pauperes erogatis, Attrebatum verſus iter intendit, ibique toto quindeno ante mortem bis equo quamuis egrè conſcenſo, cœlo licet pluuioſo in mœnibus aut agris ad valetudinem, aquâ ſpadanâ ſæpius ſumptâ, obequitabat, vt reſtitutis nonnihil viribus, tertiò in Galliam ad electionem Regis Chriſtianiſſimi proficiſceretur. Cæterùm, ipſis calendis Decembris, magis ingraueſcente morbo, animam agere cœpit, quocirca, ſacro ab Abbate Vedaſtino, B apud quem diuerſabatur, vnctus oleo, noctis inſequentis hora prima vltimum clauſit diem: Eius exequias die veneris inſequenti Abbas Vedaſtinus perquam ſolemnitèr & honorificè, præſentibus Principibus ac magnatibus celebrauit. Hic finis & Cataſtrophe magni illius Alexandri Farneſij Ducis, Turcis, Gallis, & Belgis, contra quos varijs prælijs fœliciter depugnauit, bene cogniti. Nec multis poſt diebus, iuſta quoque funebria Bruxellæ illi perſoluta fuêre, ad quæ cuncti Principes Belgæ coiêre, vbi & hoc Epitaphium poſitum fuit.

Francia quem metuit, Belgæ coluêre fideles,
Martis honos nullo conditur in tumulo.
Gloria quæ toto ſe latè fundit in orbe, C
Orbem pro tumulo, non locus arctus habet.
Tot domitis tumulos victori, Belga triumphos
Erige, nam viuit gloria nec moritur.

Succedit ei in Belgij rerumque gubernationem Petrus Erneſtus Comes Mansfeldius.

Erneſtus excuſat ſe apud Sanctiſſimum & duo purgat, quorum occaſione nomen ſuum erat in vrbe traductum. Hollandi ſcribunt Ordinibus Leodienſibus, quibus Præſul rectè reſpondet. D

CAPVT XIX.

1593. INeunte anno 1593. Præſul mittit ad vrbem Hartgerum Henotum I. V. Doctorem Metropolitanæ Colonienſis Canonicum, qui eum apud Clementem Pontificem Maximum excuſet, quod ad Vrbem pro adminiſtrationis Eccleſiarum ſuarum ratione reddenda,

Legatio Hartgeri Henoti ad Summum Pontificem.

per Sixtum Pontificem cum alijs Antiſtitibus vocatus non venerit: Neque enim hoc rerum ſuarum & Belgij ſtatu venire potuiſſe abſque ſummo Eccleſiæ ac totius deniq; Reipublicæ diſcrimine & periculo. Meditatum iam ante fuiſſe iter, cùm Parmenſis à Rege Catholico exerci-

exercitum in Gallias traducere iuſſus, illum, ne ſe diſcedente, vici-
A nas ſtationes deſereret magnopere rogauit: Cæterum hoc ipſum iter vehemẽter eum appetere, habere quæ S. Sanctitati, ac ſacro Cardinalium collegio, ad communem Eccleſiæ ac Germaniæ rem pertractet, veniam idcirco tantum, vt commodum profectionis tempus expectare liceat, poſtulare. Qui ſi ante proxima Comitia Imperialia venire poſſit, non dubitare quin eo magis è Republica futurum ſit. Hæc apud Summum Pontificem præfatus, duo diluit, de quibus nomen Erneſti traductum ferebatur. Primum, de Eccleſiarum & dignitatum multiplicatione, in quo eius aut ambitio, aut cupiditas traducebatur. Alterum de dilata conſecrationis & Pallij ſuſceptione, cu-
B ius ratione quidam criminabantur illum minus quam Epiſcopum deceret ſe Eccleſiaſticis ſanctionibus conformare. Igitur vt multiplicationem Epiſcopatuum purget, fatetur Erneſtum quidem quinque Eccleſiarum curâ honoratum, non tamen ambitione aut aliqua cupiditate ductum, ſed magnorum Principum rogatione & auctoritate, parentum adhortationibus, amicorum precibus, populorum lachrymis, & religioſorum hominum obteſtationibus inuitatum, quinimo ipſius Gregorij XIII. Fœl. rec. mandatis impulſum.

Duo diluit de quibus nomen Præſulis traducebatur.

Excuſat multiplicitatem Epiſcopatuũ.

Friſingenſem (ab illa incipit ad quam primo vocatus fuit) tribuiſſe S. Mem. Pium V. in ipſa fere infantia, vt paternâ auctoritate ac potentiâ Eccleſiæ illius Iuriſdictio, quæ ſeſe in Auſtriam, Styriam, Tyrolenſem Comitatum extendit, ab hæreſibus vindicaretur, quod
C magno fuiſſe ſtudio, ſumptibus, laboribus, procuratum, res ipſa teſtaretur. Ex illa, quamdiu reſedit, quædam quidem emolumenta percepiſſe, haud tamen decenti ſuſtentationi reſpondere; dumque abfuit, pro Eccleſiarum Germanicarum recepta conſuetudine, aut nihil, aut parum emolumenti & fructuum percepiſſe.

Germanicarũ Eccleſiarum conſuetudo.

Friſingenſi, acceſſiſſe dicit Hildesheymenſem in Saxonia, rogantibus & ſupplicantibus Canonicis & Catholicorum exiguis iſtic reliquijs, vt potenti Bauaricæ domus clypeo munirentur & ſuſtinerentur; fuiſſe olim Eccleſiam illam ampliſſimam, magniſque opibus & potentia florentem, nunc temporum calamitate vicinis Principibus
D prædam factam eſſe. Recenſitas fuiſſe Ciuitates, Oppida, Caſtra & villas ad mille huic olim Epiſcopatui ſubiectas, ſed ex omnibus vix ſeptem Epiſcopo iam parere, quæ adhuc continuis præſidijs magniſque ſumptibus ac vigilijs cuſtodirentur: pleraque vſurpaſſe & deuoraſſe Brunſuicenſes, nõnulla Holſatiæ Duces, quos vt ad reſtitutionem, lite apud Imperialem Cameram mota, pulſaret, tempora hactenus non permiſiſſe, vt & alijs rationibus modiſque compellerentur. Ex eo Epiſcopatu non eſſe operæ pretium quid emolumenti acceperit referre, cum certum ſit illum Bauaricæ domui graui oneri ſemper fuiſſe, & eſſe, non aliâ cauſâ, quàm ne totus alioquin ab hæreticis abſumatur. Diuina officia in paucis illis locis quæ ſuperſunt publicè & patentibus templorum foribus iam agi, quæ antea non niſi clauſis

oſtijs

Digitized by Google

oſtijs clam exercere licebat, ſæpè etiam oportebat.

Ad Epiſcopatum Leodienſem, dixit Capitulum & Canonicos Erneſtum aduocaſſe, tanto tum Cleri tum populi conſenſu & acclamatione, proculdubio factum diuinitus videretur. Nam & Belgica bella, ciuilia & Groesbekij Cardinalis prædeceſſoris quaſi teſtamentarium iudicium conteſtabantur patriam & Eccleſiam illam ampliſſimam non aliter quam per Bauaricam potentiam pietatemque propugnari poſſe. Quamuis enim non potuerit ab excurſionibus, deprędationibus, vaſtationibus immunis eſſe (ſolent enim bella eiuſmodi calamitatibus vicinos inuoluere, veteri prouerbio, aliquid mali propter vicinum malum) hoc tamen Bauaricâ auctoritate effeciſſe, tum apud Catholicum Regem eiuſque miniſtros, tum vero apud ipſos rebelles Belgas, vt Leodienſes aperto bello laceſſere non ſint auſi, & quod magis mirum, hoc in Catholica religione conſeruanda profeciſſe, vt hæreticis loca omnia circumquaque, longè lateque corrumpentibus, illis aut belli ſatietate, aut mercaturæ causâ, aut lucri ſpe, inopiæuè metu, ad finitimas Ciuitates confluentibus, in eaſque virus ſuum transferentibus, nullus in populoſiſſima Ciuitate, quâ nulla in Europâ, Lutetiâ Pariſiorum exceptâ, ſit frequentior, magno Dei beneficio recẽſeatur Hæreticus. Quanquam autem Epiſcopatus ſit ditione auctoritateq; inſignis, prouẽtibus tamen donatũ eiuſmodi, vt nec fœlicioribus quidem temporibus Epiſcopo cum dignitate ille alendo ſuffecerint, longè minus tempeſtate hac, qua bellis omnia vndequaque perſonant, & milites continuis itineribus cuncta deuaſtant & diripiunt, ruſtici vero vel deſperatione acti, vel frequenti tubarum tympanorumuè ſonitu dementati; vel denique militari licentiâ illecti, deſertis agris caſtra ſequuntur. Vnde nunc Epiſcopatus prouentus ita diminutos conſtet, vt vix præſidiariorum ſtipendia, aliaque limitaneis arcibus cuſtodiendis neceſſaria ſubminiſtrent. Quo factum, vt antequam ad Coloniẽſem Eccleſiam accerſeretur Erneſtus, vt plurimum ſe in Bauaria continere ſuoque patrimonio ſuſtentare ſit coactus, neque niſi publica poſtularet neceſſitas, Leodij eſſe poſſet.

Aliquid mali propter viciñ malum.

Poſtmodum cùm Truchſeſij Apoſtaſia ſeſe magis magiſque prodere cœpit, totaque Colonienſis Eccleſia labeſcere iamque ruere videretur, cogitatum quiſnam eam tutari, protegere & conſeruare ac calamitatem & aduerſam ærumnam imminentem auertere poſſet, coniectos fuiſſe omniũ oculos in Principem Erneſtum: Cuius etiamſi Colonienſes Canonici quotquot boni & Catholici erant, ipſique ciues & populus Eccleſiaque adeo ipſa implorarent auxilium, vicini Principes rogarent ne publicam deſereret cauſam, parentes, fratres, & gentiles omnes conſulerent & ſuaderent, Cæſar etiam ſua auctoritate hortaretur, eum tamen ſatis animo ſuo quæ euẽtura erant præuidentem, omneſque moleſtias & pericula perpendentem, nullis ſe precibus aut obſecrationibus flecti paſſum eſſe, donec & Catholici Regis

Regis preces acceſſere, quin etiam Gregorius XIII. fœl. rec. Pontifex
A Max. paterna exhortatione & mandato permouit. Sereniſſimi tandem fratris Guilhelmi Ducis opulentia, re, fortuniſque adiutum, ex Bauaria Coloniam verſus propere iter ingreſſum, ipſaque tum itineris initia periculi plena, non incerta futurorum malorum præſagia dediſſe, hæreticos enim ipſius potentiam veritos, ſibique ſi Coloniam adueniret, multum metuentes, inſidias in ipſa via ſtruxiſſe, adeo vt cùm ſecundo Rheno vulgari pontone veheretur, ſeque minus notũ exiſtimaret, maioribus bombardis & ſcloppettis ex ripa impetitus, hæreticorum fraudes ſenſerit, quibus tamen diuino præſidio Coloniam incolumis appulit, deſideratum expectatumque omnibus ſolamentum adtulit. *Hæretici Præſuli inſidiantur.*

B Truchſeſio igitur poſtmodum, re examinata propius, Apoſtolica ſententia exauctorato, quibuſdam Canonicis refractarijs reiectis, Erneſtum, communi ſuffragio, nulla præuia ambitione, & communi lætitia in Archiepiſcopum electum, & à ſancta ſede Apoſtolica confirmatum.

Exinde ſeptenne iam bellum cum Trucſeſio, eiuſque aſſeclis coniuratis geſſiſſe, donec oẽs tota ditione ſua profligauit, cuius rei ergo non modo ſumptus feciſſet domus Bauarica vltra triceſies centena aureorum millia, ſed & ipſe Erneſti frater Ser. Ferdinandus nullis vitæ ſuæ periculis pepercisset: Subſidia Eccleſiarum quæ maxima
C cum iniuria Erneſto obijciũtur, non exceſſiſſe ſexcenta millia, quanquam accepta deberi Gregorio ſummo Pontifici centena, totidemq; fere Catholicis Germaniæ Principibus, maxime vero Regi Catholico, & eius nomine Parmenſi Duci: porro duraſſe adhuc bellum hoc Colonienſe, cum Canonici Monaſterienſes Eccleſiæ ſuæ interitum pertimeſcentes, Erneſti, qui pro aſſertione Eccleſiæ Catholicæ, dextre, ac vehementer præliaretur, præſidium implorare cogitarunt, cum is nihilominus quam ſe turbulentis nouationibus inuoluere deſideraret: rogarunt & ſuaſerunt tamen pij viri & conſpicui, celebrem & antiquam illam Eccleſiam non deſerendam, quam alioquin in hæretici Principis & Apoſtatæ poteſtatem deuenturam certo certius cõſtabat.

D Inclinabant Canonicorum plerique in Henricum Saxoniæ Ducem auerſum à vera & Catholica Religione, qui Bremenſem Archiepiſcopatum, Padebornenſem & Oſnaburgenſem Eccleſias vſurpabat; certumque erat Epiſcopatum in ipſius poteſtatem deuenturum, ni eiuſdem Principis Erneſti auctoritate propulſaretur. Relatum ea de re ad ſedem Apoſtolicam tunc temporis iudicium, rationes liquido probatas, curam Apoſtolicâ auctoritate demandatam, qua quidem aliud nihil fere quam moleſtia magna, cui inuidia & calumnia acceſſit; Cùm enim Epiſcopatus iſte hæreticis meliori ex parte circundaretur, Belgæque, præcipuè rebelles, illum hoſtili vicinitate & perfidia premerent, ſingulari atque callida fuiſſe cautione

d opus,

Digitized by Google

opus, ne aut finitimi Hiſpani,conſtituto illic hæretico,offenderētur;
aut hoſtes, Catholico deſignato , eius perdendi occaſionem adſume- A
rent. Cæterùm ad vitandas hinc inde contentiones,Epiſcopatus poſ-
ſeſſionem Erneſto traditā quæ toto iam quinquennio nihil ipſi emo-
lumenti retuliſſēt quam in Ciuitatis Monaſterienſis fœlici ingreſſu ac
viſitatione, honorarij vice, octo aureorum millia.

Atque eum eſſe adhuc modo Eccleſiarum iſtarum omnium ſtatum,
vt prouentus ad exhibitionem Principis ſui ,ſuamque , minus ſuffi-
ciant;Colonienſem Archiepiſcopatū omnium caput, ipſo etiā Nun-
cio Apoſtolico teſte, ab Erneſto creditoribus ſponte relictū, ſubſidia
ſimul & præſidia quotidie ex proprio patrimonio & fundo,atque etiā
Ser. Guilhelmo fratre ſubminiſtrari , vt vel inde appareat quam ca- B
lumnioſe & mendaciter in dignitatum ambitum,ſuſpicionem vene-
rit, qui omni tempore, ſi ita S. Sanctitati videbitur,paratus ſit Eccle-
ſias dimittere , monere & rogare tantum,ne id majori Reipub. malo
religioniſque Catholicæ detrimento cedat.

Excuſat dilatā conſecrationē & pallium.

Cæterum quoad dilatam conſecrationem pallijque petitionem ,
minus mirum id videndum , qui de tot ipſius Erneſti diſtrictionibus
plane ſæcularibus hactenus neceſſario aditis , quarum necdum finis
eſſet vel tenuem haberet inſtructionem. Sublatis præpoſteris eiuſ-
modi curis,conſtantem eſſe ſententiam pro pallio conſecrationeque
deuotè ſe ad S. Sanctitatis pedes ſupplicem ſiſtere , interim ſacroſan-
ctæ S.Sanctitati polliceri fidem ac religionem ſanctæque Sedis aucto- C
ritatem conſtanti impertertitoque animo, ad extremum vitæ ac for-
tunarum , tam in Germania , quam locis in alijs , ſeruari curatu-
rum.

Literæ Hollādorum ad ordines Patriæ Leodienſis.

Status Hollandiæ,miſſis ad Ordines Leodienſes literis,queruntur,
eos qui alterius ſunt religionis quam Catholicæ Romanæ è patria
Leodienſi , contra ius neutri & conſtitutiones Imperiales eijci ; ro-
gantque inſtantèr à mandatis & præceptis huiuſmodi & eorum exe-
cutione abſtineri,ne ſic eiecti & proſcripti,in Hollandiam & vicinas
Prouincias recurrentes militem commoueant,& ad vindictam pro-
ritent , aliaque inde damna & incommoda ſequantur. Concilium ,
1593. abſente Principe , reſcribit menſe Ianuario 1593. iſthæc mandata à D
Principe pro ſua Iuriſdictione & auctoritate Principali emanaſſe, il-
li proinde ſcribendum neque enim niſi ipſius iuſſu & auctoritate
Status conuocari, minus quicquam ſtatui & mandari poſſe.

Reſponſio Concilij Præſulis.

Eorundem literæ ad Principem & eius reſponſio.

Hi igitur 21. Feb. eiuſdem argumenti literas Principi mittunt,qui-
bus 27. Martij reſpondet neminem latere patriam Leodienſem ſuper
ſtatu Eccleſiaſtico imprimis fundatum,ſe etiam ad illius regimen per
electionem vocatum , à S. Sede confirmatum , Regalibus per ſuam
Maieſtatem inueſtitum,debitum igitur vocationis ſuæ, iuramentum-
que per eum ſic præſtitum poſtulare, vt patriam Eccleſiamque in ea
fide Catholicâ Romanâ inuiolatè conſeruet : nihil contra conſtitu-
tiones Imperiales fieri , quibus ſua de religione ſartâ tectâ ſeruandâ
mandata .

Digitized by Google

mandata conformentur, deinde ea alio moderamine & fini executioni demandari, quam flagitioſi quidam Reipub. turbatores, iudicio hic meritiſſimo pulſati, ipſis perſuadere mendaciter nitantur: Conſtituiſſe Principem iuxta conſtitutiones Imperiales ſuas actiones dirigere, viciſſim omnino confidere, quod & illi eaſdem, pro vt ratio viciſſitudinaria depoſcit, inſequentur, ſuoſque in officio continebunt.

Regij milites ob non ſoluta, vt querebantur, ſtipendia, Patriam Leodienſem inter Zambram & Moſam ingreſſi, tumultuantur, tributa ab agricolis minaciter exigunt, omniaque hoſtilia faciunt; quocirca Præſul, Patriæ ſuæ Officiales ſerio admonet, vt ſecundum edicta militaria præſto ſint, vires iungant, pariter eos vt hoſtes inuadant, & animoſe patriam egredi cogant. *Regij milites inter Zambrā & moſam tumultuantur.*

Menſe Iunio die 23. Wynandus à Wyngaerd Præpoſitus Leodiēſis illuſtri proſapia oriundus, vir candore animi & larga in oēs benignitate, conſilio maturo, prudentia ſolerti præditus, multis pro Eccleſia Leodiēſi & patria exantlatis laboribus, Chriſtiano viatico inſtructus, terras deſerens ad eum migrauit, in quo iam erat corpore & animo intentus, accepturus (ſic pie vouemus) immarceſſibilem iuſtitiæ coronam: cui Wynandus à Wyngaerd ex fratre nepos Præpoſitus quoque etiamnum Leodienſis patruo B. M. hoc Epitaphium, in gratam acceptorum ab eo beneficiorū memoriam in Eccleſia Cathedrali Leodienſi, in qua ſepultus eſt, poſuit.

D. O. M.

ADmodum generoſo VVynando à VVyngaerd Leodienſi Præpoſito, & annis circiter LIIII. *Canonico, pluribus Principum legationibus ad tres ſucceſſiue ſummos Pontifices atq́, Galliæ Regem præclarè pro Repub. functo, viro vti eximio generis ſplendore, ita prudenti infractoq́, ſemper in laboribus ſubeundis animo, omnibuſq́, ob egregias morū ac liberalis ingenij dotes percharo an.* CIↃIↃXCIII. XXIII. *Iun. vita defuncto, VVynandus à VVyngaerd ex fratre nepos patruo B. M. pos.*

Edictum contra hæreticos denuo publicari mandat, quoſdam caſtigat & punit.

CAPVT XX.

MEnſe Octobri, depoſitis apud Præſulem querelis, de nonnullis ſibi libertatem conſcientiæ conceſſam iactantibus; Paſtores quoque Haſſelenſis & Maſeckenſis diſceſſum, niſi contra hu-

Digitized by Google

iuſmodi iactationes prouideretur, renuntiarent.: Præſul hæreticorum dolos & mendacia comperta habens, ſcribit Concilio priuato, A vt edicta contra hæreticos lata, poſtpoſitis rumoribus, per oppida & imprimis Maſeckanum & Haſſelenſe denuò publicentur, executioni ſeriò demandentur, & ad effectum perducantur.

Duo Anabaptiſtæ tradũtur brachio ſæculari.

Vigeſima nona Octobris, Quintinus Iacobs & Aleidis Batem eius vxor Zonhouienſes obſtinatè hæreſim Anabaptiſticam profitentes, traduntur brachio ſæculari, prius recitatâ contra eos in Curia Leodienſi ſententiâ.

In cauſa Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, que coram nobis N. N. N. Inquiſitoribus inter te Quintinum Iacobs ab Zonhouen, ac tuam vxorem Aleidem Batem reos ex vna, & prouidum virum VVarnerum Rickmam procuratorẽ fiſcalem actorem ex altera partibus, vertitur & pendet indeciſa, nos præfati pro tribunali ſedentes & ius dicentes, inuocato Chriſti nomine, ipſumq́; ſolum ac Iuſtitiã præ oculis habentes, actis omnibus & ſingulis per nos viſis, ac diligenter expẽſis, communicatione etiam cum plurimis probis & tam diuini quam humani iuris peritis viris, habita, de eorundem conſilio pariter & aſſenſu ad ſententiam eiuſdem præſentis cauſæ definitiuam, ad quam audiendam his die hora & loco, tu cum vxore tua eſtis citati, procedendum duximus, & procedimus in hunc qui ſequitur modum. B C

Quia vos non modo plurium teſtium conformibus depoſitionibus de hæreſi Anabaptiſticâ diffamati deprehendimini, verum etiam propriâ, eâq́; iudiciali coram nobis factâ confeſſione eidem adhæſiſſe, cùm verbo tum proprio alterius veſtrum ſcripto conuincimini, ſed & ipſo facto dictã ſectam profeſſos fuiſſe, Baptiſmũ in ætate adulta ab huius ſectæ miniſtro recipiendo, eo quem in infantia ſuſceperatis contempto, per hoc iuxta Apoſtoli doctrinam rurſum quantũ in vobis fuit filiũ
Heb. 6. Dei crucifigendo & oſtentui habendo, *veſtras filias iam grandæuas non minore cum æterna veſtræ & ipſarum ſalutis periculo, quàm plurimorũ ſcãdalo, ſine Baptiſmo in hoc vſq́; tempus impia crudelitate relinquendo, de qua genuina impietate vſq́; adeo nulla ducimini pœnitudine, vt etiam in dies obſtinatiores fieri deprehendamini, quantumuis & per nos & per alios doctos ac pios viros Eccleſiaſticos Religioſos & ſæculares, ad veſtri conuerſionem ac à pernitioſa hæreſi abductionem, pro viribus ſæpius laboratum extiterit, ac in hunc finem multo tempore in carcere detenti fueritis, ſi fortè* vexatio D
Iſa. 28. intellectum daret. *Quia inquam res ſe ita habet, & poſt tentata omnia ad veſtri conuerſionem media, nobis quod ad eam, animarumq́; veſtrarum ſalutem impendere queamus, nihil amplius ſuppetat, neq́;*

tamen

Digitized by Google

A *tamen diſciplina Eccleſiaſtica pro conſeruatione religionis per ſacros Canones præſcripta ſuſtineant tam pertinacem & obſtinatam veſtrã impietatem diutius manere impunitam, vos per hanc noſtram ſententiam quam ferimus in his ſcriptis, hæreticos & Anabaptiſtas impœnitentes pronũciamus, decernimus ac tanquam tales de gremio pijſſimæ matris Eccleſiæ (quæ tam diu tamq́ patientèr & fruſtra vos ad pœnitentiam expectauit) eijcimus, ſeu ſponte vos ab ea receſsiſſe atq́ excõmunicationẽ incurriſſe declaramus, & ob id brachio ſecularis iuſtitiæ relinquimus, ipſam nihilominus deprecantes, & eius miniſtros, vt ſi iuſtitia ſalua, & abſq́ ſancta Catholicæ fidei & Religionis detrimẽto* B *fieri poteſt, noſtram ſententiam ſeu illius executionem citra ſanguinis effuſionem temperent ac moderentur, & inſuper vos in expenſas hactenus veſtri occaſione factas, earum taxatione nobis reſeruata, condemnamus.*

Sub Octobris menſis exitum, multi Haſſeleti & Maſeckæ deteguntur Caluiniſtæ & Anabaptiſtæ, quibus tempus præfixum fuit, quo coram Inquiſitoribus profeſſionem fidei faciant, hæreſes abiurent, aut patria excedant: profeſſi fuêre quidam, alij receſſêre.

C *Erneſtus Præſul defuncto Parmenſi, ſollicitus de oppidis Colonienſis Patriæ, mittit in Hiſpaniam. Rex Nauarreus fit Catholicus. Sententia Cæſaris contra Aquenſes.*

CAPVT XXI.

CVm querelæ ad Erneſtum quotidie deferrentur de præſidijs ab eo in noua munitione è regione oppidi Bonnenſis ſita, conſtitutis, quod vicinos circumquaque infeſtarent; Is incolis liberum fecit eam demoliendi, quod aſſumpta ruſticorum manu, perfecerunt. *Munitio è regione oppidi Bonnenſis demolitur.*

Ipſe quoque Berkam profectus, ita cum præſidiarijs egit, vt pro D parte ſtipendiorum contenti oppido cederent. *Berka recuperatur.*

Sed & veritus ne quid morte Parmenſis de Regis iuſſione circa militum à ſua Diœceſi Colonienſi miſſionem immutaretur, Legatos Bruxellas pro ea confirmanda miſit. Cumque Mansfeldius ſibi non ita de Regis voluntate liquere, ſed ad Regem pro ſua ſecuritate miſſurum ſe, ac de ea ſciſcitaturũ reſpondiſſet, ne quid intermiſiſſe videretur, mox nuncium in Hiſpaniã ad Regem in eam rem amandauit. *Præſul nuncium mittit in Hiſpaniam.*

Interim Comitijs Bonnæ cœptis, deinde Coloniæ continuatis, ordines de remedijs pro patriâ tandem à præſidiarijs penitus liberandâ, oppidiſq; priſtinæ libertati reſtituendis in deliberationẽ adduxit.

d 3. Eadem

Eadem tempeſtate, agebatur inter ordines Gallicanos de Rege Catholico deligendo, in eam rem aſſiſtentibus Pontificijs ac Regis Hiſpaniarũ legatis, cõmunis conſenſus in Ducem Guiſium Adoleſcentem 23. circiter annos natum inclinabat, tum quod ex familia Lotharingica, quæ à Carolo Magno originem ducebat oriundus eſſet, tum quod parens auuſque eius de regno ac fide optimè meriti, fortiter pro vtriuſque protectione occubuiſſent. Verum enim, Deo, per quem regnant Reges, ita diſponente, accidit, vt cùm propter quorundam ſeditionem res protraherentur, Nauarreus ſaniora ſecutus conſilia, vnicum illum religionis ad Regnum capeſcendum & cõſeruandum obicem ſuſtulerit, fidem Catholicam Romanam ſuadente Renato Benedicto ſummo & memorabili Theologo Pariſienſi amplexus. A B

Ordines Gallia Guiſium optãt Regem.

Suadente Benedicto Rex Nauarræ ad fidem conuertitur.

Cum nequicquam mandatis Cæſareis paruiſſent Aquenſes, triceſima Nouembris ad eos miſſa & publicata S. M. ſententia.

Nos Rodulphus huius nominis ſecundus Dei gratia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c.

DEnunciamus vobis quod anno poſt milleſimum quingenteſimum Octogeſimo primo in Sede & Ciuitate noſtra Aquiſgranenſi prætenſis, ſubornatis & Electis Conſulibus & Senatoribus, veſtriſq; ſucceſſoribus poſtquam in cauſa Catholicorum Conſulum, Scabinorum & Reipub. Aquiſgranenſis accuſantium ſeu actorum ex vna parte, aduerſum vos accuſatos ſeu reos ex altera, Illuſtriſſ. quoq; VVilhelmi fælicis recordationis, & nunc Ioannis VVilhelmi Ducis Iuliacenſis, Cliuenſis, & Montenſis chariſſimi noſtri auunculi affinis cognatiq; noſtri, vt cuius magni intereſt, negotium veſtrum maturè & prudenter ponderauimus, vobis accuſatis ante perſæpe Cæſareas admonitiones noſtras ſcripſerimus, legatos magni nominis, minaſq; & pænalia mandata noſtra miſerimus, ac tandem ſub ſacri Imperij excommunicatione ſeu proſcriptione vobis præceperimus, vt omnem nouitatem, vim & iniuriam accuſantibus intentatam aboleatis, eoſq; in integrum reſtituatis, nihil effecimus. Vos enim nullis noſtris monitis mandatis aut minis parere voluiſtis. Quare tandem poſt noſtram approbatam ab Imperij ordinibus in vltimis Comitijs auguſtanis, ad vtrumq; Electorem Treuirenſem & Saxonem editam commiſſionem, poſt ſubdelegatorum anno 1589. in vrbe veſtra receſſum, actaq; omnia ad aulam noſtram Cæſaream tranſmiſſa, poſt deniq; citationem noſtrã ad vos vndecimo Aprilis anni xcij. deſtinatam, definitiua noſtra ſen- C D

tentia

A *tentia huius anni xciij. Auguſti 27 die, coram noſtra perſona publicata ſecundum omnes iuris allegationes iudicamus, vobis accuſatis, ſeu reis nullo modo competere, aut licitum eſſe in ſede noſtra Regia, vrbeq́; Aquiſgranenſi in cauſa religionis vllam introducere aut introduci permittere nouitatem: ſicuti nec veſtrum eſſe Magiſtratum vrbiſq́; adminiſtrationem de facto vobis vſurpare: ſed potius quicquid hactenus à Magiſtratu, Scabinorum iudicio, & alibi conſtitutum abrogare & reuocare, omniaq́; vt ante introductam innouationem iuxta præſcriptum anno lx. decreti ab omnibus tribubus, atq́;*
B *Magiſtratu approbati, & in executionem miſſi fuêre, reſtituere. Actores quoq́; ad priſtinum ſtatum admittere, eorum perſonas ad Magiſtratum, aliaq́; officia iuxta pactum eiuſdem anni lx. denuo aſſumere, & eorum expenſas in hoc negotio factas refundere, omniaq́; damna reſarcire: quemadmodum nos reſpectiue cognouimus, aboleuimus, reuocauimus, etiam reſtituimus, & damnauimus: excipientes præterea pœnam quæ veſtro delicto debetur, querelis etiam & actione aduerſum vos Ducis Iuliæ, & actorum, quæ ſecundum iura ſimul ac ſeorſim decidentur. Omnia ſecundum publicatum Imperiale noſtrum iudicium, cuius etiam legato veſtro procuratori, ad ipſius poſtulatio-*
C *nem, ex Imperiali noſtra Cancellaria apographum dabitur; quo accepto, æquum eſt, vt pronunciata ſententia in opus mittatur. Quod vt fiat ſerio volumus. Quare vobis ex Romani Cæſaris poteſtate etiam ratione Iuris imperamus, vt niſi noſtram indignationẽ, Imperijq́; proſcriptionem incurrere velitis, poſt acceptas has literas ſex ſequẽtibus ſeptimanis prædictæ noſtræ definitiuæ ſententiæ in omnibus ſuis punctis, clauſulis, articulis & partibus obediatis, ſatisfieriq́; faciatis abſque vlla mora ſeu negligentia: neque vllam vlteriorem controuerſiã moueatis: ſi modo noſtram Cæſaream indignationem, Imperijq́; proſcriptionem declinare volueritis. Hæc enim ſeria noſtra voluntas eſt.*
D *Citamus nihilominus vos virtute eiuſdem Cæſareæ poteſtatis, & volumus, vt tranſactis prædictis ſex ſeptimanis; infra dies triginta, quos vobis pro primo, ſecundo, tertio, & tandem peremptorio termino conſtituimus; aut ſi dies is iuridicus non ſit, proximo die iuridico in aula noſtra Cæſarea, vbicumque tunc ea fuerit, ipſi aut per legatos veſtros compareatis, & mandato noſtro ſatisfactum eſſe doceatis: aut videatis, audiatiſq́; prædictam pœnam proſcriptionis vobis irrogari, voſque illius reos eſſe declarari. Quod ſi interim non compareatis, ſententia nihilominus aduerſum vos pronunciabitur, quemadmodum*

id iure.

Digitized by Google

id iure & laudabili conſuetudine hactenus obſeruatum eſt. Secundũ hac vobis conſulite. Datum in arce noſtra Regia Pragenſi, ſexto die Octobris, anno recuperatæ ſalutis poſt milleſimum quingenteſimum nonageſimo tertio, Regni noſtri Bohemici decimo nono. A

Acceptis literis, proteſtantes vehementer perculſi ac perturbati, miſſis ad Electores ſupplicibus libellis, patrocinium cauſæ ſuæ ac patronos quæſiuerunt.

Dux Niuernẽſis ad Pontificẽ pro Rege legatus.

Rex Nauarræ ad Eccleſiæ gremium reuerſus, legationem ad Pontificem pro conteſtanda religione Regniq́ue Gallici confirmatione obtinenda, inſtituit. Eiuſce legationis Dux Niuernenſis, qui menſe Septẽbri iter ingreſſus, Põtificem difficiliorem reperit, ſed poſtmodũ miſericordiæ recordatus Sãctiſſimus amplius deliberandũ cẽſuit. B

Præſul Comitia Patriæ celebrat: Hæreticos perſequitur: Intereſt Ratisbonnæ Comitijs Imperij: de rebus ibi per eum geſtis cenſura ſummi Pontificis & Alani Cardinalis.

CAPVT XXII.

Comitia Patriæ & quæ in eis acta.

NOuembris initio, Comitijs per Erneſtum habitis concluſum, vt eligerentur qui damna hactenus ab vtriuſque militibus patriæ irrogata & ab incolis perpeſſa ſummatim deſcriberent, Comitijs Ratisbonnenſibus proximo Ianuario habẽdis, Cæſareæq́ue Maieſtati repræſentanda, vt hac ratione gratia & leuamentum ſubſidiorum Imperialium impetrari poſſit, nec ſane iniuriâ. C

Fœdus Leodienſium cum Brabantis.

Sub idem tempus, ſcribit Comes Mansfeldius Patriæ Ordinibus, & memores reddit fœderis quod ab anno 1518. Patriæ Leodienſi cum Brabantiæ Ducibus interceſſerat, in cuius tamen præiudiciũ noſtrates ruricolæ Hollandis mage fauere quam ipſis viderentur.

Erneſtus Auſtriacus Belgij Gubernator. 1594.

Bruxellis excipitur maxima pompa.

Vigeſima ſecunda Decembris, Sereniſſimus Archidux Erneſtus Auſtriacus Diui Cæſaris Maximiliani primogenitus, moderni frater, pacificus Belgium pro Rege adminiſtraturus cum 800. equitibus ingreditur, & decimaſeptima Ianuarij anno 1594. Bruxellis excipitur, maximo Principum comitatu, quorum caput Erneſtus Præſul noſter ſibi amiciſſimus. Fuit (vti aiunt) pompa qualem hominum memoria non vidit, triumphis ludis & ſpectaculis per tres continuos dies noctesq́; decorata: hiſce peractis, exhibet Archidux diploma Regium amandationis regiminis & adminiſtrationis ſuæ, quo iubẽtur ſubditi ipſi pari lege vt Regi obedientiam præſtare. Quo audito Comes Mansfeldius in publico conſeſſu Belgij adminiſtrationem, quam hactenus ſuſceperat, deponit; proceres eum iuſſu Regio Gubernatorem ſalutant, fidem & obedientiam repromittunt. D

Luxem-

Luxemburgenſes tributa ab Archimandrita & incolis terræ ad A ſancti Huberti iniurioſè exigebant, in ſolutionem præſidij quod in Noenſchaſtel impenderant, cum tamen ab eorum vectigalibus & quibuſuis contributionibus liberi ac immunes ab immemorali tempore fuiſſent & eſſe debeant, quid enim commune eſt Luxemburgenſibus cum Patria & territorio Leodienſi, cuius vna pars eſt terra diuo Huberto ſacra? Cuius rei ergo Præſul Gubernatori ſcribit, rogatque ne contra ius, & expreſſam ipſius Caroli quinti Cæſaris teſtationem anno 1522. Maij vigeſima editam, cuius exemplar illi mittit, noua & inuſitata tributa Ducatui ſuo Bullonenſi imponi permittat, ſed ſuorum officialium auaritiæ, & cupiditati frænum B imponat.

Terra S. Huberti immunis à vectigalibus Luxemburgenſium.

Ducebat Baro de Zwatſemburch militem Germanum, Regi per Flandriam militaturum; hunc cum patriam Leodienſem ingredi & egredi oporteret, Præſul Renerum de Roſé D. de Roncinnes Hasbaniæ præfectum delegat, qui per Hasbaniam tranſeunti Baroni aſſiſtat, & militum prædationes impediat, eorumque inſolentias coerceat, in quo præfectus officium ſuum præſtitit.

Menſe Februario, cum quidam Leodij per legem & Franciſiam, quam vocant, hæreſeos ſuſpecti carceribus adiudicati eſſent & conditi, quidam Franciſcus de Viſeto, qui pluribus annis in Palatinatu habitauerat, ijſdem mancipatus, proponebat & viuere & mo- C ri velle in fide & religione, quam in Palatinatu hauſerat & imbiberat.

Quamobrem per hæreticæ prauitatis Inquiſitores brachio ſæculari traditus, & non multo poſt per Scabinos Leodienſes ad numellam damnatus, & in publicum forum ductus numellæque expoſitus (quod vulgo, *mis au pillori* dicunt) & aliquot horis coronæ aſtantium ſannæ expoſitus, publicèque proſcriptus fuit.

Hæreticus in numella ſannis excipitur.

Martij duodecima, cùm fuiſſet multopere inter Patriæ ordines ac alios intereſſe habentes ſuper æqualitate publicis ſubſidijs ſeruanda acerrimè diſceptatum, qua ratione Reſpublica multa magnaque perſæpè paſſa eſſet detrimenta; tandem bono pacis ac citra immunitatum, libertatum priuilegiorumque ac iurium Eccleſiaſticorũ & D aliorum quorumcũque præiudicium conuenit inter ordinum, necnon Eccleſiarum ſecundariarum prælatorũq; illis ſocios deputatos, vt Eccleſiaſtici in tributionibus extraordinarijs quas communi aliorum ordinum aſſenſu ab ijs laudari & approbari contingeret, tertiam totius ſummæ colligendæ partem præſtarent, aliarum vero duarum tertiarum quintam Ciuitas cum leuca, vt vocant, bannali, reliquas porro quatuor patriæ regiones cum ſuis appendicibus. Decima ſeptima tamen parte, in eiuſmodi regionum ſubleuamen, per nobiles diluendâ ſaluâ. Quæ vt cõmodius pro ſua quota poſſent omnes

Pes nouus ſeu reformatus in contributionibus diſſoluendis.

Digitized by Google

elargiri, Princeps cùm ſui Capituli conſilio ſingulis membris in ſuo diſtrictu citra alterius præiudiciũ permitteret tributi impoſitionem, A
ſalua ratione ac norma per S.C. ipſiuſque ac ordinum deputatos ante præſcribenda, rationibuſque ipſis per Collectores reddendis. Cuiuſmodi concordia fuit per Principem confirmata, & nunc communitèr tributionum pes nouus ſeu reformatus ad veteris formæ diſtinctionem nuncupatur.

Macelli abuſus corriguntur.

Cùm multi & graues in Macellum Leodienſe abuſus irrepſiſſent, quod nullo inſpectore & cognitore, ſine precio certo ſine pondere carnes promiſcuè venderentur emerenturque; quarta Maij edixit Præſul, vt carnes, niſi prius per inſpectorem & cognitorem viſitatæ & probatæ, nec niſi ad libram, pretioque per Scabinos Leodienſes B
ſingulis trimeſtribus conſtituto, venderentur: attamen edictũ, prout alia multa, bono publico ſancita, inſuperhabita fuere.

Declaratio Edicti Religionis.

Circa religionis edictum iampridem ſæpius promulgatum non parua difficultas exorta; quod ab hæreticis ducenti quidem floreni aurei exigerentur, ſed poſt terminum ad bona ſua diſtrahendum migrandumque, nihilominus in Patria pertinaces remanerent; Præſul Martij 16. alio edicto declarat non prius pecuniã exigendam, quam proſcriptionis perpetuæ ſententia recitata eſſet, cui ſi non parerent, tunc in carceres conijcerentur, nec prius niſi ſolutis ducentis florenis iuxta edicti præſcriptum, dimitterentur.

Præſul ſub Martij initiũ ad comitia Ratisbonæ indicta (quem Principes & magnates Imperij anteuerterant) equis 474. magnificè & C
ſummo apparatu proficiſcitur.

Acta in Comitijs Ratisbonenſibus.

In Comitijs de varijs maximi momenti rebus tractatum, vt & de certo firmo ſtabiliq; contra Turcam hoſtem Chriſtiani nominis hæreditarium ſubſidio, de belli ordine, militari diſciplina, copijſque ad certum numerum conſcribendis; de tumultibus Belgij componendis; Iuſtitiæ reformatione: tandem de monetæ qualitate, & Imperij matricula, verum partim negotiorum varietate ac querelarum intermixtarum multitudine, partim deliberantium in tanta frequẽtia diſſenſione, nihil definitum, ſed in tempus aliud dilatum.

Præſul Regalia Electoratus à Cæſare accipit.

Vigeſima ſecunda Martij, Lutetia Pariſiorum, quæ nunquam à fide D
Catholica & Apoſtolica defecit, quæ Regis hæretici Imperiũ, vetãte anathemate, diraq; execratione Põtificis Maximi, agnoſcere & ſubire nec iniuriâ nolebat, & reformidabat, eaque ratione grauiſſima & indigniſſima perpeſſa, Regem ad Eccleſiam reuerſum & catholicum effectum ſummis acclamationibus gratanter excepit, & vt Regem ſuum recognouit.

Interea Præſul ab ipſo Cæſare regalia tanquam Imperij Elector, præſtito more maiorum & vti adſolet iuramento, in frequenti Principum conſeſſu, magna gratulatione accepit. Sed & ita ſe in Comitijs geſſit, vt laudem palmamque præ cæteris Principibus reportarit, vt ex adiunctis S. Sanctitatis ad eum literis videre eſt.

Venerabili

Digitized by Google

A *Venerabili Fratri Erneſto Archiepiſcopo Colonienſi S. R. Imperij Electori.*

Venerabiliis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

DEcebat ſane animi tui magnitudinem & quam præ te ſemper tuliſti in Catholica Religione tuenda conſtantiam, vt talem te præberes in Ratisbonnenſi conuentu qualem te multa tua cum laude præſtitiſti. Accepimus enim crebris literis, & honorifica admodum de te teſtificatione, non ſolũ à dilecto filio noſtro Ludouico Cardinale
B *Madrutio noſtræ Apoſtolicæ Sedis de latere Legato, ſed etiam à Venerabili fratre Cæſare, Epiſcopo Cremonenſi, cæteriſq; Apoſtolicis Nuncijs, qui in eodem conuentu interfuerunt, quanto ſtudio, quanto animi ardore & zelo Catholicæ Religionis cauſſam defendendam ſuſceperis, tuaq; auctoritate & gratia procuraueris, vt Catholicorum Principum ſalutaris concordia, & conſenſio conſeruaretur, qua nimirum Deo iuuante factum eſt, vt impij Satanæ conatus eluderentur, & iniuſtitia contra iuſtitiam non praualeret, & Eccleſiaſtici Ordinis ius & dignitas retineretur. Sed & in grauiſſimo negotio, quod cordi noſtro penitus infixum eſt, de bello nimirum contra teterrimos Turcas*
C *gerendo quam præclaram operam nauaueris non ignoramus. Vtinam vere Germani Principes intelligant, quanta occaſio diuinitus oblata immortalis gloriæ cum ſumma vtilitate conſequenda, quod nos omni loco conteſtari non ceſſamus. De te vero frater planè nobis perſuademus, quod cauſſæ Dei, Patriæ, & totius Chriſtianæ Reip. nullo loco deeris, curabiſq; omni diligentia pro tua virili parte, vt Catholicorum Germaniæ Principum cõſenſus atq; vnio & conſeruetur & augeatur. Tibi interea pro noſtra perpetua erga fraternitatem tuam totãq; inclytam domũ veſtrã paterna charitate gratulamur, quod merita tua*
D *erga Catholicam Eccleſiam quotidie adaugeas, quibus etiam maiora ad publicum bonum, & ad peculiarem ipſius inſignis Eccleſiæ tuæ Colonienſis vtilitatem, quæ nobis merito chariſſima eſt, à tua virtute & pietate expectamus. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die ſecunda Septemb. 1594. Pontificatus noſtri anno tertio.*

In eandem rem ſcribit & alteras Alanus Cardinalis Anglus vigeſima ſeptima Septembris, vir pietate admirandâ & eruditione eximius, quem proinde ſilentio præterire mihi indignum fuit, eius exemplar tale eſt;

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. in Chriſto Patri ac Sereniſſ. Principi Erneſto Electori Colonienſi, &c. A

Domino ſuo Colendiſs.

ILluſtriſſime ac Reuerendiſſ. Princeps Sereniſſ. Ego iam diu Celſitudinem tuã, cùm propter meum in vniuerſam inclytã Bauaricã familiam ſtudiũ peculiare, tum propter ampliſſimæ perſonæ atq; Eccleſiæ dignitatus ſuæ ſplendorem, ſingulariaq; in Eccleſiam & Rempub. merita vnice colui & dilexi. Sed in eo ſermone quẽ non ita pridem S. Sanctitas in pleno conſiſtorio coram Cardinalium Collegio, de rebus à Principibus Catholicis maximeq; Eccleſiaſticis in Comitijs Ratisbonẽſibus B *pro fidei defenſione contra hæreticorũ conatus præclarè geſtis habuit, tam multa & tam honorifica nominatim de aptitudinis tuæ incomparabili in hæreticis repellendis virtute & conſtantia dixit, vt omnem in eius amorem & obſeruantiam pellexerit. Meum certe animũ (pientiſſime Præſul) tam exquiſito laudum tuarum preconio Pius Pontifex ita affecit, vt mox calamum arripuerim, vt conceptum gaudiũ communicarem, tibiq; de fœliciſſimo Comitiorum ſucceſſu ſimul & gratularer, & gratias agerem. Quod his paucis lineis, quanto poſſum ſtudio & affectu, facio, Chriſtumq; Opt. Max. prece & ſacrificio ſuppliciter* C *poſtulo, vt pietatem tuã benignè aſpiciat, atq; vt hoſtes clementiæ ſuæ potentius debellet, virtute induat ex alto, Præſulatumq; tuum longũ & beatũ faciat in terra, vt in diebus ſacri miniſterij tui, nobiliſſimam & grauiſſimam olim nobiſq; ſemper adamatam Germaniam ab his impuriſſimarum ſectarum ſordibus expurgatam videat. Illam enim Prouinciam & Eccleſiam celeberrimam tot Catholicorum Principum ac Præſulum munitam præſidijs, licet grauibus & diuturnis iactatam tempeſtatibus, tamen non omnino perituram, ſed ex iſtis hæreſeon fluctibus emerſuram tandem non dubitamus. Sed o nos miſeros Anglos,* D *ac infœlicem Patriam noſtram, quæ tota iam diu impiorum libidini inſeruit, vt nec vnde ſe extricet, nec quid ſperet vſpiã videatur. Neq; nos tamen deſperabimus, cum adhuc multa millia exiſtant Catholicorum, qui genua non curuarunt ante Baal, & vbi Deus dat plebi ſuæ virtutem & fortitudinem, vt non ſolũ credat in eum, ſed pro illo patiatur. Sed quicquid nobis Dei iudicio euenerit, tamen mirificè animos noſtros Germaniæ veſtræ in fide & Religione cõſeruatio cõſolatur, ac de noſtris miſerijs conceptũ dolorẽ plurimũ minuit. Sed nolo T. Cel. vlterius diſtinere, ipſi oẽm ſalutẽ & gloriã in Chriſto & Eccleſia exoptãs, eideq; mea obſequia deuotiſſimè offerẽs. Vale Romæ 17. Sept. 1594.*

Digitized by Google

A *Itali in Sichemenſi oppido tumultuantur, Brabantiam & Patriam Leodienſem tributis ſubijciunt. Leodij Conuentus Ordinũ celebratur. Ioannes Caſtellius adoleſcens Pariſiẽſis Regem Galliæ cultro petit, afficitur ſupplicio, & Societas Ieſu Regno exterminatur.*

CAPVT XXIII.

TVmultuantur in Brabantia Itali, tam equites quam pedites, ſub eo prætextu, quod dicerent ſe poſt Parmẽſis obitum minùs honeſtè exceptos, & neque ſtipendia repræſtita, Hiſpanos ſibi prę-
B ferri, ijſque ſtipendia præſtari. Quocirca caſtris Regijs relictis, Sichemum occuparant, ibique ſeſe munierant. Dumque ſtipendia nulla addicta mitterentur, non ſolum agrum Brabantinũ ad portas vſque Bruxellenſes, ſed & Leodienſem ad vſque portas Ciuitatis noxium habuerunt, & tributis grauiſſimis ſubiecerunt. Hinc Brabantinorum & Leodienſium frequentes ad Archiducem Erneſtum querelæ, quibus permotus, militem Hiſpanum mittit, qui eos vel in ordinem redigant, vel loco propulſent. Hiſpani itaque imperata facientes, infeſtis ſignis eos nonnullis munitionibus expulerunt. *Tumultus Italorum in Zichem*

Naſſouius metuens ne ex hoſtibus amici facti, coniunctis viribus in agrum Bredanum irruerent; erant enim 1023 pedites, equites 700. *Naſſouij ingenium.*
C varijs adhibitis artibus, Italos ſeditioſos in Hiſpanos animauit, ſed & eis fidem & defenſionem, ſi Sichemo pellerentur, promiſit, & reipſa inde pulſos apud Bredam excepit. Ibi Harigerus varia tractauit; inimicitiæ cum Regijs capitales exortæ, maximè vero cum Hiſpanis, donec multis & repromiſſis pollicitationibus placati, adnumeratâ acceptaque pecuniâ, in Brabantiam ad caſtra reuerterunt.

Interea Octobris quinta, frequenti ordinum Leodienſiũ conuẽtu, deliberatur de remedijs aduerſus horum Italorum impreſſiones & exactiones, qui Patriam in ſingulos dies tributo ſubiecerant quingẽtorum flor. Brab. Et quanquã non deeſſent qui armis iugũ hoc coërcendum & vindicandũ iure optimo cenſerent, re tamen ſecundum temporis ſtatum examinatâ, vicit eorum ſententia, qui cum ijs tran-
D ſigendum duxêre. Quocirca certâ pecuniæ ſummâ redempta eſt huiuſmodi perfida exactio. *Comitia Patriæ & quæ in eis acta.*

Erneſtus cùm Cæſarem, Ratisbonnæ conuentu ſoluto, Pragã vſq; fuiſſet inſequutus, perq; dies aliquot cum ſua Maieſtate conſediſſet, Cæſar eum ad Electorem Brandeburgenſem, alioſque Imperij Principes, qui Comitijs nonniſi per legatos interfuerant, menſe Nouẽbri amandat, vt pro cõmunibus cõtra Turcam auxilijs apud eos inſtaret, & in Belgium reuerſus pacis negotiũ promoueret. Itaque facto apud Brãdeburgẽſem officio, Leodiũ redijt, & quæ geſſiſſet per familiarem cameræq; ſuæ primũ cubiculariũ Baronem illuſtrem de Groesbeeck S. Maieſtati renuntiauit. *Præſul petitu Cæſare ad Electorem Brandeburgenſem proficiſcitur.*

Cùm

Digitized by Google

Caſtellius Regem cultro petit.

Cùm Lutetiæ Pariſiorum multi nequaquam Regem ad Orthodoxam fidem verè conuerſum, ſed eo magis Religioni exitioſum exiſtimarent, repertus eſt eius opinionis adoleſcens quidam Ioannes Caſtellius, mercatoris Pariſienſis filius, qui 27 Decembris cum nonnullis proceribus in cubiculũ Regis inſidioſè illapſus, cultro Regem impetijt, & loco gutturis, quod ſcindere miſer ſatagebat, in maxillam impegit, denteſque duos excuſſit: captus, quod apud Patres Societatis ſtuduiſſe deprehenſus eſſet, eoſdem in ſui criminis ſuſpicionem adduxit: rapitur in carceres eius præceptor, torqueturque, & licet minimè fateretur ſe ſuoſuè quidquam docuiſſe, quod licitam manus in ſuum Regem iniectionem permitteret, nihilominus ſeu per iudicia, ſeu coniectione laqueo ſtrangulatur, Societas regno exterminatur, Caſtellius poſt multos cruciatus laniatur & diſcerpitur, eius cineres in ventos diſperguntur, parentum domus è regione palatij ſita amburitur. In cuius area pyramis marmorea, perenne immanis flagitij monumentum, cum aurea cruce erecta fuit, cui hæc diſticha aſcripta fuêre. A B

Hic domus immani quondam fuit hoſpita monſtro,
Crux vbi nunc celſum tollit in aſtra caput.
Sancijt in miſeros pœnam hanc ſacer ordo penates,
Regibus vt ſcires ſanctius eſſe nihil.

Tumultus Bonnæ.

Sub finem huius anni ſequentiſque initium, Præſidiarij Bonnæ ab Erneſto conſtituti, ob non ſoluta ſtipendia, Gubernatoris Theodorici Lyndani abſentiam, tribuni ſeueritatem, & alias cauſas tumultuantur, Capitulo Colonienſi, viris nobilibus, Gubernatore, ac ipſo etiam Præſule fruſtra ad pacem, promiſſa ſolutione, cohortantibus. C

Arx Hoyenſis per inſidias ab Hollandis capitur; Oppidum à quibuſdam deditur, quæ mox auxilio Regiorum & Leodienſium recuperantur: Proditorum fautores ſupplicio afficiuntur. D

CAPVT XXIIII.

Menſe Ianuario, Hollandi, vlterius ſigna ſua proferre annitentes, cœperunt ad arcem Hoyenſem aſtu quodam intercipiendam animum adijcere; videbant enim illam loci ſitu fortiſſimam, perfacile immiſſo præſidio ſe contra hoſtes munire, indeque longè lateque per agrum Leodienſem, Namurcenſem, Luxemburgẽſem prædas agere poſſe. Ei facinori reperti fuêre idonei miniſtri. Eſt porro ad pedem rupis in qua arx coſiſtit domus Clauſtralis, quam cõ-

ducto

Digitized by Google

ducto inhabitabat proditor quidam Greuiſſe cognomento, cum vxo-
A re & familia: ad hanc Harangierus viros triginta lectiſſimos mittit, qui facinus aggrediantur. Illi igitur quadam die Sabbathi, nocte intempeſta per proditorem inſtructi, ſtratagema aggrediũtur, rupem ex dictis ædibus, ſchalis funibuſque admotis conſcendunt, veterem quãdam feneſtram caſtri in montis vertice apertam ingrediuntur, in ea ſe ſummo ſilentio tenebriſque continent, donec ſigno mane dato, eos qui in arce erant, ad ſacrum miſſæ officium euntes comprehendunt, ac in locum vinctos recludunt, porta arceque tota potiuntur.

Harangierus arcem cum oppido Huyen ſtratagemate occupat.

Ciues re audita turbati, alij conſilia, alij arma capere, alij Leodium pro auxilio ad Principem confugere, dum Harangierus cum 14. equi-
B tum centurijs, duodecimque peditum ſignis aduolat. Mox præſto ſunt & Leodienſes qui Harangierum cum milite ſuo longo & moleſto itinere feſſum propulſaſſent, ni quidam & ex primarijs ciuibus male feriati Hollandis plus æquo addicti, oppidum dedidiſſent.

Harangierus cum copijs oppido potitur, illudque ac arcem & alia loca præſidijs munit, commeatum apparatumque bellicum importat, moxque monaſteria circumquaque, ad portas vſque Leodienſes de tributis ſibi præſtandis monet, per vicos prædas agit, quadrigas ſeptem mercibus Italicis precioſiſſimis onuſtas, in agro montimediano forte repertas, miles eius inuadit, deprædatur, ac inter ſe partitur. Triumphum agunt ſed breuem; dum enim ita ſpolijs onuſti ad ſua per Brabantiam redeunt, iuxta Thenas in Regiorum aliquot cen-
C turias Domino de Grobendonck militantes incidunt, preſſi in tres ſe cumulos diuidunt, & qua quiſque poteſt fuga elabitur: Regij celeriores cuneum vnum præuertunt, in eum impetum faciunt, multos occidunt, plures capiunt, in quibus tribuni duo.

Prædas circumquaque agit.

Miles Harangieri à Regijs cæduntur.

Cœperunt interea Hollandi peſſimè de hoc dolo malo audire, vbique perfidiæ inſimulati, quod contra gentium iura pactaque cõuenta patriam neutri ſe hactenus parti intermiſcentem, tranſitum ſibi quoties vellent annuentem, improuiſam, nihilque minus quam hoſtilitatem cogitantem inuaſiſſent, oppidum caſtrumque primarium occupaſſent. Quocirca Præſul ad eos in Hollandiam mittit, de iniuria
D grauitèr acerbèque, vt par erat, queritur: Oppidum repetit, dignas inuaſoribus pœnas damnaque repoſcit: Illi reſpõſum in dies multos protrahunt, tandem excuſant non occupaſſe ſe oppidum illud vt perpetuo retineant, ſed pro ſua contra hoſtes commoditate, qua ceſſante velle reſtituere, Erneſtum idem hoſtibus in oppidis Berckenſi & Bonnenſi concedere, quæ nihilominus pariter Imperij ſunt. Quæ omnia vt futilia erant, Præſul reſponſo non expectato, oblata ſibi ab Archiduce Erneſto per D. de Baſſigni & Ioannem Baptiſtam Taxis legatos pro loco recuperando ſubſidia acceptat. Accurrunt itaque Comes Fontanus, & Berlemontius, Motteus quoque & alij militiæ Archiducis primarij cum copijs belliciſque tormẽtis, & Hoyum in vna Moſæ parte, Leodienſes in altera, obſidione cingunt.

Hollandi perfidiæ inſimulati.

Futiliter ſe excuſant.

Hoyum à Regijs & Leodienſibus obſidetur.

Præſul

Digitized by Google

Præſul interim, ordinibus Patriæ accitis, de remedijs oportunis,
Comitia Patriæ & quæ in eis acta. pecuniaque belli neruo conflanda deliberat: Conſultatione habitâ, A
imprimis geſta per eum nuper in ſuo Capitulo & Concilio quoad milites pro tempore collectos rata decernũtur, & deinceps gerenda arbitrio Capituli relinquuntur.

Sub id temporis, Archidux Erneſtus Belgij adminiſtrator, lenta
Archidux Erneſtus moritur. confectus tabe, inter 20. & 21 Februarij, noctu, anno ætatis 42. Bruxellis in Chriſto obdormiuit, ſummo ſui relicto apud omnes deſiderio.

Piè quoque moritur Antonius Ghenard, Canonicus Leodienſis, Examinator in Diœceſana Synodo deputatus, hæreticæ prauitatis Inquiſitor, vir doctus, ſolers, integer & modeſtus, ac qui propter erudi- B
tionis eminentiam à Præpoſito Leodienſi Guilhelmo à Pictauia viro præſtantiſſimo aſſumptus, Concilio Tridentino interfuit, de Diœceſi hac benè meritus. Sepulto in Eccleſia Leodienſi Epitaphium tale appendit Politus.

D. O. M.

Pietate, generis nobilitate, & doctrina eximio, D. Antonio Ghenardo, S.T. Licentiato, Leodienſis Eccleſiæ Canonico, Vicedecano, hæreticæ prauitatis Inquiſitori.

Occubat exemplar veræ pietatis auitæ,
Quæ fidei, & morum lumina ſancta dabat. C
Quid doctrina iuuat? Quid ſtemmata clara parentum?
Anxia quid prodeſt vita? neceſſe mori.
Iuſtitiæ columen mirata eſt Legia tellus,
Mæſtaq́; paupertas orba parente ſuo.

OCCIdIs AntonI MartI Vt Venerande CaLendIs
Te InCLIta fLet VIrtVs heV pIetatIs apeX.

1595. Obijt ætatis ſuæ anno LXXIII. Calendis Martij 1595.

Pergunt Regij conſtantèr & animosè cum Leodienſibus in obſidione Hoyenſi: vtuntur occaſione ſibi cœlitus data: Erat quippe tum D
temporis tanta aquarum eluuies, vt magna Batauiæ pars, tota Bomelienſis Inſula, oppida ad Rhenum multa eſſent inundata, propugnacula non pauca vehementèr attrita, hominũ pecudumque vis ingens delata, neque tam de auxilijs Harangiero ſuo ferendis cogitare poſ-
Oppidũ Hoyēſe vi recuperatum. ſent ordines Hollandiæ quam de ſe ipſis quoquo modo tuendis. Itaque obſidentes magna celeritate Martij 13. ſchalas ad oppidi mœnia admouent, ingrediuntur, obuios numero circiter 180. occidunt, alios in arcem propellunt, inde vicinum montem occupāt arce ipſa eminentiorem, ibique, 18 machinis bellicis admotis, caſtrum verberant, turrim vicinam expugnant, ictibus mille quingentis caſtri tecta mu-

roſque

Digitized by Google

roſque ita concutiunt, vt obſeſſi nuſquam ſibi tuti viderentur: Vnde *Arx dedita.*
A 20 Martij circa meridiem deditionem faciunt, hac cōditione, vt incolumes tam Hollandi quam Oppidani, paucis proditoribus exceptis, ilico cum impedimentis armiſque recederent.

Fœlix deditio, quæ ſi dilata fuiſſet, iam aderant copiæ auxiliares 700 & ſupra equitum, ac bis mille peditum in Diœceſi Colonienſi abs Naſſouio miſſæ, Comeſque Turenuæ militem vndiq; cogebat, quem eis iungeret, qui ſi deditionem & redditionem præueniſſent, facilè obſeſſis nouos animos attuliſſent, cum nulla ſeſe dedendi ac reddēdi neceſſitate cogerentur. *Fœlix deditio.*

His peractis, ſumpta ſunt, re cognita & comperta, ex Scabinorum B Leodienſium iudicum Capitalium ſententia & arreſto, de captiuis patriæ ſuæ proditoribus ſupplicia, Hoyenſeſque, vt plus partibus aduerſis fauentes, maxima ab vtraque parte damna perpeſſi, ac in exemplum priuilegijs ſuis per Præſulem priuati. *Sumuntur de proditoribus ſupplicia.*

Manſit interim oppidum recuperatum in regiorum poteſtate, donec miſſis Bruxellas per Præſulem Legatis illud reſtitutū.

Ferdinandus Guilhelmi Bauariæ Ducis filius renuntiatur Coadiutor Archiepiſcopatus Colonienſis: Hiſtoria Ioannis del Vaulx inſignis malefici Monachi Stabulenſis.

C

CAPVT XXV.

VLtima Martij, Erneſtus Præſul, præſidijs Bonnenſibus tumultuantibus ſeſe liberat, ſtipendio duorum menſium, loco ſex ſeptimanarum quod eis debebatur, ſoluto. *Præſul placat tumultum Bōnenſem.*

Ferdinandus Guilhelmi Bauariæ Ducis ex Lotharinga filius ſecundo genitus, Erneſti ex fratre nepos, Adoleſcens maximæ expectationis & ſpei, annos natus vndecim, patruo in Archiepiſcopatu Colonienſi, ſummi Pontificis auctoritate, necnon Metropolitani Capituli adſenſu creatur Coadiutor, quod vt ſit fauſtum fœlixque pre-
D camur.

Pariſienſes Theologi de Regis ſui ſalute aditi & ſolliciti, ſentiunt Regem ab excōmunicatione per Pontificem abſolui oportere. Quo intellecto Rex nouam ad Pontificem legationem inſtituit. *Rex Nauarræ conſilio Theologorum petit abſolui per Pōtificem.*

Sub id tēpus, quidā Ioānes del Vaulx antiqui & celeberrimi Stabulenſis Monaſterij religioſus, propter veneficiorū & aliorū criminū ſuſpicionē, per ſuum Priorē in carcerē coniectus fuit, quod cū Præſul Monaſterij Abbas & adminiſtrator reſciuiſſet, vt rē propius cognoſceret, me iſthuc deſtinauit. Cōueni hominē qui diabolicę tyrannidis, Deo illi propitio, pertæſus, volūtariè primo colloquio totā vitā mihi Prioriq; ſuo nō ſine lachrimis aperuit; ſe nimirū, cū pecora parentū *Ioannes del Vaulx pertæſus diabolicæ tyrannidis fatetur maleficia.*

ſ paſce-

paſceret, pueritiamque nefandis criminibus maculaſſet, annum agentem decimum quintum, quendam virum ſenem longo ac veluti religioſo habitu per ſyluam ambulãtem offendiſſe, qui rogarit num ſibi ſeruire & obſequi vellet, ſe pro mercede ad magnos eum honores in ſtatu quem diligeret euecturum, cui cùm temerè aſſenſiſſet, poſtea aliâ atque aliâ formâ monſtroſa apparuiſſe, ſtigmata duo (quæ nos vidimus) humeris impreſſiſſe, ad nocturnos conuentus per varia loca tranſportaſſe, venenum quo parentum & aliorùm pecora hominesque enecaret porrexiſſe, ad ſtudia literaria Treuiros comitatum eſſe, inde eius conſilio habitum Monaſticum, ac tandem Ordines etiam Præsbyteratus ſuſcepiſſe, Priorem & alios Religioſos, ſpe Prioratus adipiſcendi, per dæmonem iniecto veneno, ſuſtuliſſe: Denique maleficiorum ac ſcelerum ſocios plurimos habere. A B

Quæ cùm Præſuli retuliſſem, placuit ei omnia hæc Iudiciario ordine propius cognoſci. Itaque Reuerendiſſimum Dominum Andream Stregnart Suffraganeum, & me cum Notario Stabuletum mittit, examinauimus illum ſigillatim ſuper omnibus articulis, & dicta eius in acta retulimus. Cùmque in examinis progreſſu deprehenderemus plurimis paganorum & hæreticorum erroribus à dæmone imbutũ, illum de Deo Vno & Trino, de Spiritibus bonis & malis, de immortalitate animæ, de vita futura, & quibuſdam alijs fidei noſtræ articulis inſtruximus & cathechiſauimus: Volebat Præſul de eo exactũ fieri examen, vt ſi ad veram adductus pœnitentiam in accuſationibus iam ante factis perſiſteret (accuſabat enim ſupra quingentos maleficiorũ ſocios) eius accuſationi maior fides haberetur. C

Prima iudiciaria Ioannis del Vaulx confeſſio.

Rex Nauarræ abſoluitur ab excommunicatione & hæreſi.

Auguſti 30. Pontifex Nauarræ & Galliæ Regem poſt multas preces in publico Cardinalium conſeſſu abſolutum pronuntiat, magna omnium per vrbem lætitia. Deinde Perionio legato quæ è re Eccleſiæ Gallicanæ videbantur, Regi referenda præſcribit, inter alia de Concilio Tridentino per Regnum publicando, de hæreticis Regno exterminandis, de pace publica reſtituenda conſeruandaque & nonnullis alijs.

Harangierus Lyram tentat: Erneſtus Præſul Albertum Auſtriacum nouum Belgij Gubernatorem Luxemburgi honorificè excipit: Ferdinandum nepotem ad adminiſtrandam Eccleſiam Colonienſem vocat; in hæreticos inquirit. D

CAPVT XXVI.

Oppidum Lyrenſe intercipitur.

HArangierus Gubernator, vti dictum eſt, Bredanus, alio ſtratagemate Lyram apud Mechliniam in Brabantia oppidulum naturâ munitiſſimum occupare parat, ductis eò copijs, quæ inter 4. & 5. horas manè portæ Mechlinienſi eiuſdem oppidi inſtant, nemineque

mineque defendente foſſas tranant, muros aſcendũt, intrant, paucos
A occubantes occidunt, portas aperiunt, copias equeſtres pedeſtreſque inducunt. Gubernator oppidi re cognita, milites ciueſque armat, forum occupat, hoſtem quinies repellit, ſed nimia tandem aggreſſorũ multitudine ſuperatus cedit ordine compoſito, portamque Liſperenſem occupat ac defendit, Mechlinienſibus deinde ac Antwerpianis vicinis rei ſeriem ſignificat. Hollandi hoſte contempto ad prædas diuertunt, in templa domoſque conuolant, omnia vaſtant & diripiunt. Interea Antwerpienſes ac Mechlinienſes ciues pariter ac præſidiarij in vicinorum auxilium adſunt, & à Gubernatore per portam ſeruatam introducuntur, ibi mox trucidantur Hollandi, alij per muros
B in foſſas ſe præcipitant, pauci vix forte 200. euadũt, alij Antwerpiam Mechliniamque captiui ducuntur, Harangierus princeps factionis ſimul cum proditore noſtro Hoyenſi Greueſio ibi perijt. Fuit ea inſignis fœderatorum clades, inſignis ciuium Mechlinienſiũ Antuerpienſiumque pro fide & patriâ defendendâ ardor. Turpem hunc Hollandorum aſtum quidam hoc Chronographico notauit.

Gubernator Lyranus egregie ſe defendit.

Hollandi trucidantur.

Vt tVrpe eſt CItharaM tardVs sI pVLſet aſeLLVs,
SIC te HoLLande LIra LVdere tVrpe fVIt.

Præſul annonæ caritate ſpectata, edicta contra Dardanarios, vſurarios granorumque mercatores renouat aliaque ſtatuit; nimirum vt
C incolæ grana aliunde aduehentes, extra ditionem non euehant niſi tertia parte Leodij diſtracta, & vbi ad granaria iam delata eſſent Leodij vniuerſa vendantur: Exteri grana è Prouincia non euehant, niſi de fundis ſuis in agro Leodienſi nata, eaque lege, vt Leodienſes viciſſim cum vicinis eodem iure vtantur: Qui Leodio grana ad patriæ oppida aſportare ſe aſſerunt, vbi ea vendiderint, teſtimonium inde deferant intra menſem; Forum granorũ non in pagis ſed in Ciuitate & oppidis dumtaxat habeatur.

Edicta contra cupiditatem Dardanariorũ & vſurariorum.

Quarto Kalendas Ianuarias, Beato Thomæ Cantuarienſi martyri ſacro die, Prudentiſſimus Præſul & Adminiſtrator Stabulenſis, perpenſâ Ioannis del Vaulx iudiciariâ confeſſione ſimul & ſociorum
D accuſatione, in qua cuiuſcumque ſtatus & conditionis homines referebantur, legationem ad ſuum Principatum Stabulenſem inſtituit; mandata in eam rem Iuriſdictione, omniq; poteſtate Reuerẽdiſs. D. Andreæ Stregnart Suffraganeo ſuo, & mihi vti ſuo Vicario generali, Clariſs. Iuriſconſultis Petro Orano priuati ſui Concilij Procancellario & Scabino Leodienſi, atque etiam Ioanni Molempeter (piæ memoriæ) Fiſci Aduocato, mandatâ inquam liberâ poteſtate, de totius rei negotij cognitione, iudicatione, reique iudicatæ executione, atque etiam adſumendi facultate Iudices Iuridiciales & Feudatarios Principatus ſui, legum, Iuris & conſuetudinum peritos.

Legatio ad Principatum Stabulenſem contra ſortilegos.

Secundùm hanc mandatam Iuriſdictionem, ſub anni ſequentis

Digitized by Google

1596. initium quadriiugo Stabuletum iter intendimus, quo in itinere cùm non longe à Baſilica Beati Remacli abeſſemus, Dæmon quadriiugum per medium fregit, in quo Reuerendiſs. Dominus Andreas Sreignart, egoque cum Clariſſimo Petro Orano & Ioanne Molempeter, ducebamur, nec tantillum offendit, hoc vnum quod quadriiugo cum quadrigario eo loci reficiendum relicto, reliquum itineris, conſcenſis equis noſtrorum famulorum, confecerimus. A

1596.

Mirum dæmonis ſtratagema.

Hoc Stratagema inſidiatoris Dæmonis non aliter reſciuimus, niſi ad Baſilicam appulſi, & carceres ingreſſi eodem veſpere, Monachum Ioannem del Vaulx, ei pia & ſalutaria comprecati, præſalutaſſemus, qui non ſalutationem reddidit, ſed mox & inopinato quadriiugi fracti excuſationem adtulit, quadriiugũ non non ſuum dæmonem, qui nunquam ei iniuriam fecerat, ſed alterum malè feriatum mediatim ſecaſſe. B

Sodalitates ſortilegorum.

Inſequentis diei crepuſculo, Ioannes del Vaulx ſuper Articulis per Fiſcum propoſitis interrogatur & examinatur, qui in prima confeſſione perſeueranter ſtetit, admonitus ne quem temerè accuſaret, renouauit confeſſionem ſuam primariam, ſocios non tantum recenſendo maleficiorum, verum etiam deſignando cuius quiſque ſodalitatis eſſet inter maleficos, ad quæ loca cum maleficis ad nocturnos conuentus per dæmonem ſuum tranſlatus fuiſſet, quid in ipſis conuentibus nefandis tractaretur, quæ ad honorem (imo vero horrorem & deteſtationem) dæmonis conuentuum Præſidis agerentur, quo ordine inſana conuiuia, quæ diabolicæ mixtiones, quæ pernitioſæ humano generi, pecoribus, frugibus, cæteriſque incantationes fierent. Qua ratione cœpimus eum interrogare: Primùm de Societatibus & earùm numero; de quibus ille ſicut de rebus vſitatiſſimis verba faciẽs, ac ſtatim ſine interturbatione nouem maleficorum ſocietates inter eos exiſtere profitetur, Stabulenſem, Houfaliſenſem, Treuirenſem, Taſgnienſem, Cherenſem, Malmundarienſem, Salmenſem, & Vallenſem: Deinde interrogatus de locis in quibus ſingulæ ſocietates coire ſoleant, ſimul & conuenticula celebrare, actutum & cunctatione circumciſa Sodalitatis Stabulenſis quatuor loca recenſuit; in Stabuleto vnum ad portam Monaſterij, ſecundum in agris & fundis ſancto Vito proximis, tertium in pago Boſſutenſi, quintum in vico Croeeſe ad Moſellam: Conſequenter & reliquarum ſocietatum loca diſtinctim recitans, quę omnia in acta publica relata ſunt. Quin etiam quot in ſingulis ſocietatum locis ad cõuentus, & conuiuia celebranda menſæ ſternerentur, immediatè recenſebat. Sed & ex memoria qua pollebat quæ & quot perſonæ ſingulis ſocietatibus aſcriptæ in numerato nuncupabat, recitatis prope ducentis nomine & cognomine ſortilegis, ſingulos ſuæ ſodalitati & claſſi aſcribens. C D

Quæ in Sodalitatibus agantur.

Poſtmodum ſtatis diebus, vt eum adibamus & examen repetebamus, monitus ſigillatim referre, quæ in ipſis nocturnis maleficorum

conuen-

Digitized by Google

conuentibus gererētur, recitauit Belzebub primæ claſſis Dæmonem
A flexis poplitibus adorari, terramque quam pedibus calcauit deoſculari: Mox peracta adoratione, menſas apparari, in quibus Præſidente Dæmone pro gradu ſuo quiſque locum occupat; menſæ primæ *Les Braſſz hommes* appellari, & cum vxoribus ſuis conſidere, verum cibum & potum ſumi ſiue à ſodalibus allatũ ſiue furtim vſpiam ſublatum: Initio menſæ ſeu conuiuij (horreſco referens) loco benedictionis blaſphemari in hæc verba. *En nom de Belzebub noſtre grand maiſtre, ſouuerain Commandeur & Seigneur, noz, viandes boire & mãger ſoyẽt garnis & munis pour noz refectiõs, plaiſirs & voluptez:* Ad quæ verba ſinguli conclamant his verbis *Ainſi ſoit il.* Conuiuiũ
B autem verbis ſequentibus ſolui; *De noſtre refection ſalutaire prinſe & receue noſtre Commandeur Seigneur & maiſtre Beelzebub ſoit lovvé gracié & remercié à ſon exaltation & commun bien.* Ad quæ ſinguli votum ſuum verbis ſequentibus conteſtantur. *Ainſi ſoit il.* Exempta fame, epulis menſiſque remotis, tripudia fieri, ſed & præter alias ſpurcitias pudibunda dæmoni, qui inſtar hirci ſe exhibet, figuntur oſcula. A choreis, & cantilenis, quarum fere ſemper exordium tale eſt, *A bois burnette ratēdez nous*, ad amplexus promiſcuos tam cum dæmonibus, qui ſe ad formam viri aut mulieris exhibent, quam etiam cum hominibus vtriuſque ſexus conditionis & qualitatis execrãdos veniri, & eſſe meretricem ſortilegam cõmunem & vulgarem
C *Bonne lance* appellatam. Tandem tempore receſſus, qui fere fit ad primum galli cantum matutinum aut campanarum pulſum, à dæmone venena ſingulis diſtribui, quibus illi, pro re nata maleficia ſua exercent. Quæ omnia in omni congregatione & conuentu fere ſemper vſurpari fieri & mandari conſtanter & ingenue aſſerebat. Sed & vnũ inter cætera lubet hic enarrare, dicebat plures eſſe menſas, in quibus ſuo quiſque ordine conſidebat, ſeque quartæ claſſis primum locum tenuiſſe, amplius interrogatus vt nomenclationem omnium faceret, & ſigillatim qui & quæ in quaque menſa aſſiderent & hilaria agerent, nominauit duodecim viros primæ claſſis cum vxoribus, qui *les braſſs hommes*, nominabantur, præſide Belzebub; cum duobus aſſeſſoribus Leuiatan & Aſtaroth (erat autem Aſtaroth Venus & Mo-
D nachi ſuccuba) Inſequenter enarrauit qui & in quibuſcumq; menſis, quod ipſum explanate præſtitit. Vt autem eius conſtantiam compertam exploratamque magis magiſq; haberemus, & calumniatoribus os occluderemus, interiectis aliquot diebus, ad eum reuenimus, admonentes primum ſuæ ſalutis, deinde ne quemquam malo genio inſtante accuſaret & traduceret, eique accuſationes & nominationes ab eo factas, verùm inuerſo modo & ordine recitabamus, quos ad primam menſam, vel aliquam partem retulerat, eos partim ad ſecundã, partim ad tertiam aliaſue menſas & vice verſa: ille è contra conſtan-

Tentatur conſtantia Ioannis del Vaulx.

ter profitebatur, non ſic ita ſe dixiſſe, & rem aliter ſcriptam, minus rectè ſe habere, recitans priores accuſationes, ſuo ordine, priori ſuo teſtimonio conformes, & ita hoc à nobis multis, interiectis diebus renouatum, multos enim viros tum Eccleſiaſticos tum ſęculares accuſabat, dicebat quoque ſæpius ſe interfuiſſe Sodalitati Treuerenſi, & in ea ſodalitate primum locum tenuiſſe Doctorem Vlattenum Conſiliarium Ill. Electoris Treuerenſis, ibique vti ſortilegum crematum, habuiſſe in ea Treuerenſi congregatione Iuuenculam lepidam & formoſam piſcariam, ab eaque, re ſortilegâ peractâ, piſciculis donatum & repetitis ad ſtatos condictos dies congregationibus, eodem dono ab amica ſua ſalutatum. A

His ita ex Ioanne del Vaulx admirabiliter intellectis, nihilominus ſæpius eum & pro tribunali ſedentes, audiuimus, hominem benignè aggredientes, & totius actionis vitæque ſuæ veritatem diuerſis modis explorantes, quem ita ſibi conſtantem & in enarratis conformem ſemper deprehendimus, vt omnem male ſani viri ſuſpicionem ſingulis noſtrum eximeret. Sed & Oranus (qui hodie dum hæc ſcribimus adhuc in florida & vegeta ſenectute viuit & peroptimè valet, ætatis ſuæ annum ſeptuageſimum ſextum agẽs, æger tantũ pedibus) & ego non raro hominem, pro charitate Chriſtiana ſeorſim in cubiculo quo continebatur, adiuimus, ſimul & de multis, per occaſionem eorum, quæ cùm ex lectione doctorum, tum ex ipſius dictis & factis didiceramus, examinauimus, qui pluribus allatis rationibus, confeſſionem ſuam non imaginatione tãtum per fallaces impreſſiones diabolicas, vt nobis videri aſſerebamus, ſed vere, realitèr, hypoſtaticè & perſonaliter, vt plurimũ fieri aſtruebat, declaratis teſtatiſque permultis quoque indicijs, quibus ſe noſſe quando re ipſa vel quando imaginariè dæmoniacis conuentibus interfuiſſet & hæc vel illa patraſſet, conſtanter aſſerebat & conteſtabatur. B C

Mandatur cognitio iudiciaria in omnes per Ioannem del Vaulx accuſatos.

Hæc acta geſta cum Præſuli retuliſſemus, iſque negotij momentum magis magiſque animaduerteret; vt & de accuſatis tum Eccleſiaſticis tum laicis cognitionem iudiciariam inſtitueremus, mandauit; quod toto huius anni decurſu, ad diem vſque decimam Ianuarij anni ſubſequentis pari diligentia & ſedulitate factum fuit, decreta iniectione Iudiciariæ manus non in vetulas tantum mulieres vel viros de vulgo quæſitos, ſed & in loci primores, Prætorem ipſum cognomine Kaimerlinck, Scabinos nonnullos atque etiam parochos, necnon religioſos ætate, ingenio, eruditione iudicioque præditos. Sed Ioanne del Vaulx pauliſper relicto reliqua huius anni geſta breuitèr enarremus. D

Ianuarij die 8. renunciatur Archiducem Albertum Auſtriacum Cardinalem Belgij Adminiſtratorem à Rege Hiſpaniarum in Burgundiam cum Philippo Naſſouio Principe Auriaco aduenisse, Luxemburgi propediem expectari, quò vigeſima nona menſis Luxem-

burgi

Digitized by Google

burgi à Comite Fontano & Præſule Erneſto, cum multa nobilitate,
A ingenti gratulatione excipitur, Naſſouio in patriam quaſi Ioſeph à captiuitate maiori cum gloria reduce.

Albertus haud diu Luxemburgi moratus, Namurcum, & inde Bruxellas 11 Februarij, maxima cum omnium acclamatione, applauſu & expectatione venit.

Dum hæc in Brabantia geruntur, Ferdinandus Coadiutor Coloniã Agrippinã ingreditur, ab Erneſto patruo pro Diœceſis adminiſtratione vocatus. Hinc afflictiſſimæ iſti Diœceſi poſt tot calamitates reſpirãdi ſpes; quãque & eodem tẽpore miſiſſent Ordines fœderati eas ad partes equos 500. qui ſolutionem à vidua Comitis Nuenarij po-
B ſtulatam armis extorquerent; quam etſi Colonienſes Ordines intra decennium, promitterent, tamen ne expeditionem fruſtra ſuſcepiſſe viderentur, paſſim omnia deprædabantur: quocirca & Bonnam ſecuritatis ſui ergo nouis præſidijs munire oportuit.

Ferdinandus Coadiutor Colonienſis magnã de ſe ſpem præbet.

Præſul & Paſtor bonus oues ſuas per vniuerſam ditionem Leodiẽſem pernoſcere cupiens, omnibus animarum Curatoribus mandat, vt communicantium in paſchate nomina adnotẽt & ea nomina Archidiaconis ſuis reſcribant.

C *Spretâ per Hollandos pace, Albertus Auſtriacus ad bellum ſe conuertit, Caletum & Hulſtum expugnat. Erneſtus Præſul in hæreticos animaduertit. Sũmus Pontifex ſuis Italis ab hæreſibus cauet.*

CAPVT XXVII.

ALbertus Auſtriacus non armorum paciſuè tantum inſtructus conſilijs, ſed in vtrumque paratus, ſe totum ad Belgij adminiſtrationem conuertit, attamen non ignarus Principem Chriſtianum oportere ad pacem quam ad bellum eſſe procliuiorem, quod ſui muneris erat fecit; literas ad Mauritium Naſſouium, & alios mi-
D ſit, quibus cauſam aduentus ſui ſignificabat, ſe à Maieſtate Regia in Belgicas Prouincias amandatum, vt compoſitis controuerſijs, pacem & tranquillitatem quaſi poſtliminio Belgis reſtitueret, diuturnumq; bellum aboleret. Petere igitur, vt oſtendant ſe pacis ſtudioſos, eoque fini mittant aut decernant, qui cum ſuis de pace colloquãtur: In eandem rem literas ad eoſdem ſcripſit Princeps Auriacus Mauritij frater, in eo ſe negotio mediatorem offerens, at illi bellum ſpirabant, arma virumque canebant. Albertus itaque ſuo ſe officio ſatisfeciſſe ratus, reiecto & ipſe pacis conſilio, ſe ad bellum apparat.

Albertus pacẽ adfert & offert Hollandis.

Sane erant cunctorum animi erecti, expectanteſque quid Albertus primùm eſſet moliturus, dum præter omnium expectationem, menſe

Digitized by Google

menſe Aprili, Caletum oppidum munitiſſimum ex improuiſo aggreditur, multiſque ſtragematibus vſus deditione capit: & cùm fidem Præfectus non ſeruaret, arcem cæſis propugnatoribus expugnat. A

Cùm iam ſecundùm, mēſe Iunio, Coloniēſes fruſtra Legatos ſuos in Hagam Comitis ad Senatum fœderatorum miſiſſent, qui de vi & rapinis militum quererētur, intelligerentq; ſimulatè verba ſibi dari, pactum cum Iuliacenſibus ineunt, de negando impoſterum copijs Hollandicis tranſitu, armandiſque ſubditis; & paucos poſt dies Hollandi prædas agentes in ruſticorum manus incidêre.

Colonienſes ineunt fœdus cū Iuliacenſibus.

Iulio menſe, Albertus Hulſtum obſidet, illudque Auguſti decima quinta quaſſatis mœnibus ingreditur.

Excuſationes Regis Nauarræ apud Pontificem.

Rex Galliæ, repetitis legationibus ad Pontificem, excuſat cauſantibus bellis ciuilibus non poſſe ſe S. Sanctitatis deſiderio ſatisfacere coactum fuiſſe, pro iuſta ſui defenſione, fœdus cum Regina Angliæ inire, cæteroqui obedientiæ filius. Pontifex ad eum legatum mittit, qui reuerſum ad Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam firmet ac corroboret, inſimul ad pacem cum Hiſpaniarum Rege exhortetur. B

Triginta ſex heretici Maſecka proſcripti.

Decimo ſexto Auguſti, Erneſtus ex oppido ſuo Maſecka ſex & triginta, ex Haſſeleto non pauciores de hæreſi ſuſpectos proſcribit.

Quidam Canonicus Thorenſis communicat ſub vtraque ſpecie.

Deprehenſus eodem tempore quidam Eccleſiæ Thorenſis nobilis Monaſterij Imperialis, Diœceſis Leodienſis, Canonicus in ea hæreſi, vt ſentiret omnibus Chriſti fidelibus ſub vtraque ſpecie communicandū, & ita ſibi ex paſtoris ſeu Vicarij manibus ſacramentum communionis ſubminiſtrari faciebat, qui tandem per fidei inquiſitores inſtructus & firmatus, reſipuit. C

Proceſſus iudiciarius contra Ioannem del Vaulx ſortilegum: Albertus Ambianum in Picardia ſtratagemate occupat: Rex Galliæ illud obſidet. Alberti nuptiæ cum Iſabella Clara Eugenia filia Regis Hiſpaniæ.

CAPVT XXVIII.

Hollandi cùm anno ſuperiore totam fere Campiniam peruaſiſſent, eamque tributariam feciſſent, indeque copijs ſuis ſtipēdia ſoluerēt; Albertus, ſub huius anni finem, equitum alas quinque cum quatuor peditum millibus in eas oras mittit; vt incolas ab eiuſmodi ſeruitute vindicet. Hollandi, re cognita, Mauritium cum quinque peditum millibus, & octingentis equitibus inaduerſum mittunt, qui commiſſo prælio Regios abigunt. D

Vt tandem cauſæ Ioannis del Vaulx finis imponeretur, anno 1597.
1597. decima Ianuarij, datis Aduocato & Syndico, prælecti fuerunt illi pro tribunali articuli fiſci, de quibus accuſabatur, cum reſponſionibus ad illos per eum hactenus habitis & repetitis, quibus ſe inhærere,

nec

Digitized by Google

nec quicquam de confeſſis ſortilegijs perſoniſque accuſatis reuocare
A vel immutare poſſe, ſine ſalutis animæ ſuæ periculo, clarè, diſertè conſtanterque profeſſus eſt. Fiſco ſententiæ recitationem contra cõfitentem reum inſtanter petente, nouies termini in eam rem præſtituti (quod negotium nimis momentoſum eſſet) ad ius dicendum prorogati fuêre, & toties reus de periculoſo ſtatu in quo hactenus ſub dominatu & tyrannide diaboli conſtitutus vixerit, Deum omnipotentem eiuſque cultum & religionem maxima animi obſtinatione contempſerit, admonitus, ſerio caueret ne vanis & ementitis confeſſionibus aut iniurioſis & falſis accuſationibus omnem ſalutis ſpem ſibi adimeret, iterato dixit ſe nihil ex prioribus cõfeſſis corrigere, ne-
B que citra mendacij & periurij notam quicquam immutare aut reuocare poſſe. Expectare tantum miſericordem ſententiam, hocque vnũ agere & ad id toto pectore incumbere, vt facta diabolo deiuratione, Domino Deo omnipotenti & miſericordi reconciliari & illius gratiam conſequi poſſet. His ſyndicus minus contentus, poſtulauit Religioſos Stabulenſes adhuc veneno malefico infectos & male valentes audiri, videlicet Ægidium Harſetanum Priorem, Mauritium Offienſem, Quirinum de Generet, Corbelium Neufforge, & Paſcaſiũ Lymburgium, qui omnes teſtati ſunt, exiſtimare ſe maleficiatos, veneno per diuerſa loca Monaſterij per Ioannem del Vaulx confratrẽ ſuum, vel alios maleficiorum ſocios poſito.

Proceſſus contra Ioannem del Vaulx ſortilegum.

C Ad extremũ Syndicus petens iuxta acta Ordinari & reum ad quæſtiones condemnari, eo fini, vt illius confeſſio aduerſus quoſcumque ſortilegiorum ſocios vel ſocias meliori modo ſibi ſubſeruire poſſit. Cuius rei ergo Præſul & totus Principatus Stabulenſis proteſtationẽ & petitionem facit, reo præſente & ſolam omnipotẽtis & miſericordiſ. Domini Dei miſericordiã implorante. Quibus ita vtrinque cõteſtatis, præmiſſis ſolitis admonitionibus & precibus, promulgatum eſt decretum ſub hac forma ſequenti.

In cauſa Ioannis Villarij Syndici Monaſterij Stabulenſis accuſatoris contra Dominum Ioannem del Vaulx in prædicto Monaſterio Religioſum & de pluribus ſortilegijs accuſatum, quæ coram nobis Ioanne
D *Chapeauille Canonico Leodienſi nec non à ſuâ Celſ. ſpecialiter ad præſens negotium dato & deputato Commiſſario pendet indeciſa, de diuini & humani Iuris-peritorum conſilio, & pondere totius cauſæ cum illis communicato, dicimus & declaramus præallegatum D. Ioannem reum accuſatum (antequã ad plenam definitionem procedatur) quæſtionibus eſſe ſubijciendũ, & per torturam pro vlteriori inquiſitione examinari debere, datum 19. Martij 1597.*

Adiudicatur quæſtioni.

Promulgato hoc decreto, exacerbatis multorum de maleficijs ſuſpectorum animis, diſperſus rumor fuit, nobis negotium eſſe cum ho-

mine deliro & mentis impotentis: vt vero hunc rumorem falſum ſuffunderemus, Dominos Ludouicum de Viſeto Priorem Malmundarienſem virum ingenuæ & compertæ fidei, Hubertum de Verlemont, Gabrielem Neufforge Gubernatorem Monaſterij Stabulenſis, Remigium Vltrapontanum, Guilhelmum Raue Poteſtatem Malmundarienſem (ſic enim vocant) Adolphum de Rahier prætorem de Bodeur, Petrum de Noirfalli Procomitem d'Anheree, & Prætorem de Cheuron, vt & alios Prælatos Eccleſiaſticos, nobiles & honoratos viros, Officiales, Prætores, è quibus etiã nonnulli ſortilegij ſuſpecti, aduocari iuſſimus. In quorum præſentia Ioannes del Vaulx conſtitutus de confeſſionibus & accuſationibus frequenter repetitis interrogatus, ita intrepide conſtanter & appoſitè ad ſingula reſpondit, vt errores & ſiniſtras enarrationes quas ex profeſſo fingebamus, & ſuſpectorum oppoſitiones, quas illi animoſe inaduerſum obiectabant, corrigeret & de ſingulis, ratione redditâ omnem parum ſanæ mentis opinionem à ſe dimoueret. A B

Accuſati per Ioannem del Vaulx ſpargũt rumorem illũ eſſe delirum.

Neque his refractarij maleque ſibi conſcij, contenti, ſpargũt eum tempore ſuæ captiuitatis ad Capitaneos de la Bourlotte, & de Gobreuille, necnon ad D. de Wils ſcripſiſſe litteras, quibus quædã cõtineri viderentur, quæ aliquam ſpeciem delirę mentis deſignarent; quod in eis de la Bourlotte & alios duos nepotes ſuos eſſe diceret, quod ſe oẽs hoſtes Regis Catholici ſua arte & induſtria enecaturũ repromitteret, vt & id genus alia: Deſuper per nos diligẽter inquiſitus, præſenti cõſtãtiq; animo reſpõdit ſe tum deliriũ & ſtultitiã ſimulaſſe, cognationiſq; mẽtionem feciſſe, vt & hoſtiũ Regis euerſionẽ, vt ſub prætextu delirij & ſtultitiæ carceribus ſolui, & in libertatẽ reſtitui poſſet, quod ipſum tertiò & quartò repetita interrogatione teſtatus eſt. C

Conſtantia Ioannis del Vaulx.

His oĩbus more iudiciario & vti adſolet peractis, repetita ab ouo oĩa acta, quibus omnibus & ſingulis etiam vernaculo ſermone propter linguæ latinæ ignaros explicatis, dixit, ſæpiuſque repetijt confeſſiones ſuas vna cum accuſatiõibus in proceſſu deſcriptis eſſe veriſſimas, ſuperadijciens quæcumque per ſe declarata teſtataque cum perſonis ab ſe nominatis & accuſatis, in rei veritate fuiſſe geſta & patrata.

Poſtmodum cum Ioãne de Fronuille Paſtore Stabulenſi de ſortilegijs accuſato collatus. Cùm Clariſs. D. Oranus hiſce in rebus iudiciarijs exercitatiſſimus demiraretur Paſtoris de Fronuille tam Cathegoricas infitiationes, Ioannes del Vaulx me præſente omnem Orano admirationem ſuſtulit, ſecretum maleficorum declarans de ſecreto ſeruando, idque ſolemni iureiurando in eam rem præſtari ſolito, quod in ſingulis ſocietatibus quotãnis renouare conſueuerunt, quod non ita pridem à Societate Stabulenſi repetitum fuiſſet: Cui renouationi ſe interfuiſſe & dictum de Fronuille agnouiſſe aliquoties conſtantiſſimè aſſeruit. D

His ita geſtis, Syndicus pro tribunali petit quæcumque propoſita & allegata ſua, & rei confeſſiones relegi, ſimulque reum, ſub inuocatione

Digitized by Google

tione numinis diuini, iuramento ac damnatione æterna, interrogari,
A num confeſſioni ſuæ ſæpius repetitæ inhærere velit, aut quid in contrarium teſtari; qui, præcedēte ſolemni periurij pœnæ declaratione, conſtanter reſpondit confeſſiones & accuſationes ſuas eſſe veriſſimas, neque ab ijs poſſe nec velle recedere.

Qua teſtatione Syndicus nequaquam contentus, poſtulauit, vt quæſtioni adhiberetur, non dumtaxat per modum teſtationis ſed etiã omni meliori modo in teſtimonij ſui robur examinetur, vt non haberent criminis rei quod quererētur. Reus confeſſionibus & accuſationibus repetitis & recitatis, ijs conſtanter inhæſit, declarans, ſub iuramento & numinis diuini obteſtatione, eſſe veras.

B Quo facto ad quæſtionem ventum fuit; reus in tortura exiſtens, propoſitis & repetitis articulis fiſci, ſub ſuæ ſalutis & damnationis periculo, teſtatus fuit omnes & ſingulos ab ſe nominatos, eſſe ac fuiſſe ſortilegiorum ſocios, quodque eos in ſocietatibus prædeclaratis viderit, eoſque agnouerit, & cum ijſdem quæcumque ab eo declarata fecerit & patrarit. Rurſus ſerio monitus vt maturè ab ſe dicta & confeſſa recogitaret, neque quenquam immeritum accuſaret, precibus & exorciſmis etiam adhibitis, apertè ac conſtantèr profeſſus fuit eſſe vera omnia à ſe dicta & confeſſa, neque quemquam iniurioſè aut calumnioſè accuſaſſe: Idque ita eſſe obteſtari ſub omnipotentis Dei Opt. Max. miſericordia & pietate, ad quam (reuocatis promiſſis diabolo præſtitis) ſe recurrere, & veniam pro miſerrima & hactenus
C quaſi deſperata ſua anima expectare dixit.

Perſiſtit in accuſationibus & confeſſionibus ſuis.

Vlterius declarata ei fuit ſociorum & fœderatorum multitudinis improbabilitas, quam nos ei (conſtantiam eius tentandi cauſâ) obijciebamus, eoque non obſtante, ſuis confeſſionibus & accuſationibus conſtanti animo & voce inhæſit. Ad ſummum effuſis communibus precibus & factis exorciſmis, ne quicquam aduerſus veritatem diceret, repetito prædicto ſolenni iuramento, confeſſioni, teſtationi, & accuſationi inhæſit, ac vſque ad extremũ vitæ ſuæ inhærere velle & debere profeſſus & conteſtatus fuit.

Tētatur illius conſtantia.

Rebus ita peractis, in eã rem præſentes oẽs vnanimi voce periurij falſæque accuſationis pericula illi propoſuerunt: quibus iterum ac
D tertiò reſpondit ſe nihil niſi quod verum eſt quæque vidit & præſens audiuit, contra perſonas in ſua accuſatione deſcriptas dixiſſe; tãdem à quæſtione ſolutus ad focum reductus fuit, membris integris, leuis enim fuit tortura, ſed & ſtigmata dæmoniaca quæ bina humeris impreſſa fuiſſe diximus, nudatis eius ſcapulis, oculis noſtris ſpectauimus & illorum veritatem acu altè infixâ, ipſo quid ageremus ne quicquã ſentiente, didicimus.

His omnibus ita geſtis, fiſcus omnium quæ acta ſunt, copiam iudicialiter petiuit & obtinuit, proteſtans quod eadem non dumtaxat aduerſus reum, ſed etiam contra quoſcumque alios, per modum teſtimonij, & pro generalis Inquiſitionis fundamento, explicari poſſint

g 2 & de-

Digitized by Google

& debeant : petens inſuper reum ad horam ſeptimam ſecundæ diei Aprilis citari, ad videndum per Reuerend. D. Ioannem Chapeauille Commiſſarium & Iudicem pronunciari, ac omni meliori modo ius dici & ſententiam ferri. Quam citationem ipſi Ioanni del Vaulx inſinuatam fuiſſe Henricus Harſetanus Clericus & exequutor propriæ manus ſignatura teſtatus fuit : ſententia his verbis ita conceptis pro tribunali recitata fuit; A

Nos Ioannes Chapeauille Canonicus Leodienſis Iudex Commiſſarius legitimè deputatus, in cauſa quæ inter te D. Ioannem de Vaulx Religioſum Stabulenſem ex vna, & Ioannem villari fiſcum partibus ex altera vertitur & pendet indeciſa, ad ſententiam definitiuam (ad quam audiendam tu hac hora & loco citatus extitis) procedere volentes, communicato cum pluribus tam diuini quam humani Iuris peritis conſilio, & ſolum Deum, & Iuſtitiam, eiuſq; nominis honorem & gloriam præ oculis habentes, ſententiam ferimus & pronunciamus in hunc qui ſequitur modum. B

Quoniam tu Ioannes de Vaux Sacerdos & Religioſus Stabulenſis non ſolum quampluribus indicijs & teſtium depoſitionibus, famaq; publica, verumetiam ex propria confeſſione, eaq; frequentius repetita, deprehenderis fidem & religionem, quam in ſacro Baptiſmatis ſacramento profeſſus es, non ſolum ore, ſed etiam corde & animo abnegaſſe, & dæmoni humani generis inimico te deuouiſſe, illumq; frequentius in nocturnis maleficorum conuentibus adoraſſe, nec non cum eo fœdus & pactum ad maleficia patranda, & ad honores, voluptates, diuitias, aliaq; huiuſmodi præſentis ſæculi temporaria bona conſequẽda iniſſe, eiuſq; ſtigmatibus, in pacti & fœderis robur, in vtraq; dorſi parte ſignatus eſſe; Quin etiam pluribus Monaſterij Stabulenſis Religioſis, puta D. Antonio Salmenſi dicti Monaſterij Priori, D. Perpetuo, D. Aegidio VVarſegio, D. Antonio Harſetano, D. Henrico de Rahier, D. Leonardo Fronduille, D. Corbelio Neufforge, alijſq; perſonis laicis, Nicolaæ videlicet relictæ Henrici de Houffalize, vxori Præpoſiti de Houffalize, & Ioanni de Morimon ciui Stabulenſi, veneno per dæmonem tibi ſubminiſtrato cauſam mortis dediſſe, aliaq; nefanda crimina cum dæmonibus ſuccubis, pluribus etiam mulieribus coniugatis & innuptis patraſſe. Propter quæ non ſolum ab omni officio & gradu deponi, ſed & realiter degradari & brachio ſæculari tradi ſecundum ſacrorum Canonum diſpoſitionem mereris. Nos ne huiuſmodi ſcelera, prætextu tui Sacerdotalis ordinis & profeſſæ monaſticæ religionis, remaneant impunita, ſed aliqualem in hac vita pænam C D

nam

Digitized by Google

nam ad qualemcumq; peccatorum & criminum tuorum ſatisfactio-
A *nem , ſcandaliq; reparationem , malorum terrorem & exemplum, proborum verò ædificationem ſubeas. Te per hanc noſtram ſententiã definitiuam omni officio & gradu priuandum, nec non reali degradatione dignum, brachioq; ſæculari tradendum decernimus. prout nunc omni officio graduq; priuamus, degradandum decernimus, & brachio ſæculari tradimus, Rogantes nihilominus Iuſtitiæ ſæcularis Iudices & miniſtros, vt quantum ius permittit, à ſanguinis effuſione abſtinere velint & dignentur. In nomine Patris & filij & Spiritus ſancti, amen. Datum 2. Aprilis 1597. hora octaua vel circiter manè.*

B

Quâ recitatâ, Petro Orano Præſulis & Principis in Priuato Concilio Procancellario & Scabino Leodienſi, Ioanniq; Molempeter Fiſci aduocato, Iudicibus ad id deputatis per Reuerẽdiſſimum D. Suffraganeum, exauctoratus & degradatus traditus fuit, qui aſſumptis Principatus aliquot viris primarijs, Scabiniſque prudentibus & honoratis viris, reuiſis actis, ijſque propius examinatis, in Ioannem del Vaulx gladio animaduertendum, ſacræque ſepulturæ in cemiterio Monaſterij tradendum pronuntiarunt. Cauſa lenitæ pœnæ qua ordinariè ſortilegi plectuntur, hæc fuit, quod Ioannes del Vaulx in reatu continuo quinquennio fuiſſet, & incluſus atro carceri, pane & aqua victitaſſet, & quod caput eſt lachrymis & gemitibus teſtatum feciſſet,
C actorum præteritorum pœnitere ſe: Recitatâ coram ſententiâ, flexis genibus illachrymans, egit gratias mollitæ pœnæ, rogareque ſe D. Priorem, vt portio, quæ Religioſo mortuo, pauperibus per dies quadraginta elargiri receptum eſt, idem quoque de ſe fiat, quo pauperes veniam patratorum ſuorum ſcelerum apud Deum Opt. Max. deprecentur.

Per hos dies, Collybiſtis Regi Catholico pecuniam par Belgium numerare recuſantibus, difficultas haud exigua exoritur, dum militi ſtipendia ex condicto tempore non ſoluuntur, quod multorum tumultuum, qui Belgium patriamque Leodienſem mirum in modum afflixerunt, cauſa fuit. *Collibiſtæ magnam tumultuum occaſionem præbent.*

Interea Archidux, quo militem occupet, Ambianum Picardiæ Me-
D tropolim improuiſo ſtratagemate capit. Rex Galliæ contrà par pari referre ſperans, Attrebatum, ſed minus fœlicitèr, tentat; Quocirca relicto in Picardia exercitu, Duce Birone redit Lutetiam, vires ſuas auget, Angliæ Hollandorumque ſubſidia implorat: Denique omnia ad recuperandũ Ambianũ adparat, moxq; illud obſidet. Sed & Rex, quo Alberti copias diſtrahat, mittit, qui per Ducatũ Luxẽburgenſem omnia flammis ferroq; vaſtent: Quocirca cogitur Albertus la Bourlotte militiæ præfectum cum copia hoſti obijcere, non abſq; inſigni miſerorum & miſerabiliũ ruſticorũ & Patriæ Leodienſis grauamine.

Digitized by Google

Bonauentura Gener. Minor. ſtudet paci conciliandæ nec fruſtra

Siquidem ceſſabant ſtipendia, & milites, imperata detrectantes, diripiebant paſſim omnia. A

Pontifex pacis inter Reges conciliandæ cupidus, Religionis Catholicæ bono flagrans, Reuerendum Dominum Bonauenturam Minoritarum Generalem legatum in Belgium & Galliam mittit, qui nihil intentatum apud Albertum & Nauarreum reliquit, quo armis vtrinque poſitis, Regum controuerſiæ finirentur.

Pontifex Iubilæum Romæ edit, quod per totum Belgium & Patriam Leodienſem publicatur, vt homines ad meliorem vitæ frugem conuerſi, à Deo Opt. Max. quam mundus dare non poterat, pacem rogare & impetrare poſſent.

Adparabat interea Albertus Ambiano per Galliæ Regem obſeſſo ſuccurrere, dum Franciſcus Mendoza Admirantius Arragonius in Belgium venit, qui ad Albertum refert quæ de nuptijs cum Iſabella Clara Eugenia Regis filia eiuſque dote cum Regni ſui proceribus Rex concluſerat, quibus Principis animum, varijs tum ſollicitudinibus occupatū mirificè exhilarauit. Occultata interim ad tempus nuncia, quæ inde publicata Belgium ſingulariter affecerunt, iam enim ſpes certa futuræ pacis affulgere credebatur, quod alioqui Rex potentiſſimus filiam ſuam vnicè amatam in tantos tumultus non eſſet dimiſſurus. B

1598. Nec ſpes vana fuit, nam ſub initium anni 1598. Bonauentura ac Alexander Medices Florentiæ Cardinalis in Gallia Legati effecerunt, vt ad S Quintinum Regum Oratores de pace colluquuntur conuenirent; Nec diuturnum fuit colloquium, Regibus vtrinque pacem optantibus; Rege Hiſpaniarum quidem quod iam ſenex nil aliud quam fidem & religionem Catholicam ſartam tectam in Regno Galliæ ſeruari peteret; Francorum verò, quod vitam tumultibus & periculis bellicis expoſuiſſet, iam tempus eſſe, vt aliquam ſaltem vitæ ſuæ partem quiete tranſigerent. C

Erneſtus Præſul Leodium redit tumultum ſedaturus: mutat rationem creandi Conſules. Albertus cum futura coniuge Hollandos ad pacem inuitat. Aquenſibus banno ſubiectis, Præſul reſtituit diſciplinam Eccleſiaſticam. D

CAPVT XXIX.

HOc ferè tempore Erneſtus Præſul è Germania Leodium rediijt, quo tumultus inter plebem & Conſules in Decembri anni ſuperioris, ratione ſubſidiorū obortos ſedaret. Seditionis origo fuit, quod Iamart & Tollet Conſules è veſtibulo domus ciuicæ certum vectigal, non expectato omnium Miniſteriorum aſſenſu, edixiſſent:

Quo

Digitized by Google

Quo factum vt poſtridie quædam Collegia, inter quæ potiſſimum
A Braxatorum ſeu coctorum ceruiſiariorum, Conſules ex priuato Principis ſui Concilio violenter extractos, publice, aduocato per tubicinem populo, edictum reuocare coëgerunt. Princeps prouidus rei geſtæ certior factus, antequam vlterius ſerperet malum, è Germania, non venit (vt dicebat) ſed aduolauit, & per Illuſtrem Baronem de Reyckem Prætorem Leodienſem, Ianuarij vigeſima prima, in domo ciuica, populo coacto exponi fecit, quam periculoſa eſſet turbulētis iſtis temporibus in Ciuitate ſua diuiſio; quod ſi quid minus ritu Patriæ factum obtenderent, re totâ in Concilio ſuo priuato conſultâ, Collegijs & Miniſterijs conuocatis proponerent. Interea oblatus
B Principi libellus, quo negotiū in dies octo differri ſupplicabant, quod benignè annuit. Collegia & Miniſteria ad condictum diem grauamina ſua Principi offerunt, quibus eò maximè intendere videbantur, vt æris publici adminiſtratores exactas acceptorum expenſorum rationes, maximè ab ipſa Principis inauguratione, redderent. Siquidem conflatam ingentem pecuniam, & nihilo ſecius Rempublicam, ſi vnquam hactenus, egeſtate preſſam. Annuit Princeps, vti omnes prouentuum & redituum rationarij & exactores intra triduum ſuas rationes ederent; cumque in eo tardiores viderentur, nominati ſunt ex ſingulis Collegijs bini, qui ad hoc inſtarent & vrgerent, vinique exotici in Ciuitatem importati rationem haberent: Attamen res in fumum abijt.

Origo tumultum miniſteriorum.

Præſul per Baronem de Reyckem orationē habet ad Ciues.

Libellus ſupplex 32. Miniſteriorum.

C Menſe Februario edictum, vt ciues cuiuſcumq; ſtatus & conditionis, Collegia opificum, quibus aſcripti eſſent, diebus ſtatutis frequētarent, ſub pœna amiſſionis iuris ciuici; quæ pœna æquò grauior poſtea viſa in pecuniariam immutata eſt.

Sub eiuſdem menſis exitum, Collegia Miniſteriorum Præſuli ſupplices fiunt, quam demiſsè poſtulantes, vt Canonicatus Patriæ Leodienſis fiāt patrimoniales, id eſt vt ſolis incolis, excluſis alienigenis, concedantur; neque enim æquum videri, vt cùm exteri nos à ſuis arceant beneficijs, ipſi ad noſtra admittātur. Inaudiui quid huiuſmodi fuiſſe in Concilio Tridentino, ad communem Eccleſiæ vniuerſalis
D politiam, propoſitum, verum enim (vt his in rebus fieri adſolet) nihil reſolutum.

Alter libellus ſupplex.

Martij 17. Præſul Regi Gallorum Metis agenti abacum fabrefactū per Dominum de Louueral mittit.

Aprilis ſexto Præſul & Patriæ Princeps optimus, plenius inſtructus de crimine ambitus, circa Magiſtratus & officiorum publicorū electionem, deque corruptis & emendicatis ſuffragijs extremo reipublicæ periculo; vt huic malo prouideret, electionis aliam formam præſtituit, vt in poſterum Commiſſarij ciuitatis ſuæ, per nominatos trigintaduûm viros, & ab ſe creatos Magiſtratum non conſtituant, verum triginta duo Collegia, partim electione partim ſorte, in eam rem formulâ præſtitutâ, quod vſu iam receptum, verum res in peius ruit

ruit. Quocirca, dum hæc ſcribo, miſſi huc ſunt Legati Cæſarei qui ambitioni & abuſibus modum ponant. A

Præſul à quolibet Miniſterio petit ſibi nominari decē viros.

Vndecima menſis, Præſul è ſingulis Collegijs denos ad ſe vocat, quibus graui ſermone & quaſi affectu paterno, publicā exponit neceſſitatem, ob quam ordo Eccleſiaſticus, equeſtriſque de vectigalibus conuenerunt: & licet in ſuam eos ſententiam adduxiſſe videretur, tamen re ad Collegia perlatâ, in modo diſſenſum eſt, alijs modo exotico, alijs alio imponendum cenſentibus: tandem decima octaua eiuſdem, miſeros caminos focarios excepit tempeſtas, ſingulis honeſtioris ſortis ad duos florenos graues taxatis.

Pax inter duos potentiſſimos Reges.

Maij ſecunda, non ad S. Quintinum, ſed Veruini in Veromanduis (illuc enim pacis colloquium tranſlatum fuit) pax inter duos Reges potentiſſimos concluſa eſt, ac in Flandria & Brabantia, ſeptima Iunij, incredibili omnium Prouinciarum applauſu promulgata. B

Præſul repetit VVeſtphaliam vetans agi de rationibus reddendis.

Eiuſdem menſis vigeſima, Præſul Leodio Weſtphaliam verſus iter intendit, interdictâ Miniſterijs tractatione & cognitione ſuper rationibus Conſulum, eorumue qui ſeſe quoquo modo æri publico immiſcuiſſent, donec reuerteretur, quod breui vel ante ad Diui Iacobi feſtum fore ſperabat.

Pariſijs Iunij 21. in æde D. Virginis maiore, Rex pacem laudat & adprobat, eiuſque ſeruandæ fidem Summi Pontificis legato in eam recipiendam deputato dat manu ſua Regia, Primatibus regni & Prælatis magna pompa aſſiſtentibus, quam Palliottus Pariſinus pulchrè ornateque deſcribit. Aderant nomine Regis Catholici Dux Arſchottanus, Admirallus Arragonum, Comes Arembergius, Richardotus Concilij Belgij Præſes. C

Eodem menſe edictum nomine Præſulis promulgatur in tumultuarios & vagabundos, prædatores verius quam milites, vt ad internecionem deleantur: Non enim ſecus ab eis Patria depopulabatur, quam ſi hoſtibus expoſita videretur: Quapropter ex ijs Bruxellæ fuerunt aliqui viui in exemplum combuſti & in cineres redacti.

Albertus cum futura cōiuge Hollādos ad pacem inuitat.

Menſe Iulio, Albertus, Comitijs Bruxellæ habitis, petit per organum Archiepiſcopi Mechlinienſis iuramentum fidelitatis, ſibi, Sereniſſimæ Hiſpaniarum Infantis futuræ coniugis nomine, à ſubditis præſtari, quod benignè annuerūt ordines, ſartis tectis ſuis priuilegijs. D

Quo præſtito, Albertus ad Hollandos ſcribit, iter ſe in Hiſpaniam parare, vt cum Sereniſs. Infante Regis filia matrimonio copuletur, cui in dotem Belgicæ Prouinciæ datæ ſint, quarum cùm pars maior ſacramentum ſibi & futuræ coniugi, tanquam legitimis Principibus dixerint, monere vt ſua illi conſilia ad pacem quietemque publicam pariter intendant. Et ſi quidem Rex Belgij dominium ab Hiſpania omnino ſeparare decreuiſſet, vt hoc modo ſuſpicionum, diſcordiarum, motuum, bellorumque ciuilium & inteſtinorum cauſæ proſcinderentur, hortari, ne tam præclaram oblatam occaſionem elabi ſinant, ſed aliorum exempla ſequuti, ad debitam redeant obedientiā.

In

Digitized by Google

In eandem rem, ad Mauritium fratrem ſcribit Auraniæ Princeps,
A rogatque vt ſemotis iam ab Hiſpaniæ regno ditionibus, cùm nihil magnoperè pacem impediturum videatur, in ea promouenda auctoritatem ſuam, qua valeret maximâ, interponere velit, nihil hoc Naſſouiorum familiæ & generi honorificentius, nihil gratius, tum in Belgas, tum in Chriſtianos vniuerſos, ab ipſo hoc tempore præſtari poſſe; at reſponſum nihil.

Vt autem Albertus in Hiſpanias, matrimonij contrahendi ergò, proficiſcitur, Illuſtriſs. Andreas Auſtriæ Cardinalis Epiſcopus Conſtantiæ Archiducis filius interim ad regendas Prouincias Belgicas conſtituitur. *In Hiſpanias proficiſcitur.*

B Interea Aquenſibus in ſua erga Cæſaream Maieſtatem rebellione perſiſtentibus, Cæſar, causâ iam ſatis cognitâ, eos banno Imperij, omniumque direptioni & neci ſubijcit; Erneſto Præſuli, Electori Treuerenſi, & Principi Iuliacenſi executione demandatâ, aſſumptis, ſi opus videatur, Archiducis Alberti copijs. Quibus propius intellectis, ciues ſibi malè conſcij, partim ſubduxere ſe, partim ſupplices dare manus, ac Erneſtum pro ſuo mediatore deprecari, & omnia rationi cõgrua offerre. Qua occaſione Præſul exules Catholicos reſtituit, Magiſtratum & alia publica officia Catholicis demandat, cultum religionis ad veteres Eccleſiæ ritus & cæremonias reducit. *Aquenſes banno Imperij ſubijciuntur.* *Præſul Magiſtratum & veteres Eccleſiæ ritus reſtituit.*

Quo fini Reuerendiſs. D. Andream Stregnart Suffraganeum &
C me Aquiſgranum miſit; illum, vt Confirmationis Sacramentum iam pridem iſthic non miniſtratum conferret; me, vt politiam Chriſtianam maximeque Eccleſiaſticam inſpicerem & quantum fieri poſſet reſtituerem. Itaque tantus fuit omnis conditionis, ſexus & ætatis populus ſacro Chriſmate vngendus, vt aliquot dies, quamuis à meridie & poſt meridiem illi miniſtrãdo Reuerendiſs. vacaret, non ſufficeret. Celebrauimus interea Synodum, cui Archipræsbyter cum Synodalibus vtriuſque Status de more interfuêre. In ea dudum intermiſſi ritus & ſolemnitates procedendi contra criminoſos, & alios Eccleſiaſticarum conſtitutionum ceremoniarumque contemptores reſtituti, aliaque nonnulla ſigillatim eò facientia, quæ nunc memoria exciderũt, ordinata. Inde cùm deprehendiſſemus fidei religioniſque corruptelam ex multitudine ſcholarum imprimis prouenire, erant enim *D. Andreas Stregnart Suffraganeus cõfert Aquiſgrani Sacramentũ* *Habetur ibidẽ Synodus & quæ in ea geſta.*
D telam ex multitudine ſcholarum imprimis prouenire, erant enim duæ ampliſſimæ & capaciſſimæ in ipſo vrbis medio ſitæ, in quarum altera Caluiniſmus in altera Lutheraniſmus docebãtur: præter ſeptẽdecim minores per ſingulas ferè plateas diſtributas, in quibus Catechiſmus ex Lutheri ſeu Caluini doctrina iunioribus tradebatur. Decanum & Capitulum Eccleſiæ conuocauimus, hocque imprimis poſt aliquot conuentus ab eis impetrauimus, vt nomine & auctoritate Præſulis ſchola aliqua publica & Catholica, nonnullæque aliæ per celebriora Vrbis loca aperirentur, aſſignatis ad vſum ſcholæ maioris certis à Capitulo & Magiſtratu Catholico annuis prouentibus. *Scholæ hæreticorum Aquiſgrani nouemdecim repertæ.* *Scholæ Catholicorum reſtituuntur.*

Cæterùm cùm vna difficultas ſupereſſet, per quos ſcholam illam

h publicam

publicam Præſul adminiſtrare vellet, illique vehementèr vrgerent vt eiuſce rei eos faceremus conſcios. Sciebant illi Præſulem Catholicum & pium, Patres Societatis Ieſu tanquam egregios iuuentutis in fide & pietate formatores cordi habere, nihil nos ea de re in mandatis habere reſpondimus, rogare proinde vt totam eiuſce rei curam Præſuli, ad quem pertinebat, relinquerent, quod tandem licet ægrè obtinuimus. A

Societatis Ieſu Collegium Aquenſe.

Nec multò poſt, Præſul horum conſcius iſthuc aliquot Patres Societatis Ieſu ſubmiſit, qui populo famelico Sacramentorum panem & verbi Dei pabula porrigerent, intereaque de loco ſcholis aperiendis oportuno diſpicerent & prouiderent. Quod ab eis ſollicita cura induſtriaque præſtitum fuit, erecto iſthic poſtea Societatis Ieſu Collegio. B

Dum hæc gerũtur, Hollãdi Ioãnem Naſſouiũ Mauritij Patruelem ad Præſulem mittunt, qui de reddẽda Bercka cũ eo agat. Gratiſſima fuit Præſuli legatio, Naſſouiumque beneuola mente excepit: ſed Hollandis ab eo iniqua, & quæ impoſſibilia videbantur, petentibus, ea res lõgiores ſecum moras traxit, donec Admirallius, qui finem legationis expectabat, cum milite Regio Berckam obſideret, eamque ad deditionem compelleret.

Præſul cauet ab hæreticis Aquiſgrano proſcriptis.

Cùm, edictis & comminationibus de religione non obſtantibus, ab Aquiſgrano & Imperio propter hæreſim contumaciamque proſcripti, in Ciuitatem, oppida, & pagos Diœceſis Leodienſis venirent, C latitarentque, ſuorum errorum ſemina iacientes; Præſul vigeſima tertia Octobris, mandat edicta religionis renouari, & ſerio executioni demandari, vtque hoc maiori cum fructu fieri poſſit, edicit ne quiſquam cuiuſcumque qualitatis & conditionis fuerit, aliquem ab Imperio proſcriptum, aut de hæreſi ſuſpectum, domi aut ſecreto receptare audeat, niſi ipſe de hæreſi ſuſpectus haberi & pro tali in ſe animaduerti velit.

Litteræ ſuæ Sanctitatis ad Archiducẽ pro Archidiaconis.

Vt hæc geruntur, redijt ab Vrbe Iacobus Carondeletus Cancellarius Leodienſis, vir genere nobilis, eloquentia & doctrina præſtans, latis Pontificis Maximi ad Albertum Archiducem literis, quibus monetur vt quæſtiones territoriorum & Iuriſdictionum quæ Patriæ & D Diœceſis Leodienſis cum Rege eſſent definiri mandet, inſuper curet ne Archidiaconi Leodienſes per miniſtros ſuos laicos, in viſitationis officio in ipſius terris impediantur: Verum enim harum querelarum & expoſtulationum necdum finis; nam & hodie exercitium Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, magno Reipublicæ & Eccleſiæ detrimẽto, ijs in locis Officiatorum laicorum ſeu cupiditate ſeu ambitu, impeditur.

CAPVT

Digitized by Google

A

Hiſpani paſſim tumultuantur, fruſtra Cæſare, Erneſto, & alijs Principibus eos compeſcere nitentibus.

CAPVT XXX.

INeunte anno 1599. Hiſpani, ob non ſoluta ſtipendia tumultuãtes, Weſtphaliam vicinaſque prouincias infeſtant, tributiſque ſubigunt, nec quamuis Erneſtus, ipſius Coadiutor & alij Principes atque etiam ipſe Cæſar reclamarent, vltionemque pararent, quicquam B à cœptis dimouentur; Ruerken expugnant, per eam regionem hyberna agunt, extremam neceſſitatem prætexentes. 1599.

Sub idem tempus, & alij arcis Antwerpianæ præſidiarij vtrinque pecuniã depoſcunt; quæ res Cardinalem Andream, abſente Alberto, vehementer turbabat & affligebat.

Ad initium menſis Martij, Ordines Weſtphalici atque etiam Iuliæ Princeps, miſſis legatis, Hiſpanorum à ſua Prouincia diſceſſum multis precibus à Cardinali poſtulant; nullumque eſſe exactionis malæque tractationis genus quod ab eis miſeri coloni non patiantur, querìbundi exponunt. Quos in lachrymas erumpens benignè & cum ſolatio dimittit, multis pollicitationibus in eam rem præſtitis, ſe vel minima damna, ſimulatque ſtipendia militibus debita aduenerint, C reſarciturum: neque aliter militem abſque tumultu & ſeditione dimitti poſſe. Commiſſarij, hoc audito, ſalutato Cardinali, decedunt, & ad ſua reuertunt.

Cis medium Martij, Cardinalis Traiectum ad Moſam appulit, quoſdam à Concilijs Belgicis primarios conuocat, deque metandis caſtris deliberat. Ipſo Cardinali & alijs pleriſque diſſentiẽtibus, Admirallio obſidio Bomelienſis viſa eſt maximè oportuna. Igitur circa medium Aprilis, exercitum omnem, vti Cæſari ac alijs Principibus fuerat antea pollicitus, in campum educit, ac verſus Bomeliam properat.

Maij ſeptimo, R.D. Ægidius Oranus, Protonotarius Apoſtolicus, ad Diui Lamberti Canonicus, Archidiaconus Campiniæ, Collegiatæ D Eccleſiæ ad Diui Petri Præpoſitus, & Scabinorum Leodienſium vnus ex quatuor Conſiliarius in Deo obdormiuit, anno ætatis quinquageſimo primo, corpus conditum in Capella in qua Prætor, Conſules, & Scabini Leodienſes, ſacris operaturi more maiorũ conuenire ſolent, ibique monumentum erectum, cum hac epigraphe.

D. O. M.

Reuerendo Domino D. Aegidio Orano, Protonotario Apoſtolico, Canonico Leodienſi, Archidiacono Campiniæ, Eccleſ. D. Petri Præpoſito, & Scabinorum Leodienſium Conſiliario, Mater & frater mærentes poſuerunt.

Digitized by Google

Adiecti monumento verſus ſequentes, à Petro Orano germano fratre.

Cælo animam, nomen terris, corpuſq́; ſepulchro,
Nondum maturos reddidit ante dies,
Longa igitur quiſquis fidens tibi tempora fingis,
Cùm fluit & pendet vita vel hora ſæpe.

In Præpoſituræ Eccleſiæ ad D. Petri dignitatem ego Chapeauillus, defuncto Orano Collega meo, communibus Canonicorum ſuffragijs electus, ſucceſſi.

Erneſtus Comitia celebrat. Germani fœdus feriunt contra Admirallium & Hiſpanos: Fruſtra ſollicitantur Leodienſes vt iungant ſe Germanis: Cæſar pacem componit, quam Hiſpani, iterũ tumultuãtes minime ſeruant.

CAPVT XXXI.

Comitia & quæ in eis acta.

MEnſe Iunio, indictis Leodij comitijs, multa vltro citroq́ue de militum vtriuſque partis concuſſionibus, deprædationibus, ne quid dicam amplius, contra Iura, conſtitutiones, libertates, immunitateſque Imperiales renouata & repetita fuêre. Cumq́ue in Germania fœdus inter Principes, ad concuſſiones & deprædationes huiuſmodi coërcendas & puniendas eſſet initum, noſq; ex parte Cæſareæ Maieſt. monendos nonnulli aſſererent, vt tanquam membrum Imperij ſociaremur: Deliberatione habita, res viſa fuit plena periculo, quod ea ratione à Iure neutri ſeu neutralitate recedere videremur. Quamobrem tametſi frequentius ſollicitati, nihil reſpondimus; ſed nominatis Germanorum ducibus Comite Lyppiæ & Comite de Hollac, in eorum ſtipendia cum cæteris Circuli Weſtphalici membris in cẽſum relati fuimus, etſi nullum ab Imperio & Cæſarea Maieſtate auxilium ſenſiſſemus; qua de re ſæpius antea, & his Comitijs fruſtra expoſtulatum.

Die beato Alexio Confeſſori votiuo & ſacro, qui dies eſt decimus ſeptimus menſis huius Iulij, Honoratus & Clariſſimus vir Dominus Lampſonius Brugenſis, Sereniſſimo Principi noſtro Erneſto, vt & duobus Anteceſſoribus Bergio & Groesbeckio à ſecretis, vir ſane, vt reliquas eius dotes prætercam, doctiſſimus, ætatis ſuæ anno ſexageſimo ſeptimo, vltimum vitæ diem clauſit, & ad Diui Dionyſij funeratus eſt, cui Epitaphium ſub ipſius imagine tale poſitum legitur.

SIC erat hoC Late notVs LaMſonIVs anno
Ipſá deſVnCtVs qVá ſanCtVs ALexIVs horá.

Fuit

Fuit Leuino Torrentio, Petro Ximemio Luzitano, vitæ Academicæ
A ſectatori (qui Coloniæ Agrippinæ ſeptuagenario maiór anno 1595. ex hac vita exceſſit) Carolo Langio, Petro Orano, Iuſto Lipſio (vt alios meliorum litterarum conſultos prætéream) coniunctiſſimus ijſq; amātiſſimus. Habuit mœcenatem Bruxellæ Spectabilem & Ampliſſimum Dominum I. C. Arcani Concilij Conſiliarium, multis legationibus perfunctum, Patriæque noſtræ amicum Chriſtophorum Aſſonuilam, ad quem ita Nicolaus Lampſonius ad Diui Dionyſij Decanus & Dominici frater, ſcripſiſſe legitur, cuius verſus mihi viſum fuit his annalibus poſſe inſeri.

B *Aſſonuila mihi multos cum fratre per annos*
Mæcenas noſtram blanda cape fronte ſalutem,
Te frater primâ cœpit nouiſſe iuuentâ
Legatus quando appuleras, Regnante Maria,
Bruxella miſſus magnis de rebus ad Anglos,
Sed Reginaldum fati coniunctio mira
Vno quippe die cùm Reginamq́; tuliſſet,
Ad ſedes orbatus hero remeare paternas
Maluit, atque alibi ſcribendi quærere ſortem,
Oblatis quam diuitijs & honoribus auctus
Abſq́; fide vera dominæ parere tyrannæ.
C *Cognitus ergo tibi & magno dilectus amore*
Venit ad optatum te commendante Robertum,
Qui tunc Legiacis Antiſtes præfuit oris,
Atque illi paulò poſt ſuccedente Gerardo,
Poſtq́; hunc Erneſto, cum proſperitate beata
Viuere Neſtoreum cui det Deus optimus æuum,
Officio Scribæ cum fido functus honore
Vſque in præſentem ſuperat Lampſonius, eſt qui
Ni deſint duo, ſexdecies centeſimus, annum
Quam varijs linguis, ſtudio tam notus & arte,
D *Pingere nec ſcitus minùs, & componere verſus,*
Quin etiam cantare, tulit dum firmior ætas,
Iure illi tribuit quæ iam imbecilla quietem.

Decimo quarto Kalendas Auguſti, Romæ defunctus vita Reuerendiſs. & Ampliſſimus Franciſcus Oranus, ſacri Conſiſtorij Auditor: Iuſtus Lipſius, rei litterariæ perfectiſſimum columen, & Oranis germanum in modum amicus, eius tumulum elogio Marmori inſculpto decorauit, qnod tale eſt.

 D. O. M.

D. O. M. MEMORIÆ A

SACRVM.

Spectator oculis hæc liba.
Franciſcus Oranus Frāciſci F. Leodicēſis Patricius,
In hac arce terrarum ſitus eſt,
Eam per annos plures incoluit,
Atque ipſa eum coluit
In duodecimvirali Rota Senatorem:
Quod munus annos octodecim ſuſtinuit,
Cum qua peritia integritate & laude? B
ipſam roga,
Fama communis non mentitur.
Inclaruit & Legatione duplici in Germaniam
ſuper arduis rebus:
Et potuit dignitatibus adÿcere,
Sed mors manum iniecit
Nondum maturo & nato annos LIIII.
non ſine publico ſenſu,
& parentis fratrumq; luctu, C
Qui abſentes monumentum hoc
Optime merito P. S. PP.
Obÿt XIIII. Kal. Auguſti, anni ∞ IↃ *XCIX.*
Habes, abito, aut paululum etiam ſiſtito,
Ore atque corde bene precare mortuo.

Subiecit & ſequentes verſus Lipſius.

Oranum vrna tegit fruſtra, nam nomen honosq;
Viuit & Europæ deditur in ſpatia,
Vrbs Eburonum auctor vitæ, ſed honoribus auctor D
Roma, hæc Cælo animam reddidit, oſſa ſolo.

Sereniſſimus Archidux Albertus menſe Septembri ex Lotharingia & Luxēburgo in Brabantiam cum Iſabella coniuge fit redux; moxq; illi obuiam venit Andreas Cardinalis, qui depoſitâ Prouinciæ curâ ſibi mandatâ, receſſit.

Cæſar pacem procurat inter Germanos & Admirallium.

Interea Cæſar, qui pacatam Germaniam habere ſatagebat, Maximilianum fratrem ad Comitem Palatinum Rheni, Ducem Wittembergicum, & alios Principes fœderatos mittit, pacis & publicæ tranquillitatis ergo, præſertim quod Admirallius (vt dicebat) neceſſitate

coactus

Digitized by Google

coactus fines eorum ingreſſus, iam cum Hiſpanis ſuis paratus ſit, non A ſolùm munitiones occupatas reſtituere, verum etiam damna in vniuerſum reſarcire. Quibus ab Archiduce Maximiliano gratiosè Cæſaris nomine propoſitis, dificienteq; fœderatis belli neruo, haud difficile fuit exaſperatos mollire: Eò tandem ab vtraque parte ventum, vt omnes copias duceſque more militari dimitterent, ſicque neutri parti ſtudere pollicerentur. Igitur miles ab Imperij finibus remouetur, & Archidux loca & caſtra ad quos ſpectabant reddi iuſſit, ea lege ne Hollandus in eas receptetur.

Vrgebat interim Oſtendanam obſidionem Flandria, quod inde Hollandus continuas excurſiones deprædationeſque ageret. Et quidem B aduertebat Archidux ei malo remedium ante omnia adhibendum, ſed cùm deeſſet prompta ſtipendiorum ſolutio, Hiſpanis imperare non poterat. Itaque obſidione illâ neglectâ ſexcenti equites Hiſpani cum ter mille peditibus extra ordines ad diuerſas Prouincias penuria preſſi excurrunt, nec ſubditos Archiducum equè ac hoſtes tantum deprædantur, ſed & contra fidem nouiſſimè datam, Imperij terras & Diœceſim Leodienſem longè latèque ſpoliant, & oppidum de Peer Patriæ Leodienſis vi occupare conantur. Archidux quibuſcumque conſilijs & medijs, Illuſtri Comite Ioanne Iacobo de Beljoyoſa ad eos ablegato, conatur à cœptis diuertere, ſed Comes neque ab eis auditus neque receptus fuit. Interea capti fuêre in agro C Leodienſi aliquot eiuſcè generis prædatores, qui Bruxellam ducti extremo ſupplicio in exemplum affecti fuêre.

Hiſpani cōtra fidem patriam Leodienſem populantur.

Comes Belioyoſa fruſtra eos diuertere conatur.

Admirallius toto hoc tempore cum reliquis copijs ad Bomeliam reſtiterat: Cùm verò equitatus, pabulo deficiente, eò loci amplius conſiſtere non poſſet, aciem inter Grauiam, Ruremundam & Traiectum ducit, oportuniora pro tempore loca, vt ipſi videbatur, ad quæ miles eſſet reducendus, quem alioqui, quia tumultus & rebelliones timebantur, in validiora præſidia intromitti non ſatis tutum erat. Sed nec ab Admirallio ſic prouiſum fuit; nam & ibi rebellantes, & à fide præſtita, vt ante diximus, deficientes, aceruatim colligebant ſe, quos neque precibus nec ſeueris monitis, nec alia quauis ratione D ad ſuos ordines redigere poterat. Itaque ex ijs quadringenti circiter pedites cum equitibus quinquaginta iteratò in Patriam Leodienſem Ioanne Maiolichino duce adueniunt, oppidum Hamont occupant, moxque alios ad ſe aduocant, quos nec Gaſparus Zappenna Archiducis iuſſu ad eos profectus, nec vllę Admirallij interpoſitę hac in parte preces ab eiuſmodi auſu temerario reuocare potuerūt: quin diſploſis bombardis, magno impetu in legatos ad ſe datos irruunt, longiuſque propellunt. Sic rurſum Patriam Leodiēſem Imperij terram maximè Catholicam deprædantur, concutiunt, miſeros colonos paſſim tributis ſubijciunt.

Admirallius aciem inter Grauiam Ruremundam & Traiectū traducit.

Rebelles Hamont occupant & vicinum agrum vaſtant.

Quo inaudito, Erneſtus Præſul, Princeps Iuliacenſis & alij apud Cæſarem querelas deponunt, qui rurſus, pro pace inter Archiducem & Or-

Querela Præſulis & aliorū Principū apud Cæſarem.

Digitized by Google

& Ordines, legatos mittit Comitem Iſenbergiũ ac de Manderſcheit vna cum Carolo Mutzelio, qui circa finem Nouembris Coloniam Agrippinam aduenêre. Quod intelligens Rex Chriſtianiſſimus, Hollandos ad pacem, ipſe quoque iam pacificus, cœpit exhortari. A

Grauiter interim ob rebellantem vbique ferè militem premebatur Archidux, & qua ratione ijs, qui in oppido de Hamont ſeſe nuper collegerant, prouideri conſultum foret, in omnem partem ſeſe vertebat; nam etſi eſſet hyems, eaque longè acrior quam vel multis ſuperioribus annis, tamen & etiam in planitie potius locari, quam ad ſtatuta præſidia ſeſe recipere, milites appetebant: Tantus enim erat ijs excurrendi ac prædas agendi amor, quem imminens parturiebat egeſtas.

Poſtulabantur Archiducis nomine à Principe Iuliacẽſi, pro aliqua exercitus parte, in Cliuia ſtationes, eæque ad modicũ ſaltem tempus, ſed omnino denegatæ fuêre. B

Indultum Erneſto ob merita erga Eccleſiam à Pontif. Max. conceſſum.

Dum his curis & laboribus tantum non frangitur Erneſtus Præſul; Clemens VIII. Pontifex maximus, vt animum calcarque currenti addat, gratioſum & amplũ Indultum proprio motu illi mittit, quod totidem verbis quibus primò euulgatum & mihi à Præſule miſſum fuit, hoc loco ſubijcere operæ pretium viſum eſt.

Clemens PP. VIII.

Venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. Egregia fraternitatis merita ſuſceptiq; pro fide Catholica in iſtis partibus labores ſuo quaſi iure poſcunt vt perſonam tuam ſpecialibus fauoribus & gratijs decoremus, eaq; tibi fauorabiliter concedamus, per quæ de beneficijs Eccleſiaſticis perſonis bene meritis & tibi obſequentibus, ac alias gratis & acceptis prouidere, & erga illos te gratioſum reddere poſſis. C

Motu itaq; proprio, & ex certa ſcientia noſtra, tibi, vt ad quinquennium, à data præſentiũ incipiendo, ſolus per te ipſum, vel alium ſeu alios, quem vel quos ad hoc duxeris deputandum ſeu deputandos, quæcumq; beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, ſæcularia & quorumuis ordinum regularia ad tuam collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, confirmationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, ratione Eccleſiæ Leodienſis, ac Stabulenſis, Malmundarienſis, Leodienſis ſeu Colonienſis Diœceſis perpetuò vnitorum ordinis S. Benedicti Monaſteriorum, quibus præeſſe dignoſceris, de iure vel conſuetudine diuiſim vel coniunctim aut alias quomódolibet pertinentia, etiamſi ſæcularia, Canonicatus & Præbendæ ac dignitates, exceptis tamen maiori poſt Pontificalem, nec non Principalibus in D

Digitized by Google

A *Collegiatis Eccleſijs, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia & curata vel electiua in dicta ſeu Collegiatis Eccleſijs, regularia & quorumuis ordinum beneficia, Monaſteria, non tamen conſiſtorialia, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes vel officia etiam curata & electiua, ac tam ſæcularia quam Regularia beneficia huiuſmodi diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata ratione vacationis illorum in menſibus Apoſtolicis, quæ extra Romanam Curiam quomodolibet in ſingulis anni menſibus etiam nobis per conſtitutionem noſtram deſuper editam, aut alias quomodolibet tam de Iure quam iuxta concordata dudum inter Sedem Apo-* B *ſtolicam & nationem Germanicam inita, reſeruatis; dummodo alias diſpoſitioni Apſtolicæ generaliter reſeruata, ſeu ex generali reſeruatione affecta non fuerint, vacare contigerit, quibuſuis perſonis idoneis de quibus tibi videbitur, & quæcumque quotcumque & qualiacumque, cum cura & ſine cura, eiſdem conferendis beneficijs compatientia beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis etiam Apoſtolica auctoritate iuxta ſacrorum Canonũ & Conciliorũ diſpoſitionem conferre, & de illis etiã prouidere, ipſaſq́; perſonas vel earum Procuratores illarum nomine in corporalem poſſeſſionem, per te eis, vt præfertur conferendorum beneficiorũ,* C *Iuriumq́; & pertinentiarum omniũ eorundem inducere, & inductas defendere, ſibiq́; de illorum fructibus, redditibus, prouentibus, Iuribus & obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi, aliaſq́; in præmiſſis & circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet oportuna facere; nec non contradictores quoſcumq́; & rebelles per pœnas pecuniarias tibi bene viſas, ac demum per cenſuras Eccleſiaſticas ac alia oportuna Iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcẽdo, liberè & licitè valeas, perinde ac ſi regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ & aliæ conſtitutiones Beneficiorum Eccleſiaſticorum quouis modo reſeruationes generales & ſpe-* D *ciales in dictis menſibus vt præfertur continentes ſeu inducentes ad beneficia huiuſmodi nullatenus ſe extẽderent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus.*

Decernentes reſeruationes, affectiones in dictis menſibus, regulas, conſtitutiones, & ordinationes, ac collationes, gratias, ac facultates, mandata & decreta in illis contenta, quoad impediendum te quominus in præmiſſis menſibus tua ordinaria auctoritate, & conceſſo tibi per præſentes indulto, vti valeas ad beneficia huiuſmodi nullatenus ſe extendere, nec per quoſcumq́; dictæ Sedis Legatos etiam de latere,

& Nuncios nunc & pro tempore deputatos, quauis etiam facultate fungentes, de beneficijs prædictis nullatenus prouideri, aut alias diſponi poſſe, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis etiam per nos ac dictos Legatos & Nuncios & alios quoſcumq; quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit, attentari. Non obſtantibus præmiſſis & quibuſuis alijs Apoſtolicis & per nos in contrarium editis & edendis conſtitutionibus & ordinationibus, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis. Quibus omnibus & ſingulis illorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. A B

Volumus autem quod tam Parochiales Eccleſias & alia curata quã cætera beneficia omnia iuxta formam & tenorem decretorum Sacri Concilij Trident. ſuper hoc editorum perſonis dignis & idoneis, quæ prius profeſſionem fidei iuxta literarum fæl. record. Pij Papæ quarti prædeceſſoris noſtri formam emittere debeant, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, conferre omnino tenearis. Quodq; ij quibus beneficia aliqua ratione menſium Apoſtolicorũ (vt præfertur) reſeruata, quorum fructus, redditus, & prouentus xxiiij. ducatorum auri de Camera ſecũdum communem æſtimationem valorem annuum excedent, per te vel alium ſeu alios contuleris, infra octo dies à menſis die illis facta eorundem Beneficiorum prouiſionis computandos, nouas prouiſiones ſuper Beneficijs huiuſmodi à nobis impetrare, & literas Apoſtolicas deſuper in totum expedire, & Iura Cameræ Apoſtolicæ propterea debita perſoluere omnino teneantur, alioquin lapſis eiſdem menſibus, Beneficia ipſa vacare cenſeantur eoipſo, poſſintq; per alios ab eadem Sede duntaxat liberè impetrari, niſi illis quibus collata fuerint legitimo impedimento detenti, de legitimo huiuſmodi impedimẽto conſtare fecerint, vel ipſis petentibus huiuſmodi nouas prouiſiones, & proteſtantibus, quod per eos non ſtet, contigerit illas eis denegari. C D

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die ſexta Decembris. M. D. XCIX. Pontificatus noſtri anno octauo.

CAPVT

Digitized by Google

A

Iubilæum vniuerſale: Admiranda charitas & liberalitas Romanorum erga peregrinantes ad Vrbem: Erneſtus Præſul Comitia celebrat.

CAPVT XXXIII.

ANnus qui ſequitur 1600. fuit in vrbe & orbe Iubilæo percelebris, quo in medijs hæreticorum turbis militumque tumultibus demirandus apparuit huius gratiæ conſequendæ ardor, 1600.
B confluente Romam ex omnibus Europæ partibus maxima populorum multitudine, Romaniſque eos omnes inſigni charitate & liberalitate excipientibus. Cuius rei oculatum teſtimonium dat Reuerēdus Pater Franciſcus Coſterus Societatis Ieſu his in Prouincijs magnum ornamentum, ſic enim ille Gaſpari Creuinchouio Caluiniſtæ ſcribens;

Franciſcus Coſterus magnū Societatis Ieſu ornamentum.

Romam (inquit) *veni biduo ante Penthecoſten, vbi more maiorum loca ſacra frequento, Chriſtiani populi deuotionem admiror, atque obſtupeſco ad Romanorum pietatem. Vtinam tu hic adſis, mecumque coram ſpectes quæ Romæ geruntur: Pauca ex innumeris referam, quæ omnem fidem ſuperant. Tanta huc confluit ex omnibus mundi*
C *Prouincijs hominum turba, vt eam Roma vix capiat, diuites, nobiles, pauperes, ſenes, iuuenes, viri atq; mulieres; Bononiâ Lauretum, & inde Romam, vidimus vias omnes peregrinorum euntium atque redeuntium multitudine refertas. Ad vicinum Xenodochiū ſanctiſſimæ Trinitatis ab ineunte hoc anno ſæculari in dies ſingulos, nunc octo, nunc decem, nunc duodecim millia exterorum conueniunt, qui nobilium & ciuium Romanorum impenſis triduo gratis aluntur, & hoſpitio excipiuntur. His primates miniſtrant, pedes abluunt, neceſſariaq; vitæ ſuppeditant, viri viris, mulieres ſeparatis locis fæ-*
D *minis. Atque in his Duces & Comites vtriuſque ſexus, Epiſcopi, Cardinales, & Summus Pontifex, qui nudiuſtertius, vt etiam alias eodem loci, ſuis ipſe manibus ſordidos pauperum pedes lauit & oſculatus eſt. Plerique hæretici etiam Caluiniſtæ qui hæc ſpectatum aduenerant, viſâ Romanorum charitate, pietate, miſericordia, effuſa liberalitate ac deuotione, non ſe continuerunt quin ſuorum Prædicātium mendacia palam damnarent, vt qui non niſi in vitia Pontificis, Cardinalium, Epiſcoporum Cleriq; Romani deblacterent, ſuaſq; conciones his putidis floſculis ornent, quum Romam nunquam viderint,*

Multitudo cōfluentium ad vrbem pro Iubileo conſequēdo.

Admirāda Romanorū erga peregrinos charitas.

Hæretici etiā Caluiniſtæ pietate Romanorum moti ad fidem conuertuntur.

neque quid Romæ geratur vnquam didicerint. Ignorant enim hic cum ſumma eruditione ſummam vigere pietatem: cum qua ſi hæretici ſuam conferant, erit pietas ipſorum impietas, & eruditio ſumma ignorantia. Illi igitur, abiuratâ hæreſi ſuâ, ad Catholicam Eccleſiam ſeſe aggregarunt. In his fuit Arnoldus Martini non ignobilis Caluiniſtici Euangelij apud Geneuenſes prædicans, qui omnibus ignotus ſpectans quæ gerebantur, ducentos coronatos aureos in vſum pauperum peregrinorum Hoſpitali prædicto donauit, ſerioque ſe ad fidem Catholicam conuertit. Vidi eodem loco duos alios Geneuenſes ex hæreſi eductos, qui ſumma demiſſione & alacritate pauperum pedes abluebant, lotiſque pedibus oſcula imprimebant. A B

Quod genus officij cum cæteris nobilibus viris nullo die huius anni intermittere dicuntur. Summi Pontificis, in pauperes præſertim Sacerdotes trãſalpinos, liberalitas commendatur, qui præter mille coronatos, quos in Hoſpitale ſanctæ Trinitatis diebus ſingulis confert, in Palatio ſuo quotidie ducentos nunc trecentos & amplius alit. Neque deſunt priuati viri tum ex Clero tum ex nobilitate & ciuibus, qui pro ſuis quiſque facultatibus id ipſum præſtant.

Summi Pontificis liberalitas.

In prædicto Xenodochio Sanctiſſimæ Trinitatis admiratus ſum numerum, ordinem, nobilium ſedulitatem, & cibi potuſque copiam, C *ab hora vigeſima vſque ad ſextam noctis, hoc eſt ad horas noſtras, à quarta pomeridiana vſque ad ſecundam poſt mediam noctem producitur cœna, non eorundem ſed diuerſorum, quod ſingulæ menſæ paulo amplius dimidiata hora abſoluantur, ſimul autem eodem tẽpore diuerſis in cœnaculis cibum ſumunt circiter duo hominũ millia. Tum ex his collige quot millia decem horis paſcantur, & id quidem hoc anno ſacro in ſingulos dies. Sodalitia ciuium, quæ confraternitates vocant, certis pijs officijs charitatiuis addictas, (quales Romæ plurimæ ſunt) eos omnes ſuis impenſis excipiunt, qui huc aliunde* D *ex ſimilibus Sodalitatibus ijſdem vtentes legibus conueniunt. Videas quandoque eodem die triginta aut quadraginta eiuſmodi Sodalitia è diuerſis Italiæ Ciuitatibus in Vrbem ſumma deuotione ingredi, quorum quodlibet trecentos, quadringentos, mille aut etiam bis mille homines continet. Elapſa ſeptimana ſimul ex vna Sodalitate ad decem millia acceſſerunt, & non pauperes modo, ſed diuites quoq; & nobiles viri, qui ad pauperum ſubſidium è locis ſuis vinum, frumentum, ligna & alia id genus liberaliter conuehunt. Hi autem peregrini loca ſacra, alij apertis capitibus, alij nudis pedibus, alij alijs pœnitentiæ modis*

Confraternitatum Romanorum charitas.

A *modis frequentabant. Non prætermittitur charitas & munificentia in pauperes Religioſos, qui ex Chriſti euangelico conſilio ſolis eleemoſinis viuunt: Capucinos inquam ducentos, & Franciſcanos, quos feria ſecunda Penthecoſtes mille ducentos numerauimus è monaſterio ſuo Capitolino, quod aram Cœli vocant, ad Diui Petri ædem in Vaticanum binos procedentes, alioſque innumeros, quo Chriſtus ad ſui Apoſtolorũq; imitationem Euangelicos pauperes eſſe voluit. Si ad Vrbis Eccleſias progredi libeat, offert ſe ſplẽdor & ornatus Chriſtianus, qui mentem ad diuinum cultum excitet. Videbis laquearia inauratis picturis ſculpturiſq; fulgere, & parietes varijs marmoribus in-* Ornatus Eccleſiarum Romanarum.

B *cruſtatos ſplendere, templaq; ipſa de Sanctorum reliquijs pietatem ac deuotionem ſpirare: quas vt tu cum Vigilantio tuo rideas, nos tamen cum beato Hieronymo, qui inepto illi dormitantio os obturauit, & cum toto orbe Chriſtiano veneramur, certi hæreticos malignis Spiritibus agitatos, qui ſe Sanctorum oſſibus torqueri ſentiunt, eorum impulſu riſus & chachinnos in Diuos edere. Igitur in hac vrbe magna animi mei conſolatione contemplor conſtãtem maiorum fidem, religionem ac pietatem ſucceſſione non interrupta ab Apoſtolis ad nos poſteros deriuatam. Semper enim Romanorum fides vbique (vt beatus Paulus loquitur) commendatur.* Sacrorum reliquiarum cultus. Romanorum fides laudata.

C *Conſidero hic membra Eccleſiæ Catholicæ, licet per orbem vniuerſum longè lateq; diffuſa, in vnione Spiritus, in vna fide atque demiſſa humilitate & obedientia cum ſuo viſibili capite Ieſu Chriſti Vicario ac beati Petri ſucceſſore cõuenire. Siquidem qui huc ex omnibus partibus confluunt, atque in ſuis ſubmiſſi ſunt ſuorum ciuium fidem, atque erga Sedem Apoſtolicam veram obedientiam conteſtantur. Non enim hic deſunt ex Indijs, Braſilia, Græcia, Aegypto, Paleſtina, Sicilia, Dalmatia, vtraq; Polonia, Germania, Hungaria, Luſitania, alijſque Regnis ac Prouincijs, &c.* Hæc ille.

D

Patres Capuceni innocentia & auſteritate vitæ nec non eruditione commendabiles, ſeſe hoc tempore per Belgium diffundunt, ædificatis proborum fidelium liberalitate ferè per omnia Oppida Monaſterijs & Eccleſijs. Hoc etiam anno, empto Præſulis munificentiâ fundo in ipſa Ciuitate Leodienſi, loco amœno & ſalubri, Eccleſiam & Conuentum plurium ciuium honoratorum & prædiuitum, & imprimis Ioannis Curtij Domini de Oupey munificentia ædificant: Confectam hoc eodem anno Eccleſiam Reuerendiſſimus D. Suffraganeus Andreas Stregnart, magna Præſulis & populi cõgratulatione & lætitia Deo conſecrat; Primarium quidem altare in memoriam & Capuceni ſe per Diœceſim Leodienſem diffundunt.

i 3 honorem

Digitized by Google

honorem S. Michaëlis Archangeli & S. Patris Franciſci, alterum vero in honorem Sanctiſs. Deiparæ virginis & S. Ioannis Euangeliſtæ, collocatis in vtriuſque altaris ſigillo SS. vndecim millium Virginum reliquijs. A

Anno 1608. Præſulis auctoritate, ex legato Reuerendi Domini Ioannis Chriſtiani ad D. Martini Canonici & Cantoris, ædificant in Hoyenſi oppido. Idem faciunt & Traiecti anno 1609. Magiſtratu vrbis fundum concedente, & Illuſtri Domino Barone de Luyt Eccleſiam ædificante. Idem & Dionanti anno 1613. Domicellâ Margaretâ de Marotte honorati viri Natalis Tabolet Dinantenſis Proconſulis fundum donante; & Domino Guilhelmo de Caldenbourghe ſumptus ad Eccleſiæ exſtructionem liberalitèr miniſtrante. B

Comitia & quæ in eis acta.

Aprilis 6. frequentibus Ordinum Comitijs, Præſul publicas patriæ neceſſitates in memoriam reuocat, collectas Imperij tam ab anno 1554. Ratisbonnæ conceſſas, quam per Imperij Statum anno 1598. ibidem decretas vrget, ex quo earum remiſſio, non obſtantibus patriæ calamitatibus longè latèque recitatis obtineri non potuerit.

Inſtare Stephanum Smidt bellicorum prouentuum S. Maieſtatis theſaurarium, pro tribus & quinquaginta millibus octingentis quinquaginta vno florenis germanicis, ſed & Vitum Palsheſer pro nouem & viginti millibus trecētis & vno florenis ſimilibus ſibi à Cæſare nuper ſuper Statu Leodienſi aſſignatis.

Monet inſuper contributionibus Imperij Circularibus pariter pro quota patriæ ſatisfaciendum. Item ſumptus aduerſus militem extraneum patriam depopulantem factos refundendos. C

Ad hæc optare ſe, vt ordines deputatis ſuis ampliorem tractandi darent facultatem, neque enim Comitia tam frequenter haberi poſſe; patriam ex defectu tributi multa improuiſo ſuſtinuiſſe & ſuſtinere damna.

Præterea, cûm Patria ab militibus extraneis iniquiſſimè tractetur, hortari ſe vehementer vt ordines remedia in aduerſum quærãt opportuna, conſcripto eo fini milite.

Quia autem anno 1598. Ordines ſuæ Celſitudini cētum florenorũ millia in leuamētum ſolutionis æris alieni & alia quinquaginta millia ad Celſitudinis ſtatum ſeruandum addixiſſent, quę huc vſque necdum perſoluta, vnde miſeri creditores grauiter quererentur: Rogare ſe etiam, vt fidem liberarent: Vt & pro ſolutione ſex millium ſupra ſexcentos florenos ex bonorum quondam Guilhelmi ab Horion Capitanei Bullonenſis publicatione procedentium, ac in extremas Patriæ neceſſitates obſidionis Dionantenſis tempore expenſorũ; quos quondam Princeps Epiſcopus & eius Capitulum ex ſententia Cameræ Imperialis reſtituere coacti ſunt. Quodque hæredibus quondam Ægidij à Blocquerie Hannoniæ Archidiaconi ab anno 1542. in hunc vſque diem ducenti ſupra tria millia floreni ſub ducētorum florenorum annuorum interuſurio debeantur; & pro refundēdis mille & D

quingentis

Digitized by Google

A quingentis florenis per quondam Conrardum de Horrion ad cõmunem Reipub. vtilitatem expoſitis. Superadijcit qualiter menſa Epiſcopalis ex ſe tenuis, defectu continuatæ ſolutionis duodecim octodecimue millium florenorum, qui quotannis in arcium, præſertim Stockhemienſis & Hoyenſis, præſidiariorumque in ijs conſtitutorum in officio retentionem pendi conſueuiſſent, valdè deminuta ſit, & pluſquam ſuſtinere poſſit grauata; prout etiam ratione legationum ad diuerſos Principes, maximè ad Archiduces Brabantiæ Duces, hiſce difficilimis temporibus expediendarum: quemadmodũ recens vſu veniſſet in legatione Cancellarij Iacobi de Carondelet ad Summum Pontificem primùm, deinde ad Archiduces cum breui Apoſtolico oportuno, pro Iuriſdictione ac limitibus patriæ Leodienſis vſurpatis facta: quapropter merito duodecim florenorum millia quotannis quoque proroganda venirent. B

Inde ab armatæ militiæ neruo ad togatã tranſiens, iubet deliberari de remedijs aduerſus innouationes, quibus patria hæc contra publicam Imperij pacem, in libero commercio per Archiduces Brabantiæ Duces impediretur: Item de remedijs ad rectam Iuſtitiæ adminiſtrationem, contra tribunalium exceſſus & abuſus ſæpius inculcatos, tum in patria Leodienſi tum in Comitatu Loſſenſi, præſertim in Aula Curingienſi; Item Leodij apud vigintiduumviros, circa iurium & ſportularum exceſſum, denique circa appellationes quæ à vigintiduumviris & alijs tribunalibus ſæcularibus, ipſoque etiam Officiali C Leodienſi ad Cameram Imperialem contra Iura, ſtatuta & conſuetudines patriæ ipſaque priuilegia Imperialia paſſim ac promiſcuè cum euidenti Iuſtitiæ damno moratoriè & fruſtratoriè interponerentur prout etiam anno 1598. ordinibus expoſitum fuiſſet.

Et quia vt plurimum animaduerſum Comitia huiuſmodi, quæ nihilominus grauiſſimis vrgentiſſimiſque de cauſis indicerentur, priuatis quorundam affectibus abſque fructu diſſolui, ſummo patriæ detrimento, obteſtatur quatenus poſitis ſeorſim eiuſmodi affectibus, vnuſquiſque ad commune patriæ bonum collimet, & priuſquam conuentus diſſoluatur, non in partes diuiſi, vt factum frequẽtius, re- D bus infectis recedant, ſed in vnam tandem omnes ſententiam conueniant.

Ad quæ reuerenter reſpondent patriam adeo exhauſtam, vt non Imperium aut Circulum ab ea, ſed eam ab Imperio auxilium expectare omnimodo ſit receſſum. Quam in rem vt S. C. ſtudium & operam ſuam impendat quamdemiſsè & obnixè ſupplicant. Interim prouidendum quoquo modo de medijs ad domeſticas Principis & Patriæ vrgentes neceſſitates. *Receſſus Comitiorum.*

CAPVT.

Digitized by Google

A

Prælium Alberti Archiducis & Mauritij Comitis inter Neoportum & Oſtendã: Vtriuſq; factionis milites agrum Leodienſem vicinaſq; Prouincias depopulantur.

CAPVT XXXIII.

CVm paſſim Hiſpani tumultuarentur ſeceſſioneſque facerent, Comes Mauritius occaſione vtendum ratus, exercitum nouis copijs auget, & in Flandriam numeroſa claſſe tranſportat. Igitur poſitis ad Nuportum caſtris eas munitiones agere cœpit, vt niſi prohiberetur, facilè oppidum rebus ſuis commodiſſimum in ſuam poteſtatem redacturus videretur: Quâ re intellectâ, Archidux ſine mora cum Sereniſſima coniuge Bruxellis Gandauum profectus, præſidia maximè è Geldriæ oppidis euocat, & magnis itineribus in Flandriam contendere iubet. Sed & apud ſeditioſos locum ſui exercitus, (quos Alberotados & amutinatos vocabant) promiſſis & cõteſtationibus tantum effecit, vt in bellum redire annuerint, factumque vt præter Comitis Mauritij opinionem, Archidux ſatis magnum collegerit & confecerit exercitũ: Mauritius nihilominus Erneſtum Naſſouium ad Leffingam, viæ obſidendæ causâ, cum certa militum manu ac quatuor equitum turmis & duobus tormentis mittit. Et iam eò Hiſpani venerãt & pontem atque aditum occuparant. Ibi Naſſouius, globo armatorum facto, hoſtes aliquamdiu ſuſtinere ſe poſſe ſperabat: at impreſſione ab Hiſpanis facta, pedites ab equitatu deſerti, magna ex parte cæſi ſunt, tormentaque cum vexillis capta. Verſabatur interea in anguſtijs Comes Mauritius, recederetne an hoſti obuiã iret, præualuitque tandem opinio obuiam eundem: naues itaque omnes è portu ſoluere & in altum vela dare iubet, tum ne oppidanis prædæ eſſent, tum vt nullam omnino in fuga ſpem relinqueret. Archidux ex aduerſo & ipſe non parum conſultatione augebatur: valuitque paritèr eorum ſententia qui militum alacritate & ardore prælium vnicè poſcentium vtendum arbitrabantur, præſertim cum hoſtes in magna formidine & perturbatione verſarentur.

Erneſtus Naſſouius cæditur.

Mauritius hoſti obuiam procedit.

Archidux igitur hoſtem ſibi in occurſum tendere ſentiens, Petrum Galerum cum ſexcentis circiter equitibus præire & pugnæ initium facere iubet, cui Ludouicus Naſſouius occurrens, Hiſpanis impreſſionem facientibus, eo vſque ceſſit, dum illi ſub tormentorum à Mauritio commode collocatorum ictus pertraherentur: Pulſis igitur tormentorum vi, qui præiuerant Hiſpanis: Naſſouianis aciem hoſtilem longiuſculè adhuc abeſſe cernentibus, ſpatium ſe colligendi omniaque ex diſciplina & ordine conſtituendi, datum eſt.

Petrus Galerus pugnæ initium facit.

Hiſpani præcurrentes vi tormentorum repelluntur.

Acie inter medios arenarũ colles diſpoſita, magnis animis concurritur.

Digitized by Google

ritur. Initio tam equites quam pedites Naſſouiani cæduntur atque A impelluntur, ſed auxilijs in tempore ſubmiſſis, quamuis ægrè in Ordines reſtituti, pugnam rurſus capeſcunt.

Initio caduntur Naſſouiani.

Iamque media acies etiam inclinare cœperat, cùm vltima à Mauritio excita aduolans, laborantibus fert auxilium,& quædam Anglorum manus, per arenarum cumulos ducta à latere Hiſpanos inuadit. Pugnabatur etiam ad tormenta quæ in littore collocarat Mauritius acerrime, ac parum aberat quin in Hiſpanorum ea perueniſſent poteſtatem, niſi Mauritius tres turmas miſiſſet ſubſidiarias, quæ tranſuerſum Hiſpanorum latera incurrentes,prope iam adeptam Hiſpanis victoriam è manibus extorſerunt.

Mauritius fert auxilium.

Tres turmæ à Mauritio ſubmiſſæ Hiſpanis victoriam extorquent.

B Horribile erat vtrinque omnia paſſim ſanguine fœdata & cadaueribus oppleta videre. Poſt trium aut quatuor horarum conflictum, ſole ad occaſum vergente, prima ac media acie fere diſſipata, è poſtrema haſtati aliquot globo facto prælium redintegraturi videbantur, dum cæteri ſe colligerent, ſed extrema ſubſidia à Mauritio ſubmiſſa eos in fugam compulêre, hinc totis caſtris incertus victoriam ingeminantium clamor exortus, qui eos etiam qui fugam iam circumſpiciebant ad pugnam paſſim exciuit,& Hiſpanicæ cohortes iam vltimam impreſſionem molientes à fronte ab hoſtili peditatu, à tergo vero & lateribus ab equitatu, perturbatis ordinibus, retrocedere coactæ.

Hiſpanicæ cohortes vltimã impreſſionem molientes retrocedere coguntur.

C In hoc periculoſiſſimo conflictu Archidux,quamdiu ſpes vlla ſupererat à ſuis ne latum quidem pedem diſceſſit, accepto etiam quamuis leui in maxilla vulnere, bipenni (vt aiunt) inflicto. Sed & fere in hoſtium poteſtatem venit; Iam enim arrepto equi freno quidam impetu facto captiuum abducere conabatur, quem iuuenis Germanus haſta transfixit. Atque iterum pluribus idem tentantibus, Centurio quidam Gabelianus nomine, qui ob cædem alterius centurionis exauctoratus vltro Archiducem ſecutus fuerat, confectis ſex vel ſeptem audentioribus, Principem liberauit: Cæſum vero eum ibi fuiſſe inde exiſtimatum eſt, quòd poſtea Principis tantam fidem & virtutem renumerare cupientis iuſſu perquiſitus, non comparuit.

Archidux in maxilla læſus fere venit in hoſtium poteſtatem.

Gabelianus centurio ſua morte Archiducem ſeruat.

D In vniuerſum par vtrinque fere fuit cæſorum numerus, ter ſcilicet millium: victoria quamuis cruenta potitus Mauritius, Oſtendam cum ſuis proficiſcitur, indeque ad Neoporti obſidionem,verum inde à Comite Ioanne Iacobo Belioyoſa & Burlotto repulſus,Burlotto tamen glande plombea per caput traiecto.

Cæſorum hinc inde par numerus.

Mauritius Oſtendam reuerſus, copias tam equeſtres quam pedeſtres cum omni apparatu bellico ad mare reducit, & initio Auguſti Valachiam tenuit. Hic exitus celeberrimi illius conflictus inter Neoportum & Oſtendam.

Interea Ordines audita Archiducis ſui magnanimitate Bruxellis congregati trecenta aureorum millia in ſingulos menſes illi

Digitized by Google

ad bellum conceſſerunt, cum antea ab Hiſpaniarum Rege ducena quinquagena Ducatorum millia menſtrua eſſent addicta & repromiſſa. A

Decembris 17. nuptiæ inter Henricum quartum Franciæ & Nauarræ Regem Chriſtianiſſimum, & Mariam Mediceam magni Hetruriæ Ducis neptem celebratæ.

Leodienſes indigna paſſi à Præſule continentur in officio.

Dum propter hyemis aſperitatem ab armis ceſſaretur, vicinæ Prouinciæ ab vtriuſque factionis militibus miſerè infeſtantur, adeo vt nonnullæ militem ad ſui defenſionem conſcriberent, & aliæ ad defectionem ſpectarent. In his fluctibus Erneſtus Præſul, magnâ ſuâ prudentiâ & vigilantiâ, Leodienſes ſuos quamuis indigniſſima patientes in officio continuit.

1601. Sub initium anni 1601. octoginta circiter equites Naſſouiani cum exiguo peditatu Crapullam arcem prope Lymburgum effracta porta diripuerunt, ſpolijſque onuſti, fruſtra perſequentibus Hiſpanis, ad ſuos reuertunt. B

Calendis Iulij cum exercitu viginti millium Berckam obſident, totque tormentorum tonitrius oppidum concutiunt, vt breui ad deditionem peruenerint; Præfectus cum trecentis militibus Iulij vltima egreſſus, Traiectum ad Moſam veniens, multos ſaucios adduxit, plurimis penuria medicinæ & medicamentorum extinctis.

C

Archidux Oſtendam obſidet: Hiſpani in VVeert tumultuantur, & prædam per Patriam Leodiẽſem agunt: Comes Mauritius ad Syluã Ducis caſtra locat, quã mox deſerere cogitur.

CAPVT XXXIIII.

Obſidionis Oſtendanæ initium.

Archidux, vt deprædationibus, quæ per Flandriam quotidie à Naſſouianis fiebant, occurrat, celeberrimam illam Oſtendanam obſidionem aggreditur: Quod vbi Ordines Angliqúe (quibus Oſtenda hypothecæ nomine iam ante tradita erat) intellexerunt, præſidium ad eum auxere numerum, vt iuſti exercitus ſpeciem haberet, nec tam vrbs obſeſſa, quam caſtra caſtris oppoſita viderentur. Quæ ibi geſta ſunt memoratu digniſſima, non eſt noſtri inſtituti enarrare, exſtat libellus qui in multorũ manibus hodie verſatur, Paleſtra Oſtẽdana inſcriptus, ea quæ propoſito noſtro ſeruiãt tantum ſuo tempore inſequemur. D

In Hiſpania vigeſima ſecunda Decembris, qui Mauritio Martyri ſacer eſt, Regina filiam peperit, cui Annæ Mariæ Mauritiæ nomen inditum eſt.

Vigeſima ſeptima, Maria Medicea Galliæ Regina maſculam prolem ad Fontem Bellaqueũm enixa eſt Ludouicum denominatũ, cuius cum Anna Maria Mauritia, dum hæc ſcribo, apparantur nuptiæ.

Menſe

Digitized by Google

Menſe Octobri non exigua Hiſpanorum manus per ſeditionem oppidum Wertæum in Campinia ſitũ occupat, & prædam per Patriã Leodienſem agit, tributiſq; ſubijcit. Horum animos Mauritius promiſſis & pecunia tentauit, à ſacramento auertere conatus: ſed cum hoc minus ſucceſſiſſet, ſciret tamen hoſtem magnis difficultatibus diſtineri, tentandum aliquid, quanquam hyems iam immineret, exiſtimauit.

VVertæum oppidum ab Hiſpanis rebellibus occupatur.

A

Igitur Kalendis Nouembris ad Syluam Ducis caſtra locat, exercitu vrbem celeritate ſtudioque admirabili cingit, & vndique ſe munit.

Toto menſe Nouembri, mira vtrinque, Mauritius ad oppugnandum, obſeſſi ad propugnãdum, patrarunt: tandem ad 17. Kalend. Decembris, frequentiſſimis tormentorum ictibus, vrbem in ſummum periculum adducit. Quod dum Archidux intelligit, Comitem Fredericum Waldenbergium è caſtris Oſtendanis cum copijs mittit, mandatque vt militem quam maximo poſſit numero ex præſidijs Brabantiæ colligat, tumultuarios illos Werthenſes ſibi iungat; qui etſi ſeceſſionem feciſſent, in tam arduo tamen & difficili negotio ad obſequium redierunt.

B

Mauritius Syluam Ducis in periculum adducit.

Nouembris quinta, ex quo præcedentis anni Comitia infructuosè fuiſſent ſoluta, Princeps hic eadem repetit, recitatis remiſſionibus, quas interim à Cæſare, admodum tamen difficulter (quippe contra conſtitutionem Imperij anno 1594. de non admittendis exceptionibus & præſcriptionibus quibuſcumque, latam) obtinuiſſet; nimirũ vt centum & duorum millium quadringentorum floren. Germanicorum iam in anno 1594. debitorum loco, ſoluerentur in numerato triginta quinque millia: Et pro ſeptuaginta ſex millibus octingentis flor. anni 1596. præſtarentur pari numeratione triginta octo.

Comitia & quæ in eis acta.

C

Quo audito, Ordines gratias agunt, ſimulque rogant vt ſua Cels. legatũ à Cæſare æqualitatis ineundæ & firmandæ ergo, venire, curareq; non grauetur, ipſiq; hac ſaltẽ hyeme Leodij (accepto in ſingulos menſes condigno apparatu) manere dignetur, tum vt ſuâ præſentiâ grauiores patriæ calamitates auertat, tùm vt cum Archiduce Brabãtiæ Duce de vſurpatis limitibus & Iuriſdictione agat; & apud Cæſarẽ, Imperij collectas, ad ratam diminutionis, patriæ defalcari procuret, inſtantiſſimè & quam demiſsè ſupplicant. Tandem de medijs in hæc & alia neceſſarijs deliberant.

D

His quoque in Comitijs, officiati Regij querelas deponunt, milites Archiducũ in ditione & patria Leodienſi peius excipi Hollandis: Quibus acriter reſponſum, cauſam non aliam eſſe, quam quod illi Hollandis longè inſolentius & iniquius cum ruricolis ſe gerant; non habere ſe de Hollandis quod querantur, niſi religionis cauſam, quam illi politicè norunt ſimulare. Turpe admodum Catholicum militem, qualem ſe Hiſpanus gloriatur, miſeros agricolas Catholicæ fidei cultores perpetuò Lutheranos nuncupare, eoque nomine eos ſummis iniurijs & grauibus tributis ſubijcere.

Interea tam acre frigus incidit, vt non modo permulti ſtationarij milites algore obriguerint, verum etiam flumina glacie concreta nauigationem intercluſerint. Mauritius duplici periculo & à hoſte & à frigore perterritus, conſultius duxit cum integro exercitu recedere, quam ancipitem belli aleam experiri. Itaque vigeſima ſeptima Nouembris in Hollandiam ſe recepit. Diſceſſus huius pudorem Hollandi verſibus his palliare conati ſunt. A

Mauritius à hoſte & à tẽpeſtate territus.

Non Ducis obſeſſa ſeruauit mœnia Sylua
Alberti gladius, frigida ſed glacies.

Quos alij ita retorſerunt:

Tam Ducis obſeſſa ſeruauit mœnia Sylua
Alberti gladius, frigida quam glacies. B

Decembris vigeſima nona R. P. Balduinus ab Angelo Leodienſis ex primis Patribus Societatis Ieſu, ipſi B. Ignatio familiaris, eiuſque virtutum æmulator egregius, ſæpius Rector & Prouincialis, Leodij piè moritur in Collegio eiuſdem Societatis, & ibi ſepultus.

Archidux Oſtendam premit, quam vt liberet Mauritius, collecto in Germania ingenti exercitu, per Patriam Leodienſem Brabãtiam ingreditur, cui ſe opponit Admirantius, moxq́; recedere cogitur. Hiſpani in Hamont & alijs Oppidis tumultuantur, Patriamq́; Leodienſem & vicinas Prouincias tributis indigniſſimè ſubijciũt. C

CAPVT XXXV.

1602. ARchidux (vti & anteà) ſeptima Ianuarij anni 1602. acerrimam impreſſionem in Oſtendam facit, paruo fructu, quod obſeſſi à transfuga ante redditi eſſent certiores. Quanta verò vis in eam à cępta obſidione adhibita fuerit, inde videre eſt, quod ad Kalẽd. vſq; Martias ducẽta quinquaginta ferreorum globorũ millia, præter mill[illegible]a ſaxa in oppidum iacta ferantur. D

Hollandi expeditionem parant in Brabãtiam.

Hollandi interea cùm aduerterẽt Archiducem ab Oſtendana obſidione nullo modo abduci poſſe, magnas copias ex Germania cogũt, quibus Brabantiam inuadere intendunt, eo vtique fini, vt vel inuitũ Archiducem ab ea obſidione abducant. Luſtrato igitur ad Cliuiam exercitu, in quo tria millia curruum; Mauritius vniuerſas copias in tria diſpertitur agmina; quorum prius Erneſtus, ſecundum Guilhelmus Naſſouij, alterum Franciſcus Verrius Oſtenda euocatus duxerunt: vnumquodque agmen ſenis peditum millibus, & duodeviginti equitum cohortibus conſtabat.

Robur exercitus Mauritij.

Traiecto Moſa, poſt dies aliquot Tongros perueniunt, & accepto

commeatu

Digitized by Google

commeatu Thenas contendunt, quò loci Admirantius caſtra meta-
A tus: Eò Mauritius Caduceatorem amandat, & Admirantiũ ad arma
prouocat; Reſpondit prouocatus mandatum ſibi regioni præſidio
eſſe non prælio decertare: Tunc demùm ſi caſtra ſua oppugnatũ ve-
nerit, armis concertandum.

Tongros venit inde Thenas Admirantium ad prælium vocat.

Mauritius, octauo Iulij, flumine tribus pontibus vincto, cum vni-
uerſo exercitu, toto die inſtructa acie ſtetit, ſed Hiſpani in caſtra ſe
continuerunt. Itaque intentione ſua fruſtratus Mauritius, exercitũ
reduxit, & extortis à nõnullis Brabãtiæ pagis vectigalibus, viceſimo
Iulij ad Grauiam caſtra poſuit.

Relictâ Brabantiâ Grauiã obſidet.

Quod vt intellexit Archidux, Admirantio mandat, vt citùm ob-
B ſeſſis auxilium ferat. Is mandato obtemperãs, decima Auguſti caſtra
ex aduerſo collocat, Moſaque ponte vincto, itinera Noomagenſia, ad
intercipiendos cõmeatus, obſidet. Grauenſes de aduentu Admiran-
tij læti ſæpius erumpunt, & victores nonnunquam, ſæpiusq; victi, in
Vrbem redeunt. Tandem tentatis fruſtrà Mauritij caſtris Admiran-
tius noctu clam præmiſſis impedimentis exercitum reduxit, omni
ſpe ſoluendæ obſidionis fruſtratus: Nam & magna copiarum pars
dilapſa erat, & reliqui intempeſtiuo admodum tempore ſtipendium
flagitantes, ad defectionem ſpectabant.

Fruſtra obnititur Admirãtius.

Admirantius igitur, cùm in pago de Thorn ſupra Moſam, Rure-
mundam inter & Maſeckam ſito, conſediſſet, ibique intellexiſſet ſex-
centos circiter exercitus Catholici in municipio de Hamõt collectos,
C equitatum peditatumque ad defectionem ſollicitaſſe, cum quatuor
tormentis bellicis, & militũ flore, eos ſibi perſequendos, ac priuſquã
numero augerentur, coërcendos eſſe conſtituit.

Regij tumultuantur in Hamont.

Præmiſſis itaque Officialibus, qui vel facti veniã, ſi paruiſſent, vel
hoſtilem animum, ſi contrà, denunciarent; ad obedientiam nequic-
quam illos reducere conatus eſt. Itaque confeſtim muralia aliquot
in eoſdem tormenta diſplodens, pilaſq; inſuper ignitas in oppidum
vibrans, domos pleraſque incendio abſumpſit. Equitatus maximus
& fortiſſimus illorum neruus per alteram portam dilapſus eſt, pedi-
tes verò ab Admirantio, cuius ſe fidei commiſerant, in gratiã recepti
ſunt. Decreuerat Comitem Belioyoſum adiungere, vt cum vniuerſo
equitatu fugitiuos proſequeretur, & omnes internecioni daret; verũ
D cùm duabus horis antea diſceſſiſſent, mutato conſilio, Belioyoſum
pauco cum comitatu miſit, qui illos bona ac militari perſuaſione, ad
ſocios reduceret. Sed cùm nec quicquam effectũ eſſet, illique multo
quam antea pertinaciores, de Dieſthemio occupando cogitare ferrẽ-
tur, Comes Belioyoſus eòdem ſe contulit, præire volens huicq; ma-
lo temporius prouidere, vicina Oppida ea de re certiores fecit.
Vnde cùm falſos ſe eſſe perduelles animaduerterent, animum
ad Beringhen conuertunt. Inde re infectâ, Brædam contendunt,
at offenſo in itinere Stratore, Sergeantem vocant, è præſidio
Hockſtratano, Caſtellum certis pactis ab eo accepêre. Quæ ſimul

Comes Belioyoſum fruſtra eos reducere conatur.

Belioyoſi prouidentia

Tumultuãtur & in caſtello Hockſtratano.

ac percrebuiſſet, tanta confeſtim perditorum hominum multitudo eòdem confluxit, vt mox ad mille numerarentur. Interea Archidux rerum quæ gerebantur minimè ignarus, Admirantium cum exercitu Dieſthemio mouere iuſſit, prior eòdem contendens, eo conſilio, vt ipſe, dum Mauritius in Grauia oppugnanda occupabatur, à ſeditioſis mutinatis pœnas repoſceret, compertum habens Vrbem Hockſtratanam firmam admodum neque eſſe, neque propter temporis anguſtias muniri potuiſſe, eo amplius quod nec armis inſtructi, bellicisque munitionibus ac commeatu deſtituti eſſent. A

Admirantius Dieſthum mouet.

Igitur vt Dieſthemium peruentum, exercitu in agmina diuiſo, Archidux damna à milite ſeditioſo perpeſſa & nimium hactenus diſſimulata ob oculos ponit. Qua ratione ſeditioſos & Alberotados tanquam perduelles & proditores perſequi conſtituiſſe, & in exemplum punire. Ad extremum, fide à milite receptâ, quod animosè ſecum in eos inuolaturi eſſent, menſtruum ſtipendium ſoluit. B

His peractis, rectà ad Oppidum Hockſtratanum iter intendẽs, certior redditur Mauritium arma munitioneſque bellicas annonamque etiam illis tranſmiſiſſe; ſed nec eo rumore motus, inſtitutũ proſequi non dubitauit.

Mauritius perduelles munitionibus adiuuat.

Vt his diſtrahitur Archidux, decima nona Septembris, Grauia certis pactis conditionibus deditur. Fuit oppidi iactura grauis admodũ, & ſeditioſorum militum rebellioni ac contumaciæ, non iniuriã, ab omnibus aſcripta. Quo inaudito Archidux Ordines Bruxellas vocat, vt ibi de remedijs præſenti malo adhibẽdis conſultaretur: Iam enim multi non Imperium modo detrectabant, ſed cum Mauritio & Ordinum fœderatorum Legatis clandeſtina primùm, inde aperta quoque colloquia conferebant, atque omnino ad defectionem intendebant animos. Archidux publico edicto, ad ſigna ſua quemque redire iubet, pœnâ capitis & fortunarum omnium in contumaces comminata. C

Grauia deditur.

Archidux Ordines cõuocat.

Perduelles proſcribit.

Seditioſi & Alberotadi, hâc proſcriptione acceptâ, ad Mauritij patrociniũ confugiũt, ſcriptoq; edito, facti ſui rationes teſtãtur; ſe nimirũ, fruſtra tentatis ad Grauiam caſtris, ſtipendiũ, cùm aliter non poſſent, ſeceſſione factâ, extorquere conatos, eam ſoluendi ſtipendij ſæpius decurſi nec ſoluti rationem ab alijs multoties vſurpatam: Noui eſſe nihil. Verum enim quia hoſtilitèr ſeſe impeti animaduerterent, extremâ neceſſitate coactos, ad hoſtium patrociniũ recurrere. Porrò, cùm nec leuibus nec aſperis remedijs quicquam proficeretur, Octauius Frangipanis Apoſtolicus in Belgio Legatus, ſequeſtrum ſe interpoſuit, & Hockſtratam ad ſeditioſos profectus, honorificè ab eis excipitur. Ibi cœpta tractatio, quæ cùm prætèr promiſſa & bonã ſpem nihil adferret, nec illi quicquam prius cum Archiduce aut eius Legatis agere iurato teſtarentur, quam lata in ſe ſententia reuocaretur, rebus infectis receſſum. D

Ad patrociniũ Mauritij confugiunt.

Nuncius Apoſtolicus ſequeſtrum ſe interponit.

Inde

Digitized by Google

Inde longè lateque per Brabantiam primum excurſiones & prædæ, mox per agrum Leodienſem: Neque ijs ſuppuduit Leodienſibus literas mittere pugione per medium perforatas, & per angulos quatuor igni ambuſtas, quibus tanquam ſignis interminabantur, ni mox pulueris tormentarij vaſa aliquot, funes itidem haſtaſque & ſclopeta certo numero, iunctâ pecuniæ ſummâ, mitterentur, ilico flamma ferroque omnia deleturos.

Literas mittũt Leodienſibus.

Eiuſdem argumenti literas ad præfectos & oppida agri Aquiſgranenſis, Iuliacenſis, Cliuienſis, Colonienſis, Treuerenſis ſcripsêre; vt euiſtigio aureorum millia aliquot numerarent, & inde per Cómiſſarios de menſtrua agerent contributione.

B Hanc inſolentiam & perfidiam moleſtiſſimè tulerunt Principes, imprimis Leodienſis & Iuliacenſis, deque ea re apud Archiducem vehementèr queſti ſunt. Is multis ſermonibus ſe purgare, illos non amplius in ſua poteſtate eſſe, nulli alij quam ſibi ſuiſque grauiores exiſtere, quæ cùm vlceri haud mederentur, conſcriptæ ſunt conſenſu Nobilitatis Circuli Weſtphalici quatuor equitum catafractorum turmæ, & ad Moſam pro tranſitu ſi quem forte intentarent, impediendo, diſpoſitæ. Interea miſſi ad eos ex parte Leodienſium plures, ac inter alios Auguſtinianus quidam Hiſpanus, vir & pietate & eloquentia conſpicuus, qui quam iniuſtũ & fœdum admitterent facinus ipſis demõſtraret, & ab incepto dehortaretur; ſed ſurdis hæc omnia.

Quatuor turmæ Catafractorum equitũ perduellibus oppoſitæ.

Leodienſes ad eos miſſionem faciunt.

C

Ferdinandus Bauarus loco Præſulis Comitia celebrat. Erneſtus mittit Commiſſarios à Cæſarea Maieſtate, qui de æqualitate in colligendis tributis aliquid conſtituant: Cauet Spadanis ab hæreticis. Hiſpani in Hockſtrata tumultuãtur, adiuuante illos Mauritio.

CAPVT XXXVI.

VIgeſimâ ſeptimâ Septembris, Præſul ex ſui Capituli conſilio, attentis continuis patriæ periculis & neceſſitatibus, conuocat iterato Ordines ad 15. Octobris: verumenim quia per infirmitatem, qua in ſuo Mindano detinebatur, intereſſe non poterat, amãdat nepotem Ducem Ferdinandum Coadiutorem, qui comitijs præſit, eundem Ordinibus pluſimùm à ſuis virtutibus & ſingulari in patriam hanc affectu commendans. Quocirca & exceptus fuit ab omnibus pari honore quo patruus.

Comitia Patriæ quibus loco Præſulis præeſt eius nepos Ferdinandus.

In Comitijs exponitur, quam periculoſum ſit Ordinibus abſque ærario & certa collectandi ratione eſſe; neque enim (vt quidam ſcribit) quietem gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neque ſtipendia ſine tributis haberi poſſe. De quibus tributis dum deliberando

rando tempus teritur, ſæpè mala irruunt, & occaſio ea auertendi effluit. A

Agitur quoque diligenter de ratione tractandi cum ſeditioſis & Alberotadis militibus, ad quos miſſus quoque eſſet Dominus de Mally, deque quotâ ad rationem duorum menſium in anno 1601 Circulo Weſtphalico præſtanda. De quibus, quia Ordines ſuperiori anno, quanquam requiſiti inter ſe non conueniſſent, iam idcirco coacti eſſent.

Comitia Ratiſbonnenſia.

Quia vero proximis Calend. Decemb. habenda ſunt Ratisbonnæ Comitia Imperialia, monentur Ordines deliberare, quid iſthic pro parte afflictę, & iam iterum à trimeſtri duorum potentiſſimorum exercituum tranſitu ac mora, vaſtatæ patriæ, Maieſtati ſuæ expoſitum velint. B Enarrantur quoque pericula abs militibus militiæque deſertoribus, non ſolum per itinera, ſed & per oppida atque etiam Ciuitatem, partim officiatorum diſſimulatione, partim negligentiâ, etiam vi maiore paſſim graſſantibus, ſummo mercaturæ & Reipublicæ totius diſpendio. Vt de his quoque auertendis deliberetur; vtrumne conſultum videatur militem tam equitem quam pedeſtrem ex Ciuitate hyberno tempore in omnem euentum conficere, & per ſingulas Patriæ regiones turmas (quas Ordinarias vocant) ex præcipuis corũ incolis certas deligere, quibus militantibus, vt & alijs quoque temporibus priuilegia dumtaxat quædam irrogarentur, ad exemplum vicinarum Imperij & Belgij Prouinciarum. C Deniq; cùm iam à Maieſtate Cæſarea Legatus amandetur, qui Ordines in querelis, grauaminibus & collectis Imperij veteri (vt vocant) aut nouo pede præſtandis audiat, eoque fini aduenerit, paruo adhuc fructu, diſſentientibus, vti videbatur, penè omnibus, monet hortaturq; feriò, quatenus grauamina repræſentent, alioquin Cæſaream Maieſtatem, re cognitâ & compertâ, auctoritatem ſuam interpoſituram, indicto in perpetuum ſilentio.

Legatus Cæſareus, qui grauamina Ordinum audiat.

Ad hæc propoſita ab Ordinibus diuerſa remedia; verùm pugnantibus & variantibus ſententijs nihil inſequutum.

Cùm perantea, Præſul Erneſtus experimento doctus eſſet non alia potiori ratione ditionem ſuam Leodienſem ab hæreſibus ſartam tectam ſeruari poſſe, quàm ſi probi & eruditi parochi Eccleſijs præficiantur, D qui non tantum rudimenta fidei docere, ſed etiam in celebrioribus locis & oppidis, vt puta Haſſelenſi, Maſekenſi, Trudonenſi, Tongrenſi, Breenſi, Cymacenſi, Couinienſi, Giuetenſi, Thudinienſi Viſetenſi & alijs, poſſent populum ad hæreticis & fidei corruptoribus propulſare & conſeruare; de Seminario parochorum in Academia Louanienſi erigendo cogitare cœpit, in quo fœlicioris ingenij adoleſcentes erudirentur, qui abſoluto iſthic curſu Theologico licentiæ titulo, publico eruditionis teſtimonio decorati, maiori cum fructu & auctoritate, & populo Catholico præeſſe, & ſolidâ ſacrarum literarum ſciẽtia omnibus hæreticis fidei noſtræ rationem reddere

Præſul Seminarium Parochorum Louanij erigit.

dere poſſent. Quamobrem Reuerendum Dominum Martinum
A Diddenium Eccleſiæ Collegiatæ ad ſancti Petri Decanum & me, vt locum ſtudioſis cõmodum conquireremus, legauit, quem fœlicibus auſpicijs in ipſo Vniuerſitatis medio inuentum Præſul optimus comparauit, rogatis & obtentis fidei Catholicæ bono ab Alberto Archiduce priuilegijs; inter cætera, vt prouentus & bona Seminarij, quæ in ditione Brabantica ſita eſſent, certo condictoque tempore nulla vectigalia ſoluerent. Vtque res fœlix ſumeret exordium, euocauit è maiori Theologorum Collegio eximium & præſtantiſſimum virum Ioannem Clarium Tongrenſem primariũ ſacræ Theologiæ Louanij Profeſſorem, qui veluti Architectus Seminarij fundamẽtum iaceret,
B & initio quinque vel ſex ingenia ex Seminario Leodienſi ſelecta aleret & erudiret: Quod ipſum ex fide vſque adeo fœliciter præſtitit, vt & egregios præſtanteſque aliquot parochos breui tempore formârit, & prouidentiâ parcimoniaque tum ſuâ tum Curatorum, Præſule iubente, domum Principe dignam & ſtudijs maximè commodam à fundamentis exædificauerit, anno 1605. exædificatæ aureis literis portæ fronti hoc inſcriptum.

D. O. M.

Seminarium Leodienſe auſpicijs Sereniſſimi Principis Electoris Erneſti Bauariæ Ducis, Epiſcopi Leodienſis, &c.

Anno 1605.

C Reſtituto ſanitati Principe, eoque ad ſuos Leodienſes reuerſo, Martij die quarto anni 1603. indicuntur noua Comitia, quibus iam ante memorata ſæpius repetita recitantur: Super quibus longâ deliberatione habitâ, conuentum de nouo peculio ſuper vino ceruiſiaque ſtabiliendo, caminis cenſendis, ſexageſimo mercium quæ efferrentur, in publicum præſtando. Aſſignatis quoque de publico Præſuli & Principi in ſingulos menſes, quibus in Patria reſideret, quatuor florenorum millibus, quæ à nouiſſimo ſuo in Patriam reditu cenſerentur. Quin etiam propoſitum de reditibus annuis, modijs, cenſibus, florenis, agris, & hæreditatibus cuiuſque cenſendis, quo pauperes & miſerabiles ſubleuarentur; quot & ſi omnimodo rationi con-
D gruum, attamen veroſimile potentiorum procraſtinatione impeditum.

1603. Comitia Patriæ & quæ in eis acta.

Vt verò hæc ſollicitius tractantur., Dominus de Mailly ad Hiſpanos miſſus, cùm iam aliquoties cum eis egiſſet, illique modeſtius loquerentur, ad Præſulem & Ordines reuertitur. Reque totâ relatâ & diligenter diſcuſſâ, tandem eo perducta eſt, vt ſolutis alimentis trecentorum equorum, quæ ſibi pro ſuo arbitratu & imperio ſoluenda indixerant, certa quoq; pecuniæ ſumma, non vt debita, ſed gratuita & liberalis pẽderetur. Quam rationem & vicinæ regiones cum eis inierunt, depopulationem deprædationemque grauiorem veritæ, pace ab eis prætio redemptâ.

D. de Mailly quid apud ſeditioſos profecerit.

I Præſul

Digitized by Google

Præſul Edictū religionis renouat.

Præſul hoc eodem anno edicta religionis propter multos exteros hæreſeon ſuſpectos ad aquas Spadanas conueniētes, non ſine magno ſubditorum præſertim Spadanorum contagionis periculo, renouat, innouatiſque pœnis pro ratione loci comminatis diligēter obſeruari mandat. A

Pridie Kalēdas Iunias, anno 1603. Reuerendus P. Ioannes Oranus, Franciſci Orani filius ſecundogenitus, Montibus Hannoniæ, naturæ debitum perſoluit, cùm annos ſexaginta exegiſſet, hic à Superiore amandatus egit in diuerſis ſocietatis Collegijs, etiam apud Gallos, & Biturigis Cuborum ad Auarronem, Iacobo Cuiatio eo loci iuris Romani primario interpreti perfamiliaris, vt cui à confeſſionibus. Inde in Belgium reuerſus Rectoris officio, in Collegio Societatis Ieſu, B prudenter functus eſt, poſtea Reuerendo P. Oliuerio Manareo viro pietate ac meritis graui ſæpe datus ſocius & collega, in viſitationibus Collegiorum in Prouincijs Belgij. Vertit ſtylo eleganti ex lingua Hiſpanica in Latinam Reuerendi P. Petri Ribadeneira Societatis inſignis Theologi ac admirādæ facūdiæ opus, cuius epiteſis ſeu inſcriptio talis eſt. *Princeps Chriſtianus, aduerſus Nicolaum Macchiauellum, cæteroſq; huius temporis politicos,* Poloniæ ac Suueciæ Regi dedicatum.

Legati Archiducum male à ſeditioſis excepti.

Miſerat iam aliquoties Archidux ad Alberotados literas, nec non magnæ auctoritatis viros, quibus benignè eos reuocabat, ſolutione ad certū diem, cùm pro decurſis tum impoſterū decurrēdis ſtipēdijs C promiſſâ. Sed magis valuit apud ſeditioſos & perfidos animos furor quam ratio vel oratio; quare & litteras ambuſſerunt, & internuncijs veſtes detraxerunt, maleque acceptos dimiſerunt. Copias ergo aliquot tam equitum quam peditum contrahit, quibus ſuos ab vlteriori illorum efferata rabie tutetur & protegat. Illi verò veriti ne Hochſtratæ opprimerentur, vxoribus & liberis cæteriſque impedimentis Vercheidam, qui pagus eſt Brædæ vicinus, miſſis, Boxteliam proficiſcuntur. Inde à Syluæducenſibus commeatum aliaque poſtulant, alioquin in eorum ſe bona graſſaturos. Reſpondet Grobendocius Ciuitatis præfectus aliud ab Archiducibus Dominis ſuis habere in mandatis. Illi indignabundi ruſticis circumquaque quicquam in eam D vrbem importare inhibent, & villas Eccleſiaſticorum ad vicies mille florenos taxant.

Veruntamen quia ſerio in ſe agi vident, conuentis iam ad Louanium & Lyram peditum duodecim & equitum duobus millibus, magno Mechliniam apparatu comportato, relictis Hochſtratæ ex ijs, qui ibidem reſtabant, ſexcentis, omnes Brædam contendunt, ordinum ſuppetias implorantes.

Non neglexit hanc occaſionem Mauritius, qui ſciret quantum virium hoſti hac defectione detractum eſſet: Erant enim veterani pleri que omnes, reique militaris magnam experientiam & regionum ac via-

Digitized by Google

ac viarum notitiam habebant, ſingulari etiam ratione atque ordine,
A quamuis in rem præſentem minus laudabili, omnia ſua adminiſtrabant.

Interim Archiducis exercitus Hochſtratam mouet, & obſidionis initium facit. Hic ſeditioſi obſecrare Mauritium, ne ſocios ſuos circũueniri pateretur, ſed parte copiarum ſuarum cum iis iunctâ, obſeſſis auxilium ferret, qua in re primos ſe fore, primumque hoſtium impetum ſemper excepturos. Nec recuſauit Mauritius, modo ſibi ac Ordinibus ſacramentum præſtare vellent; Quod cùm illi promptè præſtitiſſent; Is luſtratò exercitu & Oliuarium Tempelium ſeditioſis Ducem præficit & Hochſtratam verſus contendit. At Archiducis B exercitus, cum nec hoſti potentiori ſe opponere auderet, & commeatus penuria laborare inciperet, caſtra mouere cogitur. Itaque ad diem Auguſti decimam, nocturno ſilentio recedit; Mauritius mane demum id reſciens cum equitatu eos inſequitur, ac etiam aſſequitur, prælio tamen rem committere non auſus, quod peditatus abeſſet longius, ſed velitationes quædam factæ. Interim Archiducis exercitus Herentalam, ſaluis ordinibus peruenit, ibi caſtra metatus. Mauritius vero Hochſtratam obſidione liberatam præſidio firmat.

Hochſtratam exercitum mouet.

Seditioſi opem Mauritii implorant & illi ſacramento ſe aſtringunt.

Archidux cogitur obſidionem ſoluere.

Magnus ſane erat ſeditioſorum & Alberotarum cumulus, adeo vt Hochſtrata anguſtior eſſet, quo minus omnes ibi hybernarent; cùm ordinibus itaque & Comite Mauritio hoc egerunt, vt locum aliquem munitum, interpoſitis obſidibus obtinerent, eumque imprimis è quo C hoſti plurimum nocere poſſent. In quam rem & ſitu & vicinitate oportuniſſima eſſet Grauia; Quam ordines, non abnuente Mauritio illis conceſſerunt. Quocirca Archidux nouum in eos fulmen immittit, mandans vt intra triduum ad mentem redeant, alioquin rebellionis, proditionis, & criminis læſæ Maieſtatis reos facit, propoſito omnibus qui eos occiderint præmio, iuſſiſque vxoribus & liberis terris S. C. intra idem tempus excedere, bonis eorum fiſco addictis.

Hochſtrata præſidio firmatur.

Grauia ſeditioſis conceditur.

Archiducis fulmina in ſeditioſos.

D *Oſtenda deditur: Seditioſis venia tribuitur: Quæſtio de Caluaria S. Lamberti: Comitia Patriæ: Seditio in Capitulo Leodienſi exoritur.*

CAPVT XXXVII.

ANno Domini 1604. à Ianuario vſque ad Septembrem Archidux aſſidue Oſtendam vndique premit, propugnacula partim euertit, partim capit. Hunc vt à cœpto diuertat Mauritius, traiecto in Flandriam exercitu, Excluſam obſidione cingit. Ea res cognita magnam Oſtendanis attulit animoſitatem, quod longæ obſidionis periculis ſe liberatum iri ſperarent. Sed vana fuit hæc eorum ala- 1604.

critas; Archidux enim operi inſiſtens,iam mœnibus Oſtendæ adhærebat, ſic vt obſeſſi noua mœnia conſtruere, nouas foſſas, nouam de- A
niq́ue vrbem ſibi condere inciperent.

Dum ergo nullus dies, nulla penè nox eſſet, qua Hiſpani nihil non tentarent & molirentur; Victi tandem fractiq́ue obſeſſorum animi, deditionẽ facere conſtituunt. Itaque 20. Septembris, certis pactis legibus, oppidũ Archiduci redditur: Hic finis & exitus fuit tam celebris, atque inter multas maximè diuturnæ & memorabilis obſidionis.

Seditioſorum exercitus ingentia mala Patriæ Leodienſi & Brabantiæ infert.

Ioel. 1.

Aprilis 24. exercitus ſeditioſorũ copioſiſſimus, & qui ad minus cõſtabat ſex millibus, in confines Traiectenſium ad Moſam aduenit, & poſtero die profectus verſus Tongros, inde in Brabantiam, quam incendijs & populationibus pene totam vaſtauerunt; tandemq́ue Na- B
murco iterum in Patriam Leodienſem, quam etſi hybernis regiorum exinanitam, iteratis incurſionibus exhauſerunt; atque ita *quod non deuorauerat bruchus comedit locuſta.*

Archidux ſeditioſis dat veniam.

Rurſum menſe Mayo peragratâ Hannoniâ, conſtitit magna cum præda iuxta Leodium in vico Holoniæ ad lapides, biduoq́ue poſt contendit Tongros, inde in Graue, datâ perfidis per Archiducem veniâ, alioquin Brabantiam incendio ferroq́ue ambuſſiſſent & deuaſtaſſent. Conditiones autem iſtæ potiſſimum; quod Archidux intra trimeſtre proximum debita ſtipendia ſolueret: Quo pendente tempore, ſubſiſterent Ruremundæ vnà cum obſidibus, Comite nimirum de Fontenoy filio Marchionis de Haurez, & quibuſdam alijs. C

Hoſtiliter Patriam Leodienſem depopulantur.

Breenſe oppidum capiunt.

Incredibile autem dictu, quam hoſtiliter patriam hanc depopulati ſunt: ſed tamen ſuburbia pagiq́ue circumuicini ſupellectilem quiſque ſuam portatilem Leodium detulerunt. Miſſi ſunt quoque ad eos nõnulli Eccleſię Cathedralis Canonici ſpectatæ auctoritatis, vna cum præfecto arcis Stockhemienſis illuſtri Barone de Suatzemburch, qui apud tribunos de militum rapinis & deprædatione quererentur, ſimulq́ue rogarent, vt pedem finibus Leodiorum efferrent, quod poſtridie facturos ſe addicunt; ſuæ moræ cauſam prætexentes, quod obſides ab Archiduce datos præſtolarentur. Itaq; prædis ſpolijſq; onuſti Ruremundã iter intendunt: Vt vero ad oppidum Breenſe deuenêre, illud ſecũdo inſultu, parua ſuorũ clade, expugnãt, obſideſq; quatuor D
inde educunt, donec vniuerſitas decem florenorũ milia contuliſſet.

Dux Niuernenſis cum coniuge Leodium venit Iunij vndecima, opiparoque conuiuio à Carolo Bileo Principis nomine excipitur. Die inſequenti in domo ciuica, à collegio Arcubaliſtariorum, quibuſcum Dux ipſe manè pſittacum eiaculatus, tractatur: Inde Traiecto Aquiſgranum tandem ad aquas Spadanas contendit.

Cum nupere Pręſul, quamuis graui & moleſta affectus valetudine, multa conſtituiſſet, piorum & prudentium virorum conſilio, ad Eccleſiæ imprimis Colonienſis & Monaſterienſis Eccleſiaſticarum perſonarum nimiam refrenandam licentiam; Pontifex Max. 7. Auguſti, eo

Digitized by Google

eo collaudato, miſſo Breui Apoſtolico hortatur, vt Leodienſibus, quos
A non minus amare debet, eadem præſcribat, & eos viris ſapiẽtioribus, quibus abũdat, tradat inſtituẽdos Breuis Apoſtolici exẽplar tale eſt;

Clemens PP. VIII.

VEnerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Plurimũ aſſiduè prodeſt tua fraternitas Chriſtianæ rei, noſtraſq; aſſiduè leuas ſollicitudines tua paſtorali vigilantia & Charitate. Nuper intelleximus ſelectos eſſe pios & prudentes homines, Eccleſiaſticorum redundantem licentiam qui comprimant, atq; eos ſeue-
B *riore diſciplina contineant in officio. Iam valde quod vtile eſt omnibus vellemus edici proponiq; ad imitãdum locis omnibus, neq; anguſto ſpatio circundari, tua pietas longè lateq; vt excurrat, atq; optimo regendæ Eccleſiæ exemplo alios quoq; ad id ſtatuendum excitet atq; inflammet.* Quos amo, arguo & caſtigo. *Pene exiſtimamus tuam fraternitatem plus multo diligere Coloniẽſes & Monaſterienſes tuos, quam Leodienſes, quod illorum Clerum ſuſceperis peculiari quodam ſtudio reformandũ, horum non item. Tui ſunt omnes, à te ſunt omnes æquè monitis ſalutaribus erudiendi. In hos autem potiſſimum oculos vt cõijciat tua fraternitas, te hortamur, quandoquidem ſcimus id Dei*
C *Eccleſiæ maximè conducere. Leodienſes Eccleſiaſticos trade inſtituẽdos ſapientioribus, quos tibi facilè eſt ſeligere è numero prudentium virorum, quibus tu abundas,* vt luceat eorum lux coram hominibus. *& glorificent Patrem qui in Cælis eſt. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die vij. Auguſti. M. DC. IIII. Pont. noſtri anno decimo tertio.*

Apoc. 3.

Math. 16.

Auguſti nona, quidam cœnobij Ægidiani cocus, homicidij patrati reus conuictus, non obſtante facti inficiatione, ſententiâ Scabinorũ Leodienſium damnatur capitis pœna, & ad ſupplicium ducitur: ſed cùm ille proteſtaretur, populumque commoueret, reductus eſt ad
D carceres, & poſt aliquot exactos dies, iterum ad ſupplicium producitur; hic iterum conteſtans de innocentia ſua, ad clamorem populi ſecundò carceri redditur: tandemque tertiò ad ſupplicium ductus, cùm videt rem ſeriò agi, ſecretò carnifici fatetur crimen, ingemiſcit & decollatur.

Quidam cocus tertio ad ſupplicium ductus decollatur.

Vigeſima nona Decembris, repetitis Comitijs, Princeps exponit, quominus addictum peculium, tertiâ, quam Ciuitatenſes prætenderent, & nobiles, illorum exemplo, parte detractâ, nequaquam publicis neceſſitatibus ſufficiat, proinde de alijs, ni & tertiæ cedere velint, maturè conſultandũ, ſimulque de milite iſtis difficillimis temporibus ad tempus cogendo: ſeditioſis & amutinatis Ruremundæ

 agen-

Digitized by Google

agentibus, pro ineffrenata eorum auiditate & auaritia ſatisfaciendū. A
Ad quæ Eccleſiaſticus ac equeſtris ordo ſexageſimum mercium, aut certè poſſeſſionum quarumcumque cenſum, de quibus iam antè deliberatum eſſet, ac reſolutū annuerūt. Et quo ad alimenta 300. equorum, quæ pro tribus menſibus reſtabant ſeditioſis pendenda, neceſſitate præſenti attentâ, pecunia ſub intereſſe publico accipiatur.

Gerardus Voſſius Præpoſitus Tongrenſis antiquitatum indagator, literis ab Vrbe miſſis, rogarat Reuerendū Dominum Ioannem Dullardum Decanum Leodienſem, certumne eſſet caput ſeu Caluariam S. Lamberti Martyris Leodienſiū patroni in Eccleſia Leodienſi aſſeruari, ex quo ea cum mento S. Seruatij Romæ in Archiuis Baſilicæ ſancti Petri à quadringentis annis eſſe diceretur. Dominus Dullardus B
quæſtionem propius examinari fecit per Hiſtoriç Leodienſis peritos, & inter alios Dominum Danielem Raymundi ad ſancti Materni in Eccleſia Leodienſi Canonicū, qui ex veteribus Eccleſiæ noſtræ ſcriptoribus & continua traditione liquido teſtatum fecit, veram Martyris Caluariam, à paſſione illius anno decimo tertio, Domini verò 711. è Traiecto Leodium per D. Hubertum trāſlatam, illam ipſam eſſe quæ hodie Leodij videtur & colitur. Qua re cognitâ, dictus Voſſius, negotio cum ijs ad quos ea res pertinebat in Vrbe ritè examinato, obtinuit, vt Romani non amplius Caluariam, ſed aliquam ſaltem illius partem, ſe habere profiterentur, ſic enim ille ad Decanum Dullardū ex Vrbe quarta Septembris reſcripſit. C

Vindicantur reliquiæ capitis S. Lamberti martyris.

Impetraui tandem, vt nuper Billeo noſtro meis ad eum datis literis inſinuaui, apud Canonicos Baſilicæ S. Petri de Vrbe, vt non amplius dicerent ſe habere caput S. Lamberti (quod inde magnum nimis præiudicium Eccleſiæ Leodienſi generaretur) ſed reliquias de capite ſancti Lamberti; quo modo etiam iam epigraphen in ſuo reliquiario mutarunt, ac etiam in ſolemni oſtēſione reliquiarum altera Paſchæ recitarunt, non amplius dicendo (Qui dentre capo di San: Lamberto Veſcouo & Martyre, &c. *Sed,* Qui dentre ſono reliquiæ del capo di San: Lamberto, &c. *Eaſque iam oſtendunt in pulchra theca argentea deaurata. Acceditq; ad maiorem Sanctorum Lamberti & Seruatij honorem, quod illorum imagines ad capellam præcipuam in Sacriſtia maiore eiuſdem Baſilicæ ſpectabili pictura ſunt depictæ, cum nominibus eorum ibi appoſitis: quod vt fieret ego multo tempore adlaboraui, vt Sancti illi patriæ noſtræ illo in loco honorarentur, &c.* D

Nona Decēbris, expoſito plus licitāti, vti adſolet, in veteri Capitulo Leod. publico vectigali ceruiſiæ recēs impoſito, coctores ceruiſiarij, quique eis adhærebant, vectigal iniquiùs & grauiùs ferentes, coniuratione facta, armis ſecretioribus inſtructi, auctionem impedire moliuntur,

Digitized by Google

liuntur, dumque vnus gladio manum apponere velle videretur, præ-
A uentus, à Cõſule grauiter ſauciatus eſt, & ilico in eum facta manuum iniectio: vnde ingens pene exorta clades ac ſeditio. Vidiſſes ciues diſtrictis enſibus ex Capitulo turmatim per Eccleſiam Leodiẽſem clauſtraq; diſcurrere, Canonicos alioſque diffugere, conuentum magna omnium trepidatione diſſipari. Vlterius tamen Dei beneficio, non erupit malum, ſed factâ diligentiſſimâ inquiſitione capti ſunt nonnulli tumultus auctores ſeditioſi, & in eos capitali pœna ad exemplum animaduerſum.

B

Quidam Anglus fingit ſe Legatum Regis Angliæ ad Præſulem: Edictum de rectâ Quadrageſimalis & Paſchalis temporis obſeruatione. Puer cõtractus miraculoſè ad imaginem S. Leonardi in ſuburbio Leodienſi ſanatur. Expugnatâ Oſtendâ Archidux Albertus Excluſam obſidere meditatur; Et quæ Mauritius contra molitur. Puer maleficiatus precibus Beatæ Mariæ Virginis Montis acuti ſanatur.

CAPVT XXXVIII.

C

SVb initium anni 1605. Aduenit Leodium Anglus quidam, ſe pro Regis Angliæ legato miſſo gerens: Is Præſuli à Rege ſuo litteras reddit, recitatque quod cùm inter pacta per Anglum cum Rege Hiſpaniarum nuper conuenta comprehendantur Imperij Principes Electores, quibuſcum ac maximè cum Præſule noſtro fœdus inire animus ſit; idcirco præmiſſum ſe à ſuo Rege, vt gratiam & omne bonum Præſuli nunciaret, ſpeciatim vero fauorem apud Ordines fœderatos, & breui in eam rem legationem ſolemniorem futuram. Hac legatione ſpecioſa circumuenit Principem & Capitulum inſignis impoſtor, & muneribus donatus in Germaniam diuertit; vbi
D poſtquam Nuncium Apoſtolicum ipſumque Magiſtratum Colonien. & Archiepiſcopum Moguntinum ſimili fraude decepiſſet; tandem condignum præmium inſignis Protheus, detectâ fraude, mandante Saxone accepit, in furcam fixus.

1605.

Anglus impoſtor furcæ affigitur.

Præſul inaudiens ſacros quadrageſimæ dies pro animabus corporibuſq; ſanãdis inſtitutos, per loca ſuæ Diœceſis hæreticis vicina prophanari, & ſalutare agni Paſchalis, hoc eſt corporis & ſanguinis Domini feſtum minus religioſè ſeruari; vt remedium adferret, ea de re edictum die 22. Februarij publicauit, cuius exemplar hic aſcribere non inutile viſum fuit.

Edictum

Edictum de rectâ Quadrageſimalis & Paſchalis temporis obſeruatione. A

Erneſtus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ, Archiepiſcopus Colonienſis, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, & Princeps Elector, Confirmatus Epiſcopus Leodienſis, Monaſterienſis, Adminiſtrator Hildesheimenſis, Friſingenſis, & Stabulenſis, Comes Palatinus Rheni, Dux vtriuſq; B *Bauariæ, Bullonij, VVeſtphaliæ, Angariæ, Marchio Franchimontenſis, Comes Loſſenſis, Longienſis, Hornenſis, &c.*

Vniuerſis & ſingulis noſtræ Diœceſis Leodienſis, Paſtoribus, Confeſſarijs, & alijs Sacramentorum & verbi Dei miniſtris, Salutem.

Cùm ſacrum quadrageſimæ ieiunium ab Apoſtolis ideò inſtitutum ſit, vt illo ad peccatorum, quæ totius anni decurſu Chriſti fideles commiſerint, remiſſionem, & ſalutarem deinde Agni paſchalis, hoc C *eſt, corporis & ſanguinis Domini promerendam participationem, quibus nihil in hac vita, vel vtilius, vel ſalutarius contingere poteſt, præparentur; nobis in hoc ſtudioſè incumbendum iudicauimus, vt ij omnes, qui fidei noſtræ concrediti ſunt, in hac ſancta abſtinentiæ quadrageſimalis exercitatione ſuo non deeſſent officio: præſertim cum in hæc tempora inciderimus, quibus propter continua bella, & ſerpentes vndecumq; hæreſes plurimos paſſim reperire eſt, qui populi Chriſtiani ieiunia, aliaq; pœnitentiæ opera tanquàm inania, & omni pietatis fructu vacua irridere, ab eorumq; obſeruatione cæteros Chriſti fideles prauis exemplis, & ſubdolis, blandiſq; ſermonibus alienare non eru-* D *beſcant.*

1. Inprimis igitur vos, quos in partem ſollicitudinis vocauimus, admonendos, ac in Chriſto obteſtandos duximus, vt veſtri gradus memores, ita hoc ſacrum Quadrageſimæ tempus dignis pœnitentiæ fructibus percurratis, vt reliquis in hac ſancta exercitatione præluceatis: Itaq; feria ſecunda & tertia ante diem Cinerum ab eſu carnium, iuxta ſtatuta noſtra Synodalia abſtinentiam ſeruabitis: Reliquis deinde quadraginta diebus à die Cinerum computandis, ſolis exceptis

diebus

Digitized by Google

A *diebus Dominicis, vnica refectione, ſiue meridiana, ſiue veſpertina contenti, non ſolum ab eſu carnium, & lacticiniorum, ſed & maximè ab omni vanitate ſaeculari abſtinebitis, totiſq; illis ſanctiſsimis diebus, ſacrae lectioni, rudiũ Cathechiſationi, precibus aſsiduis & ſacrificijs quotidianis ad Deum offerendis, vacabitis.*

2. Deinde, quia ſingulis coram loqui non poſſumus, vos quoq; hortamur in Domino, & ſeriosè monemus, vt quadraginta dierum ieiunium à die Cinerum computandorum, more maiorum ab omnibus, & ſingulis ſubditis veſtris, qui vigeſimum primum aetatis annum ſuperauerint, obſeruandum publicetis: Niſi forſan aliqui ab aduerſa va-
B *letudine, confecta aetate, labore immodico, aut grauiore aliqua ſimili cauſa impediantur. In qua tamen publicatione propter varias huius vitae neceſsitates, & hominum imbecillitates noſtra ordinaria authoritate abſtinentiam lacticiniorum, ab omnibus aliàs ſeruari iuſſam, relaxabitis, commutationemq; in alia pietatis opera, quinq; videlicet Pater noſter, & totidem Aue Maria, ad memoriam & honorem quinq; vulnerum Chriſti deuotè recitanda, eadem authoritate fieri denunciabitis. Quin etiam, ſi pro recuperanda vel conſeruanda infirmorũ valetudine, medicorum conſilio, eſus ouorum, vel etiam carnium ne-*
C *ceſſariò concedendus iudicabitur, vt noſtrum in ſpiritualibus Vicariũ generalem adeant, monebitis, cui hac in parte diſpenſandi, & prout in Domino melius iudicabit, diſponendi, poteſtatem noſtram communicauimus.*

3. Praeterea, vt populus fidelis non ſolum intelligat quadrageſimali ieiunio alijſq; pietatis operibus hoc agi, vt ad remiſsionem peccatorum per Sacramentum poenitentiae obtinendam, & deindè ad dignam Corporis & Sanguinis Ieſu Chriſti in Sacramento Euchariſtiae manducationem diſponatur, ſed etiam ipſam ſuorum peccatorum remiſsionem conſequi, & ſaluberrima Sacramenti Corporis Chriſti participatione
D *frui & refici poſsit; veſtrae partes erunt frequentibus concionibus & cathechiſationibus, oportunè, importunè, in Eccleſia, in domibus, in compitis, modò publicè ſimul omnibus, modò priuatim ſingulis, haec ſequentia inculcare;*

4. Primum, ad remiſsionem peccatorũ obtinendam, neceſſariam eſſe veram peccatorum contritionem, vel talem attritionem, quae accedente confeſsione & abſolutione Sacramentali ſufficiat. Ad quam in animis ſubditorum veſtrorum accendendam, proderit eis in genere explicare quàm graue ſit peccatum mortale; Primò ex Dei iudicijs in

Luciferum & primos parentes ob vnum peccatum: Deinde, ex punitione debita cuilibet peccato mortali, quo perditur gratia Dei, & regnum æternæ beatitudinis, quo filij Dei efficiuntur ſerui Dæmonis, & ad nunquam finiendos inferni cruciatus damnātur, ſi in eo ſine pœnitentia decedant: Præterea, ex remedij difficultate, quia ex Sanguine Chriſti Filij Dei, & tormentis, & demum ex morte acerbiſsima, medicina ad id ſanādum confici debuit: Et pluribus alijs rationibus, quas ex directorio Polanci & alijs libellis, qui de caſibus conſcientiæ ſcribunt, quos in manibus, hoc præſertim tempore, ſemper habere conueniet, facilè haurietis. A

5. *Alterum, contritione peccatorum concepta, confeſsionem Sacramentalem fieri debere, non genericam, ſed ſpecificam, non diuiſam ſed integram. Ad quam ritè peragendam multum ſubditos veſtros iuuabitis, ſi frequenter præcepta Decalogi & Eccleſiæ, breuiter, & dilucidè eis ob oculos propoſueritis, ſi vos ipſos ad eorum captum demittentes, modum & rationem particulatim ſe de ſingulis peccatis accuſandi, tùm publicè pro concione, tùm priuatim in Sacramentali confeſsione demonſtraueritis. Generalem verò peccatorum confeſsionem, ſicut nec dimidiatam haud ſufficere ad ſalutem ſtudiosè oſtendetis, cauebitiſq́ diligenter ne cuiquam abſolutionis beneficium impendatis, qui non iuſtam peccatorum contritionem vel attritionem Deo adiuuante conceperit, eorumq́ integram & particularem, quantū fieri poteſt, confeſsionem Sacramentalem fecerit. Quod vt commodius ab vtriſque præſtari poſsit, monendi erunt ſedulò ſubditi veſtri, ne vſq́ ad ſanctam Hebdomadam, vel Hebdomadæ illius extremos dies confeſsionem differant, ſed vt primis quatuor hebdomadibus à parentibus & Magiſtris illi ad confeſsionem præmittantur, qui propter minorem ætatem ſacræ Communionis non ſunt adhuc capaces: A Dominica verò Paſsionis, Famuli, Ancillæ, Adoleſcentes mittantur, qui in diem Palmarum, aut Cœnæ Dominicæ ad Sacram Communionem per confeſsionem & alia pietatis opera præparentur.* C D

6. *Tertium, accepta peccatorū abſolutione, non ſolum ad peragendā pœnitentiam ſibi iniunctam, ſed & maximè ad ſeriam vitæ emendationem concipiendam ſe totos comparare debere. Ad quam rem promouendam hæc vtiliter eis proponetis; Primo, vt manè ſe Deo offerre diſcant cum memoria Ieſu Chriſti pro nobis in Cruce oblati, petendo gratiam ne ea die ſe in peccata labi ſinat. Secundo, vt aliquantum temporis quietè ſe colligendo, examinent ſe ipſos quotidie, conſiderādo*

beneficia

Digitized by Google

A *beneficia accepta à Deo, & mala reddita, petendo veniam, & proponendo emendationem. Poſtremò, vt aſſueſcant frequentius confiteri & communicare, & ſimilia quæ diſcretio & prudentia veſtra vitæ cuiuſq; reformandæ & in melius commutandæ maximè vtilia iudicabit.*

Quartum, ad dignam Sacroſancti Corporis & Sanguinis Domini tempore Paſchali perceptionem præter antedicta, integram de tanti Sacramenti veritate fidem adferre oportere, cum pari pietate & religionis cultu coniunctam. Ad quam Deo adiuuante animis ſubditorum veſtrorum inſerendam, proderit catechiſatio, quam de huius
B *Sacramenti veritate & præſtantia frequentius facere oportebit.*

Ad extremum, quia multorum proborum virorum relatu intelligimus, pluribus in locis, magnos circa cultum diuinum, & præſertim auditionem Sacroſancti Miſſæ Sacrificij, & dierum Feſtorum celebrationem abuſus, durantibus his bellis pluſquam ciuilibus, irrepſiſſe; vobis diſtrictè præcipimus, vt ſinguli, quos in ſua Parochia abuſus huiuſmodi nouerint, diligenter & particulatim noſtro in Spiritualibus Vicario ante Dominicam Lætare ſcribant, vt congruum illis tollendis remedium tempori adhibere poſſimus.

C Februarij 25. quæ in feriã ſextam incidit, celebre Leodij miraculũ ſpectante pene totâ Ciuitate contigit. Morabantur in ſuburbio Leodienſi ſub parochia ad D. Margaretæ Eraſmus Auguſtini & Leonarda de Leewe coniuges: His Filius erat Eraſmus puer annorum circiter decem, qui cùm ſex vel eo circa menſes fluxu ſanguinis laboraſſet, tanta membrorum contractione & crurium debilitate affectus fuit, vt loco, nullo modo, niſi fulcris ſubalaribus innixus, nec niſi magna cum difficultate dimouere ſe poſſet, quin vero ſi inter ambulandum concidiſſet, nequaquam abſque alterius adiutorio ſe erigere poterat. Eo igitur morbo ad ſex fere menſes protracto, ac medicorũ chirurgorumq; iudicio incurabili, die prædicta puer è ſtratis ſurgens, cùm ante nihil de S. Leonardo eiuſue miraculis inaudiſſet, dixit ma-
D tri ſe ad Eccleſiam S. Leonardi in aduerſo Ciuitatis ſuburbio ſitam velle peregrinari. Mater puerum admirata rogauit, cur peregrinationem tam difficilem cogitet? cui ille, certa ſpe recuperandæ valetudinis. Parentes igitur, quamuis Cœlum frigidum eſſet, pio eius deſiderio annuentes, vt duce ſorore duodecim annorum nata, fulcris ſuis de more innixus iter intendat, permittunt: Eccleſiam ingreſſo, cùm neſciret præ ſimplicitate, quænam ſancti Leonardi imago eſſet, ſoror paulo cautior, illã oſtendit, quam, aliorùm ad eam de more peregrinantium inſtar circumiens, & orationem hanc, quam toto itinere ingeminauerat (*Deus redde mihi firma crura: Bone S. Leonarde procura*

Miraculum ad inuocationem S. Leonardi in ſuburbio Leodienſi.

cura mihi firma crura) ſæpius recitans; tandem flexis ad terram genibus eandem identidem orationem repetens, ſubitò tanta fuit correptus infirmitate, vt neque ſuorum fulcrorum, neque ſororis ope, ſe à terra in pedes erigere poſſet. Tandem alterius viribus erectus, cùm lachrymabūdus in Ieſu pro nobis paſſi vicinam imaginem proſpexiſſet, ad illam duci petijt, & coram ea, flexis iterum genibus, ſolitam fudit orationem, moxque crura ſua ſolidari priſtinoque robori reſtitui ſenſit. Itaque per ſororem erectus, iterumque circum imaginem S. Leonardi ductus, ſe fulcris amplius non egere animaduertit, quæ mox in ſignum miraculi per religioſos viros apud imaginem ſancti Leonardi appenſa fuēre: Ipſe ſanitati reſtitutus, pedes cum ſorore domum repetijt, admirantibus & Deum Sanctumque Leonardum in operibus ſuis laudantibus non tantum parentibus, ſed & vicinis omnibus, ac innumeris alijs morbum pueri compertum habētibus. A B

Tob. 11. Quia vero opera Dei reuelare & profiteri operæ prætium eſt, procurante, ad confuſionem hæreticorum & Iconoclaſtarum, D. Ægidio Guillono dictæ parochiæ Curione, plures teſtes ſuper miraculi hiſtoria iurato auditi fuerunt; quorum teſtimonia, cùm narrationi conuenientia eſſent, miraculum per Superiores approbatum, & gratiæ Deo Opt. Max. tam in Beati Leonardi quam in Beatæ Margaretæ Eccleſijs ſolemniter actæ, celebratis vtrobique diuinis, maximâ populi frequentiâ & exultatione, puero ipſo per proceſſionem, in teſtationem valetudinis diuinitus recuperatæ, gratiarumque actionis pedibus nudis, ſuperlicio induto, cæreum accenſum manibus geſtāte. C Sed (proh dolor) dum hæc ſcribo, decem ab inde annis, Eraſmus beneficij diuini immemor, inſolentior petulantiorque factus, in eodem ſuburbio miſer & miſerabilis à ſicario quodam occiſus eſt.

Succeſſio Pontificum. Clemēs VIII. quinto nonas Martij vita defunctus eſt; ſucceſſit Alexander Medicēs Coſmi Florentiæ Ducis conſobrinus, 4. nonas Aprilis, Leo vndecimus nominatus: Sed præclara Chriſtianæ Reipub. cogitantem & ad id ſatagere incumbentem mors immatura peruaſit, & 27. Aprilis Sedem Apoſtolicā ſuperingreſſus Paulus quintus Pontifex, nominatus antea Camillus Burgheſius, patre Antonio Burgheſio Senenſi, aduocatorum Conſiſtorialium Decano præſtantiſſimo, Romanus tit. S. Chriſogoni Cardinalis, quem magnus negotiorum vſus, inſigniſque erga Dei Eccleſiam, & ſingularis in omnes beniuolentia & beneficentia commendabant. D

Archidux Excluſæ obſidionē meditatur fruſtra obnitente Mauritio. Archidux expugnatâ tandem Oſtendâ, Excluſam, vt ſuos Flandros ab Hollandorum direptionibus ac exactionibus defendat, obſidere conſtituit. Quod intelligens Mauritius, collecto in Germania exercitu copioſo, menſe Mayo Erneſtum Comitem Naſſouium cum ſex ſeptemuè armatorum millibus, verſus Antuerpiam nauigare, & aggerem Flandricæ regionis, vulgò Blocquerdiſcam appellatum

Digitized by Google

latum, perforare iuſſit, eo conſilio, vt aqua per vniuerſum illum agrũ
A exundante, nauibus pateret ad eam partem Scaldis quæ ſupra vrbem eſt tranſitus, commeatuſque Antwerpienſibus vndique intercluderetur.

Igitur Comes Erneſtus decima ſeptima Maij, ſecundo vento per Scaldim velificatur & in ſtato loco militem collocat. Hiſpani re intellectâ ex inſidijs proſiliunt & ad ducentos cædunt, centum capiunt, reliquos turpi & ignominioſâ fugâ ad naues compellunt.

Mauritius ſpe fruſtratus exercitum Bergopſomã, & inde trigeſima Maij in Flandriam traducit: mox verò Ambroſius Spinola (quem nuper Rex Hiſpaniæ exercitui ſuo ducem ſupremum præfecerat) B caſtra ſua caſtris Mauritij opponit. *Ambroſius Spinola creatus Dux Exercitus.*

Erneſtus Præſul multa ſtatuta edit contra abuſus qui in Monaſteria irrepſerunt; quæ confirmantur à Summo Pontifice. Puer maleficiatus precibus B. Mariæ Virginis Montis acuti ſanatur.

CAPVT XXXIX.

C VNdecima Septembris, Erneſtus Præſul ad abuſus nonnullos, qui in Monaſteria paſſim longè lateque irrepſerant, tollendos, diſciplinamque quantum fieri poſſet, reſtaurandam conſeruandamque, decreta quædam pro Diœceſi ſua Colonienſi, quæ poſtmodum etiam Leodij in Synodo publicata fuêre, in lucem profert; eaque auctoritate Apoſtolicâ confirmari curat.

Paulus Papa V. Venerabilis frater, &c. Apoſtolicam benedictionem.

SIngularis tuus regularis diſciplinæ ac religionis conſeruandæ Zelus promeretur, vt ea quæ deſuper à te decreta & ſancita eſſe cog- D *noſcimus, Apoſtolicæ firmitatis munimine roboremus. Cum itaq́, ſicut tuo nomine nobis nuper expoſitum fuit, tu ad nonnullos abuſus in religioſorum ad regularem vitam ingreſſu in tua Diœceſi ingentes tollendos, & religionis rigorem, quo ad fieri poteſt, in viridi obſeruantia manutenendum, ſtatuta ac decreta quædam edideris huiuſmodi ſub tenore videlicet;*

Erneſtus Dei gratia electus & confirmatus Archiepiſcopus Colonienſis, &c. A

Abuſus circa ingreſſum religionis.

Quia variæ audiuntur querelæ quod in primo actu, & in ipſo religioſæ vitæ tyrocinio, nec non in profeſſionibus, in Monaſterijs vtriuſq; ſexus regularium, multæ & magnæ fiant expenſæ, tam in ſumptuoſorum prandiorum quam veſtimentorum & ſupellectilis, quo recipiendorum cellulæ adornantur, ac munerum cauſa, quæ ſuperioribus dari conſueuerunt, vnde quamplurimis ad vitam Monaſticam alioquin idoneis media frequenter præcluduntur, quominus ad tam ſanctum inſtitutũ peruenire poſsint. B *Illis quoq; qui admiſsi ſunt, ſi fortè vitam Monaſticam minus ſibi conuenire experiantur (quod non rarò accidit) & loco cedere velint, libertas recedendi adimitur, propterea quod ob ſolemnitatem eiuſmodi prandiorum & aliorum actorum circa inueſtitionem habitorum, qui hominibus laicis profeſſionis formam exhibent, ſine Apoſtaſia & infamiæ nota id facere nequeunt, tum etiam quod ob ſumptus nimis magnos, qui recuperari nequaquam poſſunt, magnam partem patrimonij ſui & alimentorum in ſequentem vitam neceſſariorum perdiderint;* C

Et circa teſtamenta profeſſorum & eorũ ſolemnes exequias.

Deteſtabilis etiam corruptela quædam Monaſteria inuaſit, quæ conuentuales etiam profeſsi ſeu profeſſæ ex hac vita decedentes teſtamenta condere, & Abbatibus vel Abbatiſsis ſeu alijs Superioribus Monaſterij ſui certam quandam pecuniæ ſummam relinquere, pro ſolemnioribus exequijs ſiue etiam pro annuis obitus ſui memorijs peculium, ex quo conuentui refectio aliqua detur, deputare & aſsignare tenentur, vel ſi id factum non fuerit, tota ſupellex quæ in demortui cella relicta in hunc vſum vendi & diſtrahi debet; alioqui defuncti animæ huiuſmodi charitatis officia & iuſta nequaquam perſoluũtur; Quæ quidem inſtituto vitæ monaſticæ repugnant, ipſos conuentuales D *præter proprietatis vitium, quod hac ratione incurrunt, per omnem vitam ſuam in cõgreganda huiuſmodi pecunia ſollicitos ac diſtractos faciunt; Amicos etiam, à quibus eam extorquere ſæpè coguntur, valde grauant.*

Qualiter abuſus prædicti corrigendi.

Hinc ſtatuimus & ordinamus, vt in primo actu, quo qualeſcumq; perſonæ religioni alicui primum deſtinantur, & habitum aſſumunt, ſiue etiam ante, vel poſt illum actum, ante profeſsionem nullum omnino inſtituatur prandium, nulla ſuperioribus vel alijs quibuſcumq; dentur

A *dentur, nec per ipſos recipiantur dona, aut cellarum feneſtræ, imagines, vel tabulæ pictæ, ſtatuæ, ciſtæ, promptuaria, armaria, ſacrarum reliquiarum thecæ, aut capſulæ, neq; aliud quiddam, quo nouitij vel nouitiæ cella potius adornatur, quam rebus neceſſarijs inſtruitur.*

Si quæ tamen ſacræ veſtitionis & profeſſionis vltra communem & quotidianā portionem ex conſuetudine religionis in Monaſterio exiſtentibus ab antiquo data fuerit refectio, eam quidem non intendimus per hoc ſtatutum adimere, ſed ita moderari volumus, vt pro ſingulis religioſis iſtius Monaſterij non amplius quam dimidius florenus Colonienſis ſiue duodecim Albi in ſumptum eiuſmodi refectionis B *à parentibus aut amicis Monaſterio numerentur.* *Forma cōuiuij die inueſtitionis faciēdi.*

Sacræ religioni inueſtienda virgo abſque omni pompa & ſuperbo veſtitu, abſque vllo comitatu parentum vel amicorum, puerorum, aut puellarum ex ipſis penetralibus Monaſterij, & habitu quo in ſchola Monaſterij conſtituta, vel alias antea diebus ſolemnioribus conſueuerat ad ſacram Communionem accedere, in publicum veſtiēda procedat. *Inueſtiendi modus.*

Nulla virgini religioſæ habitu veſtiendæ aut profeſſionem facturæ pueruli Ieſu præferatur ſtatua, ſed eius loco exponatur in ſummo altari in venerabili Sacramento ipſe virginum omnium ſponſus Chri- C *ſtus Dominus.*

Die ſacræ profeſſionis non alij inuitētur ad conuiuiū quam qui vel ſanguine vel ſummo alio neceſſitudinis vinculo profeſſionem edituro aut edituræ cōiuncti sūt, qui ſine aperta ingratitudinis nota & graui offenſione non inuitari non poſſunt: Hac tamen conditione, vt plures non admittantur conuiuæ quam duodecim; procul hinc arceantur exquiſitæ dapes, abſint argentea atq; aurea vaſa & pocula; nulla admitatur inſtrumentalis vel vocalis muſica, nullæ ducantur choreæ, neq; vlli coniunctis manibus in orbem ducti circuitus, ſed ſint frugalia omnia, ſit ſpiritualis lætitia, & in Deo diuiniſq; colloquijs recrea- D *tio; atq; ante veſperas quæ vltra horam tertiam conſuetam non differantur finienda.* *Conuiuiū diei profeſſionis.*

Secundo autem die, multoq; minus tertio, aut ſequentibus, nullus amicorum conuiuandi cauſa fiat acceſſus, nec in eſculentis aut poculentis noui aliqui in Monaſterijs ſumptus fiant: vllaue repotia aut anniuerſaria profeſſionis conuiuia, &c.

Prohibemus etiam omnia conuiuia regalia aut reginalia, nec non prandia & ſumptus qui propter ſimiles quaſcumq; cauſas fieri & inſtitui *Prohibentur regalia & reginalia conuiuia.*

ſtitui ſolent.

Plures cõcurrentes vno die eodem ſumptu profiteantur.

Si plures in eodem Monaſterio eiuſdem curſus fuerint nouitij aut nouitiæ, ij non diſtinctis diebus, ſed vno atq; eodem tempore ſimul profeſſionem faciant, & vnâ atq; eadem operâ vnoq; ſumptu tempus, moleſtia, & ſumptus redimantur.

Nemini liceat peculium colligere.

Nemini religionem ſeu vitam monaſticam profeſſo aut profeſſæ liceat teſtamentum condere, peculium colligere, ſuperioribus vel alijs quibuſcumq; certam pecuniæ ſummam poſt mortem relinquere, vel pro ſolemnibus exequijs aut pro annuis obitus ſui memorijs vel pro ſimilibus cauſis quidquam deputare vel aſſignare, &c.

Pœnæ contrauenientium hiſ ſtatutis.

Vt vero hæc ſanctiſſimè conſtituta optatum ſortiantur effectum & nuſquam hiſce ſanctionibus, adeoq; ſpiritui ſancto pertinacitèr reſiſtatur, præter excommunicationem ferendæ ſententiæ, quam contra delinquentes Abbates, Commiſſarios, Viſitatores, Prælatos, Rectores, Confeſſarios alioſq; inueſtitionis actum facientes vel profeſſionem excipientes, ſimilitèr contra Abbatiſſas, Magiſtras, Prioriſſas, Matres, aliaſq; Sanctimonialium Rectrices Præfectas & inueſtitionem eiuſmodi promouentes vel admittentes in his ſcriptis & præſentium tenore comminamur, à qua excommunicatione, non niſi à nobis, aut noſtro in Spiritualibus Vicario abſolui valeat, quando lata fuerit, præter alias ordinarias ac arbitrarias pœnas certo infligendas.

Pœnæ arbitrariæ certo infligendæ.

Nullus poſtea, eo loco, vbi contra quàm præſcripſimus actũ fuerit, inueſtiatur, aut ad profeſſionem faciendam admittatur.

Morientes quoq; qui teſtamenta cõdiderint, ſeu aliquid præſcriptorum de exequijs, aut annuis obitus ſui memorijs ordinauerint, aut ſuperioribus vel alijs quibuſcumq; pecuniam aut peculium aſſignauerint, Eccleſiaſtica priuentur ſepultura.

Superiores vero & alij, qui pecuniam vel peculium tali modo exegerint aut receperint, vel ordinationibus ſcriptis conſenſerint, aut admiſerint, à Prælaturis & officijs ſuis ſint ſuſpenſi, donec tranſgreſſores ad obedientiam venerint, & nobis pro exceſſibus ſuis ſatisfecerint.

Prælegẽda hæc ordinatio inueſtiendis & profeſſionem [illegible].

Mandamus proinde fiſcalibus omnibus, vt omnes diligentiæ & vigilantiæ neruos intendant, ne quid ab eis deſideretur officij in facienda inueſtigatione ac delatione huiuſmodi exceſſuum, qui ne qua per aliquam ignorantiæ rimulam denuo alibi irrepant, aut per inolitæ vitioſæ & corruptæ conſuetudinis ianuam palam ingrediantur, volumus vt quotieſcumq; aliquis inueſtiendus aut profeſſionẽ editurus eſt,

hæc

hæc noſtra conſtitutio in cõgregatione omnium iſtius Monaſterij pro-
A *feſſorum publicè legatur vno menſe ante inueſtitionem & profeſſionem, eademq́ per ſuperiores Monaſterij pleniſſimè explicetur parentibus & amicis inueſtiendorum, atq́ profeſſionem editurorum, eoſq́ præmoneant, vt omnibus modis huic noſtræ ſanctioni obedienter acquieſcant & ſatisfaciant.*

Præcipimus præterea viſitatoribus & Rectoribus omnibus vt eandem per ſingulos articulos in omni viſitatione, & alias quotieſcumq́ videbitur vigilantiſſimè inquirant, examinent & vindicent.

B *Inſuper cùm ob graues cauſas frequenter mandatum ſit vt virginibus ſanctimonialibus præter ordinarium confeſſarium, bis aut ter in anno alius extraordinarius confeſſarius offeratur, qui omnium confeſſiones audire deberet; & necdum ſatis pro afflictarum conſcientiarum conſolatione ea res in vſum vbiq́ venerit, quin ſuperſit iuſtæ querelæ locus, ſub pœna excommunicationis ſententiæ mandamus Abbatibus, Prælatis, Rectoribus, Confeſſarijs, Monaſteriorum Præfectis, ad quos hæc cura aliquo modo pertinere dignoſcitur, vt quotannis ſanctimonialibus ſuis bis aut ter aliquem à nobis, aut noſtro in ſpiritualibus Vicario approbatum Confeſſarium extraor-*
C *dinarium, ſiue ſæcularem ſiue regularem, qui omnium confeſſiones audiat; nimirum in principio Quadrageſimæ, ad feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, circa feſtum omnium Sanctorum, ſeu in principio Aduentus Domini, aut alijs temporibus magis oportunis. Et vt nobis conſtet quinam & quales iſti extraordinarij Confeſſarij ſint: Et ne iuſta fieri poſſit contra perſonam exceptio, tenebuntur ſingulorum Monaſteriorum Prælati, Præfecti, aut Rectores, quibus incumbit huiuſmodi Confeſſariũ nominare, ſuorũ Confeſſarij ordinarij & extraordinarij nomen, nobis aut noſtro in Spiritualibus Vicario quotannis ſcripto exhibere ante Dominicã quinquageſi-*
D *mæ. Datum Arnsburgi, anno 1605. die vndecima menſis Septembris.*

Præter ordinarium alius extraordinarius cõfeſſarius bis vel ter in anno ſanctimonialibus offerendus.

Cum cupias præinſerta ſtatuta ſeu decreta à te edita pro maiore iſtorum firmitate & firmiori obſeruantia, Apoſtolica auctoritate confirmari, tuo nomine nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Præfatæ conſtitutiones cõfirmantur authoritate Apoſtolica.

Nos igitur te ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis ſuſpenſionis & interdicti, alijſq́ Eccleſiaſticis cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibuſdã quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectũ præſentiũ dũtaxat

conſequendam harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prainſerta ſtatuta ſeu decreta à te edita, de venerabilium fratrũ noſtrorũ S. R. E. Cardinaliũ negotijs regulariũ Præpoſitorũ conſilio Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus ac confirmamus, illiſque omnibus & ſingulis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ſupplentes omnes & ſingulos tam iuris quam facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem. Tibique vt ſtatuta & decreta ſupra inſerta inuiolabiliter obſeruari facere poſſis & valeas, concedimus & indulgemus, nonobſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quorumcumque Monaſteriorum, Conuentuum, & Ordinum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, & confirmatis, & approbatis; quibus omnibus & ſingulis, eorum tenores pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die ſexta Iunij 1607. Pontificatus noſtri anno tertio.

Inter alia miracula quibus Beatiſſima Dei mater & virgo his claruit temporibus in Aſpricolle, de domeſtico hoc cum domeſticis & Doctoribus Medicis mulieribuſque peritis etiamnum ſuperſtitibus teſtari poſſum;

Puer maleficiatus ad inuocationem Beatiſſimæ Dei genitricis ſanatur.

Kalen. Nouẽb. infans ex gemellis alter tres necdum annos natus Gaſpar nomine: Gaſparis à Rupe I. V. Doctoris ac Sereniſs. Principis Erneſti tunc Conſiliarij, & nunc Sereniſſimi Ferdinãdi moderni Principis fauore Scabini Leodienſis, & Annæ Chapeauille coniugis ſororis meæ filius, cœpit domi meæ ſubitò contra morem aduerſa valetudine laborare, infirmitaſque ſe magis ac magis in dies protendere, vt iam puer tabe conſumptus deſperatuſque penitus videretur. De quo conſulti medici mulieresq; peritæ communi ſententia eum maleficiatum aſſerebant: Suſpicionem faciebat, quod non ſolum corpuſculum pueri ieiunijs, vigilijs, & ſudore, putidiſſimiſque excrementis planè extenuatum, graueque olens appareret, & miſella ipſius oſſa dorſi ac natium cutem peruaderent, ſed etiam ea ipſa die, qua ſe primum eiuſmodi infirmitas prodiderat, mulier quædam de veneficio ſuſpectiſſima eum optimè valentem in precibus veſpertinis manu adblandiendo contrectaſſet. Quamobrem parentes poſt duorum ferè menſium languorẽ ab humanis remedijs quæ egello deeſſe periti teſtabantur, ad ſuperna conuerſi, eiuſce cauſa Beatiſſimam virginem dicto loco orandam exiſtimarunt. Mittitur itaque eò Ar-

noldus

noldus Freſnea presbyter Capellanus meus domeſticus cum quo-
A dam ſæculari fratre Eremita. Ibi cùm Freſnea poſtridie SS. Innocentium hora circiter vndecima pro puelli ſalute ſacrificium offerret, eodem ipſo momento infans vix oſſibus hærens, quod ante toto morbo non potuerat, in pedes repente, ſumma domeſticorum admiratione, ſurrexit, totuſque exhilaratus ſubſtitit, & ab eo tempore in cunis contineri vix potuit. Porrò puer quotidie conualeſcere facilè cernebatur, ſed ante pectus gibbum, à dorſo verò inſignem deformitatem fouere videbatur, quod cùm in dies magis aduerterent deflerentque parentes; quadam die ſummo manè ad parentum cubiculũ deferri poſtulat, delatus aſſurgit, vultuque hilari patri inquit, ſe ma-
B trem (ita vocare didicerat) Beatam Mariam de monte acuto noctu vidiſſe: Interrogatuſque qualis eſſet illa, quodque dixiſſet, reſpondit totam fuiſſe candidam pulchram & magnam, poſitaque ad pectus infirmũ manu, ſubieciſſe, *Gaſpar fili mi iam non amplius male habebis.* Itaque factum; puero mox integræ valetudini per omnia reſtituto.

Nonis Nouembris, conflagrauit oppidum Stockhemienſe, ſumpta incendij cauſa ex tugurio in quo carbaſus apparabatur, quem ignis inuaſit, ac omnes fere ædes in fauillas redegit. Plerique dilapſum cælitus ignem dicebant, blaſphemiæ in Deiparam Virginem prolatæ ac impunitæ vindicem. *Conflagratio Stockhemienſis oppidi.*

Decembris viceſimo ſeptimo D. Ioanni Apoſtolo & Euangeliſtæ ſacro, hoc anno deceſſit Reuerendus Dominus Iacobus Carondele-
C tus Dominus de Marck quondam Scholaſticus Leodienſis, priuati Concilij Cancellarius, & ſucceſſiuè Præpoſitus Leodienſis, reuerſus ex nuptijs Illuſtriſs. Ducis Arſchottani, ad quas à Sereniſs. Principe & Præſule noſtro cũ nuptiali donatiuo delegatus fuerat, vir ſanè literis & dicẽdi facultate percelebris, & in legationibus obeundis præſtans.

Mira Eclypſis quam mors multorum clarorum virorum ſequitur. Archidux ſoluit ſeditioſis, & proſcriptos vti publicos hoſtes è ſuis regionibus excedere iubet.

D

CAPVT XL.

Dedit huius anni 1606. ſyderum curſus Eclypſin Solis, & tantam in noſtro orbe defectionem, vt in pleriſq; locis, die in noctem verſo, ruſtici & mercenarij, deſertis operis, fuga in domos feſtinarent, bruta animantia ſtarẽt attonita, multique turbatas naturæ leges inclamarent: poſtea plures clari & præſtantes viri extremum diem obieruut. *1606.* *Eclypſis admiranda.*

Digitized by Google

Carolus Bilæus Cõſiliarius Præſulis intimus, eique aſſiduus, de quo aliquoties meminimus, Martij die decima ex Germania Leodium reuerſus, fungitur vitâ, qui qualis quantuſque fuerit ex ſubiecto eius Epitaphio diſcere licet. A

Moritur Bilæus.

Caroli Bilæi V. N qui ad egregiam animi indolem varia peregrinatione & vſu rerum adiuncto, itemque linguarum ſcientia, ijs dotibus Sereniſs. Electori Colonienſi Erneſto Bauaro Conciliatus à conſilijs & à cubiculo annos 24 fuit, rerum pacis & belli director, etſi oppidorum per modeſtiã nunquam rector, legationes varias ad maximos Europæ Principes ſuſcepit & fæliciter confecit, Grandem etiam illam in Comitijs Imperij anno 1594. ex vſu rei Chriſtianæ vbi prudentia, & ingenij morumq́; dexteritas ſui enituit, vt Imperator Rudolphus, magno honore manu ſua equitem, itemq́; Conſiliarium ſuum creârit: In hac luce à magnis Principibus ad magna petitus vocatuſq́; conſtantèr renuit, vni ſuo fidus, certus, charus. Igitur illi ſed & proceribus ac vulgo, mira in omnes benignitate, comitate, & vero elogio veri Conſiliarij exemplar. Vixit annos LVI. obijt anno M. DC. VI. Martij decima, ſepultus Leodij apud Patres Societatis Ieſu, eiq́; piè ac honorificè parentatum. B

Vigeſima tertia Martij Iuſtus Lypſius, rei litterariæ perfectiſſimũ columen, quem admiratus vt & dilexit plurimum Iacobus Cuiacius Iuriſconſultorũ Phœnix, Louanij exceſſit è vita tumulatus, ante arã Beatæ Virgini ſacram, apud Minores Ordinis B. Franciſci, vbi Epitaphium hoc ſibi deſcripſit. C

Moritur Iuſtus Lipſius.

QVis hic ſepultus quæris? ipſe ediſſeram,
Nuper locutus & ſtylo, & lingua fui,
Nunc altero licebit. Ego ſum Lipſius
Cui litteræ dant nomen, & tuus fauor,
Sed nomen (ipſe abiui) abibit hoc quoque,
Et nihil hic orbis, quod perennet poſſidet.
Vis altiore voce te mecum loqui? D
Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas,
Et Scœna imago & verbo vt abſoluam, nihil.
Extremum hoc te alloquor
Aeternum vt gaudeam tu adprecare.

Petrus Oranus, eius compater, & germanum in modum amicus Epicedium hoc carmen fecit.

VIATOR.

Cur quæſo illachrimans tam lamentabile carmen
Muſa canis, ſtringiſq́; modis lugubribus aures?

Quid

A *Quid leſſus planctuſq́; graues? effare? quid iſti*
Portendunt habitus, & pullis membra lacernis?

MVSA.

Ah columen noſtri perfectum & cultor honoris.
Lipſius occubuit, linguæ baſis vna latinæ,
Hunc ego deploro, deſolatæq́; ſorores
Cupreſſo cinctæ paſſim loca planctibus implent.
Et Pallas proleſq́; Dei facundia lugent,
Hic fuit aſſiduus muſarum aſſertor, & illi
B *Suadelæ perfuſa fauo doctiſſima lingua,*
Qua pius impuras cænoſo è gurgite lamas
Expulit, & multo victricia tela ſub hoſte.
Rettulit, & claris decorauit noſtra tropheis
Caſtra, frequenſq́; arces ſpolijs onerauit opimis,
Et quem nec vigiles lucubratæuè frequenter
Excubiæ, haud poterant tantis deducere cœptis,
Nec ſudor caſtris, exantlatiq́; labores,
Inuida mors & atrox, hunc funere merſit acerbo.

VIATOR.

C *Et leſſus planctuſq́; graues, ægrumq́; dolorem*
Comprime, nam non iſta petit lamenta beatus,
Viuit apud ſuperos, nec funere merſus acerbo eſt,
Hunc nemo lachrymis decoret, neque funera fletu:
(Faxit) quippe volat qui docta per ora virorum,
Quo fit vt ille ſui meliori parte ſuperſtet,
Ille ſibi viuus monimentum tale reliquit,
Quod nulla euertent vel ſæcula, vel manus vlla.
Iuſtus abeſt, Iuſtus ſupereſt, ſpectabilis ille
Scaliger, antiquæ Romanæ gloria linguæ,
D *Ipſe ſibi proles ſuus eſt pater, & ſuus hæres.* *.i. Phœnix.*
Atque vtinam vindex Romanæ religionis
Hæc deſiderij & voti pars optima noſtri.

Hic ſanè fidem ſuam verè Orthodoxam, non ſolùm vitæ morumque integritate, pietate, modeſtia & ſanctimonia, multos annos Leodij & Louanij, ſed & editis de Diuæ Virginis Hallenſis & Aſpericollis miraculis, pijs libellis, liquidò teſtatum fecit. Obijt annos natus LVIII. & menſes V. placuit & hic ſubiungere Laurentij Beyerlinck ciuis & Canonici Antuerpienſis Anagramma & epigramma.

Digitized by Google

IVSTVS LIPSIVS
PIVS STILI VSVS.

Non te ſola Themis decorat, non ſola Sophia
Sola nec Aonijs Pallas amata viris.
Sed mage tè pietas, cœlo gratiſſima, Lipſi,
Et ſincera beat cum pietate fides.
Hinc mentiſq́; ſtiliq́; tibi pius vſus, & almæ
Virginis, hinc ſcriptis facta ſtupenda tuis.
Excipis, & calamo tradis memoranda fideli
Quæ vigiles Hallæ, Collis & Aſper habent.
Iure igitur ſuperâ Diuorum ſede receptum
Te lateri virgo iungier alma cupit.

Et hoc Maximiliani Vrintij Poëtæ non incelebris Chronicon;

LIpsIVs heV perIIt: qVId flet? sCILIGet IllVd
Lege noVa Vt diſCas tu qVoqVe Phœbe MorI.

Ampliſſimus vir Ioannes Iugius ſecreti Concilij Conſiliarius & Scabinus Leodienſis, penultimâ Martij vita functus, qui executores teſtamento nominauit me, nec non venerabilem Ioannem Curtium ad D. Crucis Canonicum & Eccleſiæ Parochialis ad D. Seruatij Curionem, collegamq́ue ſuum & familiarem Petrum Oranum; honoratè tumulatus in eadem Parochia, eique iuſta exequialia celebrata, aduocatis primarijs & claſſicis totius Ciuitatis Leodienſis. Obijt propemodum octogenarius, vir ſanè, qui in legationibus peragendis, qualis eſſet, teſtatum fecit.

Cùm, ſub finem anni decurſi, Dominum de la Tour Vicecomitem de Thourinne ſe pro Sedanij Domino gerentem, rerum contra Regem ac Regni Statum tentatarum, & vt quidam volunt, Bironicæ conſpirationis reum, ad imperata facienda cogeret, Sedanenſiſque ſemel atque iterum comparere iuſſus moras necteret, Sedanij ſe continens & defenſionem meditans: Rex ad expeditionem ſe accinxit; Dunchierum vſque progreſſo, exterorũ Principum Ducis Wertembergici, Lotharingici & Ordinum Belgij confœderatorum legati, tum Nettamcurcius nobilis è Campania, Villerius & alij adcurrerũt, modiſque omnibus pacem tentarunt. Poſt multam vltro citroque diſceptationem & tractatum, Vicecomes de Thourinne viribus diffidens, ſe oppidumq́ue in fidem Regis, 23. Martij, certis conditionibus dedit, ſtatimq́ue ad Regem lecto decumbentem intromiſſus culpam deprecatus eſt.

Leodij lecti milites. Menſe Aprili, lecti milites Leodij contra continuas Regiorum incurſiones; ijque diuiſi in tres cohortes, quâlibet ducentis viris cõſtante;

ſtante; quarum tribuni D. de Graiſinne Domini de Berlooz arcis
A Dionantenſis præfecti filius, & Trowillet Ciuitatis Leodienſis proconſul.

Eiuſdem menſis 27. maximi & portentoſi venti exoriuntur, quales nemo vnquam poſt hominũ memoriam viderit. Permultæ ædes, cùm ſacræ tum prophanæ funditus dirutæ; Syluæ maximæ radicitus euulſæ, templi Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis feneſtra magni operis & impenſæ rupta, decuſſa, & contrita, vir quidam, qui in antiquo choro concionis horam præſtolabatur, occiſus.

Venti exorti magna damna inferunt.

Circa hæc tempora, Archiducis miles ob ſtipendia rètardata Dieſthemium occupat, tributa paſſim extorquet, facto ad ipſa vſque vrbis
B Leodienſis mœnia inſultu; repulſam paſſus, incẽſis aliquot domibus ſuburbanis, receſſit.

Seditioſi ob dilata ſtipendia Dieſthemium occupant.

Sub Septembris initium, aliquot equitum turmæ tumultuantur in Hamont, paulatim augetur numerus, & robuſtiores audacioreſque euadunt; adeo, vt nedum Brabantiam, ſed & patriam noſtram tributariam reddiderint. Interea excubiæ fiebant exactiſſimæ Leodij: mittebanturque in ſuburbia ſingulis pene noctibus 600. ciues, quos tamen inflecti fecit hoſtis; nam interdiu permultas ædes ſuburbijs S. Walburgis adiacentes incendio euerterunt, & diuerſa ruſtica prædia, & prætoria peramœna paſſim combuſſerunt, extrema tentaturi, niſi barbarorum inſaniam ſummâ 30. millium florenorum redemiſſẽmus.

Et Hamontium.

Excurrunt vſque ad portas Leodienſes.

C Octobris decima quarta, indicta Comitia Hoy, quibus Princeps exponit ſubſidia hactenus pro Patriæ conſeruatione decreta haud ſufficere, vrgentibus alijs atque alijs neceſſitatibus publicis aſſiduè recurrentibus. Deinde agit de milite, inſtante iam hyeme, ſaltem Leodij, in maiorem ſecuritatem collocando. Item de ſubſidio ad iter Ratiſbonnenſe peragendum, ad Comitia Imperialia Kalend. Decembris indicta: proque inſtructione, in ſubleuamen aliquod à S. Maieſtate impetrandum. Item de ſolatio Breenſibus dando, qui, ſe contra rebelles defendentes, ab eis ſpoliati fuerant. Item de expenſis per Dionantenſes in Iuriſdictione finium vindicanda; & ſpeciatim ratione Abbatiæ Leffienſis, & ſuburbij illius diſtrictus: alijſque pro tuitione
D terræ D. Huberti, de Agimont, Giuetz, Fontaine l'Eueſque, Diepenbeek, S. Trudonis, alijſque ſimilibus præſtandis.

Comitia Patriæ Hoij habita & quæ in eis acta.

Item pro obtinenda compenſatione ſæpius poſtulata, ratione oppidorum, caſtrorum, & præſidiorum per Ducem Brabantiæ in territorio Leodienſi (quod Imperij Romani pars eſt) exſtructorum, idque etiam ad exemplum Principatus Stabulenſis Imperialis, qui poſt annos octoginta & quòd excurrit, in controuerſiam per Ducem Luxemburgiæ vocatus; tandem re propius matureque cognitâ, aſſumptis vltrò citròque Conſiliarijs, Mechliniæ deciſa fuit, Romanoq; Imperio, cum omni ſua cauſa & Iuriſdictione reſtituta, ſummo ſubditorum bono atque ſolatio, in quam rem toto (vt dicitur) pectore incubuerunt

buerunt viri Clariſs. Petrus Oranus & Ioannes Molempeter Principis Leodienſis & Stabulenſis Conſiliarij; Præterea contra abuſus in administranda & exercenda Iuſtitia. A

Cõſultatione habita, remedia quædam ad reformationem Iuſtitiæ proponuntur: Continuatur peculium, & Principi in ſubleuamen itineris ſui 52000. flor. Brab. & alia 12000: ad tres annos, in reparationem caſtrorum & præſidiariorum ſolutionem: Item alia 12000. pro legationibus decernuntur.

1607. Anni inſequentis 1607. mẽſe Ianuario, exercitus Regius ſeſe per Patriam Leodiẽſem diffundit, adeo vt nullus fuerit locus relictus qui à milite excuſſus & ſpoliatus non fuerit.

Tractabatur interim de pace ſeu inducijs inter Archiduces Albertum & Iſabellam, quæ ad octo menſes primum coaluerunt, ea lege, vt tribus induciarum menſibus exactis eas Rex Hiſpaniarum ſuo diplomate confirmaret, quod eodem anno factum fuit. B

Comitia Leodij habita & quæ ibi geſta. Maij vigeſima, Conuentu Leodij habito ineuntur conſilia de propugnanda Patria à militum excurſionibus & depopulatione; deque ærario ſtabiliendo necnon debitis Præſulis & Patriæ diſſoluendis; denique de oneribus ad Suam Celſ. in qualitate Principis & Epiſcopi Leodienſis ſpectantibus, deſignandis. Deliberatione habitâ multa vtilitèr decernuntur; Imprimis Legatum mittendũ ad Archiducem, pro militibus à Patriæ finibus arcendis; certas numero perſonas per ſingulos pagos alendas: ſubſidia iam ante cõceſſa proroganda: Principi 4000. flor. ad ſex menſes ſolutio anticipanda. Denique ſubſidia in reparationem Palatij cõceduntur: tandem in ſuperioribus Comitijs concluſa rata habentur. De oneribus verò ad S.Celſ. vti Principem Leodienſem ſpectantibus variant Ordines. Capitulum declarat ad S.Celſ. ſpectare conſeruationem domorum & Caſtrorum, ac præſidia militum, vt & legationes ſpectare ad ordines; quippe in vtilitatem publicam. Nobiles reclamant contendentes ſe à maioribus accepiſſe, omnia onera Patriæ, ſpeciatim Caſtrorum & munitionũ ſpectare ad Principem & Capitulum, vti ad eos qui Domini ſint, eaque poſſideant: Soluiſſe tamen ab aliquo tempore nonnulla eiuſmodi onera, adhibitâ & repetitâ teſtatione; Quomodo quoque tẽpore Cardinalis Groesbekani ſoluta fuere 6000. flor. C D

Moritur Baronius. Cæſar Baronius Soranus Cardinalis Eccleſiæ Polyhiſtor, auguſtiſſima duodecim annalium Eccleſiaſticorũ mole, in omne æuum celeberrimus, placidè moritur Romæ ætatis anno ſexageſimo nono, pridie Kalend. Iulij, qui ab adoleſcẽtia indefeſſo ſtudio atque labore ad extremũ pene vitæ punctum, tot auctoribus lectis quod ex ſuperioribus ætatibus prope ad hominũ venerũt notitiam, ſuos annales admirandâ induſtria cõſcripſit, quibus veram rerum in vniuerſali Eccleſia geſtarum ſeriem omnibus velut in tabula ob oculos ponit, & Centuriatorũ Magdeburgenſiũ quiſquilias vaniſſimaſq; fabulas cum immortali ſua gloria prodit & detexit; vt verè de eo canere poſſis,

Exegit

Digitized by Google

A *Exegit monumentum ære perennius*
Regalique ſitu Piramidum altius,
Quod non imber edax, non aquilo impotens
Poſſit diruere, nec fuga temporum.

Iterum Cæſare, Regibus Galliæ & Angliæ intercedentibus, de pace inter Archiducem & Hollandos actum; vtque negotium accelararetur, conceſſum tandem ab Hiſpaniarum Rege, vt cum Hollandis fœderatiſque vti libera Republica tractaretur; ſed cùm res ardua eſſet, varijs habitis conceſſibus, res in annum 1609. protracta fuit. *Iterum de pace actum inter Archiducē & Hollandos.*

Archidux interea quæ ſeditioſis debebãtur ſoluit, eoſdemq; abſq; B mora intra 24. horas ſuis regionibus, mãdato pluribus in locis publicato, excedere iubet, data omnibus poteſtate, in eos tãquam in publicos hoſtes animaduertendi, decreto etiam in ſingula capita, quæ quis apprehenderet, quinque & viginti ſcutorum præmio. *Mãdatum Archiducis cõtra ſeditioſos.*

Seditioſi, mandato hoc inaudito, ſerâ pœnitẽtia ducti, partim profugiunt, partim poſt tempus præfinitum deprehenſi pœnas dant: multi etiam in ipſa fuga ab agricolis, quos ante miſerum in modum vexarant, trucidati. Atque ita, malo nodo, malus quamquam ſerò, quæſitus eſt cuneus. *Seditioſorum ſera pœnitentia.*

Reuerend. P. Georgius Duraſſeus Leodienſis, vt nobilitate generis ita & vitæ ſanctimonia clarus, vnus aſſiſtentium Generali Societatis Ieſu in Vrbe, mihi à pueris amicitia iunctus, obijt Romæ decima C octaua Nouembris. Quod dum ſcribo anno 1615. nuncium affertur Reuerendum Patrem Franciſcum Flerontinum Leodienſem virum vt pietate ſic & prudentia eximium, Societatis Ieſu nuper per Belgiũ Prouincialem, cùm à congregatione Prouinciali electus iret daturus ſuffragium in electione Generalis Societatis, Maceræ vigeſima octaua Octobris obijſſe. Deus labores eius pro Eccleſia & Societate nominis Ieſu perpeſſos æterna mercede compenſet. *Mors R. P. Georgij Duraſſei, & R. P. Franciſci Flerontini.*

Cùm nuper ſchiſma inter Paulum quintum Pontificem vel potius Eccleſiam Romanam & Venetum exortum eſſet; quòd Dux & Senatus plura ac diuerſa decreta cùm Sedis Apoſtolicæ auctoritati & Eccleſiæ libertati immunitatique contraria, tum generalibus Concilijs D & ſacris Canonibus, atque etiam Romanorum Pontificũ cõſtitutionibus repugnantia ſtatuiſſent, & editis paſſim libris, nonobſtantibus cenſuris & interdicto contra eos per Pontificem latis, defenderent; Illuſtriſſimi Cardinales cõtra hæreticorum prauitatem Inquiſitores, pro officio, diro programmate proſcripſerunt cuiuſcumq; ſtatus & conditionis huiuſmodi libros habentes, legentes, eorumq; Impreſſores, &c. Quod huius anni initio Leodij ad valuas Eccleſiarum mandante Præſule per me denunciatũ, & per apparitorem valuis adfixũ, ne quis ignorantiam poſſet prætexere. *Schiſma atrox Venetorum contra Eccleſiam Romanam.*

Porro Veneti non multò poſt, intercedentibus multis Principibus, alijſque doctrina & eruditione præſtantibus viris, certis legibus

Digitized by Google

pactiſque conuentis, quæ longum eſſet enarrare, ſublato interdicto, à cenſuris & anathemate abſoluti fuerunt. A

Oſſa viri Sancti & Doctoris inclyti Dionyſij Ryckelij reperta. Erneſtus Præſul nonnullorum Feſtorum obligationem paterno affectu aufert. Induciæ inter Archiducem & Mauritium.

CAPVT XLI.

1608. ANno 1608. Henricus Cuyckius Epiſcopus Ruremundenſis, vir pietate & doctrina eximius, Beatum Ambroſium imitatus, animum adiecit ad perquirenda Sancti viri Doctoriſque inclyti Dioniſij Ryckelij Carthuſiani oſſa Ruremundæ in Carthuſia ſepulta; (eſt Ryckel pagus non longe ab Oppido Viſetenſi ſitus.) Qua inquiſitione quantum profecerit, ac qui ſe geſſerit, videre eſt ex ſubiecta ipſius ad Generalem Priorem Carthuſiæ Epiſtola, quæ ſic habet: B

Admodum Reuerende Pater Prior.

NOn ſine fructu Carthuſiani Patres & FF. pro Dionyſij Rickelij reperiendis oſsibus Deum oraſſe videntur. Qui in hac Carthuſia Ruremundenſi hactenus ſuperfuit ſenior Sacerdos Frater Henricus Kerckenus quinquageſimum annum in ordine ſuperans & locum quietis Ryckelij vti à maioribus acceperat in quadam latitudine deſignare ſolebat, nuperrime vero hoc eſt 22. menſis Martij die anno 1608. in Domino obdormiuit. Quam occaſionem prudenter arripiens venerandus huius Carthuſiæ Prior, Dionyſianæ ſepulturæ à Kerckeno demonſtratum locum aperiri iuſsit & inueſtigari, vt F. Kerckenum (qui Dionyſii quoq; cellam ad mortem vſq; inhabitarat) eodem in loco, quem Dionyſii eſſe dixerat forte reconderet, idq; ex aduerſo altaris illius in quo viuens Dionyſius ſacrificare ſolitus erat, quod ante 54. annos quando pene Ruremundenſis Ciuitas cum Monaſterio ac templo illius incendio conflagrauit, fiſſum, diſruptum, profanatumq; erat: quo eodem in loco ante proximos ſex menſes in diui Dioniſii Areopagitæ & Martyris, ac ad illius memoriam aliud eſt erectum & à nobis conſecratum altare. Cum ergo 22. Martij die (qui ſtylo veteri magni etiam Gregorij & Ryckelij mortis fuiſſet dies) è viuis exceſsit Kerckenus, perticas ſeu ſtipites duos eo in loco vbi Dionyſiana oſſa quieſcere C D

Qua ratione inuentæ reliquiæ B. Dioniſij Carthuſiani.

quieſcere

A *quieſcere putabantur defixit Prior, quibus poſt profundam foßionem (cui incendij rudera anſam dediſſe videntur vt iam altius multo & eleuatius ſit Cœmiterium quam fuerit antea) Dionyſii Cranium, & plantæ è directo infernè reſpondebant: reliquis etiam totius corporis oßibus, ordine & naturali ſitu, poſt centum & triginta ſeptem exactos annos concinne adhuc diſpoſitis: ijsq; omnibus inde extractis, in loculum Dionyſij frater Kerckenus inhumatus eſt. Caluaries autem Dionyſij & reliqua oſſa proceri & robuſtiſsimi viri ſpecimen referũt, & ſignum habent hominis balbutientis, propter prominẽtes anteriores mandibularum dentes, quo vitio Dionyſium laboraſſe auctor eſt*
B *qui vitam illius conſcripſit Theodorus Loërius Stratenſis. Oſſa igitur hæc religioſe nunc in Ruremundenſi Carthuſia aſſeruantur donec diuina bonitas illuſtrioribus ea miraculis coruſcare fecerit, quo poſsint ad maiorem Dei gloriam ſedis Apoſtolicæ interueniente auctoritate honorificentius eleuari. Quod ſupereſt oro clementiſsimum Deum, vt Carthuſias omnes per vniuerſum Chriſtianum orbem diffuſas ſuis donis adaugeat, & me meritorum omnium faciat participem. Ruremundæ 10 Aprilis 1608.*

Et hæc quidem Antiſtes: ſane admirandum quod aſſeritur corpus
C hoc integrum ſuis adhuc pro maiore parte membris cohærens repertũ eſſe poſt annos 137. ab hac vita in cœlum migratione, & pollex præſertim indexque, duo nimirum ſcriptionis inſtrumenta quibus ad communem Eccleſiæ vtilitatem plurima exarauit volumina, integriores reperti.

Erneſtus ad Decanorum ruralium Diœceſis Leodienſis ſupplicationem ſibi, ipſo die Cœnæ Domini præſente me factam, nõnullam feſtorum obligationem, literis ea de re publicatis, ſuſtulit, quarum exemplar tale eſt;

Pro paterna erga populum noſtrum Leodienſem charitate, libentiſsimo animo ea amplectimur conſilia, quæ illius vtilitatibus & com-
D *modis, non ſolum ſpiritualibus, ſed & temporalibus fore cernimus oportuna: nuper ſanè nobis exponi fecerunt huius noſtræ Diœceſis Leodienſis parochi complures, alijq; cùm pij tùm prudentes viri, quoſdam dies feſtos minus celebriores; vt ſunt vltimi dies feſti Paſchæ, Pentecoſtes, Natiuitatis Domini, inſuper S. Leonardi, S. Aegidij, S. Catharinæ, Cathedræ S. Petri, vinculorum S. Petri, hactenus à maiore parte populi prophanatos fuiſſe, indieſq; propter bella pluſquam ciuilia, & inde maiorem populi inopiam conſequentem, per opera mechanica, publicam negotiationem, & alias conſimiles rationes magis*

ac magis profanari. Nos igitur quo populi noſtri tum conſcientiæ tum inopiæ conſulere poſsimus, vt his præfatis diebus opera mechanica exercere, officinas aperire & vendere, agros colere, & conſimilibus operibus vacare cuilibet licitè ſecureq́; liceat, per has noſtras præsētes facultatē concedimus & impertimur. Feſtum etiam S. Seruatij quod alias decima tertia Maij conſueuit celebrari, in diem primum feſtum Pentecoſtes transferimus, Proceſsionibus feria quarta poſt Pētecoſten fieri conſuetis manentibus ſaluis. Hortantes nihilominus illos, quibus ſine labore manuū benigniſsimus Deus viuendi facultatem conceſsit, vt cultum quem Deo imprimis & ſanctis eius his præfatis diebus impendere ſolent, non remittant ſed potius augeant: alios verò, quibus ea viuendi facultas non ſuppetit, monentes, vt ſi quid de cultu Deo ſanctiſq; eius debito exterius per opera manualia remittant, hoc, animi candore, innocētia vitæ, frequentibuſq́; ad Deum precibus & alijs conſimilibus rationibus compenſare ſtudeant. Datum Leodij ſub anno à Natiuitate Domini 1608. Iunij die ſecunda. A B

Sub finem Iulij aliæ controuerſiæ inter Aquenſes & Iuliæ Ducem exoriuntur; illis contendentibus ius non eſſe Duci Vrbis intrandæ inconſulto vel nolente Magiſtratu, Duce inaduerſum nitente. Hi motus eo creuerunt, vt Dux militem numeroſum legeret, loca oppido vicina occuparet, ciues vſpiam repertos vti hoſtes tractaret. Conſules contra qui Ducis partes ſequi videbantur, à ciuibus exauctorarentur, alijs in locum ſurrogatis. C

Cum res Seminarij Leodienſis magis magiſque progreſſum facerent, & plures Eccleſijs vacantibus maximè idoneos paſtores proferrent, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Guilhelmus à Bergis Archiepiſcopus & Dux Cameracenſis memor beneficiorum ab Eccleſia Leodienſi acceptorum, huius anni menſis Auguſti 25. Burſam, quam vocant, pro alendo ſtudioſo Teutone, certa lege vt ex ſubiecta hic teſtamenti ſui clauſula conſtat, inſtituit.

Relinquo Seminario Leodienſi centum florenos Brabantiæ annuos, aſsignandos ex reditu trecentorū florenorū ſimilium quem emi ſuper Clero Leodienſi, & hoc vt vnus teuto alatur in eodem ſeminario qui obligabit ſe ſuſcepturum curam animarū in Diœceſi Leodienſi in locis teutonicis quā ſine permiſsione Epiſcopi Leodienſis deſerere non poterit, ad quod iuramento ſeſe obligabit antequam in Seminariū recipiatur, iuxta cuius leges viuere debebit. Præſentatio autē dicti alumni ſpectabit ad Dominum Decanū Leodiēſem, quem Præfecti Seminarij cogentur acceptare, dummodo præſentatus exceſſerit vigeſimum annum, & vita, moribus & doctrina ſit idoneus. D

Ad

Ad Aquenſes redeo, dum hæc inſolentius per Caluiniſtas Aquiſ-
A grani, in euerſionem fidei & pietatis Chriſtianæ gerũtur, ex Fauernæo Burgundici Comitatus oppido noua adferuntur Archiepiſcopi Veſontionenſis manu ſignata & typis edita, quibus fidei & religionis Chriſtianæ dogma de Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramẽto imprimis à Caluiniſtis oppugnatum, mirabili modo vindicatur & cõfirmatur, quæ totidem verbis quibus tunc euulgata fuêre, iudicaui operæ futurum hic aſcribere. Sic ergo ille.

Ferdinandus de Longuy, alias de Rio appellatus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Biſontinus; & Sacri
B *R. Imperij Princeps, noſtræ Diœceſios Clero ſalutem & benedictionem.*

DIuinam prouidentiam, quæ ſapienter omnia diſponit, haudquaquam latuit, hac vltima mundi ætate quamplurimos ſeductores exſurrecturos eſſe, & iniquitatem abundantem fore, ſuperbiamque & inimicam Deo arrogantiam ſingulos paßim in dies, ſecundum pſalmiſtæ vaticinium, futuram maiorem: quinimò iam exiſtentem hæreticorum malignitatem vel ad filij Dei thronum vſque conſcenſuram eſſe, vt è venerabili Euchariſtiæ Sacramento verè realem Deitatis præſentiam à nobis extorquerent. Pſal 73. *Hac itaq; Dei*
C *ſapientia ſuam Eccleſiam, quæ myſtica Dauidis, vt in canticis dicitur,* Cant. 4. *turris eſt, ſexcentis voluit clypeis præmunire contra furioſum gigantum rabiem, hac noſtra ætate exiſtentium: qui de terræ gremio exorti, ſenſus ſui duntaxat & iudicij experimentis confidentes nituntur. His autem imprimis annumeranda ſunt ea, quæ omnem vim naturæ exuperantia, & inſigni miraculorum nomine cenſenda opera, ab incomprehenſibili & omnipotente Deo in lucem edi paßim conſueuere, ad aſſerendam corporis eius & ſanguinis eſſentialem in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento præſentiam. Hinc eſt quod idem Deus magnus iſthac noſtra in Archidiœceſi Byſontina ad numeroſum Chri-*
D *ſti fidelium concurſum iam nunc recens operatus ſit generis eiuſdem admodum illuſtre miraculum.*

Nos igitur recentem illius memoriã ſectantes, ne præſumptionis humanæ malignitas noſtram anteuertens operam aliud alius loco ſubornet, reiq; veritatem adulteret, imo, ne diuinitus productorum operum glorioſam famam in obſcuris tenebrarum latibulis perſiſtere patiamur, ſedulo exequi voluimus, quod noſtri paſtoralis officij munus circa huius rei neceßitatem à nobis viſum fuit exigere.

Miraculũ quo aſſeritur realis corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia præſentia.

Digitized by Google

Ad miniſtros enim ſtatim noſtros, Procuratorem ſcilicet generalem, & primarium Aduocatum fiſcalem, vnà cum eo qui à ſecretis nobis eſt Archiepiſcopalibus conſilijs, eò amandauimus, plenam recens facti miraculi, obſeruatis eiuſmodi in caſu obſeruandis neceſſario conditionibus, notitiam relaturos. Quos demùm ſuæ obligationis officio expeditè functos, ac debitè, ad nos, adductis indubitatam facientibus rei fidem; teſtibus quinquaginta duobus, exactam negotij intelligentiam attuliſſe, neutiquam ire poſſumus inficias. Aiunt enim, omnibus & ſingulis qui in feſtis Penthecoſtes ſupplici diuinam Maieſtatem animo adeuntes comparent vetuſto in templo, quod habetur Fauernei, condecoratum titulo Abbatis, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ nomini ſacrum, per ſanctam Sedem Apoſtolicam olim conceſſam fuiſſe delictorum veniam. B *Quapropter in ipſa prænominati Pentecoſtes feſti vigilia die vigeſimo quarto, anni modò exiſtentis milleſimi ſexcenteſimi octaui, iuxta præcedentium temporum conſuetùdinem, ad maiorem Chriſti fidelium in animis concitandum feruorem, feſti ſolemnitatem hunc in modum fuiſſe obitam. Ad ferreos, inquã, vt aiũt, cãcellos, qui deputatam Cleri ſedem è vulgi ſtatione ſeparãt, cõſtructã è lignis aliquã, altaris in modũ, & cortinis atq; alijs id genus vndique concinnatam ornamentis, erectam fuiſſe tabulam.* C *Qua in tabula collocatum fuerit ſacrum quoddam ſaxum marmoreum, ſubtiliſſima inſtratum ſindone, quæ vocari ſolet corporale, quod in eam ſacra Hoſtia, poſt ſui conſecrationem verum Chriſti factum corpus, ſeponatur. Huic inſuper ſacro marmoreo ſaxo ſuperimpoſitum fuiſſe plus ſexdecim vncias ponderans argento fabrefactum Reliquiarium: Eſt autem reliquiarium ſanctorum Chriſti martyrum reliquias continens receptaculum. In reliquiarij autem vmbilico tubulum ſiue canalem quendam Cryſtallinum, qui ſitum obtinens tranſuerſum, virgineæ martyris S. Agathæ vnum aliquem digitorum ſibi incluſum habuerit, conſeruatum fuiſſe.* D *Huic demum Chriſtallino tubulo, argenteum inſertum incubuiſſe circulum, gemina vtrinq; vitrea complectentem obturamenta, in quorum ſpacio medio ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, verè panis Angelorum, fuerit expoſitum. Eueniſſe autem quod non ſolum cortinæ & velamenta deſuper ei imminendo vmbella inducentia (ſalua tamen eorum parte illa quæ ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum cooperuerit) verum etiam lignei illi gradus, quibus vnà cum reliquiario impoſitũ fuerit Sacramẽtum, feruore æſtus conflagrarint. Huc acceſſiſſe quod ligneæ tabulæ*

pars

*pars illa, quæ ſupra dictorum cancellorum ferramenta attigerit, cæ-
A teraq́ omnia ſibi ſuperimpoſita ſuſtinuerit, incendio penitus ſit ab-
ſumpta. Neque ſacrum illud marmoreum ſaxum, cui cum Reliquia-
rio venerabile Euchariſtiæ Sacramentum inſtiterit, intelligi debere
permanſiſſe illæſum, ſed cito ruptum corruiſſe. Lignea etiam emble-
mata, omni ex parte huic inducta ſaxo, vnà cum prædictæ tabulæ re-
ſiduo, ſuper pauimento in prunis ſimili modo conſummatã nacta fuiſ-
ſe corruptionem. Medio tamen illo incendio ſæpe nominatum Reli-
quiarium, in quo Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum fuerit in-
cluſum, haud ſolum permanſiſſe inuiolatum, verum etiam prænomi-
B natos illos ferreos verſus cancellos vnius plus minus palmæ circiter
ſpatium ſeſe promouiſſe, & in eadem illa aëris regione ſuſpenſum per-
ſtitiſſe. Et quamuis prædicti cancelli, ob ligneæ trabis, cui, tanquam
ſuæ baſi, inſerebantur, ambuſtionem euaſerint infirmi, quinimò præ-
ualidè ab incendio impetiti, concuſſi atq́ agitati fuerint, prædictum
nihilominus vnà cum venerabili Euchariſtiæ ſacramento Reliquia-
rium quemlibet impetuoſum eorundem cancellorum aſpernatum in-
ſultum, in aëre ſuſpenſum penituſq́ immotũ permanſiſſe. Conſumptis
enim ſubtus omnibus ijs, quæ ipſi, excepta virtute diuina, firmami-
nis loco eſſe potuerint, triginta trium plus minus horarum ſpacio hũc
C in modum in aëre pẽſile moratum fuiſſe. Vniuerſo inſuper populo, tam
vrbis incolæ, quam è locis circumuicinis eo confluenti, aduenæ, ita
fuiſſe viſum. In horum deniq́ plus minus decimam matutinam præ-
dictæ Pentecoſtes tertij feſti diei, qui martis eſt, ita perſeuerauiſſe.
Ita inquam in aëre pendulum perſeueraſſe, quoad Dominus quidam
Curio, euulgatâ rei nouitatis fama commotus, cum ſuo Chriſti no-
men profeſſo grege, inſtituta ſupplicationis pompa, ſuperueniens, in
ſummo templi iſtius altari, magna coram hominum, Dei cultui in-
tendentium frequentia, rem diuinam fecerit. In huius autem miſſæ
officio vnum aliquem ante Reliquiarium ſimul cum alijs ardentem ce-
D reum ſine vllo cauſæ manifeſtæ indicio tribus iteratis vicibus ſponta-
neam eſſe paſſum extinctionem. Ad prioris tandem Sacroſancti
Euchariſtiæ ſacramenti eleuationis momentum, quo prædictus ſacri-
ficans Curio ſeſe inclinans ipſum Sacramentum demiſerit, prænomi-
natum etiam reliquiarium ſenſim ſe dimittens, iuſte ſuperimpoſuiſſe
cuidam Miſſali (cui libro, quod arcana Miſſæ contineat, id nominis
inditur) corporali quodam inſtrato. Miſſale verò cuidam aſſeri ſu-
perpoſitum, Reliquiario eum in finem aliquantulo diſtantiæ inter-
uallo*

uallo ſubditum fuiſſe, vt, ſi aliquo fortunæ caſu concidiſſet, maiori cum venerationis honore fuerit interceptum. A

De his igitur omnibus & ſingulis iuxta rei veritatem percepta per nos informatione Theologorũ Canoniſtarũ & Iuriſconſultorum, ſat iuſto numero noſtrum in Archiepiſcopale conſilium adhibito, vniuerſum rei negotium ad fidei Inquiſitoris præſentiam ſerio trutinantes expendimus; Prius tamen tam in priuato quam publico idoneo pollentium auctoritate virorum Eccleſiaſticorum conuentu, Procuratoris noſtri Generalis, atq; Aduocati Fiſcalis, attenta diligenter induſtria.

Verum enimuerò animaduertentes factum eiuſmodi ordinarium & conſuetum naturæ curſum multis paraſangis anteuertere, ne Dei opera, quæ non ſine maxima hominum admiratione patrantur, & communem Eccleſiæ Catholicæ, Chriſtiq; fidelium conſolationem concernunt, taciturnitate atque ſilentio videamur ſupprimere, vos, omneſque alios, de huius miraculi veritate voluimus facere certiores, vt, quod ad tam inſignis miraculi effectum ad glorioſum nominis ſui honorem, hoc præcipuè temporis articulo, à nobis Deus exigat, qua par eſt animi conſideratione examinetur. B

Quamobrem noſtri paſtoralis officij munere inſtigati, omnes & ſingulos noſtræ Diœceſeos vtriuſq; ſexus adhortamur, vt Deũ in omnibus eius operibus, præſertim iſtboc in tam miraculoſo, benedicentes collaudent: Inque fide, & veneratione, quæ huic tam eximiè auguſto debetur Sacramento, magis magiſque corroborentur, gratioſis ſeſe beneficijs, quæ illud debitè frequentantibus conferuntur condignos reddentes. C

Prælatis inſuper animarumq; curam gerentibus, & alijs, tam ſine certis Canonum legibus, quam ordine præſcriptas, ad regularum normas vitæ rationem exigentibus, ſub Eccleſiaſtica poteſtate noſtra in Archidiœceſi conſtitutis viris præcipimus, vt erga huius tam auguſti Sacramenti cultum diligentiam adhibentes, templa, altaria, calices, ciboria, tabernacula, atque alia id genus ornamenta, huius tam venerabilis Sacramenti myſterio decenter coaptent. D

Vt inſuper congruo Diuinæ Maieſtati miniſterio, competentiq; hominum comitatu deferatur, vbi ad ægros deferendum dictauerit neceſſitas. Eadem commendamus fraternitatum (vt vocant) Collegijs, in huius Sacramenti honorem inſtitutis, ſuper omnia requirentes continuatam alicuius cuſtodum præſentiam, tum vt precibus

vacet

Digitized by Google

A *vacet, tum etiam vt inſolentes fortunæ caſus, ſi qui acciderint, moderetur & corrigat.*

Ex intimo deniq; cordis penetrali profuſis oramus Deum precibus, vt hoc miraculum ter maximum ſui in honorem, hæreticorum conuerſionem, publicum Eccleſiæ ſuæ emolumentum, tutatricem veritatis defenſionem, præcipuè autem huius noſtræ Diœceſis vſum & vtilitatem, omnium deniq; profeſſionis Chriſtianæ cultui deditorum Principum, Sereniſſimarum præſertim Celſitud. (in quarum ditionis loco tam illuſtre iſthoc miraculum contigit) tranquillam fœlicitatem, B *vniuerſi eius populi conſolatoriam, in maius & melius ædificationem, virtutis incrementum & gratiæ, Zelotypum deniq; erga diuinos cultus vniuſcuiuſq; noſtri deſiderium benignus conuertat. Datum Veſontioni, noſtro in Archiepiſcopali conſilio, decimo Iulij, anno gratiæ milleſimo ſexcenteſimo octauo.*

Reuerendus P. Martinus del Rio, ex ſocietate Ieſu, Salmanticâ, vbi doctoris Theologi munus honorificentiſſime obiuerat, Louanium reuerſus, in morbum incidit, ibique in Deo obdormiuit placide, 19. Octobris quis quantuſque fuerit, in melioribus litteris, philoſophia, Iuriſprudentia atque Theologia, præclara eius monimenta nũquam moritura teſtantur, ſcripſit Syntagma tragicum, ſeu nouum commentarium in decem tragœdias, quæ vulgo Senecæ adſcribuntur, in tres partes diſtinctum, operis ſui partem Leuino Torrentio Antuerpiæ Epiſcopo, partem Iuſto Lipſio litteratorum columini, & amico germanum in modum ſuo, partem Petro Orano, qui Louanij Iuriſprudentiæ præceptis eum tinxerat, puram adhuc lanam plane puerum ad Themidis illud templum conanti, per iter tenebricoſum primus præluxerat (id enim agnoſcere ſe & gloriari in epiſtola dedicatoria ad Oranum profitetur) vouit & dedicauit; ſcripſit quoque magicarum diſquiſitionum libros ſex, commentarios quatuor in cantica canticorum, & in Threnos Hieremiæ; & Orationes de laudibus beatæ Mariæ virginis, quas Leodij habuit, & hoc opus Mariana inſcripſit, vt cæteros eius labores præteream.

Mors Martini del Rio.

C D

Menſe Nouembri inſequente milites confœderatorum proximas veriti inducias, in agrum Leodienſem, Lymburgenſem, Luxemburgenſemque, prætextu contributionum leuandarum inuolant. His præſidiarij Rynsbergenſes non procul ab Sanctonum Cliuiæ oppido cum ſexcentis Moſquettarijs inſidias ſtruunt, & Adolphum Naſſouium totius agminis ductorem multis vulneribus ſauciant & confodiunt; cadauer Nouiomagi, vbi gubernacula tenebat, ſepulchro illatum.

Auctoritate & gratia Præſulis, hiſce diebus, ſorores Clariſſæ pauperes nuncupatæ in Ciuitatem Leodienſem adueniunt; quibus fun-

Digitized by Google

dum pij & religioſi ciues ſua munificentia & liberalitate compararunt: Nobilis & generoſus vir Henricus de Berlo D. de Graiſinne Eccleſiam illis anno inſequente exædificat. A

Sexto idus Nouembris Pia & honorata D. Catharina de Poty Ioannis de Potty dicti le tindeur Conſulis & Scabini Leodienſis filia, & Ampliſs. Clariſſimiq; viri Frãciſci Orani Scabini Leodiẽſis & ſecreti Concilij Conſiliarij vxor, debitum naturæ perſoluit, ætatis ſuæ anno octogeſimo ſexto, & in parœcia ad diui Ioannis Baptiſtæ apud maiores ſuos funerata eſt. Fuit erga pauperes munifica, maxime vero erga Collegium & patres Societatis Ieſu, relictis ijs legatis aſſiduis: reſtaurauit & multũ decorauit altare Aſſumptæ virgini matri & diuis Ioanni Euãgeliſtæ & Laurentio ſacrum, cui altari hoc inſculptum teſtimonium; B

D. O. M.

ADſumptæ virgini Matri, DD. Ioan. Euang. & Laurent. Sacrũ, ac A. C. V. Ioanne de Potty, tind. Conſ. & Scab. Leod. dotatum hoc altare reſtituit, & opere marmoreo decorauit D. Catharina de Potty, in patris ſui, maxime vero C. V. & I. V. C. Franciſci Orani Scab. Leod. coniugis chariſſ. memoriam, qui poſt operam quinq́ Principibus Patriæq́ in Conſiliarij ſecreti munere præſtitam, relictis liberis paternæ virtutis æmulis, naturæ ceſsit, A. D. mdlxix. viiij. Kal. Sept. ætat. ſuæ an. lvi. Illa autem raro vid. continentiæ exemplo, coniugem ſequuta eſt an. xvi^c. viij. vi. id. Nouemb. ætat. LXXXVI. C

1609. Anni 1609. principio, quidam in Eremo ſuburbana ad diui Mauri, parochiæ Diuæ Veronæ Eremita, in tuguriolo cum coniuge conſidebat, apud quem ciuis quidam Leodienſis frequentius comparebat, & agebat familiarius, eo toto triennio abſente, & vbi ille eſſet incognitum, abſentiſque apud Eremitam veſtes inuentæ dicerentur, ad abſentis vxoris quæ maritum ab Eremita occiſum querebatur & amicorum poſtulatum, facta eſt iudiciaria inquiſitio, viſa inquiſitione & probationibus, decreta in Eremitam iniectio manus iudiciariæ, capitur & ducitur ad carceres, ac examinatur propius, cum ille ad interrogata nutaret & variaret, ſæpius monitus vt ingenue reſponderet, & hoc ipſum defugeret, quæſtioni adiudicatur, qui expoſitus confeſſus eſt, apud ſe frequenter diuertentem & hoſpitantem, nocte intempeſta dormientem, cum ſua vxore defuncta necaſſe, necis cauſas exprimens: Amplius de corpore occiſi interrogatus, cadauer cum vxore certo loco ſepeliuiſſe reſpondit, ducitur ad locum ab eo deſignatum, foditur locus, & circumquaque diligenter, ſed fruſtra cadauer quæritur. Scabini Leodienſes rerum capitalium ſupremi Iudices, vrgente officiato, vxore & amicis vti prætendebatur occiſi, pro iuſtitiæ adminiſtratione, ſtatum diem conſtituerunt, conuocandi omnes collegas, vt coniunctis animis de re proprius cognoſcerẽt, D

eamque

Digitized by Google

eamque examinarent, & quid iudicandum ipſis videretur conclu-
A derent, vt vero res ab ijs examinatur & pertentatur, euocatur ab ijs ex Concilio Priuato collega Oranus, eique ſtatus totius rei exponitur, re intellecta rogauit collegas, vt aſſumptis aliquot ex Collegis reum adirent, propius eum interrogaturi & examinaturi, viſuri etiam hominis ſtatum & mores, ſiquidem ferebatur apud captiuos, exhibere ſe pro ſtulto, ac deridiculo. Vt ad carceres ventum, repetitæ ſunt captiuo ſuæ confeſſiones, atque ita res diffiſa & ampliata fuit, maxime quoque quod non conſtaret de defuncti cadauere; Interea dum hæc aguntur, afferuntur litteræ, quibus abſentem viuere, bene valere, certoque in oppido conſidere, ac breui
B adfore renuntiatur, hic Leodium redit ſaluus & incolumis, cui concita fama accurrit populus, eum ex naui publica mercatoria Aurotatana excipiens, Quo exemplo monemur, res criminales, earumue definitiones non properandas, ſiquidem vt ait Satyricus.

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

Sub finem Februarij, turmæ aliquot equitum fœderatis militantium, per agrum Iuliacenſem & Diœceſim Coloniēſem, Hanxelerio quodam ductore, Baſſenhemium Valpotiorum in agro Treuirenſi arcem, magno conatu oppugnaturæ venerant: at cùm & arcem apertam, & omni commeatu eſculentorum & poculentorum vacuam reperiſſent, ad inſtar coruorum famelicorum deluſi, miſeros
C agricolas in via miſerè exceperunt pecuniamque ab eis extorſerunt. *Excurſiones Geuſiorum.*

Quum vero ijdem Geuſij per agrum Iuliacenſem, & Diœceſim Colonienſem vagantes, multa paſſim damna darent, & viatores ſpoliarent, agricolæ & ruſtici homines circa Harſam & vicinos pagos coitione facta, aliquot trucidarunt reliqui ſeſe in fugam coniecerunt. *Ruſtici prædones cedunt.*

Ex ijs trecenti in agrum Luxemburgenſem excurrentes, Mommedium oppidum, vbi nundinæ agitabantur, improuiſo aduētu oppreſſerunt, & à ciuibus non exiguam pecuniæ ſummam corraſerunt. Quum vero ijdem, traiecto ſupra Coloniam Rheno, Tuitium aliquot præmiſiſſent, qui hoſpitij loca deſignarent, Tuitienſes tot iniuriarū
D & damnorum memores, magno animo intromittere eos & recipere recuſarunt, omnibus ad defenſionem, ſi vim illi facere vellent, diligenter præparatis. *Geuſij à Tuitienſibus arcentur.*

Martij 25. excedit vita Gerardus Voſſius Haſſelenſis, de quo ante pauca, eius encomium ex eius tumulo in Seminario Leodienſi appenſo cognoſcitur, quod ſic habet.

Ad Dei Opt. Max. gloriam.

AD honorem Reuerendi admodū eximijq; Domini Gerardi Voſſij à Berchloon artiū & S.T. Doctoris Prothonotarij Apoſtolici, inſignisq; Tongrēſis Eccleſiæ Præpoſiti, qui Sanctorū Patrū Ephrē, Siri,

Gregorij Thaumaturgi, nec non Papæ Leonis magni, alijſq. Eccleſiæ antiquitatum monumentis illuſtratis, recognitis, & in lucem editis. Obijt Leodij menſis Martij die vigeſima quinta. Hermannus Voſsius Conſul Haſſelenſis germanus frater, eiuſdem ex teſtamento hæres, mæſtus poſuit. A

Mors Ducis Iuliæ ſine liberis belli occaſionē præbet.

Eodem die Illuſtriſſimus Princeps Ioannes Guilhelmus Dux Iuliaci, Cliuiæ, & Montium, Comes Marchiæ & Rauensburgi, Dominus de Raueſteyn, &c. diem clauſit extremum, nullis liberis relictis. Quamobrem de ipſius ſucceſſione contendunt Duces Brandeburgicus & Neoburgicus, magno ſubditorum vicinorumque metu ac malo. Interim Cæſar qui eorum cauſam coram ſe tanquam ſeniore directo & ſupremo feudorum Domino, poſitis armis agi volebat, Sereniſſimum Archiducem Leopoldum Argentoratenſem & Paſſauiēn. Præſulem ſequeſtrū Iuliacū legat. Is Hartgero Henoto I. V. Doctore Colonienſi Canonico paucisque comitatus ſub ficta aliena perſona arcem ingreditur, cõpertoque Domini de Ruſſemburch arcis præfecti erga S. Maieſtatem animo, ſe quis ſit aperit, & locum Cæſaris nomine occupat. B

Induciæ duodecim annorū inter Archiduces & fœderatos.

Rurſus inter Archiduces & fœderatos de pace actum fuit, tandemque poſt multos tractatus vltro citroq; habitos induciæ in duodecim annos factæ & cõcluſæ, & quarta decima Aprilis Antuerpiæ publicæ preconis voce, cum tubarum clangore promulgatæ ſunt, 33. articulis comprehenſæ, quorum ſumma eſt; vt intra duodecim annorum tempus ab omni vi vtrinque abſtineatur; ſubditis ab vtraque parte liberum ſit mutua commercia exercere; regiones alterius imperio ſubiectas adire, in ijs cõmorari, ad eas domicilium rurſus transferre, & bonis ſuis cuilibet ſine vllo impedimento vti frui. Quâ publicatione factâ, non Antuerpiæ tantum, ſed toto Belgio maxima paſſim lætitiæ ſigna exhibita, menſæ epulæq; inſtructæ & genialiter cõuiuia celebrata, in quibus Hiſpaniarum, Franciæ & magnæ Britanniæ Regum, Archiducum & Comitis Mauritij, pro cuiuſque deuotione & affectu ſalus propinata fuit. Induciarum harum Chronicon quidam hoc ſcripſit. C

BeLgIa dIV dIſCors fVIt eXItIaLIbVs arMIs:
NVnC eXpers LVCtVs fœdera paCIs habet. D

Vigeſima quinta Aprilis vita fungitur Guilhelmus ex Comitibus à Bergis, ex Canonico & Decano Leodienſi primum Epiſcopus Antuerpienſis, inde Archiepiſcopus Cameracenſis generoſiſſimi & mitiſſimi viri ingenij, qui pijs legatis Eccleſiam Leodienſem, Antuerpienſem, Cameracenſem & ſeminaria, imprimis Leodienſe promouere & augere ſtuduit. Cui meritiſſimo hoc aſcriptum Epitaphium;

Illuſtriſſi-

Digitized by Google

A *Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Archiepiſcopus & Dux Cameracenſis, Comes Cameraceſij, Sacri Imperij Princeps, Guilhelmus à Bergis.*

AVito apud Brabantos
Baronum à Grinberghen ſtemmate
Prima lanugine,
Grudiorum Academiam excolit:
Poſt Dolanam Burgundicam,
B *Inde Latias Paduam & Bononiam,*
Demum in vrbe,
Ad publica ſapientiæ pulpita
Doctoralem legum Corollam emeritus,
In Gregorij XIII. Pontif. Max:
Familiam adciſcitur:
Dein Leodium:
Ad Gerardum Groesbekium
Cardinalitia defert inſignia:
Legatione belle perfunctus,
C *In æde D. Lamberti Canonicus*
Et mox Decanus pronunciatur.
In Patriam redux
A Sereniſſ. Alberto Duce Auſtriæ
Primum Antuerpienſi infula
Anno M. D.C. I.
Adornatur.
Gregis ductandi vigilantia
Pietate & vitæ ſanctimonia
Morum comitate & modeſtia
D *Viuentium terram beatus poſſidet:*
Anno ſalutis humanæ M. DC. IX.
Aetatis LVII.
Pallij IX.
Aprilis die XXV.

Menſe Iunio Archiduces & Hollandi eorumque fœderati ſocij militem exauctorare & militiâ ſoluere cœperunt. Quo vero ruſticorum ſecuritati proſpiceretur, publico edicto armorum eis vſus per-

 miſſus.

Digitized by Google

miſſus eſt, & ad ſui defenſionem paratos eſſe iuſſi ſunt, conſtituto etiam in prædonum & militum dimiſſorum capita pretio. Quin etiã Hiſpani & Itali milites, ne ruſticis quoque grauiores eſſent, per arces & præſidia diſtributi ſunt, & in eorum commoditatem, quibuſdam in locis, vt in arcibus Antuerpienſi & Gandauenſi, oppidoque Traiectenſi &c. domicilia extructa. A

Nouembris die tertio (qui ſacer eſt diuo Huberto primariæ huius Eccleſiæ fundatori, patrono & tutelari noſtro) Pontifex maximus Paulus quintus Ignatium Loyolam Societatis Ieſu parentem, vitæ integritate conſpicuum, innocentia & miraculis iam clarum beatum more ſolemni pronunciat, & inter beatos referendum, auctoritate Apoſtolica qua fungitur, mandat. B

1610. Curſu huius anni 1610. ineunte, ratione pacis illius temporariæ per Belgium promulgatæ, cœperunt ex Antuerpia alijſque ex locis Archiducibus ſubiectis nonulli ad hæreticorũ conciones ſub commerciorum prætextu diffluere, viciſſimque ex fœderatis prouincijs ad noſtras partes venire, de religione diſputare, cantiunculas canere, atque etiam auribus inſuſurrare, libros falſa doctrina infectos ſubmittere; quibus Archiduces, diuerſis ſancitis cõſtitutionibus, opportuna remedia adhibuêre, mandato ſubditis dato, ne in prouincijs vel extra quidquam in ſcandalum offenſionemuè orthodoxæ religionis verbo factouè committant; exteris vero aduentantibus, vt legibus Magiſtratus tam Eccleſiaſtici quam ſæcularis pareant, ſub pacis & publicæ tranquillitatis violatæ pœna: Libri verò vel chartæ alijs in locis extra Iuriſdictionem excuſæ, mox vt aduerterint, altero ſaltem die Magiſtratui loci denunciẽtur, exhibito illorum indice, qui deinde aſſumptis parocho aut alijs Eccleſiaſticis in eam rem deputatis, illas perluſtrent, & ſi quid prohibitum repererint in exemplum concrement; qui verò libros & chartas huiuſmodi attulerint & exhibuerint in eos animaduertatur. C

Periculum religioni orthodoxæ occaſionem induciarum.

Remediũ opportunum adhibetur ab Archiducibus.

Iam pridem anno 1559. erectum fuerat in oppido Dionantenſi Societatis Ieſu Collegium, quod anno 1573. circa Pentecoſtes feſtum, neſcio quibus ex cauſis, diſſolutum: Nouiſſimè vero proborum quorundam fidelium benignitate, accedente etiam magiſtratus oppidi (me Præſulis ſpeciali iuſſione, apud eum inſtante) fauore & ope reſtitutum fuit; & tandem hoc anno menſe Februario ſcholæ iterum apertæ fuerunt. Quod Eccleſiæ & oppido Dionantenſi fœlix fauſtumque ſit & perpetuum. D

CAPVT

Digitized by Google

A *Capta per Leopoldum arce Iuliacenſi, Rex Galliæ arma ſumit; à Franciſco Rauaillaco occiditur. Aquenſes tumultuantur: Obſidetur & deditur Iuliacum.*

CAPVT XLII.

OCcupato per Archiducem Auſtriæ Leopoldũ Cæſaris nomine Iuliaco, his pro Neoburgico, illis pro Brandeburgico arma ſumentibus; Henricus Borbonius IIII. Francorum & Nauarræ Rex (qui iam plures, non ſine multorũ Principũ Chriſtianorũ metu, B cogebat & alebat exercitus) in Electoris Brandeburgici, cui iam ante fœdere iunctus, auxiliũ accitus, arma capeſcit, eaque diſponit; non ſolùm per præfectos ſuos militiæ ſubſtitutos, ſed ipſemet venire & adeſſe corã cõſtituens. Vt autem Regina, abſente ſe, maiore potiatur auctoritate, eam ſolemni feſtiuitate ad S. Dionyſij fanum deductam maiorum more coronari iubet Maij 13. Inſequẽti verò die, poſt meridiem inter 3. & 4. horas, armamentariũ ſuum viſendi cauſâ, eſſedo delatus, apud Innocentium cœmiterium à quodam Franciſco Rauaillaco Engoliſmenſi geminato cultri verbere ictus, vno momento linguæ vſum amiſit, & vitam cum morte commutauit. *Henricus 4. Rex Galliæ Reginam coronari iubet.* *Altera die interimitur.*

Res eſt incredibilis quæ de magno illo Rege, tũ Catholicorũ tum Hæreticorũ fuerint iudicia, quæ præſtat ſilere, eiq; cuius *iudicia abyſ-* C *ſus multa* relinquere. Hoc mirabile, eius mortem per octiduũ & amplius antequã necaretur paſſim palamq; euulgatã fuiſſe. Venit è Gallia Leodium vir incognitus nuncij habitũ gerens, qui nonnullis, & inter alios D. Nicolao Muno Eccleſiæ ad S. Petri Decano, Regem Francorum occiſum, eiuſq; rei triſte Nuncium ſe mandato procerũ Francorum ad Germaniæ Principes deferre enarrat: Cum Regem poſt nõnullos dies demum trucidatũ fuiſſe certò cognitum & compertum fuit. Sed & huiuſmodi nuncios varijs in Prouincijs eodem tempore viſos & auditos fuiſſe conſtans fama fuit. *Pſal 35.* *Varia de morte Regis iudicia.*

Regem die mane à filio Duce Vindocinenſi monitum ferunt, vt eo die, qui necis fuit, ſibi caueret; Siquidem indicatum periculum eo die vitæ ſuæ imminere. Cui Rex auſterũ intuens; Quis hoc (inquit) tibi D indicauit? filio reſpondente, Broſſium Aſtrologũ: Rex ſubiecit, Broſſius ſenem, tu iuuenem ſtultum agis: Ne tu cuiquam ex hoc hominũ genere fidem adhibe. Pro certo quidam prodiderũt Reginam paucis ante cædem diebus lateri Regis incubantem triſte ac terribile ſomnium vidiſſe, eoque territam exſilijſſe. *Mors Regis Francorũ multis pranunciata.*

Poſtridie necis, Regni adminiſtratio Reginæ filij minorẽnis noĩe datur. Rauaillacus multis duriſq; quęſtionibus & cruciatibus preſſus & de ſocijs interrogatus, neminẽ præter ſe ſceleris patrati accuſat. 16. Maij, læſæ Maieſt. reus dãnatus, equiſq; admiſſis, in partes diſtrahitur. *Succeſſio Regñ Franciæ.*

Corpus

Digitized by Google

Corpus & cadauer Regium Calendis Iulij in S. Dionyſio defertur, cui ſuccedit filius Ludouicus xiij. annos natus 9. A

Quantæ vero fuerint defuncti Regis vires, quantumque ærarium, quāq; nō immeritò cæteris Principibus timēdus, prodidit non multo poſt Dominus de Rony ærarij Regis præfectus, qui defunctus hoc officio & munere Reginæ mandato, publico ſcripto, & dolorem animi ſui & eximia erga Regiam coronam merita conteſtatus eſt. Inter alia ait, duodecim proximis annis, præter infinitos ſumptus in Parlamenta, milites, præſidia, legatos, aulam Regis, itinera, dotes, donaria, & mille alia eiuſmodi factos, non computatis ſatellitiorum ſtipendijs, citra vllam etiam tributorum vel indictionum auctionem, immò cum earundem imminutione, ſingulis annis octo auri milliones ſua induſtria congeſtos fuiſſe: à ſe in triplicem expeditionem, quarum primâ Ambianenſis vrbs recuperata, alterâ Britannia ad obedientiam reducta, tertiâ Breſſana regio Sabaudiæ domita fuerit, extraordinariè decem auri miliones erogatos: ad debita in Francia exſoluenda, vigintiquinque milliones: Ad debita in Heluetia, Germania, Italia & Anglia, triginta milliones: In ſtipendiorum ſolutionem tam in Regno quam extra Regnum, vigintiquatuor milliones: In exterarum munitionū ſubſidia & auxilia, octo milliones: In apparatus bellicos; arcium, viarum, & aliorum ædificiorum reſtaurationem, octo milliones: In miſerorum ſubleuationem, ſex milliones: In Baſtilicam à ſe illatos milliones ſeptemdecim: In Dominia & Regium patrimoniū oneribus exſoluendū ad quadraginta milliones & quòd excurrit. Hæc quidem ille; quæ vt ſumma cum admiratione legi, ita lectori non minus grata fore duxi: è quibus ſane Francici Regni vires, potentia, facultates & firmamenta conſiderari & æſtimari haud difficulter poſſint. Tandem officio ſuo motus, & Baſtiliano carcere ſolutus, verſibus ſequentibus valedicit, quos placuit hic inſerere. B C

Stupēdæ Regni Francici opes.

O domus! ô mihi bis ſenis Rex amplius annis
Cuſtodi regnata! o inuidioſa Monetæ
Templa valete Deæ! pertæſum mittite rerum,
Et me priuatæ ſecurum reddite vitæ.
Ille ego ſum qui Regis opes Regniq́; capaci D
Pectore complexus, tenui cui publica ſenſu
Aucta nouo, certum debet cui forma tenorem
Hactenus & iuſtis conſtans rationibus arca
Infantis Domini. Curiæ ſolertis honores
Præmiaq́; ampla tuli, ſub Rege potentia magno
Magna mihi creuit, ſimul hæc labefacta cruento
Illius occaſu cecidit, meaq́; omnis eodem

Inuidia

Digitized by Google

A *Inuidia extincta eſt fato, qua ſæpè minati*
Exitium mihi non pauci, dum publica ſector
Commoda, & vnius Domini moror vnus amorem,
Securus procerum, & popularis neſcius auræ,
Propoſitiq́; tenax, tandem mala cura faceſſe;
Iam mihi ſtat nauem tuto ſubducere portu,
Publica res, quid profuerim, mage forte carendo
Agnoſcet, populiq́; ſcient: tum gratia ſera
Atq́; odio ſuccedet amor; ſed gloria tanti
Non mihi ſit, fatis patria quæſita malignis.
B *Di facite, vt Regni conſtet fortuna, labare*
Non illam videam, non me deſideret illa.

Cum ſuperioribus annis Aquenſibus decreto Cæſareo vnicũ Religionis Catholicæ exercitiũ fuiſſet imperatum; Senatus contra tranſgreſſores per mulctas primùm leuiores & monitorias, tandẽ per capturam & proſcriptionem proceſſit. Verùm ciues quidã male feriati & alterius religionis, die Iulij quinto, ſeſe ad ducentos & amplius apud domũ ciuicam cõglomerantes, quinque proteſtantes captiuos ſolui carceribus magnâ audaciâ & efferâ temeritate, poſtulant; & licet Conſulũ alter corã, animos eorũ gratioſè demulcere, & in ſequẽtem C diem, quo Magiſtratũ conuocaret, remorari conaretur; Ipſi tamen magis magiſq́; concitati clamare & proquiritari contra, & Curiã ſibi aperiri poſtulare. Quocirca Conſul, vir prouectâ ætate, ferè animi deliquium paſſus, domũ reductus eſt, ipſi vero magis tumultuantes, ad arma proſiliunt, campanâ publicâ populum conuocant, *ſæuitq́; animis ignobile vulgus*. Accurrit in Curiam Berchemius Conſulum alter cum Ciuitatis Syndico, monet, rogat, hortatur, obſecrat & obteſtatur, vt arma deponant, & Senatus, ad quem res ſpectat, decretum ſuper petita captiuorum relaxatione expectent. Verumenim cùm nec hoc modo alijſue vllis rationibus proficeret, grauiora metuens captiuos carceribus ſolui permiſit: Sed neque his ſatiati portarum claues vſurpant, & altero die, quartâ horâ matutinâ in Collegiũ Patrũ Societatis D Ieſu ſæuiunt, fores perrumpũt, vnum grauiter ſauciant, alios plateatim extrahunt. Hunc Antichriſtum, alium Leopoldũ, iſtum Cæſarem ſeu fecialem Cæſareũ, in contumeliã, vocant; & ita in Curiam pertrahunt cum iniurioſis exprobrationibus; ijs placidè amicèque reſpondentibus colaphos impingũt, mortem minantur, in Collegio patrum eandem inſaniam cõtinuantes, ſacellum impetunt, ſacras imagines deijciunt, perfringunt, veſtes ſacerdotales profanant, Bibliothecam dilacerant, deniq; nullum non genus iniuriæ exercent. Nec hoc ſatis; ſedato nonnihil illo primo tumultuoſo & furioſo impetu, patres proſcribi, & publicum aſſertæ religionis ſuæ exercitium, magiſtratuſque electionem ſibi permitti volunt, eoque fini Magiſtratũ

Inſolens tumultus Aquenſium.

Quoſdam proteſtantes captiuos liberari petunt.

Magiſtratuũ claues portarũ eripiunt.

Sæuiũt in Collegium Patrũ Societatis Ieſu.

Magiſtratus electionem ſibi vſurpare.

Domos in quibus exercitia ſua ante facere ſolent inuadunt.

armata manu officio deturbant, domos, in quibus ante Cæſaris ſententiam damnata exercitia ſua facere conſueuerant, iterum inuadũt & occupant. Deniq; totius Reipub. gubernacula ſibi aſſumũt. Quanquam autem Erneſtus, alijque vicini Electores atque Principes pacis publicæ ſtudio eos ad ſaniorem mẽtem hortarẽtur, ipſi nihiloſecius, quo cœpta per vim conſilia pariter proſequantur, militem in vrbem introducunt, & ex Ciuitatis reditibus ſtipendia illis diſtribuunt. A

Et quanquam Brandemburgici animos deijcere viderentur, ſublatâ auxiliorum, quæ Galliæ Rex adducturus fuiſſet, ſpe & expectatione, nihilominus eo necato aliquot millium ſubſidium obtinuerunt, ad quos etiam ingentem exercitum Mauritius Comes Naſſouius ſacramento Ordinum fœderatorum ſolatus menſe Iulio adduxit, & communicato cõſilio, 27 eiuſdem die, Iuliacum corona circumdedit, ſpatio amplo paludum militumque præſidijs & annona munitum. B

Obſidio & deditio oppidi & arcis Iuliacenſis.

Occupabant oppidum frequentes copiæ quas Leopoldus Archidux eo miſerat, hoſtemque crebris tormentorum ictibus excipiebãt, ductis extra muros immenſi operis loricis, intra quas ſe occulerent. Sed hinc Anhaltinus hinc Mauritius quidquid virium erat, operi inſiſtere iuſſit, & nunc vada cæſis arboribus complanari, nunc aggeres erigi, nunc aditus præcludi. Et licet prealtæ foſſæ & exundantia ſtagna tranſitum difficilem redderent, aſſiduo tamen labore obſidentiũ ſuperantur, & vrbs in poteſtatem venit: Arx vero non niſi poſt longam obſidionem, cùm nulla ſubſidia fortiſſimis viris, qui eam magna animoſitate propugnabant, mitterentur. C

Cõuentus de Iuliaco iure tractatur Coloniæ.

Poſtea Conuentus Coloniæ celebratur, vbi dum de ſucceſſionis iure & publica tranquillitate multa in medium conſuluntur; arma vtrinque depoſita, & delecti iudices, qui rationum vltro citroque pondera librarent, & diſſidentes partes conciliarent.

Canoniſatio Borrhomei

Kalendis Nouembris Carolus Borrhomæus Cardinalis S. Praxedis Archiepiſcopus Mediolanus, hiſce turbidis temporibus lumen Eccleſiæ ſingulare, Romæ à Summo Pontifice ſecundùm Eccleſiæ ritum & ſolemnes cæremonias numero Sanctorum aſcribitur. De cuius vita pauca recenſebo. Victus ei diu ex pane & aqua fuit, cubile tabulatum ligneum paleis ſtratum aut ſtramine; veſtis interior ciliciũ; menſa inſtructa fictilibus & vitro, ſomnus parcus ad modicas horas, doctrinam Chriſtianam ſæpè ter quaterque dietim populo prædicabat; viſitatores & cenſores ſeu vicarios ad ſexaginta habebat Eccleſiarum, parochiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, ſodalitatum pauperum, & tribunal rerum forenſium, à quibus rationem ſtatis anni temporibus excepiſſe non contentus, præſens etiam ipſe omnia ſollicitius perquirebat, reformabat, decernabat; & porrò Diœceſes ſuffraganeas ſingulas: familia, ei, vt numeroſiſſima, ita occupatiſſima erat, otio à quouis longè ablegato: peſte graſſante, præſens ipſe decũbentibus aderat, aulea ad pauperum inopiam ſubleuandam diuendebat. D

Eius vitæ ſuccincta deſcriptio.

Digitized by Google

debat. Biblia ſacra vir Dei profundo ſilentio frequenter legebat;
A tantiſper ad Dei in ijs loquentis reuerentiã in genua curuatus. Scripſit plurimas lucubrationes necdum editas; Synodos prouinciales quinque coëgit, quibus ad reformationem Chriſtianæ religionis plurima præclarè ſanciuit.

Per flagrans odium aliquando à ſceleſto homine reformationem indignè ferente, plumbeo globo ex tormento igneo petitus, dum in precatione defixus eſſet, fidei plenitudine immotus perſiſtens, non antè ſurrexit, quam ſolitas preces abſoluiſſet: ac globus (licet penetrata veſte tergo liuidam impreſſiſſet notam, quam poſt eius mortem ſui demum deprehenderunt) ipſum minimè læſit, quod ſcuto cæleſti
B munitus à Deo eſſet: cùm enim ſe recepiſſet in cubiculum ſoluta decuſſaque veſte, globum in terram excuſſit. Orationem & diuinas cõtemplationes poſtremis annis in horas ſenas producere ſolitus, cùm Eccleſiæ ſuæ præeſſet annum vigeſimum quintum, obdormiuit in Domino, anno 1584. ætatis quadrageſimo octauo. Eius vita & carmine & ſolutâ oratione verè & copioſè ſcripta, hodie in multorum manibus verſatur.

Plumbeo globo ex tormẽto igneo petitus non læditur.

Erneſtus vltimùm Comitia celebrat: Liberalitas Leodienſium erga illum: Cauet Patriæ ab hæreticis præſertim Aquenſibus, & placidè in Domino moritur.

C

CAPVT XLIII.

ANno 1611. die Maij 26. Præſul & Princeps vltimùm ſuos cogit Ordines, apud quos vehementius inſtat, vt tandem de medijs oportunis, & æqualitate inter ſeſe in ijs inueniendis ſeruanda, conueniat: quibus tandem patria hiſce calamitoſiſſimis temporibus plurimum obærata liberaretur, præſertim quod propoſita hactenus media & nouiſſime in Dieta Hoyenſi, fuerunt partim impedita & remorata, partim minus ſufficientia. Dein articulos Iuriſdictionales
D controuerſos examinari & tandem decidi curent. Ad quæ Ordines, propenſum in Principem animum teſtantes, reſpondent ſe omnis æris alieni tam publici quam priuati diſſolutionem in ſe recipere, peculio & cenſu caminorum à nouo conſtituto, vnde centum quinquaginta florenorum millia, eoque amplius, ſi opus fuerit, in contractæ obligationis liberationem; & alia quinquaginta duo millia in ſubuentionem ſumptuum Diætæ Electoralis & Imperialis per Præſulem obeundæ, quampromptiſſimè deſumantur: Et quod ad articulos Iuriſdictionales controuerſos attinet, offerunt media præſtare in eam rem deputandis, qui eos examinent, examinatos & cognitos referant.

1611.

Comitia Patriæ & quæ in eis acta.

Menſe Septembri Electorum conuentus Norimbergæ habitus; quò etiam alij Principes, Ciuitates & Status Imperij, partim ipſi profecti ſunt, partim ſuos legatos miſerunt. Prima ibi controuerſia de Electorali adminiſtratione inter Ioannem Biſontinum & Philippum Ludouicum Neoburgicum tractata fuit, tandem tamen Bipontinus, ſaluo iure Palatini Neoburgici ad Seſſionem Electoralem admiſſus. Magnis inde ſtudijs de Rege Romanorum creãdo, aut ſucceſſore Cæſari deſignando actum fuit; Ita tamen vt abſque eius conſenſu nihil ſe facturos reciperent. Indicta deinde ſunt in ſequentem annum Francofurti Comitia. A

Ratione hæreticorum Aquiſgrano Leodium metu Cæſaris confugientium, Erneſtus cautionem ſuis Leodienſibus, hoc eodem menſe, edicto adhibuit, cuius tenor ſequitur. B

Erneſtus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Colonienſis S. R. Imperij per Italiam Archicancellarius & Princeps Elector, Adminiſtrator Monaſterienſis, Hildeſhemenſis, Friſingenſis & Stabulenſis. Comes Palatinus Rheni, Dux vtriuſque Bauariæ, VVeſtphaliæ, Angariæ & Bullonen. Marchio Franchimontenſis, Comes Loſſenſis, Longienſis, Hornenſis, &c.

Vniuerſis & ſingulis Paſtoribus, Vicepaſtoribus & alijs curam animarum exercentibus Diœceſis noſtræ Leodienſis, C

Salutem in Domino.

CVm proprium Paſtoris officium ſit non ſolum ouibus ſuis alimẽta præbere, ſed & gregem à lupis diligenter vindicare, noſq; magno dolore noſtro animaduertamus iniurijs temporum præſentiũ, & maximè inteſtinis vicinorũ quorundam locorum, etiam ſuper religione diſſidijs euenire non raro, vt exteri, ſe ad Ciuitatem & oppida aliaue loca Patriæ & Diœceſis noſtræ Leodienſis recipiant, de quibus meritò verendum ſit ne ſub pelle ouium quam geſtant, intus ſint lupi rapaces, qui gregi Dominico inſidiẽtur, oueſq; curæ noſtræ cõmiſſas deuorent: Volentes proinde de oportuno remedio quantum in nobis eſt prouidere, vobis vniuerſis & ſingulis, ſeu veſtrum cuilibet diſtrictè præcipiendo mandandum duximus, pro vt ſerio & peremptoriè mandamus per præſentes, ſub interminatione diuini iudicij & pœna arbitraria, quatenus exteros quoſcumq; qui ad diſtrictum parochiarum veſtrarum venerint ac vltra tres dies in eodem hæſerint diligenter & fideliter attendatis in eorum vitam ac mores, nec non locum habitationis, vnde venerint aut quo vadant inquiratis, nobiſq; ſeu noſtro D

in

Digitized by Google

in Spiritualibus vicario nomina eorum & cognomina, cum pertinẽti
A *inquiſitionis huiuſmodi ſerie toties quoties id acciderit intra alios tres dies ſcriptis literis referatis. Et vt in informatione huiuſmodi nullã patiamini remoram aut impedimentũ, vniuerſis & ſingulis parochianis veſtris nobis ſubditis exterorũ huiuſmodi receptatoribus, ſeu fautoribus, ſub conſimili interminatione, & pœna excommunicationis, aliaſq. ea qua venerint exteri ipſi coercendi, mandamus, quatenus ſimulatq. de aduentu huiuſmodi exterorum notitiam habuerint eorundem aduentum nominaq. & cognomina, ad vos referant, & ſi à vobis fuerint ſuper informatione huiuſmodi facienda requiſiti,*
B *ſynceram rei veritatem vobis ſub ſuo fideli iuramento explicent & aperiant. Volumus autem ne quiſquam præſentis noſtri mãdati ignorantiam poſſit prætexere, illud publicis per oppida noſtra Leodienſia valuis affigi & per vos proxima Dominica populo ad diuina congregato, ſub ſacrum Miſſæ officiũ, publicari. In quorũ fidem præſentes fieri & ſigillo noſtro muniri, nec non per Vicarium noſtrum in Spiritualibus generalem ſubſcribi mãdauimus. Datum in Ciuitate noſtra Leodienſi, Anno Domini 1611. menſis Septembris die 22.*

Dum hæc ſcribo R. P. Ioannes à Glano Leodius Ordinis Eremitarum B. Auguſtini S. T. D. Pariſienſis, ſecundùm Exprouincialis, vir ſane apud poſteros memorandus, in quo cùm modeſtiam animi, tum
C omnigenam doctrinam pariter admiramur, aduerſa & graui iampridem affectus valetudine, dicitur diem clauſiſſe extremum, magno omnium ſui relicto deſiderio. Scripſit plura tum latino tum gallico ſermone, in quibus pereminent Cõmentarij in Pentateuchũ Moyſis, in Exodum & libros Regum, quos vſque ad mortem ſubpreſſit, vt verè & ingenuè quidam de eo ſcripſerit;

Continet inuitam tua Glane modeſtia linguam,
Plus tamen interdum qui tacet inſinuat.

Ianuarij 10. Anno 1612. Rudolphus eius nominis ſecundus Imperator, poſtquam vixiſſet annos nouem & quinquaginta, menſes ſex, exceſſit è vita. Mathias Hungariæ & Bohemiæ Rex, Dux Auſtriæ, &c. *Succeſſio Imperatorum.*
D Conſentientibus Electorum ſuffragijs, in Comitijs Francofurti celebratis, ad Imperatorium faſtigium 13 Iunij, euehitur.

Vitâ defuncto Rudolpho, non lõgo interuallo Præſul Erneſtus viã vniuerſæ carnis ingreſſus, è vita exceſſit, annos natus duos & 60. Vt primũ in morbũ incidit, & vis morbi magis magiſq; ingraueſcit, dolores quibus agitabatur forti animo ſuſtinẽs, nõ alia verba aut geſtus dedit, quam facere ſolent, qui humanæ conditionis conſcij ſe à Deo miſericordiarum patre, tanquam filios chariſſimos viſitari & flagellari agnoſcunt. Quamobrem diuinæ voluntati ſeſe accommodans,

Digitized by Google

ſeceſſum, reiectis & abdicatis à ſe publicis curis, omnique aulico ſtrepitu, quæſiuit; totuſque Deo fixus, frequentes ex imo pectore lachrimas gemituſque edidit, totius anteactæ vitæ peccata inſigni animi pœnitudine Sacerdoti confeſſus fuit. Demùm ſacra corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti hoſtia, magna fide & pia religione, refectus, ingeminatis frequenter vocibus *Ieſu fili Dauid miſerere mei*, placidè ac pie in Chriſto obdormiuit, menſis Februarij die 17. mane inter primam & ſecundam horas, in Weſtphalia arce Arnsburgenſi, poſtquã onera Epiſcopatuum quinque Friſingenſis, Hildesheimenſis, Leodienſis, Colonienſis, & poſtremùm Monaſterienſis, laudabiliter ſuſtinuiſſet: Præſul & Princeps verè magnus, prudentia vix cuiquam ſuæ ætatis Principi comparandus. Qua ratione & Pontifices maximi eius opera in diſſidijs Germanicis, Belgicis, & alijs componẽdis libenter frequenterque vſi. Rudolphus etiam Imperator, alijque Principes Electores in negotijs rebuſque Imperij adhibuerunt, vſque adeo, vt niſi explorata eius ſeu per literas ſeu per legatos ſententia, nihil ferè magni negotij vnquam ſtatuerint.

Marc. 10

Luxit eius obitum orbis Chriſtianus: Luxerũt Eccleſiæ Germaniæ paſtore orbatæ, qui ſe ſuaque omnia pro earum incolumitate contra luporum & hæreticorum rabiem frequenter impendit: Luxit & Eccleſia Leodienſis, quæ ſub alis eius defenſa, bellis ciuilibus quamuis in circuitu deſæuientibus, hæreticiſque frementibus, hucuſque illæſa integraque permanſit.

Ad Ieſum Saluatorem pro pijs Sereniſſimi Principis Erneſti manibus Societatis Ieſu votum.

CAPVT XLIIII.

Benigne Ieſu, ſola ſpes mortalium,
Vindex malorum, verèq́, aſſertor tuis,
En ille quondam magnus & potens diu,
Erneſtus, alti conſili Princeps catus,
Vitæ relicto hoc æquore, ad plures ijt;
Omnes in vno te ſpei ſummas locans
Votis benignus animus clientium
Quibus ille largus nomen ob tuum fuit.
Teſtes Monaſteri, Hildeſij, Leodij, vbi
Quotquot morantur, noſq́, cum primis ſumus,
Si labe nondum purus & nitens abit,
Si quid piandum reſtat, en myſtæ tui,
Te deprecantur, hoſtias tibi ferent,

Quacunq́

A *Quacumq́ terras ſol cadens orienſq́ adit,*
Vt expiatus inſerat Cælo caput:
Erneſtus ille corculum prudentiæ,
Erneſtus ille clarus in vita & nece.

Succedit Erneſto in Epiſcopatum & Principatum Leodienſem Sereniſſimus & Illuſtriſſimus Ferdinandus ex fratre germano nepos, iampridem eius Coadiutor, qui morte patrui inauditâ, Martij 16. Leodium centum ſexaginta equitibus comitatus venit, poſtridie Epiſcopus renunciatus, & Ianuarij 27. anni ſequentis inauguratus. Cuius virtutes magis magiſque ſuſpiciens Legia, Præſulis Erneſti orbitatem
B minus fert moleſtius.

Conſolatio ad Legiam de obitu Principis Erneſti Epiſcopi Leodienſis Nicaſi Baxi Auguſtiniani.

VIſa diu fœlix Erneſto Principe ſaluo
Legia, iam vulnus nominis huius habes.
Iam trahis Erneſti grauitèr ſuſpiria fato,
Nec tibi, quæ nuper lux erat vrbis adeſt.
Iam legis exequias, oculiſq́ rigantibus ora
Ingeminas, qualis quantus & ille fuit.
Et quiſquam poterit lachrymis imponere legem?
C *Et quiſquam planctus temperet ore tuos?*
Hei mihi! quam magnum eſt tam cari Principis ora
Non aſpecturis fortia verba loqui:
Scilicet haud modicum te læſit Legia fulmen:
Orbis erit mæſtus mæſtibus ipſe tuis.
Occidit exemplum, Princeps, venerabile morum;
Maximus ingenio, maximus eloquio.
Occidit hæreticos Alcides fortis in hoſtes;
Occidit antiquæ Relligionis honos;
D *Cuius ab ore graui fluxerunt aurea Suadæ*
Licia, defixos ducere nata viros,
In quem Mercurius ſua diuite munera cornu
Sparſit, & Imperio par cui forma fuit.
Cui citius verbo, quam quiſquam vicerit armis,
Et nutu tantum ciuica bella tulit.
Res & Eburonum quo manſit ſoſpite ſoſpes.
Et toto cælum ſuſtulit orbe caput.
Eheu! quam tenui dependent inclita filo,
Quamq́ graui lapſu culmina ſumma ruunt!

Parce

Digitized by Google

Parce tamen lacrumis, quamuis lacrumabile funus, A
Nonnihil & ſparſas Legia tolle comas:
Erneſtumq́; tuum mæſta tibi dicere crede;
Non omnis mecum cura ſepulta fuit:
Mitte graues queſtus, mea Legia, meq́; vel ipſum
Poſt cineres magnâ parte rediſſe puta.
Sat meus iſte nepos patrua ſpectabilis arte,
Mole vel vt tantâ non oneretur habet.
Hic Erneſtus erit, facundaq́; Principis ora,
Pectora cumq́; voles hic tibi primus erit.
Et ſi fata volent (procul hinc, procul improbe liuor) B
Maior erit factis, nomine maior erit.
Vtq́; ego, viuet adhuc meritis à morte ſuperſtes,
Et Ferdinandum gloria Virgo feret,
Quà Titan oritur, qua pronus vergit in vndas,
Vnde fugit, medium qua vehit axe diem.

Hic finem ſcribendi facio: quādoquidem Sereniſs. Princeps Ferdinandus modo ſupereſt (diu autem ſit ſuperſtes oro) vereor ne in illud Sapientis impingam; *Ne laudes hominem in vita ſua*. Eâ enim, quæ quotidie admirabili labore & vigilantia pro Eccleſijs Prouincijſque ſibi cōcreditis gerit, eiuſmodi ſunt, vt à nemine ſine ampla laudū eius prædicatione ſcribi queant: & præſtare iudicaui tacere, quā de tanto Principe pauca dicere: ſequētur me viri pietate, eruditione, eloquentiaq; præſtātes, qui ea pro dignitate, ſine inuidia, iuſto opere, ſtyloq; altiore (ita opto) deſcribēt, & in oēm poſteritatis memoriā trāſmittēt. C

Eccl. 11.

FINIS.



CHRONOLOGIA TERTII TOMI HISTORIÆ LEODIENSIS.

Auctore Ioanne Chapeauillo Canonico Leodienſi.

AMice Lector, expectaui vt ſicut ſuperiorum Tomorum ita & huius Chronologiam ſcriberet Reuer. in Christo Pater Bucerius, meque hoc onere leuaret; ſed cùm longius hinc & ad maiora à Superioribus euocatus, pluſquã prælũ pateretur, tardaret, ne volumẽ hoc postremũ veluti mutilũ in lucem prodiret, ſuffuratis aliquot antelucanis lucubrationibus tabulam Chronologicam, eiuſdem Bucerij exemplo, ijſdem quibus ille notis & characteribus ad maiorem temporum certitudinem, pro virili mea, quantum per temporis angustias & officij mei occupationes licuit, delineaui. Quod vel eo nomine boni conſule, ac ſi vſpiam in ſalebris, quas in vltima annorum centuria non paucas reperi, hallucinatus ſum, ignoſce. Siquidem non ad amuſsim ſingula vidiſſe, in rebus præſertim quas adimit fugitiua obliuio, veniam habet. Vale & tui ſtudioſo bene adprecare.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1347.	4 5	1 2	20	3	*Leodienſes ab Engelberto à Marka victi pacem ineunt parum honorabilem. pag. 2. D. Raymundus Epiſcopus Morinorum Taruaniam vrbem munit contra Anglos. Meyerus. Tumultus Dionanti & Leodij excitati ſedantur per Præſulem Engelbertum. 3. c. d.*	12 G	18	15
1348.	5 6	2 3	21	4	*Caroli quarti Auſtriaci Imperium propter obſeruantiam eius & Succeſſorum erga S. Sedem vſque in hodiernum diem permanet. 6. b. Genebrardus. Chron Hirſaugenſe. Secta ſe flagellantium a Pontifice exterminatur. 5. a. Chron. Hirſaugenſe. Peſtilentia mediam hominum partem abſumit. 4. d. Genebrard.*	13 FE	19	1
1349.	6 7	3 4	22	5	*Iuo canoniſatur. Sabell. Princeps Hunbertus amiſſo filio vendit Delphinatum Regi Valeſio, ea lege, vt primogenitus Regum Galliæ vocetur Delphinus. Geneb. in vita Clementis ſexti.*	14 D	1	2
1350.	7 8	4 5	23 + 1	6	*Philippus 6. Valeſius Rex Francorum moritur 5. Calend. Septembris. Ioannes Dux Normanniæ eius filius ſuccedit & coronatur menſe Septembri die 27. 5 c. vel Octobri ſecundum Meyerum, cuius regnum multis calamitatibus nobilitatum fuit. Opmerus.*	15 C	2	3
1351.	8 9	5 6	1 2	7		16 B	3	4
1352.	9 + 1	6 7	2 3	8	*Clemens ſextus Pontifex max. moritur Iunij 28. 5. d. Platina. Succedit illi Innocentius 6. 16. Calend. Decembris. Maſſeus.*	17 AG	4	5
1353	1 2	7 8	3 4	9		18 F	5	6
1354.	2 3	8 9	4 5	10	*Balduinus Archiepiſcopus Treuerenſis obit, qui ordinarium totius anni Breuiarum emendans, in eam formam, quæ nunc eſt, reſtituit. Chron. Hirſaug. Genebrard.*	19 E	6	7
1355.	3 4	9 10	5 6	11	*Obitus Bartholi de ſaxo Ferrato Iuriſperitorum Principis. Palmer. Bellũ inter Brabantos & Flandros ratione oppidi Mechlinieñ 6. d. Meyer. Engelberti Præſulis apophtegma 7. d. Guilhelmus Bauarus pacem inter Brabantos & Flandros componit. 8 a. Meyerus. Pugna Pictauienſis inter Gallum & Anglum, Gallis peſſimè exceptis 8 b. Meyerus.*	20 D	7	8
1356.	4 5	10 11	6 7	12		21 CB	8	9

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Ciclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1357.	5 / 6	11 / 12	7 / 8	13	*Ioannes VViclefus ſeminat hæreſes per Angliam.* 14. c. *Aeneas Syluius. Hiſtor Bohemicæ. cap.* 35. *Seſſ.* 8. *Concilij Conſtantienſis damnati ſunt* 45. *articuli ex eius libris collecti, quorum nonnulli noſtra ætate recruduerunt.*	22 A	9	10
1358.	6 / 7	12 / 13	8 / 9	14	*Albertus Dux Auſtriæ Alberti* 4. *Romanorum Regis frater, obit. Ab eo Mathiæ qui hodie imperat & totius domus Auſtriacæ Genealogia cõtinuatur. Chron. Hirſaug. Albertum Ducem Auſtriæ filium reliquit, qui vniuerſitatem Viennenſem in Auſtria fundauit. Et Rudolphum qui Comitatum Tirolis Auſtriæ Ducatui coniunxit. ibid.*	23 G	10	11
1359.	7 / 8	13 / 14	9 / 10	15	*Hoc tempore, S. Brigitta Regijs natalibus ex Suedia illuſtris, ordinem Brigittarum inſtituit, miraculorum reuelationumque gratia à Chriſto caſtimoniæ amatore dotata, qui inter cætera ei apparuit recentibus plagis cruentus in hæc verba: En iterum crucior à Chriſtianis, qui me vel ſpernunt, vel amore non proſequuntur* 15 c. *Trithemius.*	24 F	11	12
1360.	8 / 9	14 / 15	10 / 11	16	*Innocentius Pontifex pacem componit inter Gallum & Anglum Reges.* 9. c *Polyd. lib.* 19 *Chron. Franc. Aemilius lib.* 9. *Franciæ Redemptionis nomine ad certum diem tricies centum millia aureorum perſoluere debet, & ea de re obſides dare, vt redeat in Franciam. Ibid.*	25 ED	12	13
1361.	9 / 10	15 / 16	11 / 12	17	*Bellum Engelberti Markani Præſulis contra D. de Alembrouk ratione Comitatus Loſſenſis* 10. 11. *Latrunculi ex Anglia exeuntes vſque ad* 40. *millia per Hiſpaniam, Galliam, indeque fines Treuirenſium diſcurrunt: Mox Alſatiam & alias Germaniæ regiones depopulantur, Chron. Hirſaug.*	26 C	13	14
1361.	10 † 1	16 / 17	12 / 13	18	*Obit Innocentius* 6, *menſe Septembri: Succedit Vrbanus* 5. *menſe Nouembri* 13 *a. Onuphrius. Genebrard. Naucl. Hic doctus & ſanctiſſimæ conuerſationis fuit Chron. Hirſaug.* *Radulphus de Riuo Decanus Tongrenſis Hiſtoricus Leodienſis huius temporis habitat in Italia* 13 *b.*	27 B	14	15
1363.	1 / 2	17 / 18	13 / 14	19 / 1 ★	*Vrbanus PP. Engelbertum Præſulem euehit ad Archiepiſcopatum Colonienſem, & Ioannem de Arkel ex Epiſcopatu Traiectenſi transfert ad Leodienſem tempore Quadrageſimæ.* 12. & 15. *Circa hunc annum inuenta ſunt tormenta bellica, bombardæ ac ſclopeti ſimul & puluis tormentarius. Opmerus.*	28 A	15	1
1364.	2 / 3	18 / 19	14 † 1	1 / 2	*Ioannes Rex Franciæ moritur die octaua Aprilis: Succedit illi Carolus V. & coronatur Remis,* 19. *Maij, in feſto Sanctiſſ. Trinitatis. Maſſæus.* *Ioannes de Arckel Præſul penultima Iulij ingreditur Leodium & inauguratur.* 15. *D.*	1 GF	16	2
1365.	3 / 4	19 / 20	1 / 2	2 / 5	*Caſtrum de Rummis ſubruitur & ſolo æquatur, Duce Brabantiæ pacem fruſtra componere ſtudente: Præfectus capite plectitur: præſidiarij octuaginta in caſtro Mohano cuſtodiæ traditi, vitam pecunia redimunt. Vxor de Rummis auditâ tantâ Caſtri & domus ſuæ clade mœrore contabeſcit.* 16. c.	2 E	17	3
1366.	4 / 5	20 / 21	2 / 3	3 / 4	*Bellum inter Gallos & Anglos renouatur, cuius culpâ non ſatis conſtat Polyd. lib.* 19. *hiſtor. Angl. Queruntur Aquitaniæ vrbes ſe nimijs vectigalibus ab Anglis premi ibid.* *Ioannes Auentinus libros annaliũm Boiorum ſcribit. Ibid.*	3 D	18	4

Anni Christ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frāc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lūæ.	Indictiones.
1367.	5 / 6	21 / 22	3 / 4	4 / 5	D. de Rummis cedit Comitatum Loſſenſem Capitulo Leodienſi quibuſdam conditionibus 17. a. Ioannes Mandeuillus Medicinæ ſcientia eminentiſſimus, peragrato ferè toto terrarum orbe, Leodij moratur & moritur; ſepultus apud VVilhelmitas prope Leodium 17 a b. Meyerus. Barlandus.	4 C	19	5
1368.	6 / 7	22 / 23	4 / 5	5 / 6	Cum quidam miles Iuliacenſis Marchionatū Franchimontenſem prædâ abductâ vaſtaſſet, Præſul magna militum manu, nullo reſiſtente, agrum Iuliacenſem ferro & flammis non parum attriuit. 17. b. Carolus V Francorum Rex iuſsit ſacra biblia fideliter verti in gallicum ſermonem, cùm VValdenſes ea pro libidine transferrent. Ioann. Tili.	5 BA	1	6
1369.	7 / 8	23 / 24	5 / 6	6 / 7	Petrus Portugaliæ Rex cognomento Iuſtitiarius, quod Iuris eſſet obſeruantiſſimus, vt litibus pabula ſubduceret, cauſidicos, procuratores, & alios forirabulas regno eiecit. Hiſt. Portugal Idem Liciam Ciuitatem condidit, cum ponte obliuionis Hiſpanienſium celeberrimo. Ibid.	6 G	2	7
1370.	8 / 9 † 1	24 / 25	6 / 7	7 / 8	Obit Vrbanus V. 19. Decemb. feria 5 17. c. Succedit menſe inſequente Ianuario Gregorius vndecimus. Onuph. Platina. Naucl. S. Anton 3. p. tit. 22. c. 1.	7 F	3	8
1371.	1	25 / 26	7 / 8	8 / 9	Bellum VVenceſlai Ducis Brabantiæ Comitis Namurcenſis & Leodienſiū, contra Duces Iuliacenſem & Geldrenſem. 18. b. c. d. Meyer. Barl. Pſeudopropheta Mahumetanus exſurgit in Aphrica. Theuet. Coſmo. Lampas ſine olei infuſione per quinque dies & noctes ardet in cripta D. Iacobi Leodien. 19 a.	8 E	4	9
1372.	2	26 / 27	9 / 9	9 / 10	Tribunal vigintiduumvirale erigitur hoc anno, vt habes lib. 2. Chartharum Eccleſiæ Leodien. quicquid dicat Radulphus. 23 24. & 27. Carolus 4. Imperator VVenceſlai fratris ſui captiuitatem dolens venit Aquiſgranum, pax fit per Epiſcopum hac lege, vt VVenceſlaus Dux Brabantiæ gratis dimitteretur. 18. d. Meyer.	9 DC	5	10
1373.	3	27 / 28	8 / 10	10 / 11	Ioannes de Arkel Præſul cum nepote ſuo Ottone D. de Arkel fundauit Collegium Canonicorum ſecularium in oppido de Geringhen cum præbendis. 14 Magnum Chron. Belgicum.	10 B	6	11
1374.	4	28 / 29	10 / 11	11 / 12	Secta tripudiantium à dæmonibus poſſeſſorum: qui Leodium veniunt ex Superiore Germania circa menſem Septembrem 19. d. Seruitor S Crucis Leodij ipſis veſpertinis horis dedicationis Eccleſiæ corripitur à dæmone & tripudiat. 20. c. Tribunal vigintiduūmvirūm vult cognoſcere de facto Epiſcopi 25 c. magnum inde ortum bellum. 25. c.	11 A	7	12
1375.	5	29 / 30	11 / 12	12 / 13	Præſul ad Pontificem contendit: Patria Leodienſis Eccleſiaſtico ſupponitur interdicto 25 d Ciuitas offert Pontifici articulos, cum illorum probationis oblatione: Pontifex fruſtra tentat pacem per Abbatem S. Bauonis oppidi Rhemenſis. 26. a. b.	12 G	8	13
1376.	6	30 / 31	12 / 13	13 / 14	Præſul per Germanum militem vaſtat patriam Leodienſem 26. c. Leodienſes cogunt clerum dare ſubſidia contra ſuum Epiſcopum 27. a. VVenceſlaus Brab. Dux cōponit pacem inter Præſulem & Leodien. 27. c.	13 FE	9	14

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	Res Geſtæ	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1377	7 / 8	31 / 32	13 / 14	14 / 15	*Hoc tempore Academiæ Colonienſis, Erfurdienſis, & Cracouiana inſtituuntur. Monſter in Coſmo. Luteciæ multa collegia extruuntur, Forteticum, Prælleum, Dormanum ſeu Bellouacum, Damvillæum. Genebrard.*	14 D	10	15
1378	8 + 1	32 / 33	14 / 15	15 + Vacat	*Ioannes de Arkel Præſul moritur & Vltraiecti ſepelitur prima Iulij 28. a. Moritur quoq; Gregorius XI. Martij die 27. vigilia Dominicæ lætare 29. c. Succedit Vrbanus 6 menſe Aprili Maſſæus S. Anton. titu. 22. c. 2. Coronatur primo paſchatis feſto quod in 19. Aprilis incidit 29. d. Sub hoc graue ſchiſma in Eccleſia exoritur. 28. c. Platina, Genebrard. Maſſæus.*	15 C	11	1
1379	1 / 2	33 + 1	15 / 16	Sedes. 1	*Mortuo Carolo 4 Imperatore, 26 Feb VVenceſlaus Bohemus Rex ſuccedit. Naucl. Arnoldus Horneus ab Vrbano pp. Epiſcopus Leodienſis creatus ingreditur Leodium, & inauguratur die craſtino S. Seuerini. 43 c. Sic vacauit Sedes quindecim circiter menſibus.*	16 B	12	2
1380	2 / 3	1 / 2	16 + 1	1 / 2	*Carolus V. Rex Franciæ moritur vigilia S. Lamberti quæ incidit in diem 16. Septembris: Mox ſuccedit Carolus ſextus, qui multo tempore ſed infæliciter regnat. 47. d. Maſſæus, Naucl. Genebrardus.* *Ludouicus Comes Flandriæ orditur bellum contra Ganden. 46. c. Meyer.*	17 AG	13	3
1381	3 / 4	2 / 3	1 / 2	2 / 3	*Leodienſes & Bruxellenſes fame preſſis Gandenſibus ſuccurrunt. 48. b. Pons intra Seranium & Iemeppiam extruitur. 49. c. Initio regni Caroli ſexti captus fuit ceruus, cui erat torques inauratus cum hac inſcriptione; Hoc me Cæſar donauit. Quare appoſuit armis Franciæ duos ceruos volantes, Opmerus.*	18 F	14	4
1382	4 / 5	3 / 4	2 / 3	3 / 4	*Occaſione ſchiſmatis Romani, Leodij quidam ſe Vrbaniſtas quidam Clementinos vocant, non ſine periculoſa ſeditione 50. a Pugna Brugenſium & Gandenſium infælix Brugenſibus 50. & 51. Meyerus. Duo noui coniuges in lecto deprehenſi mortui in ſuburbio S. Laurentij Leodij. 55. b.*	19 E	15	5
1383	5 / 6	4 / 5	3 / 4	4 / 5	*Arnoldus Horneus Præſul tumultus Dionanti & Trudonopoli exortos ſedat. 54. d & 55. Dionantenſes conſpirant contra Curiam & procuratores. 55. a.*	20 D	16	6
1384	6 / 7	5 / 6	4 / 5	5 / 6	*Gerardus Groet ſcholas literarias Dauentriæ aperire cœpit, quæ ferè vbique deſierant. Quas Alexander Hegius diſcipulus Rudolphi Agricolæ & præceptor Eraſmi egregiè illuſtrauit. Meyerus.*	21 CB	17	7
1385	7 / 8	6 / 7	5 / 6	6 / 7		22 A	18	8
1386	8 / 9	7 / 8	6 / 7	7 / 8	*Scabini Leodien omnes officio mouentur, excepto vno VVilhelmo Proeſt innocente reperto. 50. b*	23 G	19	9

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	Res Geſtæ	Cyclus Solis	Cyclus Lũæ	Indictiones
1387.	9 10	8 9	7 8	8 9	*Deus iniuriam S. Remaclo factam miro modo vindicat 61. a.* *Conflagratio arcis Franchimontenſis 62. c.* *Carolus 6 Rex Galliæ diuinitus admonetur & corripitur. 62. d.* *Scabini Leodienſes fruſtra Cæſaris mandata impetrant. 61. a.*	24 F	1	10
1388.	10 11	9 10	8 9	9 10	*Bellum Leodienſium contra D. de VVyenarde & Reneſteyn. 64. b.* *Bellum Caroli Regis Galliarum contra Ducem Iuliæ. ibid.* *Pax componitur interuentu Arnoldi Horn Præſulis, & Archiepiſcopi Colonienſis. ibidem.*	25 ED	2	11
1389.	11 † 1	10 11	9 10	10 † 1	*Arnoldus de Horn Præſul moritur die 8. Martij. 66 c.* *Succedit illi eodem anno Ioannes à Bauaria. 69. b.* *Obit quoque Vrbanus. 6. Pontifex Calend. Nouemb. ſuccedit Bonifacius nonus 66. d. Anton. tit. 22. c. 2. Baldus Peruſinus Iuriſconſultus acceptã à Barthola iuris doctrinam ſcriptis confirmat. Opmerus.*	26 C	3	12
1390.	1 2	11 12	10 11	1 2	*In plæriſque vrbibus Italiæ noui tyranni extitere, qui Ducum & Marchionum titulis, indulgentibus Pontificibus, ſe honeſtarunt. Cron. lib. 12. de reb. Polo.*	27 B	4	13
1391.	2 3	12 13	11 12	2 3	*Bonifacius PP. ad onera belli contra infideles indixit annatas beneficiorũ vacantium, Angli recuſarunt, Platina. Sed hoc eſt antiquius, ſi Polyd. lib. 8 de inuent. c. 2. credimus, cùm Hoſtienſis qui vixit circa annũ 1260 eius mentionem faciat In cap. Inter cætera. De officio Ordinarij.*	28 A	5	14
1392.	3 4	13 14	12 13	3 4	*Carolus 6 Rex Francorum per interualla phreneſi laborare cæpit. 62. & 63. vide Maſſeum.*	1 GF	6	15
1393.	4 5	14 15	13 14	4 5	*Plurimi ex Flandria in Brabantiam & ditionem Leodienſem confluunt, quod nollent Clementi Antipapæ adhærere. Meyerus.* *Circa hoc tempus exoriuntur ſectæ Huſſitarum, Adamitarum, & Orbitarum ſiue Orphanorum in Bohemia & Albanorum in Italia. Aeneas Syluius Hiſt. Bohem. c. 35. Polyd. de inuent. lib. 7. c. 5.*	2 E	7	1
1394.	5 6	15 16	14 15	5 6	*Ioannes Bauarus Præſul factioſis quibuſdam Leodienſibus iratus conſiſtorium Eccleſiaſticum è Leodio transfert Dieſthum. 71. b.* *Hoc tempore Albi per totam Italiam viſi, quos Bonifacius PP. compreſſit, eorum duce ſupplicio affecto. Volat. lib. 22.*	3 D	8	2
1395.	6 7	16 17	15 16	6 7	*Ioannes Niuernenſis Princeps Burgundiæ è captiuitate Baiazetis reuerſus, equites inſtituit, quorum ſymbolum eſſet torques aureus, anguloſis nexibus & quaſi annulis concatenatis ita inter ſe aptatis, vt figuram crucis S. Andreæ exprimerent, ſilico annexo & ſubtus aurei velleris effigie depẽdente, Geneb. ex Chron. Francorum.*	4 C	9	3
1396.	7 8	17 18	16 17	7 8	*Ioanna VVenceſlai Brabantiæ Ducis vidua in præſentia Regis Franciæ & Philippi Comitis Flandriæ, recognouit Ducatum ſuum poſt mortem redire debere ad Ducem Burgundiæ. 71. c. Meyer. Iſabella, filia Caroli Regis Frãciæ, Richardo Anglorum Regi deſponſata, inter Francos & Anglos induciæ in 30 annos pactæ ſunt. Polyd. lib. 20. Angl. Hiſtor.*	5 BA	10	4

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1397.	8 / 9	18 / 19	17 / 18	8 / 9	*Florentius Epiſcopus Vltraiectenſis bellum Hẽrico Burchgrauio Mõtfortij indicit quod ſuperiorem Iuriſdictionem ſibi vſurpare vellet, & Montfortiũ per ſedecim integras ſeptimanas impugnat, non deſtiturus niſi Arnoldus de Horn Præſul Leodienſis, & Abbas S. Trudonis interceſſione ſua, rem inter partes compoſuiſſent. Suffrid. in app ad Becam.*	6 G	11	5
1398.	9 / 10	19 / 20	18 / 19	9 / 10	*Petrus de Aliaco Epiſcopus Cameracenſis mittitur Romam pro ſedando ſchiſmate. Meyerus. Circa hoc tempus Iudæi quarto & extremo exilio è Francia pelluntur, Geneb. Concilium Gallican. omnium Prælatorũ Franciæ Lutetiæ 23. Ianuarij, in quo Benedictus PP. reijcitur, qui nihilominus noluit cedere. Chron. Franc.*	7 F	12	6
1399.	10 / 11	20 / 21	19 / 20	10 / 11	*Bellum Ioan Bauari Præſ. & fratrũ ſui VVilhelmi contra Friſios 72 a. Chriſolaras Biſantinus literas Græcas in Italiæ ſcholas à quibus 700 annis exulauerant, reducit. Ita græcarum litterarum fontes aperiri cœperunt & floſculi græci inter latinos reuiuiſcere. Genebrard. Meyerus*	8 E	13	7
1400.	11 / 12	21 * 1	20 / 21	11 / 12	*Exauctorato VVenceſlao Imperatore, 20 Auguſti, Rupertus Bauariæ Dux ſuccedit 4 Idus Septembris. 72. c. Onuphrius. Ioannes Froſſardus Canonicus & presbyter hiſtoriã Franciæ, Scotiæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, Vaſconiæ, Flandriæ, ab anno 1326. ad hunc vſque annum proſequitur. Blondus Florouilienſis hiſtoricus ſeriem quoque temporũ ab anno Chriſti 407. vſque ad hunc annum retexit.*	9 DC	14	8
1401.	12 / 13	1 / 2	21 / 22	2 / 13	*Albertus Dux Bauariæ Comes Hollandiæ &c pater Præſulis crudele bellum inchoat aduerſus D. Ioannem de Arkel, quem poſt obſidionem Ciuitatis Gorichomenſis 12. hebdomadarum cogit, vt flexis genibus veniam petat. 72. d. Suffrid. Petri, in append. ad Ioannem de Beca.*	10 B	15	9
1402.	13 / 14	2 / 3	22 / 23	13 / 14	*Noua bella inter Gallum & Henricũ Anglorum Regem Meyerus. Circa hoc tempus in Epiſcopatu Traiectenſi capta fuit à puellis Edauienſibus in lacu Purmerio mulier aquatica, quæ nulla re à muliere terreſtri differebat, niſi ſordibus quibuſdam aquaticis quibus mundata & muliebribus veſtimentis induta, nihil præter humani ſermonis indocilitatẽ admirandũ habuit Meyer*	11 A	16	10
1403.	14 / 15	3 / 4	23 / 24	14 / 15	*Quidam factioſi Leodienſes ob effrenem linguæ petulantiam hedrotij nuncupati, ab obedientia Præſulis ſui Bauari ſe ſubtrahunt 87. b. Præſul offenſus ſecundò Curiam partim Hoyum partim Traiectum transfert. Ibid. Inquiritur in Hedrotios & plures exilio mulctantur. Ibid.*	12 G	17	11
1404.	15 † 1	4 . 5	24 / 25	15 / 16	*Moritur Bonifacius ipſis Calend. Octob. Succedit Innocentius 7. eiuſdem menſis 15. 74. b Platina. Naucl. Onup. Ioannes Bauarus Præſul proficiſcitur ad Pontificem & quibuſdam, qui ſe Clementinos dixerant, gratiam impetrat 75. b Trudonenſes tumultuãtes miro modo cõpeſcit & punit. 75 b.*	13 FE	18	12
1405.	1 / 2	5 / 6	25 / 26	16 / 17	*Hedrotij iterum inſurgunt in Præſulem quare tertio Leodio migrat & Curiam Traiectum confert. 76. b.*	14 D	19	3
1406.	2 † 1	6 / 7	26 / 27	17 / 18	*Obit Innocentius ſeptimus. S. idus Nouembris; ſuccedit illi Gregorius 12. pridie Calend. Decembris. 78 c. Platina, Nauclerus. Onuphrius. Conuentus omnium municipiorum Patriæ in quo de nouo Præſule & protectore eligendo tractatur. 76. b.*	15 C	1	14

Digitized by Google

Anni Christ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frāc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lunæ.	Indictiones.
1407.	1 / 2	7 / 8	27 / 28	18 / 19	*Henricus Per vvyſius eligitur in protectorem patriæ & Theodoricus eius filius natu maximus in Epiſcopum. 77. a. Confirmatur ab Antipapa. 78 & 79. Traiectū ab eis obſidione cingitur; mox ob nimiū gelu obſidio ſoluitur. ib.*	16 B	2	15
1408.	2 / 3	8 / 9	28 / 29	19 / 20	*Iterum ab eis obſidetur Traiectum, ſed aduentantibus amicis Bauari coguntur iterum obſidionem ſoluere; Coguntur pugnare, & vterque miſerè in prælio cadit. 81. d. Moſæ inundatione pons arcuum cum multis ædificijs diſturbatur 83. c. Leodienſes nudis pedibus & genibus flexis veniam petunt 82. d.*	17 AG	3	1
1409.	3 * 1	9 / 10	29 / 30	20 / 21	*Gregorius 12. monetur loco; menſe Iunio ſufficitur Alexander quintus, 6 Kal. Iulij, 84. b. Onuphrius Geneb. Iac. Gualtier. Nicolaus Epiſcopus Atrebatenſis Ducis Brabantiæ Conſiliarius Mechliniæ moritur & Louanij ſepelitur. Meyerus. Septuaginta Hedrotij in rota ſublimantur, 84. c.*	18 F	4	2
1410.	1 † 1	10 / 11	30 / 31	21 / 22	*Moritur Alexander quintus non. Maij: Lapſis diebus quindecim, ſuccedit Ioannes 22. alij tertius. 84. d. Onuph. Geneb. Platina. Naucl. Anton.* *Antonius Dux Brabantiæ vxorem ducit Eliſabetham Duciſſam Lutzemburgiæ, filiam Ioannis Ducis de Gorliez, qui frater fuit Sigiſmundi Regis Hungariæ atque Imperatoris. 84. D.*	19 E	5	3
1411.	1 / 2	11 † 1	31 / 32	22 / 23	*Ruperto Imperatore mortuo, Sigiſmundus Rex Hungariæ menſe Martio Imperator conſalutatur & Aquiſgrani coronatur. 85 a. Naucl. Onuphrius.*	20 D	6	4
1412.	2 / 3	1 / 2	32 / 33	23 / 24	*Petrus de Aliaco Epiſcopus Cameracenſis creatur Cardinalis à Ioanne 22 Sufficitur in eius locum apud Cameracum Ioannes filius D. Lykercani, poſt quem fit Epiſcopus Ioannes à Burgundia filius Nothus Ducis Ioan. Meyer.* *Pax inter VVilhelmū Bauarum Hollandiæ Comitem & Reynoldum Iuliæ Ducem. Suffrid. append. ad Ioannem de Beka.*	21 CB	7	5
1413.	3 / 4	2 / 3	33 / 34	24 / 25	*Hoc tempore Petrus Dreſſenſis & Iacobellus in Bohemia negant ſufficere ſacram Communionem ſub ſola panis ſpecie. Aeneas Syluius. c. 35. Hiſtor. Bohem.*	22 A	8	[illegible]
1414.	4 / 5	3 / 4	34 / 35	25 / 26	*Inchoatur vniuerſale Concilium Conſtantienſe, in quo vtroque de Pontificatu contendente exauctorato, tertius eligitur, & ſchiſma tollitur. Huic interfuiſſe memorantur tria millia nongenti & quadraginta Prælati, Prælatorumque Vicarij. 85. b. Naucl. Tom. Concil.*	23 G	9	[illegible]
1415	5 † Vacat	4 / 5	35 / 36	26 / 27	*Adolphus ſecundus Cliuiæ & Amadeus Sabaudiæ Comites, Duces Imperij conſtituuntur. Genebrard. Ioannes 22. vel 23 PP. abdicat ſe Pontificatu in Concilio Conſtantienſi, pridie Calend. Iunl 85. c. Platina. Naucl.* *Prælium prope Aſurcuriam in quo victoribus Anglis maxima pars nobilitatis Gallicæ perijt. 85 a.*	24 F	10	[illegible]
1416.	Sedes.	5 / 6	36 / 37	27 / 28	*Sigiſmundus Imperator venit Leodium pridie Natalis Chriſti poſt veſperas, quæ eo deſiderante & Præſule annuente ſecundò decantatæ fuerunt. 86 b. Leodio vadit in Angliam animo conciliandæ vnionis in Eccleſia, ſed fruſtra, cùm Rex ad concordiam induci non poſſet. 86. b.*	25 ED	11	[illegible]

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frāc.	Epi Leod.	Res Geſtæ	Ciclus Solis.	Cyclus Lūæ.	Indictiones.
1417.	1	6 / 7	37 / 38	28 / 99	*Martinus quintus creatur Pontifex tertio idus Nouembris & conſecratur* 11. *Cal. Decemb* 87 *d. Onuph Geneb. Vocat ad Synodum Ioannem Hus & Hiero. prag Aeneas Syluius. Hiſtor. Bohem.* 36 *Perſuadetur Ioanni Bauaro Præſuli vxorem ducere.* 87. *b. Frater Præſulis defungitur relinquens vnam filiam Iacobam hæredem Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ &c.* 85. *c.*	26 C	12	10
1418.	1 / 2	7 / 8	38 / 39	29 * / 1	*Ioannes à Bauaria reponit Epiſcopatum ad manus Pontificis,* 88. *d. Succedit illi ex prouiſione Apoſtolica Ioannes de Valenroda, & die quarta Iulij Leodium ingreditur.* 112. *c. Ioannes Bauarus ducit vxorem, ſuam ex fratre neptem.* 89. *c. Valenroda reſtituit priuilegia Leodienſibus.* 113. *c.* *Finitur Concilium Conſtantienſe* 90. *c.*	27 B	13	11
1419.	2 / 3	8 / 9	39 / 40	1 + / 1	*D. de Valenroda moritur Dominica prima poſt Aſcenſionem Domini, quæ erat* 28 *Maij circa meridiē.* 114. *d. Succedit illi Ioannes Heinsbergius menſe Iunio, & ingreditur Leodium,* 4 *Idus Septembris.* 115. *d. Creatur Sacerdos.* 116. *d.*	28 A	14	12
1420.	3 / 4	9 / 10	40 / 41	1 / 2	*Motus grauiſſimus in Brabantia ob noua quædam tributa. Meyerus.* *Præſul Heinsbergius Leodij in Epiſcopum conſecratur tempore Quadrageſimæ.* 116. *b.*	1 GF.	15	13
1421.	4 / 5	10 / 11	41 / 42	2 / 3	*Præſul Heinsbergius pactum init cum Brabantis, de quo in Chron. Ducum Brab Suffrid Expeditio contra Huſſitas in qua cum Archiepiſcopis Treuirenſi & Colonienſi cruce ſignatur Heinsbergius* 116. *b. Chron. Citizenſe.*	2 E	16	14
1422.	5 / 6	11 / 12	42. † / 1	3 / 4	*Carolus* 6. *Rex Franciæ moritur menſe octobri; Eodem anno ſuccedit Carolus ſeptimus. Naucl Mattheus. Genebrard.* *Fertiliſſima regio Hollandiæ inter montem D. Gertrudis & Dordracum cum* 72. *pagis abſorbetur à mari. Meyerus.*	3 D	17	15
1423.	6 / 7	12 / 13	1 / 2	4 / 5	*Circa hæc tempora Gentiles errones, quos Germani Heidem, Galli Bohemos, noſtrates Aegiptios vocant, primùm apparent, qui excocti ſole immūdi veſte, intentique furtis, homines falſa ſua chiromantia paſſim decipiunt. Polyd lib.* 7 *de inuent. c.* 7.	4 C	18	1
1424.	7 / 8	13 / 14	2 / 3	5 / 6	*Ioannes Bauarus q. Epiſcopus Leodienſis improuiſa morte moritur* 116 *c. vide Suffridum in appendice ad Ioannem de Beka.* *Ordo Monachorum D. Hieronymi à ſua primæua inſtitutione collapſus, à venerabili viro Lupo reformatur, oblata Summo Pontifici regula ex dictis D. Hieronymi contexta, & ab eo confirmata. Chron. Citizenſe.*	5 BA	19	2
1425.	8 / 9	14 / 15	3 / 4	6 / 7		6 G	1	3
1426.	9 / 10	15 / 16	4 / 5	7 / 8	*Inſtitutio vniuerſalis ſtudij Louanienſis.* 118. *a.* *Obit Gerardus Pinguis natione Colonienſis vir admirandæ ſanctitatis. Vide Hiſtoriam S. Ludevvidis.*	7 F	2	4

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1427.	10	16	5	8	*Menſe Aprili hebdomadâ Sanctâ, moritur Ioannes Brabantiæ Dux; ſucceſſit frater eius Philippus Comes S. Pauli. Maſſæus.*	8 E	3	5
1428.	11	17	6	9	*Henricus Epiſcopus Vintonienſis Cardinalis S. Euſebi venit ad Philippum Ducem & impetrat conſenſum prædicandi bellum ſacrum contra Huſſitas Meyerus. Hoc tempore mortuo Frederico Blankerhemo Epiſcopo, Vltraiectina Eccleſia varijs ſeditionibus agitatur, dum vna pars Zuederium Culemburgium, altera Rudolphum Diepenhenium ſibi Præſulem ſumit. Ioannes de Beka*	9 DC	4	6
1429.	12	18	7	10	*Bellum Leodienſium contra Namurcenſes grande & diuturnum. 121. c.* *Turris ſuperbiæ Dionantenſium è regione Bouiniæ ſita deſtruitur nunquam reædificanda. Ibidem. Ioanna virgo obſidionem Aureliæ ſoluit & Carolum Delphinum deducit Rhemos conſecrandum Reginaldus eius loci Præſul, 17. Iulij die Dominica eum inungit. Geneb. Maſſæus.*	10 B	5	7
1430.	13	19	8	11	*Ioanna virgo capitur à Burgundis 24 die Maij, & Anglis venditur, qui eam 18 Calendas Iulias, Rothomagi in veteri foro cremarunt, dicentes magam eſſe. Genebrard Gerſon. Meyerus.*	11 A	6	8
1431.	14	20	9	12	*Moritur Martinus 5. Pontifex, 18 Feb. die Dominica; ſuccedit illi Eugenius 4. die 3 Martij. 122. a S. Anton. tit. 22 c. 7.* *Concilium Baſilienſe inchoatum graues ob cauſas Ferrariam & inde Florentiam transfertur: Quapropter, quæ deinceps per annos duodecim Baſileæ habitæ ſunt Seſſiones auctoritate carent Melchior Canus Naucl.*	12 G	7	9
1432.	1	21	10	13	*Sigiſmũdus Imperator ab Eugenio 4. PP. 15. Calẽd. Iunij coronatur. 122. a.* *Thomas Carmelita concionator Britannicus Romæ capitur & tanquam hæreticus igni crematur. Engerranus.* *Hoc tempore Striges & Sagæ in Gallia paſſim deprehenduntur. Thenet. Coſmog. lib. 14. cap 17.*	13 FE	8	
1433.	2	22	11	14	*Ioannes Toyſiacus Epiſcopus Tornacenſis Inſulis obit: Schiſma oritur in electione ſucceſſoris. Tandem Philippus Burgundiæ Dux Ioannem Ceueratũ Archidiaconum Rothomagenſem ſuum Conſiliarium armata manu in poſſeſſionem mittit, & ſedit Tornaci annis vndeuiginti. Meyerus.*	14 D	9	
1434.	3	23	12	15	*Pridie S. Martini natus eſt Dux Carolus Philippi Burgundi filius, qui poſtea Leodium deſtruxit 112. a.* *In Hollandia oppido Schedamobitus & ſancta memoria Lydvvidis virginis mirandæ patientiæ & ſanctimoniæ. Meyerus.*	15 C		10
1435.	4	24	13	16	*Inter Francos & Flandros poſt viginti annorum bellum pax eſt compoſita ſuper morte Ioannis Ducis Burgundiæ, ad quam cum alijs Principibus allaboraturus acceſſerat Præſul Heynsbergius comitatus equis albis ducentis, albiſque veſtibus rubro vermiculatis. 122. b.*	16 B		
1436.	5	25	14	17	*Dux Brabantiæ Philippus expeditionem in Caleſiam temerè parat: cogitur cum dedecore recedere. Vnde tanto dolore affectus eſt, vt metus eſſet ne in grauem morbum incideret. Engerr. lib. 16.*	17 AG		

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Ciclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1437.	6 7	26 27 1	15 16	18 19	*Sigiſmundus Imperator vita fungitur quinto idus Decemb 122. a Nauclerus. Succedit Albertus 2. Auſtrius, Calend. Ianuarij 122 b. vel 13. Cal. Aprilis, vt vult Nauclerus. Gandenſes pleroſque de Magiſtratu occidũt quod fuiſſent cauſa tam turpis à Caleſia diſceſſus. Meyerus.*	18 F	13	15
1438.	7 8	1	16 17	19 20	*Concil Florent. Ferrariæ inchoatur. Tom 4. Conc.* *Voluit Eugenius in eadem Synodo, vt primariæ Eccleſiæ hoc ordine ſtatuerentur, Romana, Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antbiochena, Hieroſolymitana. Meyerus.*	19 E	14	1
1439.	8 9	2 1	17 18	20 21	*Finitur Concil Flor. 6. Cal. Nouem Plat. Volat.* *Præſentibus Eugenio 4. PP. Imperatore & Ioanne Patriarcha Conſtantinopolitano, redintegrata vnione Græcorum & Armenorum Eccleſia Catholica. Iidem. Alberto 2. Auſtriaco defuncto 6. Cal. Nouemb. ſuccedit Fredericus 3 Cal. Ian. 122. c. Onuphr. Naucl.*	20 D	15	2
1440.	9 10	1	18 19	21 22	*Claruit hoc tempore Alphonſus Toſcatus Epiſcopus Abulenſis qui Dydimũ Chalcenterum ab inuicta ſcribendi patientia ſic dictum ſuperaſſe videtur. Tot enim libros ſcripſit vt iis legendis vix ætas hominis ſufficere poſſit. Opmerus.* *Typographica ars Moguntiæ in Germania primùm inuenta eſt 122. c. Volat. plat. Polyd.*	21 CB	16	3
1441.	10 11	2	19 20	22 23		22 A	17	4
1442.	11 12	3	20 21	23 24		23 G	18	5
1443.	12 13	4	21 22	24 25	*Philippi Ducis bellum contra Guilhelmũ Saxoniæ Ducem quo breui tempore vindicat ſibi Ducatum Luxemburgenſem; Elizabetham namq́ue amitam, quæ opem eius implorauerat, in domum ſuam reſtituit: quæ idcirco legibus nuptialibus Ducatum Luxemburgenſem Ducibus Brabantiæ reliquit & eis etiamnum hodie paret. Meyerus.*	24 F	19	6
1444.	13 14	5	22 23	25 26	*Præſul Heynsbergius peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcipit, ſed retrocedit, negato illi à Turcis ſaluo conductu, quod Ducem Bullonenſem inter alios titulos ſe vocaret. 128 b.*	25 ED	1	7
1445.	14 15	6	23 24	26 27		26 C	2	8
1446.	15 16	7	24 25	27 28		27 B	3	9

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1447.	16 | 1	8	25 | 26	28 | 29	*Moritur Eugenius 4. 7. Calend. Martij: ſuccedit Nicolaus 5 pridie nonas menſis eiuſdem. 128 c.* *Onuphr. Genebrard. Naucl. Platin. Hic vaticanam bibliothecam erexit miſſis quoquoverſum viris doctis, ad comparandos libros. Quid de veteri factum ſit neſcitur; Fit illius mentio apud Gregorium lib. 7. Epiſt. 29.*	28 A	4	10
1448.	1 | 2	9	26 | 27	29 | 30	*Hoc tempore Academiæ inſtituuntur in Germania, Friburgenſis, Briſgoiæ, Baſilienſis, Ingolſtadienſis, Tubingana. Manſt. Lamb: Ruſtenius. Cathalogo Academ.*	1 GF	5	11
1449.	2 | 3	10	27 | 28	30 | 31	*Nicolaus Pontifex Ludouicum Epiſcopum Arelatenſem & Bernardinum Franciſcanum qui ordinis illius fuit reformator, retulit in SS. numerum. Meyerus.*	2 E	6	12
1450.	3 | 4	11	28 | 29	31 | 32	*Iubilæum Romæ in quo tanta fuit populi vndecumque aduenientis compreſſio, vt ſe mutuo magno numero ſuffocarent. 128 d.* *Guilhelmus Epiſcopus Pariſienſis in gratiarum actionem pro victoria de Anglis habita ſupplicationes inſtituit, in quibus traduntur fuiſſe Pariſijs ad 12. millia puerorum infra 14. annos Meyerus.*	3 D	7	13
1451.	4 | 5	12	29 | 30	32 | 33	*Leodienſes rogati à Gandenſibus pro fœdere & auxilio, reſpondent pacem cum Ioanne Duce à maioribus ſuis factam nolle rumpere, eoſque hortantur vt cum Philippo Principe ſuo modeſtius agant. Meyerus.*	4 C	8	14
1452.	5 | 6	13	30 | 31	33 | 34	*Conſtantinopolis à Turcis capitur 4 Cal. Iun. 128 d Geneb. Paul. Iouius. Crudelia prælia inter Philippum Ducem & Gandenſes; in quibus nullius ſeruatur redemptioni, ſed ad vnum omnes necantur. Engerranus.* *Athenæ omnium diſciplinarum inuentrices ab immaniſſimo Mahumeto II. octauo Turcarum Principe captæ, ſoloque æquatæ ſunt, etiam fundamentis quibuſdam in locis effoſſis. Opmerus.*	5 BA	9	15
1453.	6 | 7	14	31 | 32	34 | 35	*Præſul Heynsbergius Traiectenſibus bellum minatur, ſed mox Philippus Dux Brabantiæ negotium componit. 129 a.* *Gandenſes Rogati à Rege Galliæ de pace ineunda cum Principe ſuo Philippo tergiverſantur, quod illum noua & iniuſta vectigalia introducere velle dicerent. Engerr. Meyerus*	6 G	10	1
1454.	7 | 8	15	32 | 33	35 | 36		7 F	11	2
1455.	8 | 1	16	33 | 34	36 | 37	*Ioannes Heinsbergius ſecreto reſignat Epiſcopatum Ludouico Borbonio & ſcribitur Romam pro confirmatione. 130. a. Nicolaus 5. Papa moritur 9. Cal Apr. Succedit Callixtus 3 ſexto Id. April 129. b. Ludouici Borbonij Præſulis Genealogia nobiliſſima & ſanctiſſima deſcendens à Regibus, Ducibus, Comitibus, & à priſco Galliarum Rege S. Ludouico. 131. d.*	8 E	12	3
1456.	1 | 2	17	34 | 35	37 | 1	*Borbonius Præſul confirmatione à Pontifice obtenta ingreditur Leodium menſe Iulio, ipſo die B. Margarethæ. 133 c.* *Ludouicus Delphinus Franciæ à patre relegatus recurrit ad Philippum Ducem qui eum quinque annis liberaliſſimè ſuſtentat. 134. b Meyerus.*	9 DC	13	4

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Fräc.	Epi. Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũa.	Indictiones
1457	2 · 3	18	35 · 36	1 · 2	*Calixtus Pontifex inſtituit feſtum Trãſfigurationis Ieſu Chriſti ad 5 Idus Auguſti, ob victoriam de Mahometis anno 1456 eo die acceptam Palmer.* *D Antonius Archiepiſc. Florent. moriens 4 non. May, multa litterarum monumenta cæli reliquit Opmerus*	10 B	14	5
1458.	3 + 1	19	36 · 37	2 · 3	*Moritur Calixtus 3. die 6. Aug Succedit Pius 2. 20. menſis eiuſdem. 134 c. Platina Naucl.* *Leodienſes multa, quæ ad Principis Iuriſdictionem pertinent, vſurpant 134. & 135.* *Exoriuntur per Comitatum Loſſenſem fuſtigatores. 135. c.*	11 A	15	6
1459.	1 · 2	20	37 · 38	3 · 4	*Borbonius Præſul plures celebrat conuentus contra vſurpationes Leodieſiũ fruſtra. 135. b. Prudentiores ſuadent Borbonio non armis ſed iure contra eos procedere. ibidem.*	12 G	16	7
1460.	2 · 3	21	38 · 39	4 · 5	*Circa hoc tempus Laurentius valla Romanus edidit elegantiarum linguæ latinæ libros ſex, atque Herodotum & Tucididem latio donauit. Opmerus.*	13 FE	17	8
1461.	3 · 4	22	39 + 1	5 · 6	*Carolus 7. Rex Franciæ moritur 22 Iul. Succedit Ludou. filius eius Delphinus, & conſecratur Remis ipſo die Aſſump. B Mariæ virg 136. a Geneb. Adfuere plurimi Epiſcopi, Remenſis, Londuneñ, Lingeneñ, Cathalauneñ, Nouiomeñ, Bellouaceñ, Conſtantieñ, Lugduneñ, Biturix, Burdegaleñ, Leodieñ cum ſplendidiſſimo comitatu, Cameraceñ. Tricariceñ, Carnutum, Tornaceñ, Morinorum Ambianorum, cum nobilitate, indicibili pene numero. Meyer.*	14 D	18	9
1462.	4 · 5	23	1 · 2	6 · 7	*Præſul Borbonius monitionibus ſuis nihil proficiens, patriam Eccleſiaſtico ſupponit interdicto 137 d Ea de re controuerſia inter Præſulem & Leodienſes coram Legato Apoſtolico 137. d.*	15 C	19	10
1463.	5 · 6	24	2 · 3	7 · 8		16 B	1	11
1464.	6 + 1	25	3 · 4	8 · 9	*Pius 2. Pontifex obit 19 Cal Sept. Paucis poſt diebus ſuccedit Paulus 2. 142. d Onuphrius. Geneb. Naucl Platina.* *Leodienſes Marchionem Badenſem in protectorem & Marcum eius filium in Epiſcopum aduocant 139 140. 141.*	17 AG	2	12
1465.	1 · 2	26	4 · 5	9 · 10	*Sententia Pauli Pont. contra Leodienſes lata de 10 Ian. 142 & 143.* *Menſe Aprili circa Paſcha Marchio Badenſis Leodium aduenis & protector inauguratur. 150 c. d. Indicit bellum Philippo Brab. Duci, & mox deſertis Leodienſibus profugit in Germaniam. 154 c* *Deſiderius Eraſmus Roterodami oppido Hollandiæ ad Moſem naſcitur 7. Cal. Nouembris, patre Gerardo Goudano presbytero. Opmerus.*	18 F	3	13
1466.	2 · 3	27	5 · 6	10 · 11	*Carolus Burgundus Diouantum euertit 157 d. Meyerus.* *Pax Oleana 158 d.*	19 E	4	14

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anno Christi	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	Res Geſtæ	Cyclus Solis	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
[illegible]	3	28	6	11	*Prima die Maij Borbonius conſecratur in Epiſcopum. 158. d Bellum Leedienſium contra Borbonium Præſulem, inſtigante Rege Galliæ, recrudeſcit 164. c Carolus Leodium deditione capit & introducit Præſulem 165. d. mox pax initur. Ibid*	20 D	5	15
[illegible]	4 | 4	29	7 | 7	12 | 12	*Bellum iterum reſumitur à factioſis Leodien. 131. a. Carolus inita cum Gallo pace, eum ſecum Leodium deducit, quod vi expugnat & ſpoliat 183. c. Philipp. Comin lib 2 memorabilium à c. 2. vſque ad 5. Cardinal. Pircolo. lib. 4. Comment. Adria. Barlan. in vita Caroli Audacis Opmer. in opere Chronogr. Chron Cityzen.*	21 CB	6	1
[illegible]	5 | 5	30	8 | 8	13 | 13		22 A	7	2
[illegible]	6 | 6	31	9 | 9	14 | 14	*Eduardus Rex Angliæ regno eiectus, accepto à Carolo Burgundo milite, regnum recuperat. 174 & 175.*	23 G	8	3
[illegible]	7 | 7	32	10 | 10	15 | 15	*Moritur Paulus 2. PP. 26. Iul. Succedit Sixtus 4. die 9. Aug. 175. a. Onuphrius Platina Genebrardus. Naucler. Iubileum ad annos 25 reduxit. c 4 de pœnit & remiſſ. in Extrauag. Feſtum conceptionis B. Mariæ Virginis confirmauit cum approbatione feſti eius diei. c. 1. de Reliq. in Extrauag.*	24 F	9	4
[illegible]	1 | 1	33	11 | 11	16 | 16	*Sixtus 4. inſtituit celebrari per vniuerſum orbem feſtum S. Frãciſci, dans omnibus quinquaginta annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ. Chron. compil.*	25 ED	10	5
[illegible]	2 | 2	34	12 | 12	17 | 17	*Præſul Borbonius cum Carolo Burgundo ad Imperatorem Fredericum proficiſcitur menſe Sept. illique homagium facit de Ditionibus quas ab Imperio in feudum tenet: Reuertitur 2. Decemb. magna congratulatione à Leodienſibus exceptus. 175 b. Ducatus Geldriæ deuoluitur ad Ducem Burgund. Brab &c. 175. a Maſſeus.*	26 C	11	6
[illegible]	3 | 3	35	13 | 13	18 | 18	*Robertus Archiepiſcopus Colon. à ſuis expulſus, à Carolo Burgundo ſuppetias petit & impetrat. 175. b Meyerus. VVilhelmus Arenbergius familiaris Epiſcopi occidit illius Vicarium & confugit ad hoſtes. 189 b. Præſul Borb. Carolo Noueſium per annum iam obſidenti, conflato equitum & peditũ exercitu, ſuccurrit, magna congratulatione ab eo exceptus. 190. a.*	27 B	12	7
[illegible]	4 | 4	36	14 | 14	19 | 19		28 A	13	8
[illegible]	5 | 5	37	15 | 15	20 | 20	*Carolus nouem annorum inducias cum Ludonico Francorum Rege paciſcitur. 190. b.*	1 GF	14	9
[illegible]	6		16	21				

Anno Christi	Pont. Rom.	Imp. Rom.
1477	6	38
1478	7 | 7	39
1479	8 | 8	40
1480	9 | 9	41
1481	10 | 10	[illegible]
1482	11 | 11	[illegible]
1483	12 | 12	[illegible]
1484	13 | 13	[illegible]
1485	1 | 1	[illegible]
1486	2 | 2	3

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frã.	Epi Leod.	Res Geſtæ	Cyclus Solis.	Cyclus Lũa.	Indictiones.
1477.	6 / 7	38	16 / 17	21 / 22	*Carolus Burgundus moritur ante Nantium tribus confeſſus vulneribus. 190. b. Meyerus.* *VVilhelmus Arenberg in gratiam Borbonij Præſulis recipitur. 190. d.* *Noui tumultus Leodij exoriuntur & proditio detegitur. 193 d.*	2 E	15	10
1478.	7 / 8	39	17 / 18	22 / 23	*VVilhelmus Arenbergius impatiens fortunæ fælicitatem ſuam ferre nequit 196 a.* *Maximilianus Archidux Auſtriæ vxorem duxit Mariam filiã Caroli Burgundi, per quam potitus eſt Burgundia ac cæteris regionibus Belgij. Opmerus & ex qua Philippus Burgundus naſcitur.*	3 D	16	11
1479.	8 / 9	40	18 / 19	23 / 24	*Arenber in rurſus Gallo iuuſtus, laceſſat ſuum Præſulem. 197. & 198.* *Heluetij, quod rapinis & latrocinijs vacarent primùm à Ludouico Gallorum Rege ſtipendia merentur. Genebrard.*	4 C	17	12
1480.	9 / 10	41	19 / 20	24 / 25	*Proditio Arenbergij detegitur. 198 b.* *Ferrum lanceæ quo Chriſti latus apertum eſt Innocentius 8. Pontifex dono Baiazetis per Muſtapham Baſſum accipit circa hunc annum. Genebrard.*	5 BA	18	13
1481.	10 / 11	42	20 / 21	25 / 26	*VVilhelmus Arenbergius à patria proſcribitur. 199. b.*	6 G	19	14
1482.	11 / 12	43	21 / 22	26 / †	*Interfecto Borbonio Præſule die 30 Aug quæ feria 6. erat; fit ſchiſma in electione ſucceſſoris, quibuſdam Ioannem Horneum, quibuſdam Iacobum Croyum eligentibus 204. a.*	7 F	1	15
1483.	12 / 13	44	22 / † / 1	Vacat	*Ludouicus Rex Franciæ moritur die 30. Iulij feria 4. 205. a.* *Succedit illi Carolus octauus & coronatur menſe Iunio anni ſequentis. 205. b.*	8 E	2	1
1484.	13 / † / 1	45	1 / 2	Sedes. 1	*Sixtus 4. Pontifex moritur pridie idus Auguſti: paucis poſt diebus ſuccedit Innocentius. 8. 205 d.* *Ioannes Horneus penſione aſsignata Domino de Croij confirmatur à Pontifice Epiſcopus Leodienſis, & ingreditur ſolenniter Leodium.. 105 c.*	9 DC	3	2
1485.	1 / 2	46	2 / 3	1 / 2	*VVilhelmi Arenbergij captiuitas & mors. 209. a. Maſſeus.*	10 B	4	3
1486.	2 / 3	47	3 / 4	2 / 3		11 A	5	4

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	Res Geſtæ	Cyclus Solis		
1487.	3 / 4	48	4 / 5	3 / 4	*Ferdinandus Hiſpaniarum Rex Saracenis Regnum Granatæ ſiue Bœticũ adimit quod ipſi 800 fere annos occupauerant Idcirco ſortitus à Sũmo Pontifice cognomentum Catholici. Pontanus de bello Ferdinandi.*	12 G		6
1488.	4 / 5	49	5 / 6	4 / 5	*Inteſtinum Bellum in Belgio inter Albertum Saxoniæ Ducem à Maximiliano adminiſtratorem loco filij ſui conſtitutum & Philippum Cliuienſem D. Raueſtanum 211. d. Dec.22. Illuſtris D. Alexander à Seranio Can. Leod. dat initium Conuentui Patrum Auguſtinenſium prope Leod. Chartæ Auguſtinen. Maximilianus Romanorum Rex capitur à Brugenſibus: Vnde ſequntæ multæ calamitates. 210. c. Chron Citizenſe.*	13 FE		7
1489.	5 / 6	50	6 / 7	5 / 6	*Arenbergij fruſtra inuadunt Traiectum. 212. c.*	14 D		8
1490.	6 / 7	51	7 / 8	6 / 7	*Legati Francorum pacem tentant inter Arenbergios & Hornanos fruſtra. 227. b.* *Pugna inter eos in mirica Zonhouea in qua vincunt Hornei. Ibid.* *Pax mox inita ſed quæ non coaluit hoc anno. Ibid.*	15 C		9
1491.	7 / 8	52	8 / 9	7 / 8	*Leodij noua diſcordia. 227. d.* *Ferdinandus Hiſpaniarum Rex vt Saracenos & Hæreticos penitus è ſuis regnis euelleret, officium Inquiſitionis inſtituit, cui etiam ipſe Rex ſubeſſet. Vaſæus. Chron. Citizen. Maſſæus.*	16 B	10	9
1492.	8 / + 1	53	9 / 10	8 / 9	*Moritur Innocentius 8 PP. octauo Calend. Aug. Paucis poſt diebus Alexander 6. renunciatur PP. 228 6. Onuphrius, Geneb.* *Nouus orbis detectus eſt primum à Chriſtophoro Columbo Italo ope Ferdinandi Regis Hiſpaniarum. Vaſæus. Genebrard Veronius.*	17 AG	11	10
1493.	1 / 2	54 + / 1	10 / 11	9 / 10	*Mortuo Frederico 3. Imperatore in Natiuitate glorioſæ virginis Mariæ, Maximilianus eius filius, paucis poſt diebus, in eius locũ ſubſtituitur. 228 c Naucler. Horneus Praeſul Hoyenſe oppidum Maximiliano Auſtriaco oppignoratum redimit 228.c.*	18 F	12	11
1494.	2 / 3	1 / 2	11 / 12	10 / 11	*Floret doctrina & ſanctitate vitæ Ioannes Standonk natione Brabantinus fundator domus Standonicæ Louanij. Maſſæus.* *Philippus Auſtriacus Maximiliani filius, 16 annos natus, Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Friſiæ, cæteriſque maternis prouincijs inauguratur. 228 d Barland. in Chron. c. 164*	19 E	13	12
1495.	3 / 4	2 / 3	12 / 13	11 / 12	*Hoc tempore nouus orbis ad agnitionem vnius veri Dei peruenit, ac paucis annis Chriſti Euangelium plures prouincias penetrauit, quam totis mille ſuperioribus annis. Acoſta lib 1. de temporibus nouiſſ. c. 17 Oſor. lib. 2. & 3 Hiſt. Emanuelis Theuet Coſmo. Botherus Epiſtola ad Antonium caraffam.*	20 D	14	13
1496.	4 / 5	3 / 4	13 / 14	12 / 13	*Philippus Auſtriacus cum Horneo Praeſule ex Germania in Brabantiam venit & nuptias celebrat Lyræ cum Ioanna Arragona 229 a.*	21 CB	15	14

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Ciclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1497.	5 6	4 5	14 15	13 14	*India poſt veterum notitiam iterum ab Emmanuele Rege Portugaliæ, rei Chriſtianæ augendæ cupidiſsimo detegitur: Indicarum expeditionum duces fuêre Vaſcus Gamba, Odoardus Pacieeus, Franciſcus Almerda, Alphonſus Albaquercius. Volater. lib 12. Geographiæ Geneb. Veronius.*	22 A	16	15
1498.	6 7	5 6	15 † 1	14 15	*Carolus 8. Rex Franc. obiit Sabbato Palmarum poſt prandium. Succedit Ludouic. 12 & conſecratur 7. May Rhemis; ſuſcepit vero coronam Regni apud S. Dionyſ. die 1. Iul. anni ſeq Maſſaus.* *Horneus Præſul Traiectenſes iuſſa facere recuſantes anathematis metu ad obedientiam reducit 229. b.*	23 G	17	1
1499.	7 8	6 7	1 2	15 16	*Leodienſes Robertum Arembergium cum ille armatus copiis gallicis Moſam tranſiſſet decem militibus florenorum à ſuis ſuburbijs auertunt. 229.b.*	24 F	18	2
1500.	8 9	7 8	2 3	16 17	*Naſcitur Carolus Philippi Auſtriaci filius. Feb 24. mane ante horam 4. Gandaui, qui poſtea fuit Imperator eius nominis 5. 229 b.* *Horneus Præſul pacem componit inter Vltraiectenſem Epiſcopum & Ducem Iuliacenſem. ibid. c.*	25 ED	19	3
1501.	9 10	8 9	3 4	17 18	*Idem Præſul proditionem detegit Leodij & auctores capite punit 229. c.* *Cruces nigri ſanguineiq; coloris paſſim Leodij & locis vicinis, in veſtibus apparent. ibidem Chron. Citizen Viſæ ſunt & in ſuperiore Alemannia, Noribergæ, Ratiſbonæ, Landſhutæ & alibi. Linturius.*	26 C	1	4
1502.	10 11	9 10	4 5	18 19	*Hoc tempore Academiæ VVuembergica & Francofordiana inſtituuntur. Monſter. Veronius.* *In nouo orbe fides Catholica inſignes progreſſus facit, miſſis eò pluribus presbyteris Dñicanis. Petr. Mart dec. 2. lib. 8.*	27 B	2	5
1503.	11 † 1	10 11	5 6	19 20	*Alexander 6. PP. moritur 18. Aug. Succedit Pius 3. qui 14 diebus præeſt. Succedit Iulius 2. vlt. Octob 230 a. Onuphr. in Chron. & Suppl. Naucl.* *Palatium Præſulis Hornani incendio per negligentiam exorto comburitur 233 c.*	28 A	3	6
1504.	1 2	11 12	6 7	20 21		1 GF	4	7
1505.	2 3	12 13	7 8	21 † Vacat	*Moritur Horneus Epiſcopus, 18. Calend. Februarij, non 16 (vt vitiosè impreſſum eſt) 233. d.*	2 E	5	8
1506.	3 4	13 14	8 9	1	*Erardus à Marcka ſuccedit Horneo, 2. Calend. Ianuarij, poſtquam Sedes fere anno vacaſſet. 235. b.*	3 D	6	9

t

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anni Chriſt.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũe.	Indictiones.
1507.	4 5	14 15	9 10	2	*Erardus Præſul reformat Monaſterium D. Huberti Ord. D. Benedicti in Ardenna 239. c.* *Sexcenti Galli apud idem Monaſterium à Namurcenſibus cæſi. Ibid.* *Præſul conſecrat Eccleſiam fratrum de obſeruantia in loco Ieruſalem dicto 239 b. Gelder vexat Brabantos 239. b. Surius.*	4 C	7	10
1508.	5 6	15 16	10 11	3	*Præſul incipit Eccleſias, oppida & arces inſtaurare. 240 c.* *Fœdus Iulij 2. Pontificis contra Venetos. 241. a. Onuphr. Opmerus.* *D Huberti virtus emicat in cripta Eccleſiæ S. Petri Leodij. 241. ß. Herman. Haßiæ Lantgrauius Archiepiſc. Colon moritur, cuius tanta in pauperes benignitas fuit, vt nullum mẽdicum à ſe vacuum diſcedere pateretur. Surius*	5 BA	8	11
1509.	6 7	16 17	11 12	4	*Monaſterium de Herkenroede à ſacrilegis vindicatur. 242 b.* *Celeberrima Leodij Comitia in quibus de pace inter Burgundiones & Brabantos fruſtra tractatur per legatos Pontificis, Imperatoris & Galliæ Regis. 242 d. Pontifex multa oppida à Venetis occupata recuperat. 243. b.* *Origo euerſæ in Anglia Religionis Ibid* *Moritur Philippus Comminens Hiſtoricus Flander : Opmerus.*	6 G	9	12
1510.	7 8	17 18	12 13	5	*Pontifex poſt multas de Venetis victorias timet Italiæ. 245. d.* *Priuiligia ſecundarij Cleri confirmantur 245 d.* *Occidentales populi per Dominicanos Hiſpanos conuertuntur. Genebrard.*	7 F	10	13
1511.	8 9	18 19	13 14	6	*Forma reformandi Monaſteria efficax. 246. c.* *Pontifex, Hiſpani, Veneti, Heluetij rupto fœdere, Cæſari & Gallo ſe opponunt. 247. a.*	8 E	11	14
1512.	9 10	19 20	14 15	7	*Cæſar relicto Gallo Pontificem ſequitur, cum Henrico Anglorũ Rege 284. c. Onuphrius Surius.* *Præſul feſtum Tranſlationis S. Lamberti maiori quam ante celebritate ſeruari curat. 247. d.* *Concilium vniuerſale Lateranenſe. Onuphr. in Iulio:*	9 DC	12	15
1513.	10 † 1	20 21	15 16	8	*Iulius 2. moritur 9 Calend. Martij : Succedit Leo 10. 5. Idus eiuſdem menſis 249. d. Surius Onuphrius.* *Præſul cruris caſu ſibi confringens mirabiliter ſeditionem ſedat. 250. a.* *Bellum inter Gallos & Anglos. Surius.*	10 B	13	1
1514.	1 2	21 22	16 17	9	*Præſul templum S. Lamberti Martyris auleis pretioſis condecorat. 251. c.*	11 A	14	2
1515.	2 3	22 23	17 † 1	10	*Ludouico 12. Francorũ Rege Cal. Iann ſine filio mortuo, deuoluitur ſceptrum ad gentem Valeſiorum, ac creatus eſt Rex Franciſcus primus, conſecratus Rhemis 25 Ianuarij. 252. d. Gualtier in Chron.*	12 G	15	3
1516.	3 4	23 24	2	11	*Carolus primogenitus ex Ioanna filia Ferdinandi & Elyſabethæ ſuccedit in regna Caſtellæ, Aragoniæ, Sycilia, & Neapolitanum 255. d.* *Abrogata eſt in Galliis Pragmatica ſanctio & ſubſtituta concordata bonis omnibus frementibus 255. a Genebrard in Leone decimo.*	13 FE	16	4

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Ciclus Solis.	Cyclus Lũ.	Indictiones.
1517.	4 / 5	24 / 25	3	12	*Alternatiua menſium quæ per concordata Germanicæ nationis Prælatis Leodienſibus competit, non tollitur per nominationes Louanienſium 256. b. Martinus Lutherus incipit noua dogmata ſpargere. 256. Surius.*	14 D	17	5
1518.	5 / 6	25 / 26	4	13	*Erardus Præſul & Robertus à Marka frater, conſentientibus Patriæ Ordinibus, fœdus ineunt cum Carolo Brab. Duce, 257 d. Priuilegia Leodienſibus à Diuis retro Impp. cōceſſa confirmantur per Maximil. Cæſarem & ampliantur 258 a. Origo Concilij ordinarij Ibid. Eraſmus Roter. Erardũ Præs. timet 259 d.*	15 C	18	6
1519.	6 / 7	+ / 1	5	14	*Maximilianus Auſtriacus Imp. moritur 12 Ian. 260 d. Surius. Succedit 27. Iun. Carolus eius nominis 5. Princeps pientiſſ. 261. a. Sur. Lollardi, quorum inſtitutum eſt peſte laborantibus mederi, vel corpora mortuorum efferre, per Erardum aduocantur Leodium. 259. d. c. Ioannes Eckius Theol. primus opponit ſe Luthero. Surius.*	16 B	19	7
1520.	7 / 8	1 / 2	6	15	*Carolus Imperator Leodium venit 12. Octob. ab Erardo magnificè exceptus, conſecratur Aquiſgrani, 4. idus Nouemb. 261. b. Surius. Martinus Lutherus à Leone Pontifice vt hæreticus excommunicatur. 261. a. d.*	17 AG	1	8
1521.	8 / 9 +	2 / 3	7	16	*Leo decimus PP. moritur menſe Decembri. 278. a. Carolus Cæſar promulgari facit Diploma Apoſtolicum contra Lutherum Leodij, Coloniæ, Treuiris Mogũtiæ & in alijs ditionibus ſibi ſubiectis. 262. b. Robertus Markanus à fœdere quod nuper cum Brabantis pepigerat, recedit magno ſuo damno. 276. à Martinus de Bellay.*	18 F	2	9
1522.	1	3 / 4	8	17	*Adrianus 6. ſuccedit Leoni 10. Pont. menſe Ian. 278. Sur. Scribit Frederico Saxoniæ Duci, vt Lutherum totius incendij Germanici fomentum à ſe dimoueat & eius dogmata damnet. 279 c. Ex 4. Tom. Concil. Lutherus præſumit ex canone ſcripturarum aliquos libros reijcere Surius.*	19 E	3	10
1523.	2 + / 1	4 / 5	9	18	*Adrianus PP. vita fungitur, 18 Kal. Octob. 290. c. Succedit non multò poſt Clemens 7. Surius. Ioannes Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis in Anglia, piiſſ. & eruditiſſ. vir, ſcribit contra Lutherum Surius. Idem facit Thomas Morus Regni Angliæ Cancellarius ſub nomine Gulhelmi Roſſei Idem.*	20 D	4	11
1524.	1 / 2	5 / 6	10	19	*Ruſticorum bellum funeſtum contra Clerum Principes & Magiſtratus prætextu libertatis Euangelicæ. 191. c. Surius. Fœdus Principum Catholicorum contra Lutheranos. Idem.*	21 CB	5	12
1525.	2 / 3	6 / 7	11	20	*La Iournee des Sauattes. i. dies ſolearum abiectarum. Franciſcus Rex Francorum capitur à Cæſareis apud Papiam & captiuus ad Cæſarem in Hiſpaniam mittitur. 292. b. Barlan. in Chron.*	22 A	6	13
1526.	3 / 4	7 / 8	12	21	*Mathæus à Baſſa ex nobili Vmbrorum familia ad Mardam fluuium Capucenorum piæ ſocietati dat initium. 293. d. Andreas Carolſtadius, primus ſacerdotum huius ſæculi vxorem ducit; ſubſequitur Lutherus & plerique per Germaniam Monachi & Monachæ. 294. a. vel anno ſeq. ſecundum Surium.*	23 G	7	14

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	Res Geſtæ	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1527.	4 5	8 9	13	22	*Erardus Præſul monumentum ſibi erigi curat, vt pretio ſic & ſignificatione inſigne. 294. b.* *Calumniatur illud Sleidanus Hiſtor. Lutheranus. Ibid.* *Borbonius Romam inuadens perit. 294. d. Surius.* *Vrbis Romæ direptio per Germanos Lutheranos Idem.*	24 F	8	15
1528.	5 6	9 10	14	23	*Pax inita cum Geldris poſt 30. & amplius annorum bellum. 395. b. Maſſeus. Surius.* *Lutherani incipiunt ſe proteſtantes vocare. 296. b. Vel anno ſeq. ſecundum Surium.*	25 ED	9	1
1529.	6 7	10 11	15	24	*Cornelius à Bergis petente Carolo 5. datur Erardo Præſuli Coadiutor cum futura ſucceſſione. 267. b.*	26 C	10	2
1530.	7 8	11 12	16	25	*Erardus Præſul adhuc viuens exequias anniuerſarias ſibi celebrandas inſtituit & celebrari facit. 290. b.*	27 B	11	3
1531.	8 9	12 13	17	26	*Comitia Auguſtana præſentibus Carolo 5 Imperatore, plurimis Princip. & ipſo Erardo Præſule, in quibus Lutherani nuper proteſtantes vocati ſuam edunt confeſſionem à Melantone compoſitam, multoties deinde mutatam. 304. b. Surius. Lauatherus in hiſtor. controuerſiæ ſacramentariæ.* *Coniuratio Ripariorum. 304. & ſeqq*	28 A	12	4
1532.	9 10	13 14	18	27	*(Interim) ſeu pax publica. 317. d* *Erardus ſopit quæſtionem de Monaſterij S. Trudonis Ordin. S. Benedicti ſub Epiſcopo Leodien. ſubiectione. 320. d.*	1 GF	13	5
1533.	10 11	14 15	19	28	*Erardus Præſul creatur legatus de latere. 325 b.* *Vectigal graue imponitur Clero in omnibus terris Cæſareæ Maieſtati ſubiectis in bellum contra Turcas. 326. b.* *Chronica Sebaſtiani Franci leguntur in Germania non minore pernicie quam voluptate Surius.*	2 E	14	6
1534.	11 † 1	15 16	20	29	*Clemens 7 Papa obit 7. Cal. Octob. Succedit non multò poſt Paulus 3. coronatus 3 non. Nouemb 328. b. c. Geneb. Surius.* *Henricus Angliæ Rex captus amore mulieris, ab Eccleſia Catholica deficit, ſeque caput Anglicanæ Eccleſiæ cõſtituit. 328. b. Surius. Paulus Iouius.*	3 D	15	7
1535.	1 2	16 17	21	30	*Perſequutio Catholicorum in Anglia, & multorum præſtantium virorum martyrium; Imprimis Roffenſis Epiſcopi & Mori Cancellarij, qui capite plectuntur 330. a Surius.*	4 C	16	8
1536.	2 3	17 18	22	31	*Deſiderius Eraſmus Roterodamus obit. Genebrardus.* *Erardus patriam à ducentorum millium & quingentorum Flor. debito liberat 339. c. Hæretico linguam perfodi iubet. Ibidem.* *Concilium Colonienſe Prouinciale, præſide Hermanno Archiepiſcopo, pro reformatione cleri & conſeruatione fidei & religionis, qui poſtea in hæreſim lapſus eſt Tom. 4. lib. Concil.*	5 BA	17	9

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frāc.	Epi Leod.	Res Gestæ	Cyclus Solis.	Cyclus Lūa.	Indictiones
1537	4 5	18 19	23	32 †	Reginaldus Polus Card. fugiens iram Regis Angliæ ab Erardo Præſule ſex circiter menſibus ſumma humanitate Leodij excipitur. 331. a. Surius. Geldrenſes deficiunt à Carolo Egmundano ſuo duce Surius. Proteſtantes Concilium per Summ. Pontif. indictum reijciunt; Quod hoc, vt aiebant, non ad Pontificem & Epiſcopos, ſed ad totam Eccleſiam perti neat. Surius.	6 G	18	10
1538.	5 6	19 20	24	1	Erardus Præſul moritur Feb 16. 333. a. b. Succedit Cornelius à Bergis pridem illi Coadiutor datus. Inauguratus Leodij die 6. Iun. 334. b. Induciæ nouem vel decem annorum inter Cæſarem & Gallos. Sur.	7 F	19	11
1539.	6 7	20 21	25	2	Proditio Leodij detegitur, & multi ſupplicio afficiuntur. 335. c. Præſul à Bergis multa ſanxit Reipublicæ vtilia. Ibidem Tumultus Traiecti. 336. c. Caroli 5. Cæſaris preces quotidianæ. Sur. Ex Hiſpanijs venit in Belgium, vt tumultum Gandaui exortum ſedet. Surius.	8 E	1	12
1540.	7 8	21 22	26	3	Ordo Societatis Ieſu à Paulo 3. PP. confirmatur: Deinde Iulio 3. Paulo 4. Pio 4. & tandem à Concilio Trid. ſeſſ. 9. c 15. Eccleſia vndecim millium virginum Leodij inſtauratur. 337. c. Franciſcus Guicciardinus magnus hiſtor. moritur. Opmer.	9 DC	2	13
1541.	8 9	22 23	27	4	Aprilis 7. P. Franciſcus Xauerius è Societate Ieſu, ſoluit Liſbona verſus Indias lib. Hiſt Ind. Orient c. 6. Regnum Hungariæ fere totum perit Chriſtianis 342. a. Sur. Geneb. Georg Auſtriacus Coad. Cornelij Præſ. nominatus, à Gallo capitur 342 b Comitia Ratiſbonæ contra Turcas fruſtra habita. 342. b.	10 B	3	14
1542.	9 10	23 24	28	5	Grauiſſ. controuerſiæ inter Lutheranos & Zuinglianos oriuntur. Onuphr. Franciſcus Xauerius conuertit ad fidem trecenta milia infidelium. Boſius lib. 6. de ſignis Eccleſiæ c. 3 Leodienſes contra Turcas inſtructi 343 d.	11 A	4	15
1543.	10 11	24 25	29	6 †	Cornelius à Bergis Præſul moritur, exeunte hoc vel ineunte ſeq anno. 349 b. Succedit illi Georgius Auſtriacus è cuſtodia à Gallo dimiſſus; & Leodium ingreſſus die Dominica poſt feſt. Aſſump B. Mariæ virg. quæ in 17 Aug incidit 350. d. Ioannes Eckius & Albertus Pighius egregij Catholicæ fidei propugnatores moriuntur. Surius.	12 G	5	1
1544.	11 12	25 26	30	1	Cæſar Comitia Spiræ celebrat, præſentibus omnibus Electorib. contra Gallum Turcæ fœderatum: quo nomine ingentem pecuniæ ſummam colligit. 49. Surius. Hermannus Archiepiſcopus Colonien Lutheranus Bucerum hæreſiarcham in ſuam Diœceſim aduocat 350 d. Surius.	13 FE	6	2
1545.	12 13	26 27	31	1 2	Lutherus volens puellam dæmoniacam exorciſmis ſanare, egregiè à dæmone excipitur. Surius. Staphylus. Genebrard. Concilium Oecumenicum Tridentinum ſumit initium 352 c. Tom. 4. Concil. lib. 19. Origo belli contra proteſtantes. 353 c. Surius.	14 D	7	3
1546.	13 14	27 28	32	2 3	Martinus Lutherus moritur Februarij die 8. quo fere tempore Patres Concilij Trid. ſecunda ſua ſeſſ. hæreſes eius damnare incipiunt, vt mundo conſtaret falſum eſſe eius vaticinium; Peſtis eram viuus moriens tua mors ero Papa. 354. d. Exautoratur quoque propter hæreſim Hermannus Archiepiſcopus Colonien. Ibidem.	15 C	8	4

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1547.	14 15	29 30	33 † 1	3 4	Moritur Franciſcus Valeſius Rex Franciæ, pridie Kal. Apr. 357. b. Succedit Henricus 2 coronatus Remis, menſe Iulio 357. b. Onuph. Carolus 5 proteſtantes & totam Germaniam domat. 358. a. Sur.	16 B	9	5
1548.	15 - 16	30 31	1 2	4 5	Hermannus Archiepiſcopus Colonien hæreſeos damnatus, dignitate exauctoratur, & Archiepiſcopus Scheuenburgus in eius ſedem ſubrogatur 367. a. Dum aliquãtum propter bellum diſtrahitur Concil. Trid: Peſente Cæſare, conſcribitur (Interim) à quibuſdam Doctoribus: quod poſtea Pontifex ad incudem reuocat. 361. a. Surius.	17 AG	10	6
1549.	16 17 †	31 32	2 3	5 6	Paulus 3 vita defungitur 10. Nouemb. 363 b. Concilium alterum prouinciale Coloniẽſe reformatorium, præſide Adolpho Archiepiſcopo. 363 a. Geneb. Cæſar petit à Capitulo dari Georg. Auſtriaco Præs. ſucceſſorem. 367. b.	18 F	11	7
1550.	1	32 33	3 4	6 7	Paulo 3. vita defuncto, ſuccedit illi Feb. 7 Iulius 3 364. b. Edictum Cæſaris contra hæreticos. 364. a Surius.	19 E	12	8
1551.	2	33 34	4 5	7 8	Reformationes Georgij ab Auſtria Præſulis publicantur 364 d. Martinus Bucerus moritur in Anglia, 3 Kal. Mart. Fertur moribundus dixiſſe Chriſtum non fuiſſe verum Meſſiam ſed alium expectandum. Geneb. in Chron. Lind. Dial. 2. dubito. Initium belli gallici quod totum Imp. afflixit. 365. c. Sur. Geneb.	20 D	13	9
1552.	3	34 35	5 6	8 9	Paulus Iouius hiſtoricus moritur. Opmerus. Principes Germ. cum Gallo fœdus ineunt cõtra Cæſarẽ. 366. d. Geneb. Sur.	21 CB	14	10
1553.	4	35 36	6 7	9 10	Statuta conſiſtorialia ac reformationes iudiciorum ſpiritualium per Iulium 3. Pontificem confirmantur & eduntur. 370. c. Conſilia de nouis Epiſcopatibus per Belgium erigendis 371 a Hauens. Religio reſtauratur in Anglia. Ibid. Genebrardus.	22 A	15	11
1554.	5	36 37	7 8	10 11	Gallus Campaniæ fines egreſſus ad Moſam iter intendit; Bouinium Opp. diripit, & flammis amburit; Dionantum deditione certis condition capit, quas, non ſeruat. Mariæburgum capit & munit 373. d. Surius. Henric. de Berlaymont cognomine Floyon Dionantum fortiter quam potuit defendit. Ibidem.	23 G	16	12
1555.	6 † 1	37 38	8 9	11 12	Iulius 3. moritur menſe Mart. ſuccedit Marcellus 2. men. Aprili; præfuit 21. diebus Subſtituitur in eius locum Paulus 4 Dec. Kal. Iulij 375. d. & 376. a. Onuphr. Carolomontium in agro Leodieñ. ædificatur. 377. b.	24 F	17	13
1556.	1 2	38 39	9 10	12 13	Hoc an. ineunte vel præced. exeunte, Carol. Cæſar Ferdinando fratri diadema & Philippo fil. reliqua regna cum Belgio relinquit, vt ſoli Deo vacet. 377. c. Sur Geneb. Theodorus Beza deficit ad Caluiniſmum. 378. a. Ignatius Societatis Ieſu fundator, Romæ multis ſanctitatis indicijs relictis, animam Deo reddit. 378. d.	25 ED	18	14

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Fräc.	Epi Leod.	Res Gestæ	Cyclus Solis.	Cyclus Lũa.	Indictiones.
1557	2 · 3	39 · 40	10 · 11	15 † 1	*Georgius Auſtriacus obit die 4. Maij, poſt meridiem 382. d.* *Robertus à Bergis iampridem illi coadiutor datus ſuccedit & inauguratur eodem menſe Maio 384. b* *Philippopolis in agro Leodienſi conditur, promiſſa Herſtallij VVantij & quorundam aliorum compenſatione, ſed necdum præſtita. 382.*	26 C	19	15
1558.	3 · 4	40 †	11 · 12	1 · 2	*Carolus Cæſar piè moritur. 399. c. Surius* *Eriguntur noui Epiſcopatus per Belgium 388. b.* *Franciſcus Sonnius ea de re Romam mittitur. 388. b. Hauent.*	27 B	1	1
1559.	4 †Vacat	1 · 2	12 † 1	2 · 3	*Obit Henric. 2. Rex Gall. menſe Iun. Succedit illi fil. natu maximus Frãciſcus 2 15 Kal. Octob. Regno inauguratus. 401. Onuph. Geneb.* *Moritur Paulus 4. Aug. die 18. 402. b Onuph. Geneb.* *Pax Cameracen. inter potentiſſ Reges Gallum & Hiſpan. 399. c. Geneb. Sur Origo belli Belgici nimis diuturni. 402 d.*	28 A	2	2
1560.	1	2 · 3	1 † 1	3 · 4	*Mortuo Paulo 4. ſuccedit Pius 4. 7. Kal. Ianuarij coronatus. 402 b. Onuphr.* *Mortuo Franciſco Rege Galliæ menſe Decembri ſuccedit Carolus nonus. 404 a. Onuphr. Genebrard.*	1 GF	3	3
1561.	2	3 · 4	1 · 2	4 · 5	*Edicto Regis permiſſum eſt in Gallia Huguenottis exercitium ſuæ religionis extra mœnia vrbium vſque ad Concilij Trid determinationem, cum hac clauſula; Abſque tamen approbatione nouæ religionis, & id tantum per modum prouiſionis, donec aliter à Rege fuerit ordinatum Geneb. in Chron* *Vniuerſitas Louanienſis conſulta ſuper erectione nouorum Epiſcopatuum. 406. à Hauentius.*	2 E	4	4
1562.	3	4 · 5	2 · 3	5 · 6	*Robertus à Bergis Præſul à noxio vento læditur; vnde mors ſequuta eſt 406 c. Maximæ turbæ per Germaniam & Galliam cauſâ religionis. Surius, Genebrardus. SS. Irenei & Martini oſſa cremantur ab hæreticis. Surius, vel anno ſeq. vt volunt alij 407 a.*	3 D	5	5
1563.	4	5 · 6	3 · 4	6 · 7	*Gerardus Groesbekanus fit Coadiutor & ſucceſſor Roberti vlt. Martij 407* *Eodem menſe Princeps Auriacus, Egmundanus & Hornanus Comites ſcribunt Regi, vt Granuellanum è Belgio reuocet. 407.*	4 C	6	6
1564.	5	6 † 1	4 · 5	7 · 1	*Huius anni initio finis imponitur Concilio Trident. 409. a.* *Robertus à Bergis Bergã ſe recipit & illi Groeſbekanus ſuccedit 409. c.* *Ferdinandus Imp. moritur ipſo feſto D. Iacobi. Succedit ei, Maximilianus 2. 411. c. Onuph. Mors Caluini miſera nec miſerabilis. 411. c. Genebrard. Hyems prodigioſa 412. b.*	5 BA	7	7
1565.	†	1 · 2	5 · 6	1 · 2	*Pius 4. Idibus Decem. migrat è vita. 417. à Geneb.* *Robertus à Bergis Præſul moritur. 412. c.* *Gerardus Groeſbekanus inauguratur 414. b.* *Pontifex indulget illi propter ſua merita collationem beneficiorum in vtroque menſe. 416. c*	6 G	8	8
1566.	1	2 · 3	6 · 7	2 · 3	*Pio 4. ſuccedit Pius 5. vir ſanctiſſ. 7. Id Ian 417. a Onuph.* *Coniuratio Nobilitatis Belgij contra Regem Catholicum 419. c.* *Coniurati conueniunt in Oppido Trudonen. 421. c. Hauentius. Surius.* *Fiunt Antuerpiæ, Traiecti, Haſſelei Maſeicke conciones hæreticæ. 422. b. Surius.*	7 F	9	9

Digitized by Google

Anni Chriſt.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Fräc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũa.	Indictiones.
1567.	2	3 4	7 8	3 4	*Aduentus Albani in Belgium 428. c. Hauentius.* *Præſcriptio Pij 5. Pont. Breuiaria, miſſalia & Cathechiſmus, qui hodie Romanus vocatur, eduntur. Geneb Obſidio oppidi Haſſelen. per Gerardum Groesbekanum Præſulem, & eiuſdem deditio. 425. d. Surius.* *Comes Hornanus & Egmũdanus apprehendũtur. 439 b. Surius Hauẽtius.*	8 E	10	10
1568.	3	4 5	8 9	4 5	*Pugna inter Ludouicum Naſſouium Principis Auriaci fratrem & Comitem Arenbergium, in qua occumbit Arenbergius. 432. c.* *Dux Albanus magna clade dictũ Ludouic. afficit 434. c.* *Nouos Epiſcopatus promouet. 448. c. Hauentius. Obſidio Ciuitatis Leodien per Principem Auriacum & ipſius turpis fuga. 443. b.*	9 DC	11	11
1569.	4	5 6	9 10	5 6	*Decimus viceſimus, & centeſimus denarius odiosè ab Albano petitur. 448 c. Surius.* *Multi Auriaci partes ſequuti Leodij afficiuntur ſupplicio. 449. c.* *VVilhelmus Lindanus primus Epiſcopus Ruremõd. laudatus 448 Hauent.*	10 B	12	12
1570.	5	6 7	10 11	6 7	*Gerardus Groesbekanus queritur apud Cæſaream Maieſt. de ablatis ſibi clauibus Ciuitatis Leodienſis 454 c.* *Synodus Mechliniæ pro executione Decretorum Concilij Trid. Sur.* *Pius 5 Pontifex declarat Reginam Angliæ ob hæreſim excommunicatam, & regno excidiſſe. Sanderus lib. 7 de viſibili Monar. Eccl.*	11 A	13	13
1571.	6	7 8	11 12	7 8	*Quorundam machinatione, in Conſilio Ciuitatis actum, vt nullus deinceps Scabinorum Leodienſium in Burgimagiſtrum eligeretur. 460. a.* *Ioan Auſtriacus dux militiæ contra Turcas iuxta Naupactum Achaiæ vrbem conſequitur victoriam. 461 d Sur Liuinus Torrent. in ſuo poëmate.* *Pius 5 Pont. max diuinitus præuidet hanc victoriam Surius.*	12 G	14	14
1572.	7 † 1	8 9	12 13	8 9	*Pius 5. moritur multis clarus miraculis. Calend. May. 462. d. Onuph. Surius. Geneb Succedit illi 12. May Gregorius 13 463. b Ibidem.* *Mandatum Spirenſe Groesbekani contra Ciuitatem. 468. a.* *Tumultus in Belgio occaſione exactionis decimi denarij 462. b. Sur.* *Geuſei incipiunt fundere ſanguinem Catholicorum 464. Surius.*	13 FE	15	15
1573.	1 2	9 10	13 14	9 10	*Græsbekanus Præſul mandat viſitari penuaria vinariorum, & vinorum pretia per DD. Cathedr. Eccleſiæ & alios adhiberi ſolitos ſtatui 470. d.* *Erneſtus Dux Bauariæ fit Epiſcopus Hildeſheymenſis. 471. a.* *Concertatio Reuerendiſs. Lindani cum aulicis pro Eccleſiaſticis fundationibus. Hauentius.*	14 D.	16	1
1574.	2 3	10 11	14 † 1	10 11	*Carolus 9 Galliarum Rex moritur May 30. 476. a. Geneb. Surius.* *Succedit Henricus tertius Ibidem.* *Ludouici Naſſouij exercitus funditur nec ipſe amplius comparet. 471. a.* *Diſceptatio Reuerendiſs. Lindani cum Magiſtratu pro libertate Eccleſiaſtica. Hauentius.*	15 C	17	2
1575.	3 4	11 12	1 2	11 12	*Monaſteria Leodienſia paciſcuntur cum ſodalitatibus Colubrinorum & Arcubaliſtarum. 477. c.* *Pax fruſtra tentatur in Belgio. 476. d.* *Gregorius 13 laudat Eccleſiam Leodien à fidei conſtantia. 478. b.*	16 B	18	3
1576.	4 5	12 † 1	2 3	12 13	*Maximilianus Cæſar moritur. 12. Octob. vbi ſuccedit illi Rudolphus 2. eius primogenitus 482. d. Geneb.*	17 AG	19	4

Digitized by Google

Ann. Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frãc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Ciclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1577.	5 | 6	1 | 2	3 | 4	13 | 14	*Pax in Belgio inter Ioan Auſtriacum & Ordines fœderatos, conſilio Groeſbekani Præſ. 486 d. Bartholom. honor. Struuntur Auſtriaco inſidiæ 49 a.* *Legati Cæſarei cognoſcunt de dãnis per Patriã Leodienſ. perpeſſis 488 d* *Mathias Archidux Auſtriæ Gubernator Belgij recipitur Ibid.* *Legatio fœderatorum ad Leodienſes 491 c.*	18 F	1	5
1578.	6 | 7	2 | 3	4 | 5	14 | 15	*Hiſpani & alij exteri nuper ex condicto pacis egreſſi in patriam reuertuntur 492 c.* *Prælium apud Gemblacum Ordinibus fœderatis infœlix 492 c.* *Origo malecõtentorũ 498 d Mors Ioann. Auſtriaci & eius elogia 499 b.*	19 E	2	6
1579.	7 | 8	3 | 4	5 | 6	15 | 16	*Res mira de quodam ad Dei tribunal appellante 500 b.* *Obſidio Oppidi Traiectenſis & eius lugubris occupatio 500 d.* *Epidemiæ lues mire graſſatur Leodij 504 b.* *Origo corruptionis vrbis Aquenſis per hæreticos 506 a.*	20 D	3	7
1580.	8 | 9	4 | 5	6 | 7	16	*Princeps Auriacus per Philippum Regem Hiſpanorum proſcribitur tanquam perduellionis reus; & 25 aureorum millibus & nobilitate donatur, qui eum ſiue viuum ſiue mortuum in Regis poteſtatem tradiderit 507 a.* *Cõmunicatio Leodienſiũ cum Regijs habita ſuper quibuſdam quæſtionibus Iuriſdictionalibus 508 a. Moritur Gerardus Groesbekanus Præſ. ipſo die Innocentium 509 d.*	21 CB	4	8
1581.	9 | 10	5 | 6	7 | 8	1	*Gerardo Groesbekano ſuccedit Erneſtus Dux Bauarus die vlt. Ian concordibus omnium Canonic. ſuffragijs 511 d eligitur Adminiſtrator Stabulen. 512 c Caluiniſtæ tumultuantur Aquiſgrani 514 d. Edmundus Campion Ieſuita, Scherrinus & plures alij ſancti & docti viri honorantur martyrio in Anglia. Geneb.*	22 A	5	9
1582.	10 | 11	6 | 7	8 | 9	2	*Erneſtus Præſul obſidet Aquiſgranum 517 c. Moſchus tria Ieſuitar. Collegia in ſuo Imperio conſtruit, ipſemque præbet de ius ad Eccleſiam Romanã tranſitu: Alioquin Conſtantinopolitano Patriarchatui obſequitur Geneb.* *Ghebhardus Truchſeſius Archiepiſ. Colonienſ. factus hæreticus, vt monialem in vxorem ducat: fouet conciones Caluiniſticas 523 c Iſſelt.*	23 GC	6	10
[illegible]	11 | 12	7 | 8	9 | 10	3	*Truchſeſius bellum exorditur 525 a. Genebrardus Iſſelt. Admonetur à Cæſare fruſtrà Idem Excõmunicatur & exauctoratur à Ioanne Franciſco Epiſcopo Vercellen. Nuncio Apoſtolico Ijdem.*	24 B	7	11
[illegible]	12 | 13	8 | 9	10 | 11	4	*Truchſeſius à Præſule & ſuis Bauarianis ex toto Archiepiſcopatu pellitur 529 d Iſſelt. Genebrardus* *Princeps Auriacus ſclopo traiectus necatur 530 b.* *Obſidio Antuerpiana per Parmenſem admirabilis 531 a. Pons ſuper Scaldim latus 400 pedes Ibidem.*	25 AG	8	12
[illegible]	13 | 1	9 | 10	11 | 12	5	*Gregorius 13. moritur die 10. Apr. Succedit 14. eiuſdem men. Sixtus 5. 553 d. Marquiſ. medic.* *Erneſtus eligitur in Epiſcopum Monaſterien. 534 d.* *Promulgatur Concil Trid. 536 d. Exautoratur Abbas S. Laurẽtij 538 c.* *Reuerendiſſ. Lindanus Sixto tradit formulas reformandi Clerum & Populum Romanum. Hauentius.*	26 F	9	13
[illegible]	1 | 2	10 | 11	12 | 13	6	*Mors Ioannis Franciſci Epiſcopi Vercellenſis Nuncij Apoſtolici 540 d.*	27 E	10	14

Digitized by Google

RES GESTÆ.

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Fräc.	Epi Leod.	Res Geſtæ	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1587.	2 3	11 12	13 14	7	*Erneſtus Præſul raram ſecretorum naturæ cognitionem adeptus. 542. c. Germani à Guiſianis in Gallia ceduntur. Ianſon. Sacræ ligæ in Francia origo. Ianſon.*	28 D	11	15
1588.	3 4	12 13	14 15	8	*Stupenda Regis Hiſpaniarum claſsis contra Reginam Angliæ miſſa, inglorià retrocedere cogitur. 545 b. Ianſ. Reneridiſ. Lindanus ad Epiſcopatũ Ganden. tranſlatus moritur, ſepultus communi tumulo cum primo eius Eccleſiæ Epiſcopo Cornelio Ianſenio cum hac inſcriptione;* *Vnicus eſt Phœnix: cineres hec tumba duorum* *Phœnicum veræ religionis habet.*	1 CB	12	1
1589.	4 5	13 14	15 + 1	9	*Erneſtus Præſul erigit duo Seminaria 558 a. Henricus 3 Rex Franciæ à Iac Clemente quodam fratre Dominicano cultro ictus, moritur, abſque liberis, menſe Aug. Succedit illi Henricus 4. primogenitus familiæ Borbonicæ. 556 c. Iacobus Gualt. Ioannes Backs Paſtor Haſſelen. propter hereſes exauctoratur 548. a.*	2 A	13	2
1590.	5 + + 1	14 15	1 2	10	*Sixtus Pont. vocat omnes Epiſcopos Romam 568. c. Moritur 27. Aug 564 c. Ioẽs Marquiſ. Succedit menſe Sept Vrbanus 7 moritur eodem menſe die 27. 565. d. Marquiſ. In Vrbani locum ſurrogatur Gregor. 14 die 5. Dec. Ibid Quidam a dæmone poſſeſſus horrendum, in monſtrũ euadit. 561. b. Mira hominis Lutherani cõuerſio ibid. Hiſpani tumultuãtur. 566. a. Ianſon.*	3 G	14	3
1591.	1 + +	15 16	2 3	11	*Tumultus Hiſpanorum in oppidis Dieſthenſi, Leevvenſi, & Herentalenſi 566 b. Caſtrum VVeſterlo aſtu capitur 566. d Gregorius 14. moritur men. Octob 15. Succedit illi Innocen. ius 9 qui menſe Dec. diem claudit extremum. 569. b. & 570. c. Succedit illi Ianuario menſe anni ſeq. Clemens 8. 570 c. Marquiſ*	4 F	15	4
1592.	1	16 17	3 4	12	*Dux Parmenſis moritur 574. a. Ianſon. Gaſpar Ens. VVeſterloa arx per Mondragonium recuperatur. 572. d. Erneſtus Præſul oppida ſuæ Diœceſis Colonien à Regijs poſſeſſa recuperat 571. c. Dux Iuliæ moritur. 570. d. Ianſon.*	5 ED	16	5
1593.	2	17 18	4 5	13	*Tumultus Regiorum militum inter Zambram & Moſam. 579. a. Rex Nauarræ conuertitur ad fidem 582. b. Ianſon. Erneſtus Præſul de duobus ſe excuſat apud Pontificem. 574. d.*	6 C	17	6
1574.	3	18 19	5 6	14	*Pes nouus ſeu reformatus in vectigalibus ſoluendis. 585. d. Tumultus Italorum in Zichem 589 b. Gaſpar Ens. Arx Hoyenſis aſtu ab Hollandis capitur, & mox oppidum à quibuſdam deditur. 590. d. Ianſonius.*	7 B	18	7
1595.	4	19 20	6 7	15	*Oppidum Hoyenſe cum arce vi recuperatur. 592. d. Ianſ. Hiſtoria Ioannis del Vaulx Monachi Stabulenſis inſignis ſortilegi. 593. & aliquot ſeq. Legatio ad Principatum Stabulenſem contra ſortilegos. 595. d.*	8 A	19	8
1596.	5	20 21	7 8	16	*Albertus Auſtriacus fit Gubernator Belgij. 598. d. Gaſpar Ens. Henricus Cuyckius poſt ſex demum annos conſentit ſuſcipere Epiſcopatum Ruremundenſem Hauent. Ferdinandus Bauariæ Dux fit adminiſtrator Colonienſ 599 a. Ianſ*	9 GF	1	9

Digitized by Google

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frāc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Ciclus Solis.	Cyclus Lūæ.	Indictiones.
1597.	6	21 22	8 9	17	*Proceſſus contra Ioannem Del Faulx Monachum Stabulenſem Sortilegum. 601. a & 607.*	10 E	2	10
1598.	7	22 23	9 10	18	*Pax inter duos potentiſſ. Reges Gallum & Hiſpanum. 608. b Beſard.* *Tumultus Leodij per Braxatores ſeu coctores ceruiſiæ excitatus. 607 a* *Aquenſes Banno Imperij ſubijciuntur. 609. b Beſardus.* *Scholæ hæreticorum clauduntur, Catholicorum aperiuntur. 609. d.*	11 D	3	11
1599.	8	23 24	10 11	19	*Henricus Cuickius Epiſcopus Ruremondenſis ſtudet per Epiſtolam Mauritium ad fidem veram traducere Hauentius.* *Indultum Erneſto Præſuli ob merita erga Eccleſiam à Pontifice Max. conceſſum. 616. b. Eius Exemplar. Ibidem.*	12 C	4	12
1600.	9	24 25	11 12	20	*Admiranda Romanorum charitas erga peregrinos ad vrbem pro Iubileo conſequendo vndique confluentes. 619. c. Franciſc. Coſt. in Epiſtola ad Gaſp. Creum Caluiniſt.* *Capucini per Belgium & Diœceſim Leodien. ſe diffundunt. 621. d.* *Prælium Alberti Archid. & Mauritij Com. apud Neoportum. 624. b.*	13 BA	5	13
1601.	10	25 26	12 13	21	*Hiſpani in VVerteo Oppido tumultuantur & prædam per Patriam Leodien. agunt 627. a. Ianſen.* *Mauritius Syluam Ducis in diſcrimen adducit ſed partim ab hoſte partim à frigore arctatus recedere cogitur. 628 a Ianſon*	14 G	6	14
1602.	11	26 27	13 14	22	*Archidux Oſtendam premit, quam vt liberet Mauritius, collecto in Germania ingenti exercitu, per Patriam Leodienſem Brabantiam ingreditur. 628. d. Ianſon. Regij tumultuantur in Hamont: Comes Belioſus fruſtra eos reuocare conatur; Tumultuantur & in caſtro Hochſtratano: male tractant Leodienſes. 630 631.*	15 F	7	15
1603.	12	27 28	14 15	23	*D. de Mailly nomine Leodienſium componit cum rebellibus Hiſpanis. 633 d* *Seditioſi Hiſpani opem Mauritij imp'orant contra Archiducem & illi ſacramento ſe aſtringunt. 635 a. Archiducis fulmina in ſeditioſos. 635 c Ianſon*	16 E	8	1
1604.	13	28 29	15 16	24	*Oſtenda Archiduci deditur. 635 d. Ianſon. Seditioſorum exercitus ingentia damna patriæ Leodienſi & Brabantiæ infert 636 b.* *Breenſe Oppidum capitur à ſeditioſis. ibid. d.* *Vindicantur reliquiæ capitis S. Lamberti martyris 638 b. Voſsius.*	17 DC	9	2
1605.	14 † † 1	29 30	16 17	25	*Miraculū ad inuocationem S. Leonardi in ſuburbio Leodien. 643 c Guillon.* *Clemens 8 PP. non. Martij vita defungitur. Succedit Alexander Medices 4. Non Aprilis Leo xi nominatus; Moritur & 27. Apr. Camillus Burgheſius Paulus 5 nominatus ſuccedit & modo Eccleſiæ Dei præeſt. Deus opt. max. quamdiutiſſimè Eccleſiæ ſuæ conſeruare & omnia fœlicia & ſalutaria largiri dignetur Amen, amen.*	18 B	10	3
1606.	1 2	30 31	17 18	26	*Seditioſi Dieſthemium & Hamontium occupant, excurrunt ad portas vſque Leodienſes & ingentia damna inferunt. 655. b. c.*	19 A	11	4

Anni Chriſ.	Pont. Rom.	Imp. Rom.	Reges Frāc.	Epi Leod.	RES GESTÆ.	Cyclus Solis.	Cyclus Lũæ.	Indictiones.
1607.	3 4	31 32	18 19	27	*Cæſar Baronius Soranus Card. Eccleſiæ polybiſtor. pridie Kal. Iul. piè moritur 656. a. Seditioſi ab Archiduce proſcribuntur, decreto in ſingula capita quæ quis apprehenderet quinque & viginti ſcutorum præmio 657. a. Ianſon.* *Schiſma atrox venetorum contra Eccleſiam Romanam Ibib d.*	20 G	12	5
1608.	4 5	32 33	19 20	28	*Reliquiæ Dionyſij Carthuſiani poſt 130 annos à morte, & præſertim digiti manus dextræ pollex & index, ſcriptoris inſtrumẽta integri reperti 659. c.* *Quædam feſta Diœceſis Leodien deuotioni populi permiſſa Ibid.* *Miraculo aſſeritur realis præſentia corporis & ſanguinis Domini in ſacramento Euchariſtiæ. 661. d. De Rio Archiep Biſont.*	21 FE	13	6
1609.	5 6	33 34	20 21	29	*Ioannis Guilhelmi Ducis Iuliaci mors ſine liberis occaſionem belli grauiſſimi & periculoſiſſimi præbet. 608 b. Ianſ.* *Induciæ 12. annorum inter Archiduces & fœderatos 668. b. Periculum Religioni Orthodoxæ occaſione Induciarum cui per Archiduces remedium adhibetur 670. b. Ianſ.*	22 D	14	7
1610.	6 7	34 35	21 1	30	*Henricus 4. Franciæ Rex geminato cultri vulnere per Franc. Rauaillacũ ſicarium inſlicto, ex tempore moritur, die 14 Maij. Succedit illi Ludouicus 13. qui natus fuit 27. Sept. anno 1601. baptizatus magna cum celebritate 14. Sept. 1606 proclamatus Rex Galliæ 14. & 15 Maij huius anni 1610 & eiuſdem anni 17. Octob. conſecratus, quem Deus omni benedictione cumulare dignetur Amen. Amen*	23 C	15	8
1611.	7 8	35 36	1 2	31	*Erneſtus Præſul vltimum Comitia celebrat: liberalitas Leodienſium erga illum. 675. c. Cauet Leodienſibus ab Hæreticis Aquenſibus 676. b.*	24 B	16	9
1612.	8 9	36	2 3	32	*Rudolphus Imperator, Ian 10 poſtquam vixiſſet annos 59. vita fungitur: Succedit illi Mathias Hungariæ & Bohemiæ Rex, 13 Iun 677 d nec longo interuallo temporis ſequitur Erneſtus Præſul annos natus duos & ſexaginta, viam vniuerſæ carnis ingreſſus. Ibid. Votum Societatis Ieſu pro pijs eius manibus. 678. c. Conſolatio ad Legiam de eius obitu Nicaſi Baxi Auguſtiniani.*	25 AG	17	10

Digitized by Google

INDEX RERVM.

IN TERTIVM TOMVM GESTORVM PONTIFICVM LEODIENSIVM.

A.

ABbas prodigus miſere à Deo punitus. 47. c.

Abbas S. Laurentij ante exautorationem frequenter admonitus 538 a. Exautoratur & Dominus Ogerus Loncinus in eius locum ſurrogatur ibid. b.

Abbas S. Trudonis filius D. à Bergis ab Euerardo Arenbergio capitur & Leodium adducitur 209 d.

Abbas Trudonenſis à Principe Auriaco capitur 441 a.

Abbatiſſa de Heikenroede lepido ſtratagemate ex oppido Trudonenſi euadit manus Auriaci ibid. b.

Adrianus Florentinus Traiectenſis fit Pontifex max. 278 a. Scribit contra Lutherum ad omnes Germaniæ Principes & Ducem Saxoniæ 279 a. b Moritur altero ab electione anno Calend Octobris 290 d.

Ægidius de Lauatorio Scabinos Leodienſes paſſim iniuſtitiæ inſimulat 58 c. Habet orationem ad Ciues in palatio congregatos 59 a. Acclamant Aegidio coniurati. Contra Aegidiū perorat Raſo Scabinus, ſed potius exacerbat populum 59 a. b. c. d. & 60 a. Vide Scabini.

Aegidius Hiergius Berlemontij filius intempeſta nocte, cœlo pluuioſo, cum aliquot copijs Traiecto Thenas mittitur 438 c. Defendit Thenas animoſè contra inuaſionem Auriaci 443 a. In obſidione Traiectenſi globo ictus glorioſè occumbit 502 d.

Albanus Dux Belgium ingreditur 428 c. Miles Albani à Condruſijs benignè excipitur. ibid. Ingreditur & egreditur libere Ciuitatem ibid. Vt primum Bruxellas appulit multos apprehendi iubet, & inter alios Comites Egmundanū & Hornanum 429 b. Vide Egmundanus & Hornanus. Audiens Auriacum cum Germanis ſtatuiſſe Belgium ingredi, mittit Hiſpanos & Italos in agrum Leodienſem & nouas conflat copias 430 d. Audita morte Comitis Arembergij accelerat ſuppliciū captiuorum principum & aliorum nobilium. 433 a. b. c. d Magna clade afficit Ludouicum Naſſouium 434 c. Reducit exercitum Traiectum ad Moſam, vbi dicitur Leodium occupare voluiſſe. ibid. Præſul Groesbekanus aliquot horis agit cum Albano apud Viſetum 435 b. Appropinquante Auriaco Leodiū, Albanus monet præſulem per literas vt tranſitū per Ciuitatem neget, ſe illi adiutorio futurū 436 b. Albanus offenſus Tongrenſibus ob intromiſſos nobiles Auriaci 439. b. Præſul placat vtcumque eius animum ibid c. Guilhelmus à Pictauia Præpoſitus Leodienſis iubet aperiri portas Albano & ſuis ibid. c. Pulſo tandem extra Belgium Auriaco, Albanus Cameraci aliquot dies hæret, expectans quid Auriacus in Gallijs acturus ſit. 448 a Intelligens Condæi caſtra diſſipata, victor repetit Bruxellas, diſpoſitis per eos fines præſidijs. ibiddem. Bruxellis, vicinis locis, Leodij quoque canitur. Te deum Laudamus ibid. Albanus animum adijcit ad nouorū Epiſcopatuum promotionem 448. c. Rationes conflandæ pecuniæ inuidioſas init. ibid d. Petit decimum, viceſimum, & centeſimum denarium. Ibidem. Reſpondent Prouinciales 449. a. Albanus vti Catholicæ fidei vindex à Pontifice max. honoratur gladio inaurato & galero varijs gemmis decorato. 449 c. Monetæ adulteratores ſupplicio afficit 453. c. Edicit contra libros hæreticos. ibid. Edicit ne lites vltra annū protrahantur. ibid. Ex clementia regia generalem admiſſorum criminum indulgentiam

tiam

Digitized by Google

tiam promulgat. 454. a Brabanti vt liberentur ab indictione decimi & viceſimi denarij, in certam pecuniæ ſummam conſentiunt 457. b. Albanus perſiſtens in petitione decimi denarij occaſionem tumultus præbet. 462. a. Montibus per Ludouicum Naſſouium captis, quamprimum Albanus obſidionem parat. 464. d. fugat Principem Auriacum fratrem iuuare conantem & vrbem deditione capit. 464. c. fugato à Montibus Auriaco, multa Flandriæ Oppida à Geuſcis occupata recuperat 467. d Rebus apud Harlemium actis Haſpanias repetit, relicto ſucceſſore Ludouico Requeſenio gubernatore. 470. d. vide Requeſenius

Albertus Auſtriacus Gubernator Belgij venit Luxemburgũ, inde Namurcũ, indeq; Bruxellas 598. d. Pacem offert Hollãdis. 599. d. Recuſata pace ad bellum ſe cõuertit, ibid. Albertus cum futura coniuge rurſus inuitat Hollandos ad pacem. 608. d. Illis nihil reſpondentibus proficiſcitur in Hiſpanias. 609 a. Eius prælium cõtra Comitem Mauritium, ferè venit in Mauritij poteſtatem. 624 625 Obſidet Oſtendã 626 c. Ordines conuocat. 630. c. Perduelles proſcribit. ibidem. Cogitur obſidionem Hockſtratanam ſoluere 635 b. Eius fulmina in ſeditioſos. 635. c. Dat illis veniam & quare. 636. b. Excluſæ obſidionem meditatur, fruſtra obnitẽte Mauritio. 644. d.

Alenſonius Belgium ingreditur. 497. d. ad eius aduentum Geuſej ſua reproba dogmata per Flandriam profitentur. ibidem. Mortuo Ioanne Auſtriaco fruſtra Hiſpanos Belgio pellere nititur.. 500. a. Hyeme inſtante & pecunia deficiente Gallias repetit. ibidem.

Alenſonius Aquenſes ſeditioſos fouet 520 b. Belgium deſerit. 526. c.

Ambroſius Spinola creatur dux exercitus Alberti Archiducis, qui mox caſtra ſua caſtris Mauritij opponit. 645. b.

Amburbalia Brugis quid ſint. 5. c.

Amædeus Dux Sabaudiæ vitã ducens Eremiticam eligitur in Pontificem Romanum. 122. c. Amore pacis cedit Pontificatui. 128. c. Monaſterium Ripalenſe mirificè inſtaurat & in eo ſepelitur. ibid.

Anabaptiſticæ ſectæ origo. 295. b.

Anabaptiſtæ afficiuntur ſupplicio. 334. d & 469. b. Duo Anabaptiſtæ traduntur brachio ſæculari. 58. a.

Andegauenſis Dux proficiſcitur in Italiam capturus poſſeſſionem Regni Ciciliæ: eius exercitus perit, & ipſe mœrore contabeſcit. 52. d. & 53. a.

Andreas Cardinalis Auſtriacus cum Franciſco Orano S. Conſiſtorij Auditore illi dato Aſſeſſore, miſſus, vt Truchſeſium Lutheranum àb Archiepiſcopali ſede Colonienſi moueret, à Caſimiro impeditur. 525. c.

Anglus impoſtor furcæ affigitur. 639. c.

Apophtegma Erardi Epiſcopi. 254. a.

Apophtegma illiberale Regis Galliæ. 174. a.

Aquarum Spadanarum virtus contra hydropiſim. 555 a & 577. c.

Aquiſgranum Oppidum Imperij Diœceſis Leodienſis. 506 a. Incipit corrumpi ab hæreticis quibus & quomodo. ibid Senatus Aquenſis fruſtra cauet ne quis conciones hæreticas audiat. ibid. b. Aquenſis Magiſtratus per Erneſtum Præſulem admonetur officij. 513. a. Aquenſes monentur à Cæſare. 513. c. Cæſar legatos mittit qui interſint electioni Magiſtratus Aquẽſis. 513. d. Caluiniſtæ Aquenſes prolixum ſcriptum mittunt Cæſari 514. a. Quo tempore hæretici primum admiſſi ad Magiſtratum Aquenſem. 514. b Iterum monentur a Præſule. 514. c. Caluiniſtæ eligunt Magiſtratum ſuæ farinæ. ibid. Excipiunt legatos Cæſaris cõtumelioſè. 514. d. Aquenſes recurrunt ad Saxonem & Brandeburgicũ 516. c. Catholici Aquenſes mittũt legationem ad Cæſarem. 517 b. Erneſtus Præſul obſidet Aquenſes. 517. c. Cæſar reſpondet Catholicis Aquenſibus. 517. d. Philippus Hiſpaniarum Rex Brabantiæ Dux omnes ſubditos ſuos, ſub pœna publicationis bonorum ex Aquiſgrano reuocat. 558. d. Ioannes van Thenen Prætor Aquenſis Catholicus reſtituitur. ibidem. Querelæ Canonicorum Aquenſiũ de Magiſtratu. 562. b. Sententia Cæſaris contra Aquenſes hæreticos. 582. d. Aquẽſes bãno Imperij ſubijciuntur. 609. b.

Arenbergij, vide VVilhelmus, & Ioannes Horn.

Arnoldus de Horn per Vrbanum verum Pontificem ex Vltraiectenſi euehitur ad Epiſcopatum Leodienſem. 40. b. Eſt iuriſprudentiæ & rei militaris peritus. ibid. c. Perſandus electus a Capitulo confirmatur per Clementem Antipapam. 40. b. Deficit ad Duces Brabantiæ, Iuliæ, & Archiepiſcopum Colonienſem, quod malè habet Leodienſes. 40 d.

Leo-

Digitized by Google

Leodien. Hornanũ aduocant 40. d. Venit Leodiũ magno adhibito temperamento & quare. 41. a. Perſandus cum ſibi adhærentibus bellum patriæ indicit. 41. c. Leodienſes reprobant Perſandum & eius arma concremant. 41. c. Dux Brabantiæ deſeritur à Duce Iuliæ & Archiepiſcopo propter inſolentiam 42. b. Inglorius Bruxellas repetit. 42. d. Comes Flandriæ procurat treugam annalem inter Ducem & patriam 43 a. Arnoldus de Horn Præſul inauguratur vt Epiſcopus & Princeps. 43. c. Exemplaria literarum confirmationis Vrbani Pontificis & conceſſorum regalium ab VVenceſlao Imperatore offert Capitulo. 43. d. Init fœdus cum Duce Brabantiæ 44. b. Perſandus, relictâ dignitate, priuatam vitam agit. 44. c. Præſul tribunalia clauſa aperiri & iuſtitiam miniſtrari mandat. 44 c. D. de Rodemache bellum indicit præſuli 44. d. præſul cum Leodienſibus eum fugere cogit. ibid. Præſul accipit regalia ab Imperatore. 46. b. Tumultum Dionanti contra Curiam Leodienſem exortum ſedat, 54. d. & alterum Trudonopoli occaſione homicidij nothorum D. de Heers 55. d. Quatuordecim Scabinos vno excepto officio mouet. 58. d. Impetrat pro reſtitutione literas Cæſaris. 66. a. Horneus Sedem Apoſtolicam appellat. 66. a. Moritur Horneus. 66. c.

Auriacus vide Princeps Auriacus & Hornanus Comes.

B

BAlthaſar Villeforenſis Principem Auriacum Sclopeto exploſo necat 530. b. Eius captiuitas, quæſtiones, ſupplicium, admiranda animi fortitudo. 530. c. d.

Baptiſmus æquè verus eſt improborum & proborum ſacerdotum. 20. b.

Baſtonia eſt oppidum Ducatus Luxemburgenſis. 64. d.

Belgæ quomodo antiquitus cingebant ſua mœnia 56 d.

Belius filius Conſulis Traiectenſis arcem Carpenam occupat. 500. b. Broëmium præfectum Regium ſuſpendit. ibid. Circumquaque prædas agit, & multa in ærarium Ordinum refert. ibid. Gonſaga & Mondragonius arcem recuperant vigilia Regum, & 13 deinde die Belius ſuſpenditur eodem quo Broëmium ſuſpenderat & eodem loco. ibid. b. Res mira de Broëmio ad diuinũ iudiciũ Belium appellãte. ibid.

Belli Colonienſis initium. 525. a. Durat ad ſeptennium. 577. b.

Bellum Engelberti à Marka & Ioannis Brabantiæ, Reginaldi Geldriæ Ducum, contra Leodienſes. 3. b. In eo hi grauitèr cæduntur, perduntque ad quindecim millia hominum. ibid. Pacem ineunt parum honorabilem. 3. d. Excipiunt Engelbertum velut numen de Cœlo miſſum. ibid. vide Engelbertus.

Bellum Brabantinorum ratione Oppidi Mechlinienſis contra Flandros quos defendit Engelbertus à Marka. 6. d. In eo vario marte pugnatur. 7. a. Tãdem Guilhelmus Bauarus Hollandiæ Comes pacem componit. 8. a.

Bellum Engelberti à Marka contra Dominum de Alembrouck ratione Comitatus Loſſenſis. 10. b.

Bellum eiuſdem contra D. de Rummis ratione eiuſdem Comitatus 12. b.

Bellum VVenceſlai Ducis Brabantiæ, Comitis Namurcenſis & Præſulis Leodienſis contra Duces Iuliacenſem & Geldrenſem 18. b. In eo vario Marte primo pugnatum: tandem Iuliacenſes victores fuère, & mox pax componitur ibid. d.

Bellum Perſandi Epiſcopi confirmati per Clementem Antipapam, Ducum Brabantiæ & Iuliæ, Archiepiſcopique Colonienſis contra patriam Leodienſem 41. c. In eo Leodienſes Perſandi inſignia concremat: Dux Brabantiæ inglorius patriam Leodienſem egreditur. 41. & 42 d. a. Treuga annalis proclamatur inter Ducem Brabantiæ & Leodienſes. 43. a.

Bellum Domini de Rodemache contra Horneum præſulem & patriam Leodienſem 44. d. In eo Leodienſes caſtrum Lupicibus dictum ſpoliant & diruunt. ibidem.

Bellum Domini de Reueſteyn contra Leodienſes, Iuliacenſes, Colonienſes, Treuirenſes, Moguntinenſes. 61. d. & 62. a.

Bellum Ducis Geldriæ conducti ab Anglis contra Brabantos, pro quibus ſtat Dux Audax. 62. c.

Bellum Caroli Regis Galliæ contra Ducem Iuliæ. 64. d. In eo Archiepiſcopus Colonienſis ſedat iram Regis Caroli 65. b.

Bellum Ioannis à Bauaria & fratris ſui VVilhelmi contra Friſios. 72 a.

Bellum Alberti Ducis Bauariæ, Comitis Hollandiæ &c. contra D. Ioannem de Arkel in Hollandia. 72. d. In eo Benedictus XI. & Bonifacius IX. Pontifices, tractant

Digitized by Google

tractant de pace. 74. b.

Bellum Arenbergiorum contra Ioannem Horneum Epiſcopum & patriam Leodienſem 209. c. Belli præfecti Euerardus de Marka Arenbergij frater & Robertus eius nepos. 209 d. Præficitur illi & Gisbertus Canneus homo pernitioſus 209 d.

Bellum Leodienſium grande & diuturnum contra Namurcenſes 121. c. Eius belli cauſa. 121. c. Leodienſium 50. millia vaſtant Comitatū Namurcenſem & Poluacum capiunt 121. c. Philippus Comes ſe obijcit; & fit pax certis conditionibus. 121. d. De bello plura 122. d.

Bellum Leodienſium ſub protectore Badenſi contra Philippum Ducē Brabantiæ. 123 c. In eo feciahs Badenſis donatur à Philippo veſtimentis ſplendidis ibid d. Expeditio Brabantica aduerſus Leodienſes. ibid.

Bellum Leodienſium contra DD. de VVyenarde & de Raueſteyn 64 b. Quadraginta millia Leodienſium vaſtāt agrum Iuliacenſem: Mox pax ſequitur 64. b. c.

Bellum inteſtinum in Belgio inter Principes. 211. & eius cauſa. ibid.

Beneficium mutuū Saxonis & Hornei Epiſcopi. 212. d. Pax compoſita in Belgio inter Principes. ibid.

Bellum inter potentiſſimos Principes Chriſtianos Carolum v. Cæſarem, & Franciſcum Valeſium Francorum Regem. 277. d. vide. Carolus v. & Franciſcus Valeſius.

Bellum ruſticorum contra Principes Germaniæ. 291. c.

Bellum Galli & Ducis Cliuiæ contra Carolum. v. 343 d. Origo belli Caroli Cæſaris contra proteſtantes 353. c.

Bellum Colonienſe, Gebhardi Truchſeſij contra Erneſtum Bauarum Archepiſcopum Colonienſem Electum. 525. b.

Bercka recuperatur ab Erneſto. 581. d.

Beringenſe oppidum flammis abſumitur propter contumelias iactatas in Philippū Ducem Burgundiæ 167 d.

Berlemontius Comes Præſuli & Ciuitati ſcribit. 431. c. Dominus de Herges eius filius Moſa tranſmiſſo, Germanos cædit. 431 d.

Betburgum ab Erneſto Præſule occupatur. 529. d.

Bonauentura Generalis minorum bonam Nauat operam in fœderatis Belgij Ordinibus Regi reconciliandis 606 a.

Bonna cum ſuo præfecto Carolo Trucſeſio traditur Erneſto. 529. a.

Boninium à Gallo capitur, ſpoliatur, & exuritur. 373. d.

Bredani Patriam Leodienſem deprædantur 544. b. & Campiniam 565. c. Capiunt Oppidum Thenenſe & Stockemium. ibid. Quomodo ſe nitantur excuſare. 566. c.

Breenſe oppidum capitur. 636. d.

Bullonium caſtrum ingenio loci fortiſſimū, capitur à Gallo deditione. 368. b. Galli deprædantur agrum Bullonenſem. 371. b. Gubernator Bullonenſis truncatur capite. ibid. c.

Burgundi cæduntur & eorum conſilia deteguntur. 244 d.

C

CAluinus Zuingli diſcipulus propriam ſectam inſtituit. 225. a. Quæ eius dogmata propria. ibidem. Caluiniſtæ ſæuiunt pluſquā barbaricè in perſonas Deo ſacras, templa, altaria, ſacramenta, reliquias, nominatum SS. Martini, Hilarii, Irenei 407. a.

Caluinus nouem lethalibus morbis afflictus miſere moritur. 411. c.

Caluiniſtæ quidam viſa Romanorum in vrbe charitate conuertuntur ad fidem 619. d.

Caluiniſtæ prope Coloniam ſeditioſam habent concionem. 521. b.

Canonicus quidā Thoren. cōmunicat ſub vtraque ſpecie 600 c.

Canoniſatio Cardinalis Borrhomæi 674 c. Eius vitæ ſuccincta deſcriptio ibid.

Capucenorum initium. 292. d.

Capuceni ſe per Diœceſim. Leodienſem diffundunt. 621. d.

Caput S. Lamberti per. 346. annos intactum deportatur per circuitum clauſtri Eccleſiæ Leodienſis. 218. a. Vide. Reliquiæ.

Cardinales adulterini ſcribunt Principibus Chriſtianis in fauorem Clementis Antipapæ. 31 a.

Cariſtia occaſionem præbet coniurationi Ripariorum. 304. d.

Contra cariſtiam prouiſio Cornelij à Bergis 336. b. Prouiſio Magiſtratus 357 d.

Cariſtia annoniæ miſerabilis 545 a.

Carolomontium ædificatur. 377 b.

Caroloſtadius, primus ſacerdotum huius ſæculi vxorem ducit. 294 a. quem mox ſequuntur per Germaniam multi Monachi.

Carolus Alemanniæ Rex electus coronatur Aquiſgrani præſente Engelberto à Marka. 5. b. Propter Caroli virtutem & in ſanctam Sedem obſeruantiam Deus Imperium in eius poſteritate vſque in hodiernum diem manere facit. 6. c.

Caro-

Carolus Galliæ Rex diuinitus per quendam anachoretam admonetur 62 d. De eo varia hominum iudicia. 63. a b. Iuliam vaſtat. 64 c. Archiepiſcopus ſedat iram Regis. 65. Alia Dei in eundem vindicta. 63. c.

Carolus Siciliæ Rex intoxicatur & in mare proijcitur. 57 d.

Carolus Burgundus qui poſtea Leodium deſtruxit naſcitur. 112. a. Succedit in omnia Dominia Philippi Ducis Burgundiæ. 159. Vide Ludouicus Borbonius.

Carolus Dux Delphinus Franciæ maritus D. Iacobæ Hollandicæ intoxicatus moritur. 86 c. Defuncto eodem anno VVilhelmo Hollandiæ Comite fratre Ioannnis Bauari præſulis Iacoba fit hæres Hannoniæ Hollandiæ Zelandiæ ac Friſiæ. 86. c. Init matrimonium cum Duce Brabantiæ. 86. c. Diſplicet factioſis Hollandiæ & Hamatis & Aſellatis. 88. c. Vide Ioannes Bauarus.

Carolus Geldriç Dux & Robertus Markanus in Brabantiam veniunt, Dieſthemium vaſtaturi. 239 b. Repulſi per Naſſouiũ Principem, Halam & Thenas obſident & diripiunt. 239. b.

CarolusRuremundã repetẽs exautorat 600 milites Gallos, qui à Namurcenſibus ceduntur & ſpoliantur apud Sanctum Hubertum in Ardenna. 239 c. Markanus Thenis relictis per patriam Leodienſem non ſine Leodienſium damno militem ſuum in Galliam ſaluum reducit. 239. d. Carolus mutato habitu per Flandriam in Galliã proficiſcitur & eodẽ ſchemate redit. 252 b Rurſus eodem ſchemate proficiſcitur ad conſecrationem Franciſci Valeſij noui Regis Galliæ. 253 a.

Carolus Quintus naſcitur anno. 1500. 229 b. Natus annos ſedecim, per mortem Ferdinandi Aragonij, ſuccedit in regna Caſtellæ Aragoniæ, Siciliæ & Neapolitanum. 255 d. More maiorum Principatum ſuſcipit Brabantiç & vicinarum prouinciarum. 256 a. Decima ſeptima Iunij. 1519 eligitur in Imperatorẽ poſtpoſito Franciſco Gallorum Rege. 261 a. Duodecimâ Octobris anno. 1520. Leodij ab Erardo à Marka ſolenni pompa excipitur. 261 b Aquiſgrani coronatur. 261 c. Sum. Pontifex petit brachium ſæculare à Cæſare contra Lutherũ. 262 a. Diploma Cæſaris contra Lutherum per inferiorem Germaniam promulgatum. 262. d.

Carolus in Algeriam expeditionem parat & quo cõſilio. 342. c Origo belli Caroli contra proteſtantes. 353 c Ioannes Fredericus Dux Saxoniæ proteſtantium caput in prælio à Cæſarianis capitur. 358 a.

Carolus Cæſar cum filio Philippo proficiſcitur Auguſtam Vindelicorum ad Comitia & quo propoſito. 364 c. Pellit è ditionibus ſuis hæreticos maximè prædicantes. 365 d. Secedit in ſolitudinem. 377. c Valedicit prôceribus Belgij & in Hiſpanias nauigat. 379. b Dat mandata ſancta Philippo filio ſuo. ibidem. Moritur pijſſimè. 397. c. Sepelitur Granatæ ibidem. Capilupus illi ſcribit Epitaphium & Boyſſardus, ibidem.

Carolus Langius Canonicus Leodienſis Iuris literarumque peritiſſimus criticus ſummus Petro Orano ſcabinalem dignitatem adepto carmen gratulatorium doctiſſimũ ſcribit 450. d & aliud ipſo die hilariorum. 451 d Effigiem ſuam ad viuum depictam legat Petro Orano. 470. b Moritur. ibid. de quo Franciſcus Raphelingus pulchros ſcribit verſus ibidem.

Carolus Comes Mansfeldius Parmenſis gubernatoris Belgij locum tenens quantum Erneſto præſuli deferat. 523. b.

Chartæ collegij piſcatorũ approbatæ. 360. c.

Caſimirus Belgium ingreditur 497 d. ad eius aduentũ Geuſei ſua reproba dogmata per Flandriam profitentur. ibidem.

Caſtellius Regem Galliæ cultro petit 590 a.

Caſtrum de Rommis ſubruitur & ſolo æquatur à Leodienſibus 16 c. Et caſtrum Domini de Rea & quare 139 d.

Caſtrum de Hierge reſtauratur 244. b Et caſtrum altæ rupis 244 c.

Caſtrũ Domini de Peterſem ſubruitur 42 d.

Caſtrum Lupicibus dictũ ſpoliatur & diruitur à Leodienſibus 44 d.

Caſtri Franchimontenſis conflagratio 62 c. Eiuſdem reſtauratio per Arnoldum Hornanum Epiſcopum 62 c.

Caſtrum de VVeſterloz aſtu à prædonibus captũ 567 d. Prędones malè percũt 572 b.

Cæte octo miræ magnitudinis 72 d.

Claſſis Regis Hiſpaniarum cõtra Anglos admirãda recedere cogitur inglorìa 545 b.

Clemens quintus Pontifex transfert Sedem Pontificiam in Auinionẽ, anno Domini 1305. quæ ibi manſit vſque ad annum Domini 1378. quo eam Gregorius Vndecimus Romam reduxit 28 d.

Clemens ſeptimus poſtpoſito Vrbano legitimo Pontifice in Papam ab octo Cardinali-

Digitized by Google

bus Gallis eligitur 30 c. Ex aduerſo Vrbanus Cardinales admonet officij & ſcribit Principibus & Vniuerſitatibus pro ſua electione 31 d. & 32 a.

Clemens Antipapa arma ſumit, & Europa in duas partes ſcinditur 39 c. Per expectatiuas captat gratiam Procerum Galliæ 66 b.

Clerus Leodienſis fuit in magno periculo propter Dæmoniacos tripudiantes 23 a.

Clerus ſecundarius obijciens lædi ſuas libertates & immunitates ſedatur per Erardum à Marka 319 d. Conuocari debet ad Capitulum Sancti Petri & eius rei declaratio Hornei Epiſcopi 353 a. Se præbet difficilem in ſoluendis tributis 358. Præſul illum flectit 359 d. & 368 d.

Colluuies aquarum damnoſa 342 c.

Collybiſtæ pecuniã Regi numerare recuſantes magnam tumultuum occaſionem præbent 605 c.

Cometa multorũ obituũ prænuncius 177 d.

Comedi Citharedi & hiſtriones ab Erardo à Marcka ab aula pulſi 236 c.

Comitia Patriæ & quæ in eis acta 200 c. 290 b. 297 c. 319 c. 334 c. 344 b. 348 b. 351 b. 353 d. 363 c. 365 b. 366 d. 373 b. 375 c. 378 c. 381 d 385 b. 397 a 414 c. 417 d. 435 b. 449 b. 452 c. 460 c. 462 c. 497 d. 507. 512 d. & 515 c. 517 d. 527 d. 541 c. d. 555 c. 557 c. 566 a. 569 a. 584 b. 589 c. 592 a. b. 612. c. 622 b. 627 c. 631 d. 655 c. 656 b. 675 c.

Concilium Baſilienſe inchoatur 121 d.

Concilium Florẽtinum initium ſumit 122 b.

Concilium contra Pontificem à Cæſare & Gallo procuratum 247 a.

Concilium Tridentinum à Paulo III. Pont. max indicitur 247 a. Initium ſumit 352 c. Promulgatur Leodij diploma Indulgẽtiarum Pontificiarũ pro fœlici ſucceſſu eiuſdem Concilij 354 b. Ob aëris incommoda diſtractũ 360. Interea conſcribitur (Interim) vide literã I. Reſtituitur Cõciliũ 364 d. Ad illud noſtrates mittuntur 366 b Proficiſcitur nomine Præſulis D. VVilhelmus à Pictauia Scholaſticus Leodienſis cum Domino Ghenardo poſtmodum Canonico Leodienſi ibidem. Et nonnulli Theologi Louanienſes. ibidem. Concilium Trident iterũ diſſoluitur 367 b. Finis Concilio Trident. tandem imponitur. 409 a. Pontifex mittit Præſuli exemplar Concilij Tridẽt propria manu ſignatum. 409 b Mittit & Philippo Regi Hiſpaniarum, qui illud per ſuas Belgij Prouincias promulgat 409. Ex promulgatione Concilij & Inquiſitione Hiſpanica Nobiles Belgij ſumunt occaſionẽ coniurãdi 419 c.

Concilium Tridentinum Leodij promulgatur 536. Declaratio cap. nullus. ſeſs. 23. per Nuncium Apoſtolicum Vercellenſem Epiſcopum Officiali data 537 a. Decretum annullationis matrimoniorum clandeſtinorum per parochias promulgatum 537 d. Decreta alia nonnulla executioni demandata per Vercellenſem 537 d.

Conciones hæreticæ per Belgium haberi cœptæ 421 a. Habentur Antvverpiæ à Caluinianis & Lutheranis 422 b. Illarum fructus fuit Iconomachia. ibidem. Habentur & Haſſeleti & Traiecti per miniſtrũ quendam Hermanuum ſtercoreum. 423 c. Fructus confractio imaginum ibid.

Coniuratio Leodij detecta & ſuppliciũ coniuratorum. 276 d.

Coniuratio ripariorum 304 d. In quibus primi ex Tilleur & Iemeppia. Ibidem. Plura de ijs per aliquot folia. tandem eorum ſupplicium 314 d. Reſtituuntur priuilegijs. 344 d.

Coniuratio detecta 430 d. Duo noui coniuges deprehenduntur in lecto mortui in ſuburbio S. Laurentij. 58 b.

Conſuetudo Germanicarũ Eccleſiarũ 575 c.

Controuerſia inter Haſſelenſes & Zonhouienſes. 326 d.

Controuerſia inter ciues & laniones ſopitur. 345 d.

Controuerſiæ inter Epiſcopum & Clerum Leodienſem componitur 413 b.

Controuerſia inter duos equites ſuper Commendatoria de Villario Templi ſopitur. 415 b.

Controuerſiæ inter Marchionem Berganum & Ciuitatem Leodienſem finis 416 a.

Controuerſia de clauibus Ciuitatis inter Epiſcopum & Ciuitatem, quando & qua occaſione orta. 422 d.

Controuerſia inter duos vitrarios. 449. & 450 a.

Controuerſia inter Abbatem & religioſos S. Remigij componitur 471 b.

Communicatio cum regijs habita de controuerſijs quibuſdam Iuriſdictionalibus. 508 a.

Controuerſia de Prioratu de Xhyneffe ſopitur. 547 d.

Controuerſia Capituli Thudinienſis contra Conſules & Concilium oppidi deciditur. 554 b.

Digitized by Google

Controuerſia inter Leodienſes & Stabulenſes ſedatur. 559 a.
Controuerſia de iure prætendentium ad Ducatum Iuliacenſem 674 c.
Corda Nodoſa qua corpus domare conſueuit B Lambertus Martyr. 214 d.
Cornelius à Bergis fit Coadiutor Erardi à Marcka Epiſcopi 278 c. Confirmatur à Pontifice ad inſtantiam Cæſaris 292 b. Inauguratur Ciuitati Leodienſi 334 b. Celebrat Comitia ibidem. Cæſar agit de Georgio Auſtriaco dando Coadiutore D. Cornelio à Bergis 337 d. Cornelius mandat celebrari forũ liberum ab Erardo inſtitutum 341 c. Componit controuerſiam inter ciues, milites præſidiarios, & laniones 345 d. Sedat tumultum in clauſtro S. Bartholomæi 346 munit portam qua Traiectum itur eiuſque propugnacula 347 b. Celebrat Comitia patriæ 348. b. Quando defunctus fuerit Epiſcopatu. 349 b.
Cruces in veſtibus apparent, nigri ſanguineique coloris 229. c De his Horneus Epiſcopus ſcribit Maximiliano Imperatori. 232 a.

D.

Deus iniuriam S. Remaclo & Lierneniibus factam miro modo vindicat. 61 c.
Dæmoniaci tripudiantes Leodij per ſæculares ſacerdates liberantur 2 a. Dæmoniacorũ ſecta vnde originem habuerit ibid. Seruitor Eccleſiæ S. Crucis ſub veſperarum officio à Dæmone corripitur & tripudiat. ibidem.
Dæmon detegit ſecretum in conciliabulo tripudiantium obſeſſorum concluſum 21 c. A Dæmone poſſeſſus profitetur Vrbanum eſſe verum Pontificem. 47 b.
Dionantenſes conſpirant contra Curiam & procuratores 55 a.
Dionantum euertitur per Philippum Ducem Brabantiæ & Carolum eius filium. 157 d. Carolus euerſo Dionanto venit in Hiſpaniam 158 c. Interuentu quorundam fit pax non ſine graui mulcta ibidem. Hæc pax à loco Oleana dicitur ibidem. d. Dionantum munitur contra Gallum 373 c. Mittitur eo D. Henricus de Berlaymont cognomine Floyon. ibidem. c. Tandem cogitur ſe dedere. ibidem. d.

E.

Eccleſia Vndecim millium Virginum Leodij inſtauratur 337 b. Similiter Eccleſia Stembiernenſis ab hæreticis deformata. 459 b.
Eccleſia Cathedralis ab ambulonibus procuratoribus & alijs prophanatoribus egregiè purgatur per Groesbekanum Præſulem. 475 c.
Eclypſis admiranda. 651 d.
Edictum contra blaſphemos. 242 c. Contra Vagabundos 244 c. Contra hæreticos 320 c. Edictum ſeu diploma Pontificium promulgatur contra hęreticos mãdante Carolo V Cæſare 262 d. Aliud contra hæreticos 325 c. Edicta de varijs 328 d. Edictum occaſione ripariorum. 308 d. Renouatio eiuſdem edicti 329 c. Edictum de venatione 331 c. d. Edictum Cornelij à Bergis multa Reipublicæ vtilia continens 335 c. Edictum militare. 336 d. Edictum contra exteros mendicãtes 337 b. & contra Ægyptios quos vocant ibidem. Contra haſtæ genus dictum Picot de Haccourt 338 a. Contra vagatores nocturnos 338 c. Edictum militare renouatur 341 c. Varia edicta 343 b. c. Edicta Reipublicæ vtilia 345 a. De granis extra Patriam non aſportandis, 352 b. Pro conſeruatione ſyluæ Epiſcopi apud Seranium 353 b. Edictum tempore cariſtiæ. 355. a. Edicta contra præemptores & Dardanarios renouãtur. 358 c. Aliud contra Noctiuagos. 259 a. b.
Edictum Caroli V. Cæſaris contra hæreticos. 364 a.
Edicta plura renouantur 370 b. Edictum contra noctiuagos renouatur. 372 b. Et contra validos mendicantes 373 b. Edictum ne puluis tormentarius exportetur 374 b. Edicta varia 387 d. & 388 a. Edictum contra vagabundos milites & validos mendicantes 399 a.
Edictum Ianuarienſe in Gallia 404 a. Edictum contra hæreticos. 406 c. Edictum Ferdinandi Imperatoris Leodij publicatum 408 a. Edictum Ciuitatis contra Canonicos S. Martini 408 c. Edictum de modo circa venationes & piſcationes ſeruando renouatur & mutatatur. 410 d. Edictum contra auehentes grana 416 b.

Edictum de emendis à ſingulis ciuibus granis 416 c. Edictum contra certum tripudiorum genus 416 d. Edictum contra abuſus Lanionum 419 a. Edicto pelluntur exteri 426 d. Aliud contra hæreticos 429 d. Aliud contra exteros 449 b. Aliud contra dardanarios 356 c. Et contra vagabundos pro lege ſeruandum 458 b. Edictum contra hæreticos Lutheranos renouatur 461 a. Aliud de vijs pontibus & riuulis per patriam reſtaurandis 463 d. Aliud de comportando ad caſtra regiorum commeatu 464 c. Aliud de granis 469 d. Aliud quo præemptores granorum irritantur 471 a.

Edictum militare 476 c. & 482 d. Aliud cõtra infeſtantes naues mercatorias 493 b. Edictum de vaſallis ſenioribus & minorẽnibus 492 c. Aliud contra vagabundos milites, tabernarios, excubitores & validos mendicantes 516 a. Aliud 518 d. Et contra penuriam granorum 521 c. Aliud de probandis piſcibus 525 d. Contra exceſſus ebrioſorum 547 c. Aliud contra cupiditatẽ Dardanariorũ & vſurariorũ 595 c. Et pro conſeruanda religione 634 a. Et de recta Quadrageſimalis & paſchalis temporis obſeruatione 640 a. Et aliud pro religionis conſeruatione 676 c.

Eduardus Rex Angliæ acriter ſcribit Cardinalibus adhærentibus Clemẽti Antipapæ 33 b. Exemplar epiſtolarum Regis ibidem. Eiectus è regno, adiutorio Caroli Burgũdi Ducis reſtituitur in regnum 174 d.

Egmundanus Comes fide Regi ſe obſtringit quã non ſeruauit 402 c. Origo belli Belgici ibid. Scribit Regi cum alijs vt reuocet Granuellanum, verum fidei protectorem 407 b. Granuellanus reuocatur in Hiſpanias 410 c. Egmondanus mittitur ad ſedandos nobiles coniuratos fruſtra 421 c. Apprehẽditur cum alijs ab Albano 429 b. Ducitur ad arcem Gandenſem ibidem c. Afficitur ſuplicio 433 c. d. Vide Princeps Auriacus & Hornanus Comes.

Elbertus Leoninus Longolius & Ioannes VVameſius primarij Iuris Louanij profeſſores ad aulam profecti qualiter à Confeſſario Ducis Albani excepti 457 c.

Engelbertus à Marka Præſul victoriam obtinet cõtra Leodienſes apud VValeuiam & Thourine. 1 b. c. d. Ineunt cum eo pacem parum honorabilem 2 c. Excipitur Leodij velut numen de Cœlo miſſum. ibidem d. Sedat tumultus Leodij & Dionanti exortos 3 c. Honorat Carolũ Alemanniæ Regem 5 b. Eius bellum contra D. de Alembrouck ratione Comitatus Loſſenſis 10 b. & contra D. de Rummis 12 a. b. Fit Archiepiſcopus Coloniẽſis & valedicit Leodienſibus. 12 d.

Epiſcopus Vltraiectenſis trãsfert Iuriſdictionem temporalem in ius Ducis Brabantiæ 295 d. De nouis Epiſcopatibus per Belgiũ erigẽdis initur conſilium 371 a. Eriguntur noui Epiſcopatus 388 b. Amandatur idcirco Romam Frãciſcus Sonnius ibidem. Diuiſio Epiſcopatuum per Paulum 4. Põtificẽ ibid. c. Diploma Pontificiũ erectionis nouorũ Epiſcopatuum 389 b. primi ad nouos Epiſcopatus aſſumpti 401 d. libelli famoſi contra nouos Epiſcopatus 450 c. Multi nouis Epiſcopat. ſe opponũt fruſtra. 405. d. Etiã Catholici prelati maximè quorũ Abbatiæ incorporabãtur vel pẽſionibus grauabãtur, ibid. Res defertur ad Vniuerſitatẽ Louaniẽſẽ. Eius de ea re iudiciũ. 405 a.

Erardus à Marka mortuo Ioanne Horneo communi Canonicorum calculo renunciatur 84 Epiſcopus Leodienſis 238 c. Eius virtutes 235 c. Mittit duos Canonicos ad Vrbem pro confirmatione à Pontifice impetranda 235 d. Proficiſcitur Numurcum vbi ſibi inſidiantes eludit 236 a. Confert ſe Sedauium ad Robertum Markanum loci tunc Dominum, à quo 28 ducatorum millia mutuo accipit 236 b. Et ad Carthuſiam montis Dei vt rebus ſpiritualibus vacet 236 c. Exactâ ibi quadrageſimâ recipit ab vrbe literas confirmationis 236 c. Continuat officiales neceſſarios, reiectis Comœdis, Citharedis mimis, & ſimilib' 236 c. Tragœdũ lenonem fuſte cedi iubet 236 d. Rurſus ſe confert ad Monaſterium S. Laurentij & ibi cõſecratur ſacerdos 236 d. Cõſecratur Epiſcopus in Cœnobio Canonicorum regularium Tongris 236 d. Inauguratur patriæ 237 a. Celebrat primitias ipſo die Pentecoſtes 237 d. Confert per ſe Sacramentum ordinis 238 a. Cæſar differt dare illi regalia & quare 239 a. Germanum militem per Cæſarem ſubmiſſum patria excedere facit 238 d. Cõſecrat templum fratrum obſeruantium in loco Hieruſalem dicto 239 b. Arces Hoyenſem & Franchimontenſem pene à fundamentis reſtaurat 240 c. Ciuitatem duabus turribus marmoreis munit 240 c. Thecam argenteam inauratam qua caluaria S. Lamberti martyris aſſeruatur affabre fieri curat 240 d.

Digitized by Google

rat 240 d. Aulā Epiſcopalem vere Regiā à fundamētis ędificari procurat 240 d. Cudit numiſmata argentea à vicinis prouincijs probata 240 d. Bernardū Saguntinū Patriarchā Hieroſolimitanū in oppido S. Trudonis excipit 240 b. Sacrilegos Monaſteriū de Herkenrode deprædātes dignis pœnis afficit 242 b. Erardus Preſul Comitia celebrat quibus interſunt Summi Pontificis, Imperatoris, & Regis Franciæ legati 242 d. Multa vtilia edicit 243 a. Prouidet conſeruationi bonorum menſæ Epiſcopalis 243 d. Arcem de Hierges reſtaurari curat 244 a. Controuerſia inde nata 244 b. Legatus à Gallo ad Cæſarem qua moderatione vſus fuit 245 c. In finibus Venetorū exiſtens emit Vniones & alias pretioſas gemmas ad Eccleſiæ ſuæ ornamentū 246 b. Reformat Monaſterium veteris Vineti ibid. d. Sedat ſeditionem exortam ratione ærarij publici malè adminiſtrati 249 c. Alium ſedat tumultū dum frangit ſibi crus & furor plebis in commiſerationem vertitur 250 a. Hoyenſes quoque tumultuantur, ſed interdicto ſuppoſiti mox fiunt Erardo ſupplices 250 c. Eccleſiam S. Lamberti primum pretioſis aulæis condecorat 251 c. Impeditur à ſolemnitate feſti Tranſlationis Sti. Lamberti 251 d. Donatur à Rege Galliæ Carnotenſi Epiſcopatu 251 d. Componit pacem inter DD. de Emry & Coſwvaremia 252 a. b. Proficiſcitur in Galliam ad conſecrationē Franciſci Valeſij Regis Franciæ 253 b. Exacerbatur falſis quorundam Leodienſium rumoribus 253 c. Stockhemium, Curingiam, & multa alia loca inſtaurat 253 d. De clericis non geſtantibus habitum quid ſenſerit 254 b. Iubet animaduerti in Geldros milites prædones 254 c. Amouet ſimultatem Hoyenſium contra ſe exortam 255 d. Tuetur concordata Germanicæ Nationis contra Louanienſes 256 b. Erardus & Robertus Fratres ineunt fœdus cum Carolo V. Brabantinorum Duce, conſentientibus patriæ Leodienſis ordinibus 257 d.

Erardus idē creatur Archiepiſcopus Valentiæ 258 d. Timetur ab Eraſmo Roterodamo 259 a. Coniurationem detegit & cōiuratos caſtigat 276 d. Fit Cardinalis 278 a. Reſignat Epiſcopatū Carnotenſem 290 d. Reconciliatur Trudonenſibus 292 a. Inſtituit proceſſionem & ſupplicationē feſti Tranſlationis S. Lamberti cum foro libero 293 a. Memor mortis iubet ſibi fieri monumentū 294 b. Sleydanus hyſtoricus Lutheranus eum calumniatur ibidem. Viuens exequias anniuerſarias ſibi inſtituit 298 a. Intereſt Comitijs & coronationi Ferdinandi Regis 304 b. Sedat cōiurationem ripariorū, & eos ſupplicio affici mandat 304. per aliquot folia. Mutuat patriæ 20. aureorū Imperialium milia 317 c. Sopit controuerſiam inter duos Abbates S. Trudonis, & quæſtionem de Monaſterij ſub Epiſcopo Leodienſi ſubiectione 320 d. Creatur legatus à latere 325 b. Eius munificentia ibid. Palatium tandem perfectum habitare incipit 326 a. Grauiter fert controuerſiam exortam inter Haſſelenſes & Zonhouienſes 326 d. Forum pecorum inſtituit 328 c. Inſumit fere totum annum 1535. in coërcendis hæreticis 329 b. Munit patriæ oppida & illam ducentorū millium & 500. Floren Brabantiæ debito liberat 330 c. d. Quibuſdam hæreticis mādat linguam clauo perfodi 330 d. Reginaldum Polum Cardinalem ab Henrico Rege Anglorum perſecutionem patientem liberaliter per ſex menſes excipit. 331 b. Abeuntē magno honore proſequitur 332. Impeditur à Clero ne Synodum celebret, & quare 332 c. Prædones affici iubet ſupplicio ibid. d. Oſtrearum eſu morbum & mortem ſibi conciliat 333 Recipit ſacramenta Eccleſiæ. Moritur Feb. 16. Fiunt illi iuſta funebria. Infertur monumento quod viuens ſibi iuſſerat extrui. Cor apud Cruciferos Hui ſepelitur: Extra in Cœnobio ſeptē fontiū prope Bruxellas 333. b. c. d.

Erneſtus Auſtriacus Belgij Gubernator 584 d. Bruxellis excipitur magna pompa ibidem. moritur 592 a.

Erneſtus Alberti Ducis Bauariæ filius fit Canonicus Leodiēſis 511 b. Eligitur in Epiſcopum Leodienſem 511 d. Et adminiſtratorem Stabulenſem 512 c. Inauguratio eius ſplendiſſima 51c b. Cōmittitur illi à Cæſare controuerſia Aquiſgranenſium. 514 c. d. Obſidet Aquenſes 517 c. Obſiſtit ſecretis Alenſonij conatibus 520 b. Prouidet Patriæ oppidis & arcibus cōtra Parmenſis & Auriaci milites 250 c. d. Cudit monetam 522 a. Exautorato Trucſeſio Archiepiſcopo Lutherano eligitur in Archiepiſcopum Colonienſem 525 d. Parat ſe ad bellum contra Trucſeſium 526 b. Cogit militem ex pago de Fleron & locis vicinis 526 d. Vbique fœliciter pugnat. 528. 529 & ſeq. Victor Leodiū reuertit. 531 d.

Subſequitur mox Elector Treuerẽſis. ibid. Offerunt pacem Belgis fruſtra 532 a. Erneſtus eligitur in Epiſcopum Monaſterienſem 534 d. Leodienſes ingentem pecuniæ ſummam illi annuunt 542 a. Magnam ſecretorũ naturæ cognitionẽ habuit 542 b. Eius in gubernando populo moderamen. 545 a. Eius Zelus contra hæreticos 545 d. Patriæ Ordines dant ei centũ florenorum millia 557 d. Erigit duo ſeminaria 558 a. Compeſcit Crenkenarios, ſolatur Hasbanos, cauet Maſekanis ab Hæreticis 559 b c. Impetrat ab Hiſpaniarum Rege legatos ſuper punctis controuerſiæ Iuriſdictionis 562 b. Prouidet Canonicis Aquenſibus contra Magiſtratum hæreticum 562 c. d. Animaduertit in hæreticos 565 d. Exequias matri celebrat Leodij ibid Prouidet incolumitati Leodienſiũ contra Holandorũ inſolentiã 569 d. Occaſiones tumultuũ amouet 579 a. Recuperat oppida Diœceſis Coloniẽſis 570 c Parochiale cõſcribi curat 571 d. Præſidiarij oppidorũ Colonienſiũ rebellant & tumultuantur 573 c Militẽ Patriã Leodiẽſem egredi iubet ibi. Prouidet militi Leodienſi ibid. d. Duo diluit apud Pontificem de quibus accuſabatur 575 a. Excuſat multiplicitatem Epiſcopatum. ibid. Excuſat dilatam conſecrationem & pallium 578 b. Mittit nunciũ in Hiſpaniam. 581 d. Accipit regalia Electoratus à Cæſare 586 d. Placat tumultum Bonnenſem. 593 c. Venit Leodium vt tumultum inter plebem & Conſules ſedet 606 d. Habet Orationem ad populum per Baronem de Reykem 607. Libelli ſupplices 32. Miniſteriorum. ibid. Repetit VVeſtphaliam & vetat tantiſper agi de rationibus reddẽdis 605 b. Magiſtratum Catholicum & veteres Eccleſiæ ritus reſtituit Aquiſgrani. 609 b. Mittit Aquiſg. Rmum D. Suffraganeum & auctorem. ibid. c. Synodus celebratur, Confirmationis Sacramentum miniſtratur: Scholæ Catholicæ aperiuntur. ibid Cauet Ciuitati & patriæ Leodiẽ. ab hæreticis Aquiſgrano proſcriptis 610 c. Accipit à Pontifice Indultum conferendi beneficia in vtroque menſe, ob merita ſua erga Eccleſiam 616 b. Seminarium Parochorum Louanij erigit 632 d. Edictum religionis renouat 634 a. Edit ſtatuta contra abuſus qui in Monaſteria irrepſerunt. 645 c. Confirmantur à PP. ibid. Vltimùm Comitia celebrat 675 c. Erga illum liberalitas Leodienſium. ibid. Cauet rurſus Leodienſibus ab hæreticis Aquenſibus 676 c. Piè & placidè moritur 677 d. Luctus de eo paſſim habitus 678 b. Votum Societatis Ieſu pro pijs eius manib⁹ ibid. c. Conſolatio ad Legiam de eius obitu Nicaſi Baxi Auguſtiniani 679.

Euerardus de Marka Arenbergenſium primogenitus, dicit progeniem ſuam eſſe hæreditarium patriæ Leodienſis defenſorem 141 c. Relictis rebellibus Leodienſibus confert ſe ad partes Borbonij Præſulis. ibidem. d. Egregiè defendit Borbonium Huy obſeſſum 165 c. Eius interceſſione VVilhelmus Arenbergius qui à parte rebelliũ ſtabat pacem conſequitur 168 a. VVilhelmus occidit M. Richardum præcipuum Præſulis Vicarium & grauiter præſulem offendit 189 b. Epiſcopo bellum indicit. ibidem. c. Euerardus rurſum cum Præſuli reconciliat 190 d. VVilhelmus denuo recipitur in familiam Epiſcopi 191 c. Idem nomine præſulis gratulatur aduentum Maximiliano Auſtriaco. 194 b. Mox impatiens fortunæ concepto aduerſus præſulem odio machinatur ea in eum quæ aduerſus hoſtem vix æquũ erat 196 a. Inſidiatur præſuli. ibidem d. A Gallo ſubſidia petit & inpetrat, moxque detegitur eius proditio 198 a. b. Proſcribitur à Patria abſque ſpe reſtitutionis 199 b. Eius crudelitas. ibidem d. Leodium impugnaturus aduenit. Præſul obuiam procedens interimitur. 201 c. d. VVilhelmus victor Leodium ingreditur, minis cogit canonicos eligere filiũ ſuum in Epiſcopum. 202 b. c. Vide Ioannes Horneus & VVilhelmus Arenbergius.

Examinatores iurant ſeruare formam examinis quod per concurſum vocant 557 c. Non ſufficere patronis Eccleſiaſticis præſentare ad Eccleſiam Parochialem idoneum declaratio Cardinalium. 560.

F.

FAmes Pariſienſium maxima 564 b. Fames maxima Gandaui 48 c. Egrediuntur duodecim millia ciuium fame fere confectorum 48 c. Plura de his Vide Ludouicus Flandriæ Comes.

Fœdus Leodienſium cum Brabantis 257 c. d.

Fœdus Pontificis Cæſaris Regum & Principũ contra Venetos 241 a. Gallus ferit fœdus cum Anglo 320 c. Renouatur memoria fœderis quod eſt Leodienſibus cum Brabantis 348 b. Fœdus Regis Galliæ cum Turca. 349 c.

Ferdinandus

Digitized by Google

Ferdinandus Dux Bauarus Erneſti Præſulis Frater Poppeldorfenſem arcem expugnat 528 a. Eius præclara virtus emicuit in prælio ad Burgum pagum commiſſo, quo Truchſeſiani funduntur. 529 d.

Ferdinandus Erneſti Præſulis nepos Coadiutor Colonienſis magnam de ſe ſpem præbet 599 b. De eo parcè loquitur auctor & quare 680 c.

Ferretrum B. Lamberti Martyris ſpirat odorem ſuauiſſimum 214 a.

Feſtorũ quorundã in Diœceſi Leod obligatio ſublata & deuotioni populi relicta 569 d.

Fides cuicumque data ſeruanda eſt 253 b.

Flagellantiũ ſecta exoritur 4 d. Eſt ſuſpecta hæreſeos, & damnatur à Clemente Pontifice 5 b. In fodina carbonaria octuaginta miſere ſubmerguntur 254 d.

Fons in foro ſcaturiẽs valis, colũnis, imaginibus & ſimilibus appendicalis marmoreis exornatur 456 b.

Forum liberũ ab Erardo inſtitutum. Cornelius à Bergis obſeruari mãdat 241.

Forum pecuarium ab Erardo inſtitutum aliò transfertur 342 d.

Foſſenſe oppidum per Anthoniũ Croyacum, mandante Philippo Burgundione Duce Brabantiæ crematur 121 d. Seruatur templum. ibidem.

Franciſcus Sonnius Theologus Louanien Cathedralis Eccleſiæ Vltraiectinæ Canonicus à Philippo Rege Hiſpaniarum mittitur Romam ſollicitaturus erectionem nouorum Epiſcopatuum per Belgiũ 388 b. Fit primus Epiſcopus Buſcoducenſis 401.

Fr. Franciſcus Vrion Franciſcani inſtituti ſectator magno zelo miniſtrat ſacramenta peſte infectis, etiam Extremæ vnctionis. 260 d.

Franciſcus Guiſius Caletum Anglis eripit. 385 c. Duo Fratres Franciſcani cum quodã Canonico regulari in Hollandia pro fide Chriſti Martyrij palma donãtur 464 a.

Fuſtigatores Duce Raſone Herenſi equite aurato per Ditionem Leodiẽſem congregantur, qui illi, & quod erat illorum propoſitum. 135 c. Et quare ſic dicti. ibidem. Citantur Leodium 135. d. Vide Ludouicus Borbonius.

G.

Gabriel Morel Eremita de hæreſi ſuſpectus proſcribitur. 555 d.

Gallorum inſolentia reprimitur 9 b.

Gandenſes armant ſe contra Dominũ ſuum Ludouicum Flandriæ Comitem 46 d. Cenſa Gandaui 80 millia pugnatorum 46 d. Obſident plura oppida. Niniuen. diripiunt: Aloſtum capiunt, & prædam abducunt 47 a. Comes conatur fame opprimere Gandenſes 48 b. Eligunt potius pugnando mori quam ſe Comiti tradere 51 b. Dux Brabantiæ & Comes Hanoniæ commeatũ Gandenſibus interdicunt ſub capitis ſententia 48 c. Artenelda dæmagogus populi Gandenſis vtcumq; prouidet & populum ſedat 48 c. Egrediuntur duodecim millia præ fame enecta 48 c. Experiuntur Brabantos & Leodiẽſes propitios 48 d. Comes non valens Gandenſes fame domare petit colloqui, datá fide publicâ, & omnes contra gentium iura obtruncari facit 49 a.

Gaſcones Truchſeſiani milites pœnas luunt. 527 c.

Gbebhardus Truchſeſius Archiepiſcop' Colonienſis de hæreſi ſuſpectus habet ſuſpectum Erneſtum Bauarum Canonicum Colonienſem & quare 522 b. Quadringentis peditibus & ducentis equitibus ſtipatus Bonnam ingreditur. Ibidem. Fertur iniſſe fœdus cum proteſtantibus & Gallis hæreticis. ibidem. d. Studet alienare Ciues Coloniẽſes à Magiſtratu 522 d. Libertatem conſcientiæ concedit, & conciones audit Caluiniſticas 523 c. In Comitijs Coloniæ reijciuntur poſtulata Truchſeſij 524 b. Agnetem Mansfeldicam veſtalem ducit in vxorem. ibidem. c. Non audit Cæſarem meliora monentem. 525 c. Excommunicatur & priuatur Archiepiſcopatu. ibidem. d. Eligitur Erneſtus Bauarus in Archiepiſcopum, qui mox arma parat in Truchſeſium. ibid. d. Vide Erneſtus Præſul, & Ferdinandus Dux Bauarus.

Gelder implacabile bellum habet cum Duce Burgundiæ & Brabantiæ 238 b. Pacem init quam non ſeruat 238 c. Gochum & VVaghemingum auxilio Roberti à Marka recuperat 238 c. Pleraque Geldriæ oppida ad Ducem Iuliæ deficiunt 335 a. Dux Iuliæ tentat tractare cum Cæſare fruſtra 338 a. Deficit ad Gallum Cæſari infenſum 341 a. Finis belli Geldrici quod 30 & amplius annis durauit. 295 d.

Geneuenſes eiurant Catholicam religionem & Caluino ſe deformandos tradunt 330 b.

Georgius Auſtriacus Maximiliani primi Imperatoris filius 351 a. Fit Canonicus Leodienſis 338 c. Fit Coadiutor Cornelij à Bergis conſentiente Capitulo 341 a. Capitur à Gallis 342 b. Diploma confirmationis Pontificiæ de Coadiutoria Auſtriaci legitur in Capitulo Leodienſi 348 b. Capitulum mittit Bruxellas duos Archidiaconos qui ab eo iuramentum conſuetum recipiant 349 a. Inauguratur Ciuitati 351 b Comitia celebrat ibid. Inauguratur reliquis oppidis 351 d. Synodum celebrat: In ea examinatores inſtituit 361. Quædam ſtatuit contra ſubterfugientes examẽ. ibid. Carolus Cæſar petit à Capitulo Leodienſi Georgio Auſtriaco dari Coadiutorẽ 362. Capitulum cõſentit certis legibus ibid. d. Præſul Auſtriacus publicat bona Gallo militantium 366 d. Cudit monetã ad eundem valorem intrinſecum & extrinſecum cum moneta Imperij 370 c. Mittit legatos ad Comitia Circuli VVeſtphalici, qui queruntur de oppidis per Carolum Cæſarem in agro Leodienſi ædificatis. 372 d. Ad querelam Commiſſariorum prouidet contra abuſus circa excommunicationes quorundam Iudicum Eccleſiaſticorum 279 c. Mors Præſulis Auſtriaci 382. Funus, ſepultura, Epitaphium 383. Exequiæ ſolennes 384. Comes Maiganus aſſerẽs ſe Præſulis defuncti hæredẽ magnã pecuniæ ſummã à patria extorquet 407 b.

Gerardus Groesbekanus ex illuſtri Baronum Groesbekanorum familia progenitus, fit Coadiutor & ſucceſſor Roberti à Bergis 407 d. Scribitur Romam pro confirmatione ibid. Seditionem prudenter ſedat, 408 c. Inſtaurationi & munitioni Ciuitatis intendit 408 d. Recipit ab Vrbe literas ſuæ Coadiutoriæ 409 c. Edictum circa piſcationes & venationes reuocare cogitur ad ſedandum tumultum 411 a. Emit Caſtellaniam Couinienſem 412 c. Conſecratur in Epiſcopũ & inauguratur Ciuitati & nõ multo poſt reliquis oppidis 414 b. Amouet tumultus occaſionẽ 415 d. & 417 a. Hortatur ordines patriæ ad fidem Catholicam Romanam retinendam 416 b. Moderatur pretia modiorum 417 c. Offenſus Prætori Foſſenſi & quare 418 d. Monetas minus probas partim damnat partim earum pretium minuit 422 a. Cauet Ciuitati à Geuſeis & exteris 433 d. Obſidionem Ciuitatis parante Auriaco, fortiſſimum animum oſtendit 443 b. c. Auriaco ad muros exiſtente, vetat vllas campanas pulſari, contra mandat in hoſtes tormenta continuò explodi 446 b. Quidam ciues perfidi Auriaco ſeruientes deſperare incipiunt & ſe miſeros exclamant 446 b. Ignem inijciunt in tria celeberrima Monaſteria & plures domos præcipuorum ciuiũ. ibid. c. Auriacus turpiter fugit ibidem. d. Vide Princeps Auriacus. Groesbekanus Præſul curat audiri teſtes ſuper iure clauium 452 a. Queritur apud Cæſaream Maieſtatem ſibi ademptas claues, quæ ſcribit Conſulibus & Concilio Ciuitatis 454. c. d. Supplicant Præſuli 456 b. Præſul mandat Officiatis vt deſcribãt ſigillatim damna à militibus vtriuſque partis Auriacis & Auſtriacis perpeſſa & quo fini. 458 d. Præſul ipſe indigus patribus Societatis quadringẽtos florenos quotannis ſoluendos aſſignat 459 d. Ruremũda per Auriacum obſeſſa. Præſul conſulit ſecuritati Ciuitatis Leodiẽ. 466 c. Impetrat mandatum Spirenſe contra Ciuitatem 468 a. b. Ludouico Naſſouio cũ exercitu in agrũ Traiectenſem aduenientę Præſul & Clerus pro ſua defenſione militem cogunt 471 d. Defendit Haſbanos à regio milite 476 b. Prouidet de annona, aperto ærario apud S. Iacobũ 479 b. Pacem componit inter Ioannem Auſtriacũ & ordines Belgij 486 d. Defendit à regijs militibus Iupilienſes 492. Religioſos ab hæreticis pulſos benigne excipit 493 d. Declarat qui gaudere debent priuilegio clericali 494 a. b. c. Defendit Comitatum Hornenſem à milite præſidiario Ruremũdenſi 495 d. Baro de Crehaigne & D. de Eſneux gubernator Ruremundenſis parent Præſuli 496 d. Idem facit Dominus de Moillerye 497 a. Excipit benigne religioſos Villarienſes ſedibus pulſos 497 c. Excipit Duciſſam Parmenſem 498 c. Fit Cardinalis propter præclara geſta 498 d. Gratulantibus dignitatem quid reſpondere ſolitus 499 a. Agrum Hougardienſem milite liberat 508 c. Dux Arſchottanus viſitat Præſulem 599 b. Vadunt Stabuletum vbi impacto ad lapidem pede, Præſulis vulnus quod rediẽs Haſſeleto acceperat recruduit ibid. c. Non multo poſt piè obdormit in Domino ibid. d. Eius Elogium 510 a. b.

Geuſij vnde ſic dicti 419 d.

Gilbertus à Rykel in quatuor partes diſtrahitur 209 b.

Gilbertus

Gilbertus Canneus cum Euerardo & Roberto à Matka præeſt bello Arenbergico contra Ioannem Horneum Epiſcopum 209 d. Eius crudelitas in conciues 210 a. Petro Rolba Ciuitatis præfecto caput amputari iubet & quare. ibidem. Curingiæ caſtrum capit, indeque Leodium veniens ab armata plebecula in foro è gradibus deturbatur & enecatur 211 b. Sepelitur in Eccleſia Minoritarum. ibidem. Sequenti anno exhumatum cadauer ad patibulũ ad S. Aegidium extra portam Ciuitatis protrahitur & exuritur. 211 b.

Gilbertus Limburgus inſignis medicus Leodij floret. 290 a.

Godesbag capitur à Bauarianis 528 c.

Græcæ literæ ſcholis redditæ. 72 c.

Gualterus Angienſis Mareſchalcus militiæ Ludouici Comitis Flandriæ contra Gandenſes 46 c.

Guilhelmus à Bergis non tantum propter ſtemma nobile ſed maximè propter eruditionem & virtutes laudatus 499 a. Eſt in aula Gregorij 13. ſeruiens à cubiculis. ibid. Defert Galerum Cardinalitium Præſuli Groesbekano ibid. Ex Decano Leodienſi fit Epiſcopus Antuepienſis: Inde Archiepiſcopus Cameracenſis: Moritur anno 1609. 608 d.

Guiſij Trucidantur mandante Rege Galliæ 545 c. Ordines Galliæ vnum ex Guiſijs optant Regem 582 a.

H.

Hadrianus Florentinus Vltraiectenſis Pontifex maximus vide Adrianus

Hæretici duo Bruxellis exuſti 290 c.

Hæreticus ſacerdos Leodij exuſtus 295 c.

Quidã hæretici publicã pœnitentiã agunt 318 c. Quidam ad Monaſteria & Vniuerſitates mittuntur 318. & 319. Hæreticus ſacerdos Morinenſis igne crematur 325 b. Quidam proſcribuntur bonis eorum ærario publico aſcriptis 325 c. d. Conſultatio Præſulis cum Concilio Ciuitatis ſuper correctione hæreticorum. 327 b. c.

Correctio hæreticorum ibidem d.

Hæreſes incipiunt ſeminari Pariſijs. 328 a.

Hæretico lingua clauo perfoditur 330 d.

Anabaptiſtæ afficiuntur ſupplicio 334 d.

Libri hæreticorum prohibentur 338 b.

Hæreſes abſurdæ Oſiandri 365 b.

Non minus ſtultæ Michaëlis Serueti 372 a.

Magis inſulſę Dauidis Geor. Hollãdi 379 a.

Hæretici Hannones Artheſij & alij captis per Albanum Egmundano Hornano & alijs, fugiunt Aquiſgranum, Traiectum, Tongros, Haſſeletum Maſeekam. 429 d. Remediũ adhibitum per Præſulem Groesbekanum ibidem. Primùm incipiunt ex profeſſo Catholicum ſanguinem fundere & martyres facere 464 a.

Duo hæretici anabaptiſtæ traduntur brachio ſæculari. 580 a.

Hæreticorũ eſt dominationem ſpernere, Maieſtatem blaſphemare. 513 d. Petunt fruſtra liberum ſuæ religionis exercitium Coloniæ 563 d.

Hæretici Præſuli Erneſto inſidiãtur 577 a.

Hæreticus in Numella ſannis excipitur & proſcribitur 585 c. Triginta ſex hæretici Maſecka proſcripti. 600 b.

Harangierus gubernator Bredanus arcẽ cũ oppido Hoyenſi ſtratagemate occupat. 591 a. Quod vi breui tempore recuperatur à Leodiẽſibus & Regijs militibus 582 d. Lyram quoque ſed infœliciter occupare tentat 594 d. Miſere cum ſuis Hollandis ibi trucidatur. 595 a.

Harlemium nobilis Vrbs Hollandiæ ab Albano obſidetur 467 d. Auriacus volens obſeſſis ſuccurrere repulſam patitur damnoſam & Vrbem in deſperationem adducit. 469 d. Harlemium ſe dedit. 469 d.

Haſſeleti habentur conciones hæreticæ per quendam Doctorem Hermannum. 423 c. Franguntur imagines ibidem.

Res memoratu digna ad imaginem Crucifixi. ibidem.

Haſſelẽſes per Præſulem Groesbekanũ admonentur officij. ibid. Vt ſeditioſi & criminis læſæ Maieſtatis damnãtur. ibidem. Promittuntur ducenti thaleri illi qui Doctorem Hermannum viuum vel mortuum Præſuli vel Cõſulibus repræſentarit 425 c. Obſidetur Haſſeletũ à Leodienſibus, miſſis primo quinque ſignis peditum 425 d. Sequitur ipſe Præſul cum equitatu & quatuor ciuium ſodalitijs 426 a. Dedit ſe certis conditionibus ibidem. Euadit doctor Hermannus ſtratagemate. ibidem.

Bombarda Præſulis pedem glande tranſuerberat. ibidem.

Hedrotij factioſi homines. Vide Ioannes Bauarus.

Henricus Perwiſius vide Ioannes Bauarus.

Henricus VIII. Angliæ Rex ſcribit in Luitherum, ob id à Pontifice Max. Catholicæ fidei defenſor appellatus. 290 a. Idem

paulo poſt præbet initiū hereſum in Anglia 295 b. Fit hæreticus 328 b. Perſequitur Catholicos 330 a. Afficit ſupplicio Epiſcopum Roffenſem & Thomam Morum & alios. ibidem. Maria Catharinæ illius quā Henricus Rex à ſe ſeparârat filia reſtituit in Anglia religionem Catholicā 371 d. Nubit cum Philippo Caroli Cæſaris filio 372 c. & mox ab Anglia fugiūt hæretici in Belgium ibidem. Cardinalis Polus Londunum veniens petentibus Philippo Rege & Maria Anglos à cenſuris & ſchiſmate abſoluit 375 a. Philippus Rex Angliæ omnia annullat quæ Henricus 8. contra fidem edixerat, & promulgat Pontificem Romanū caput Eccleſiæ Anglicanæ. 375 a.

Henricus de Berlaymont alias Floyon ab Ordinibus Patriæ mittitur cum 200 militibus ad propugnandum Dionantum contra Gallum 373 c. Aliquot hoſtium aſſultus ſuſtinet ibidem. Certis conditionibus oppidum dedit. ibidem. Contra fidem datam in Galliam captiuus ducitur. ibidem. Certo litro carcere liberatur 379 a. Lytrum & expenſæ ex ærario publico ſoluuntur. 382. Mittitur Haſſeletum cum duobus ſignis militum contra Auriacum 438 c. Filius paternæ virtutis emulator adhuc Iuuenis Ruremundam cum 140. militibus contra Auriacum propugnat. 464 d. Vide Ruremunda.

Henricus III. Galliæ Rex de hæreſi ſuſpectus Romā citatur 555 b. Eius mors 556 d.

Henricus IIII. Nauarræ Rex hæreticus Lutetiam obſidet 64 b Excommunicatur à Pontifice 566. d. Conuertitur ad fidem. 582 b Mittit legatum ad Pontificem 584 b. Cōſilio Theologorū petit abſolui ab excōmunicatione per Pontificem 593 d. Excuſat quod fœdus cum Regina Angliæ inierit 600 b. Abſoluitur ab excommunicatione 595. c. Geminato cultri vulnere necatur 671 b. Varia de eo mundi iudicia. ibidem. c. Mors eius miris modis prænunciata. ibidem. d.

Henricus Cuyckius Epiſcopus Ruremōdenſis Ambroſium imitatus, perquirit oſſa B. Dionyſij Carthuſiani 658 b. Epiſtola eiuſdē Cuickij Epiſcopi Rurem. de inuentis Dionyſij Carthuſiani reliquijs. ibid c.

Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis Lutheranus aduocat Bucerum Hæreſiarcham 350 c. Sollicitat Clerum ſuum ad defectionem à fide ſed fruſtra. ibidem. Citatur à Pontifice & Cæſare 352. c d. Damnatur per Pontificem hæreſeos 355 d. Appellat ad futurum Concilium, quale ſibi fingebat 355. d. Vide Adolphus.

Hermannus VVerſelecs Epiſcopo Arkelio iniurius, multorum malorum auctor 25 d.

Hermes de Preſſeux vir honoratus pactū init cum conuicanis Franchmontenſibus de armis pariter ſumendis contra vagantes iſtic prædones, quod Groesbekanus Præſul in ſuo Concilio priuato approbat 459 c. d.

Heſdunum capitur à Carolo V. & ſolo æquatur 374. d. Et loco vicino aliud oppidum extrui iubet. ibidem.

Hiſpani. vide. Albanus & Ordines Belgij, & Tumultus.

Hiſtoria Viſitationis feretri D. Lamberti Martyris & aliarum reliquiarum Eccleſiæ Leodienſis. 213 c.

Hiſtoria ſolemniſſimæ feſtiuitatis venerandi Capitis S Lamberti. 216 c.

Hiſtoria oſtenſionis reliquiarum celebratæ Leodij anno 1489. 224 b.

Hiſtoria Ioannis del Vaux malefici Vide Ioannes del Vaux.

Hockſtratanus Comes Auriaco militans ab eo mittitur ad Trudonenſes, petiturus ingreſſum in oppidum 440. d. Moritur Catholicè, 448. Vide S. Trudonis oppidū.

Hornanus Comes fidem dat Regi quam non ſeruat 402. c. Origo belli Belgici ibid. Scribit cum alijs Regi vt reuocet Granuellanum 407 b. qui reuocatur. 410 c.

Hornanus Comes patriæ Leodienſi offenſus & quare. 418 b. Hornanus ab Albano apprehenſus quid dixerit 429 c. Mittitur Gandauum in cuſtodiam ibidem. Afficitur Bruxellis ſupplicio. 433 c. d. Vide Princeps Auriacus.

Hoſpitalis in inſula male adminiſtrati rationes exiguntur. 468 c d.

S. Huberti virtus Leodij in cripta Eccleſiæ S. Petri emicat. 241 d.

Hugenotti vnde dicti. 403 d.

Hugo Humbertus pugnat pro Epiſcopo Borbonio contra Viriditentorienſes. 171 c. Vide Ludouicus Borbonius.

Hullarij aduocantur ad ſuffodiendum caſtrum de Raueyſtein. 62 b. Mox pax initur. ibidem.

Hungariæ Regnum fere totum adimitur Chriſtianis. 342 a.

Huyenſis ager infeſtatus. 524.

Digitized by Google

I.

Iacobus Badus miſſus ad Antipapam Benedictum pro confirmatione Pervviſii Epiſcopi adulterini in itinere capitur & difficulter liberatur 78 c. Adfert tandem literas confirmationis Pervviſij. ibidem.

Iacobus de Croij frater Comitis de Cymay cum alijs eligitur in Epiſcopum 204 a. Mox à Ioanne Horneo etiam electo accipit penſionem ibidem. Ob non ſolutam penſionẽ turbas excitat Leodij 212 b. Regem Gallorum ſibi conciliare ſtudet ibidem. Relinquit Leodiũ timore Arẽbergij ibid. c.

Ignatius Loyola Hiſpanus familiæ ſuæ natu minimus militat ſub Andrea Foxeo Aſperato 278 d. Oppugnat Pampelonem : grauiter læditur ; quod illi ſalutis & fundationis Societatis Ieſu initiũ dedit ibidem. Vide Societas Ieſu.

Imaginum cultus 337 c. Res miranda ad Imaginẽ Crucifixi in oppido Haſſelenſi 423 c.

Induciæ 12. annorum inter Archiduces & fœderatos 668 c.

Indulgentia plenaria 492 b.

Indultum de conferendis beneficijs in vtroque menſe Groesbekano Præſuli propter merita erga Eccleſiam conceſſum 416 c.

Innocentius Pontifex pacem facit inter Reges Galliæ & Angliæ 9 c.

Inquiſitor ordinis Carmelitarum Leodij perſequutionem patitur 219 b. Concilium Ciuitatis non permittit inquiri in Hæreticos niſi per legem & Franciſiam. ibid.

(Interim) à Groppero & quibuſdam alijs Doctoribus conſcribitur ; hoc eſt formula religionis, iuxta quam Eccleſia Germanica ſe gerat, dum finis Concilij Trident. expectatur 360 d. neque hæreticis neque Catholicis ſatisfacit 360 a. Pontifex illud reuocat ad incudem 361.

Inuocatio Sanctorum 224 c.

Ioannes ab Arkel per Vrbanum v. fit Epiſcopus Leodienſis 15 c. Ingreditur ſolemni pompa Leodium & inauguratur ibid. Accuſatur apud Pontificem 26 a. Controuerſia committitur Abbati S. Bauonis oppidi Remẽſis 26 b. Offert cõditiones pacis quas Epiſc. recuſat ibid. Epiſc. cogit exercitum & Patriam vaſtat ibid. Dux Brabantiæ pacem componit certis conditionibus 27 c. Meditatur ſolitariam vitam, moritur & in Eccleſia Vltraiectenſi ſepelitur. 28 a.

Ioannes à Bauaria 17 annos natus cathedrã Leodienſem conſcendit 69 c. adminiſtrauit illam viginti nouem annis non viginti-octo vt vult Placẽtius ibidem. Fuit vir naturâ bonus nihilominus quidã Sicophãtæ anſam calumniandi ipſum accipiunt tempore ſchiſmatis ad factiones oportuno 70 b. Fit Hypodiaconus per diſpenſationem Bonifacij noni 70 a. Toto quinquennio patienter fert factioſos 71 a. Curiam Officialis transfert Dieſtum 71 b. Mox reuocat Leodium conſilio Henrici Pervviſij viri prudentiſſimi ibid. Mouet bellũ cum fratre ſuo VVilhelmo contra Friſios 72 a. Hædrotij factioſi homines vnde ſic dicti & quod illorum propoſitum 73 b c. Secundò Curiam bifariam transfert ; Conſiſtorium linguæ gallicæ Huy, Teutonicæ Traiecti ad Moſam conſtituit 73 d. Irritati hoc facto factioſi conſultant de protectore deligendo & eligunt Pervviſium 73 d. Hic prudentia & fidelitate vſus Curiam reduci curat Leodium 74 a. Inquiritur in auctores diſſidij & plures ſeditionis rei exilio mulctantur ibidem. Caupones & ceruiſiarij inſurgunt in Præſulem in S. Trudone exiſtentem qui eos cum paucis ſuis in fugã vertit, quoſdã capit & cum ſeditionis auctoribus punit 75 b. Proficiſcitur in Franciam vt ſubortam cõtrouerſiam inter Ducem Burgundiæ & Ducem Aurelianẽſem componat 75 c. Reuerſus tertio Curiam Traiectum transfert & qua de cauſa 76 a b. Tumultuantibus rurſus Hædrotijs communitas conuentum indicit, in quo agitur de protectore & nouo Epiſcopo eligendis ibid. b. Pervviſium ſollicitant & tandem per vxorem expugnant 77 a. Pater & filius Pervviſiani veniunt Leodiũ & magno applauſu recipiũtur; ille in protectorem, hic in Epiſcopũ 77 b. Schiſma Leodij ratione duorũ Epiſcoporũ Bauari & Pervviſij 77 b. Bauarus Præſul cũ Canonicis S. Trudonẽ ſe cõfert & alij Eccleſiaſtici aliò 77 c. nullũ patriæ municipiũ illi adhæret præter Traiectum & S. Trudonem 77 d. Pervviſius S. Trudonẽ deditione capit; Clerus à Duciſſa Brabantiæ humaniter exceptus, Louanij vſque ad finem belli reſidet 77 d. & 78 a. Caſtrũ quoque Bullonienſe ab amicis Bauari Præſulis captum ad deditionem compellit 78 b. Badus ad Antipapã Benedictũ miſſus pro cõfirmatione filij Pervviſij capitur in Gallijs & vix tandem dimittitur, quod Pervviſij conatus multum retardat 78 c. Allatis literis Confirmationis exigit à Curatis & alijs obedientiam, renuentes capite truncat, inter quos fuere

nobiliſſimi equites Ioannes ab Horion & Guilhelmus eius filius & alij 78 d. Proſcribit fugitiuos Canonicos dato præmio qui vnum ex eis viuum vel mortuum ipſi adduceret 79 a. Parat expeditionem contra Traiectum in quod profugerat præſul fruſtra Duce Anthonio Brabantiæ tutore pace tentante 79 b. Præſul conuocat in auxilium parentes & amicos contra Pervviſianos 79 d. Traiectum munit ibidem. Pervviſius mox Traiectũ bis obſidet 80 b. Aduenientibus amicis præſulis Pervviſius obſidionem ſoluit 81 b.
Hedrotij ignauiã & metum exprobrant Pervviſio 81 c. Minantur mortem niſi poſterò die militem ſuum in aciem contra Bauaros educat. Ibidem. Pervviſius illis obtemperans cum filio prætenſo Epiſcopo in prælio cadit, & cum eo triginta hominum millia Ibid. d. Bauarus gratiis actis agit cum amicis de reformanda Ciuitate & patria Leodienſi 82 d. Caſtigant rebelles 82 d. Plurimi de ponte in moſam proijciuntur 83 a. Parcitur Communitati certis conditionibus. ibidem. Inter alias pro expenſis ſoluit ducenta & viginti aureorum millia. ibidem. c.
Hedrotij proſcribuntur 83 c. Septuaginta duo in rotas ſublimantur 84 c.
Dantur obſides quingenti. 83 c. Bauaro Præſuli perſuadetur ire in Hollandiam. 87 b. Studet inire gratiam Imperatoris. 86 c. Ab Aſelliſtis faſtioſis inauguratur Hollandiæ, Zelandiæ ac Friſiæ tutor & Hamatis alterius factionis hominib⁹ bellum indicit 87 c. Vnde Aſelliſtæ & hamati ſic dicti ibid. b. Cum matrimonium Iacobæ Hollandicæ cum Duce Brabantiæ diſpliceret Aſellatis, nec ipſe Dux eſſet gratus Imperatori, Ioannes Bauarus reſignat Epiſcopatum ad manus Pontificis 88 d.
Imperatori ſibi beneuolo commendat expeditionem propoſiti ſui de ducẽda vxore Elizabetha ſua ex fratre nepte Lutzemburgiæ Duciſſæ Antonij Ducis Brabantiæ relictæ, cuius filiam de ſacro fonte leuarat. 89 a. Vt in ordine Subdiaconatus & in cognatione etiã ſpirituali ſecũ diſpenſari per Pontificem petat quod fecit & impetrauit 89 b. c. Vxorem ducit reſignato Epiſcopatu 88 b. Fauet illi in omnibus Imperator 89 b. Brabantini eius conatibus reſiſtunt 89 b. Concordiam init cum Brabantis nec multo poſt pridie Regum anno 1424 moritur. 90 a.
Ioannes à Valenroda Archiepiſcopus Rigenſis Germanus ſuccedit Ioanni de Bauaria. 112 c. Priſcis Eccleſiæ Leodienſis fundatoribus Epiſcopis in Spiritualibus & temporalibus facile cõparandus 112 c. Per ſe miniſtrat Sacramẽta non per Suffraganeos 112 c. Eſt aſſiduus in officijs diuinis 112 d. In ciuilibus diligẽtiſſimã adhibet curã 112 d
Per ſe præeſt iudicijs 112 d. Increpat nobilem viduam opprimere volentem. 113 a. Habet in Cõcilio Conſtantienſi luculentã orationẽ aduerſus VViclef hæreticũ 113 b. Priuilegia reſtituit Leodienſibus quæ abſtulerat Ioannes Bauarus. 113 c.
Item onera per eum impoſita relaxat 113 c. Ab improbis veneno enecatur 114 c. Sepelitur in Eccleſia Leodienſi ante ſummum altare ibid. d. Parentes & amici ratione bonorum eius malè diſtractorum diffidant patriam Leodienſem. 115 d.
Ioannes Heinsbergius Archidiaconus Haſbaniæ eligitur in Epiſcopum. 115 d.
Confirmatur à Martino Pontifice. 4. idus Septembris inauguratur. 115 d.
Conſecratur in Epiſcopum. 116 a.
Tractatum pacis init cum Brabantis. 116 d.
Brando Cardinalis Placentinus prædicat crucem in Belgio contra Huſſitas. 116 b.
Heinsbergius cruce ſignatur. 116 c.
Exiguus aut nullus fructus ſequutus ex hac expeditione 116 c. Proficiſcitur Coloniã ad Synodum Metropolitanam. 116 d.
Reformat Cleri mores. ibidem d.
Zantfliet & Stabulaus paulo aliter ſcribunt. 117 b. Peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcipit, & infecto itinere reuertitur 128 a & quare ibid. b. Tenduntur illi redeunti inſidiæ 128 b. Seruatur mirabiliter ibid. Minatur Ciuitati Traiectinæ bellũ. 129. a. Mox pax componitur. ibid.
Simultas inter ipſum & Philippum Burgundum 129. d. Mox reconciliatur Philippo & Epiſcopatum Ludouico Borbonio reſignat 130 a. Pontifex difficulter admittit reſignationem & quare. 131 a.
Cauſæ reſignationis variæ referũtur 130 b.
Profeſſus eſt coram ordinibus patriæ ſe non coacte ſed liberè reſignaſſe. 130 d.
Mors eius & ſepultura. 130 c. Gubernauit prudenter & ſatis fœliciter annis 36 130 d.
Ioãnes Horneus ſuccedit in Epiſcopatũ 130 d.
Ludouico Borbonio, poſtpoſito Ioanne Arensbergio, qui vi ſe intrudere nitebatur 204 a. VVilhelmus Arembergius Ioannis Pater grauiter offenſus, in Hornenſem

Digitized by Google

nenſem Comitatũ ferro flammiſque graſſatur. 204 d. Euerardus VVilhelmo fert auxilium & Traiectenſes VVilhelmo & Leodienſibus obſiſtentes vſque ad 500. cædit 204 d. Ioannes Horneus à ſummo Pontifice confirmatur 205 c. Pax inter Arenbergium & Horneũ Præſulem. 205 c. Horneus Leodiũ introducitur ſtipat⁹ Principibus Marchiẽſibus & Arẽbergijs 205 d. Non multo poſt Fredericus Comes Horneus & Philippus à Mõtegnijs fratres Præſulis VVilhelmum Arenbergium longius à Ciuitatis mœnijs abductum ex inſidijs capiunt & Traiectum abducunt vbi ſupplicio afficitur 209 a. Euerardus Arenbergenſis bellũ Epiſcopo & Patriæ Leodienſi mouet in vindictã frat. ſui VVilhelmi 210 a Ioannes idem Epiſcopus exulat à Leodio Ibid. Reuocatur à Leodienſibus 210 a. Reprimit aſſultum Euerardi & Arenbergenſium portam amari cordis occupare nitentium 210 c. Repellit & non multo poſt à Monaſterio Carthuſianorum quod pro ſtatione ſua elegerant 210 c. Præſule in Flandriã profecto Euerardus Arenbergius proditione Gilcuini & Petri parui, Leodiũ capit, multos ſupplicio afficit 221 c. Horneus præſul adhæret Alberto Saxoniæ Duci adminiſtrationem prouinciarũ Belgicarum prætendenti 212 a. Arenbergij adhærent Raueſtano adminiſtrationem Flandriæ vſurpanti 212 a. Iacobus Croyus Epiſcopatum occupare nititur, ob non ſolutã penſionẽ ſibi ab Horneo debitã 212 b. Horneus preſul in oppido Trudonenſi cõmoratus obſidetur à Roberto Arenbergio adiuto copijs Raueſtani & Leodienſiũ 212. Dux Saxoniæ ſuperueniẽs eũ liberat 212 d. Saxo Horneum in Epiſcopatum reducere conatur, eoque rem deduxit vt Trudonenſes Haſſelenſes Tongri Hoyani eum pro Epiſcopo agnoſcerent 212 d. Præſul his fretus Coelmõtium præcipuum Arenbergiorum propugnaculum obſidione cingit 212 d. Saxo pacem init cum Raueſtano & Euerardo Arenbergio in quo præſul non comprehẽditur 213 a. Præſul relicto Coelmontio ſecedit Tongros, vnde bis clanculari acceſſu Leodium occupare fruſtra conatur 213 a. Legati Francorum Traiectum veniunt vt pacem componant quam impedit Iacobus Croyus 227 c. Horneus præſul victoria potitur in mirica Zonhouea 227 c. Pax initur certis conditionibus; in alijs vt reddatur Comes Horneus quem Arenbergij captiuum tenebant pro genero VVilhelmi Arenbergij militiæ præfecti quem nuper Epiſcopus in pugna ceperat. 227 c.

Iacobus Croyus rurſus pacẽ impedit 227 d. Arenbergijs nec dum ceſſantibus Albertus Saxoniæ Dux Antiſtiti fert ſuppetias & ingentibus copijs Leodium impugnat ſed fruſtra 227 d. Alberto recedente Horneus præſul aſtu in monaſterium D. Iacobi irrumpere tentauit, ſed euentu nihilo fœliciore 228 a. Etiam portam S. Margaretæ pene expugnauit & ſuburbium vaſtauit. 228 a. Leodienſes cum ducentis equitibus gallis Tungros petunt & multos cedunt & capiunt. 228 a. Fiunt induciæ ibidem. Iacobo Croyo à Leodio recedente, Canonici pacem firmant inter Hornanos & Arenbergios 228 b. Euerardus Arenbergius magna nobilium pompa Horneum præſulẽ Leodiũ introducit 228 b Præſul Hoyẽſe oppidũ à Maximiliano Auſtriaco redimit, cui opignoratum fuerat. 228 c. Oppidum Tongrenſe dolo à Brabãtis captum exercitu congregato recuperare conatur ſed fruſtra 228 c. Sequẽti anno Tongros recuperat 228 d. Deducit Philippum Maximiliani Cæſaris filium in ſuperiorem Germaniã, cui populus Leodiẽſis in viaticũ dedit mille & quingẽtos florenos 228 d. Expugnat caſtrum Gorreum 229 c. Cum ducentis equis Coloniam proficiſcitur & pacem componit inter Epiſcopum Vltraiectenſem & Ducem Iuliacenſem C. Francimõtis Caſtrum à Ioanne de Marka redemit 233 c. Vexatur à creditoribus & prope curis tabeſcit 233 c. Excommunicatur ob credita 233 c. Palatium eius incẽdio ex negligentia excitato conſumitur 233 c. Tumultuantur contra eum Ciues, quos fugiens Traiectũ tendit 233 d. Quaſſatione cruris oblæſus biduo poſt Traiecti moritur 233 d. Sepultus eſt Traiecti in monte in habitu Franciſcanorum 233 d.

Ioannes Auſtriacus Philippi Regis Hiſpaniarum frater fit Imperator expeditionis paratæ contra Turcam 455 d. Iuxta Naupotum Achaiæ Vrbem illuſtriſſimã contra Turcas refert victoriam 461. d. Venit in Belgium à Rege Hiſpaniarum Gubernator deſignatus & quo ſchemate. 483. Init pacẽ cum ordinibus cõſilio Groesbekani Præſulis & Ducis Cliuiæ 486 b. Inſidiæ ſtruuntur Auſtriaco. 489 a. Occupat arcem Namurenſem & qua occa-

ſione 489 c. Vide Ordines Belgij. Philippopolis ſe dedit Auſtriaco 496 c. Legati ad Auſtriacũ à Cæſare, Gallo, Angla pro pace 498 c. Mors Auſtriaci cũ elogijs 499 c d.
Ioannes Dux Burgundiæ patruus Ioannis Ducis Brabãtiæ proditoriè occiditur 113 d.
Ioannis Hornei Canonici Leodienſis adhuc adoleſcentis virtus. 201 c.
Ioannes Hus & VViclef comburuntur 85 b.
Ioannes Mandeuillus medicus præſtantiſſimus, peragrato fere toto terrarum o. be, Leodij moritur, Sepultus in Eccleſia VVilhelmiratum. 17 b.
Ioãnes Perſin ſæcularis ſacerdos ob miniſtrata peſte infectis ſacramẽta laudatus. 504 c.
Ioãnes Caluinus Nouioduni in Veromãduis natus. Vide Caluinus
Ioannes Streel Conſul & Scabinus Leodienſis vir incorruptibilis obſeſſa per Auriacũ Ciuitate inſignem nauat operã 444 b.
Ioannes Franciſcus Vercellenſis Epiſcopus Nuncius verè Apoſtolicus Truchſeſium Archiepiſcopum Colonienſem Lutheranum excommunicat & exautorat 525 d. Eligitur in eius locum Erneſtus Bauarus Ibidem. Nuncius Apoſtolicus Epiſcopus Vercellen. venit Leodium 1585 Dat Indulgentias: celebrat Synodũ: promulgat Concil Trid. 536 d. Proteſtantibus contra quid reſponderit & ſcripto dederit 537 a. Conſtituit examinatores petito iuramento de ſeruanda forma examinis quod vulgo per concurſum vocatur. Ibid. c. Conſtituit in Cathedrali Theologalem & Pœnitentiariũ iuxta decreta Concilij Tridẽt. 537 c. Abbatem S. Laurentij, fruſtra ſæpius monitum exautorat 538 c. Eligitur in eius locum Ogerus Loncinus modernus Abbas. Ibidem. Moritur in Monaſterio S. Iacobi Leodien. 540 c. Eius Elogium. ibidem.
Ioannes Van Thenen Prætor Aquenſis Catholicus reſtituitur. 558 d.
Ioannes del Vaux maleficus Monachus Stabulenſis 593 d. Pertæſus tyrannidis diabolicæ fatetur ſe maleficum & totam vitam ſuam aperit. Ibidem Multos maleficij accuſat 594 b. Legatio ad Principatum Stabulenſem contra ſortilegos 596 a. Sodalitates ſortilegorum. ibidem. b Quæ in ſodalitatibus agantur. 596 d Tentatur conſtantia Ioannis del Vaux 597 c. Mandatur cognitio iudiciaria in omnes per Ioannem del Vaulx accuſatos 598 d. Proceſſus iuridicus contra Ioannem del Vaulx 601 a. Adiudicatur quæſtionibus Ibidem. d. Accuſati per illum ſpargunt rumorem illum eſſe delirũ. ibid. Suffunditur falſus rumor 662 a. Mira Ioannis del Vaux in dictis cõſtantia ibid. c. Sententia Ioannis del Vaux per auctorem vti Iudicem Commiſſarium prolata 604. Vide Petrus Oranus.
Ioannes Backs paſtor Haſſelenſis de hæreſi ſuſpectus exautoratur 548 a. Condemnatur ad abiurationem hæreſum. 549 d. Eius errores ibidem. Eius abiuratio 552.
Ioãnes Caſimirus fit dux militiæ Truchefianorum & Salentinus Bauarianorum 527 b. Ingloria Caſimiri militia. Ibidem. c.
Ioannes de Galea religioſus à Dæmone poſſeſſus horrendum in monſtrum euadit. 560. d. Eius occaſione cuiuſdam Lutherani vera & mira conuerſio. Ibidem d.
Iodocus de Marka Officialis & Lambertus de Vpey Cancellarius prædiuites morituri omnia ſua dant pauperibus 254 d.
Iubilæum Bonifacij octaui per Clementem Papam reducitur ad quinquageſimum annum 5c In Iubilæo Romæ tanta populi compreſſio fuit, vt multi ſe mutuo ſuffocarent 128 d. Admiranda charitas & liberalitas Romanorum erga peregrinantes ad Vrbem Iubilæi gratia. 619 a.
Iudæus 38. annorũ baptizatur Leodij 470 c.
Ius probationis vini ad Præſulem & Capitulum pertinet. 470 d. & 481 d.

K

KEſerbos eſt Monaſterium nobilium virginum ordinis Cyſtercienſis in Comitatu Hornenſi ab ipſis Comitibus fundatum 66 d. In eo ſepultus eſt Arnoldus Hornanus Epiſcopus Leodienſis. ibidem.

L

S. LAmberti duplex feſtiuitas, vtraque culta ab Erardo à Marka 247 d. Altera Erardo feſtiuior & quare 248 a b.
Lambertus de Vpey Cancellarius Leodienſis omnia ſua relinquit pauperibus 214 d.
Lanoyus Gallus miles imperterritus & imperator prudens fruſtra Traiecto præſidium inferre conatur 501. b. A malecontentis capitur & in arcem Lymburgenſem deducitur 506 b. Eo capto Auriaci nunquam aut raro feliciter pugnarũt. ibidem. Vide malecontenti
Legati Cæſarei cognoſcunt de damnis per

Patriam

Patriam Leodienſem perpeſſis. 488 d.
Legatio Germanorum ad Belgas. 564 a. Caroli Billei ad Parmenſem 568 d. Hartgeri Henoti ad Summũ Pontificem. 574 d.
Leges Cornelij à Bergis Præſulis contra ſtellionatus crimen & alios Curiarum ſæcularium abuſus. 335 b.
Leges datæ lanionibus & earum moderatio 358 b. Leges macelli à quib' probãdę 419 a.
Leges pro conſeruatione ſyluarum & nemorum. 365 a.
Leges per Flandriam publicatæ contra validos mendicantes.
Leges datæ typographis & librarijs. 573 a. Et Ludimagiſtris & paſtoribus. ibidem.
Leodienſes qui pluribus in prælijs contra Engelbertum à Marka victores fuerunt, tandem vincuntur, & pacem ineunt parum honorabilem. 2 c. Arnoldũ de Horn ab Vrbano vero Pontifice ad Epiſcopatum aduocant reiecto Perſando à Clemente Antipapa confirmato 40 d. Fauent Gandẽſibus Ludouico Comiti & Domino ſuo rebellibus 46 d. Donant Gandenſibus ſame fere oppreſſis ſexcentos currus frumẽti 48 d. Ioannem Bauarum Præſulem in ſua Iuriſdictione impediũt 71 b. Et magis Ludouicum Borbonium 134 d. Eligunt ſibi protectorem contra Borboniũ 140 a. Freti ſubſidijs Regis Galliæ ſæpius bellũ mouẽt Philippo Burgundio Duci Brabantiæ & Carolo eius filio 164 & ſeqq. Fruſtra ſollicitantur ab ordinibus fœderatis vt arma ſumant cõtra hiſpanos 484 a. Diepenbeck expugnant 506 d. Quidam milites Leodienſes glorioſè mortui 528 b Vix eſt angulus patriæ Leodienſis qui à milite non affligatur 531 b. c. Leodienſes Germanos cædunt 533 b. Agricolæ Leodienſes cedũt milites regios 535 a. Leodienſes armantur contra militum inſolentiam 536 a. Miſſionem faciunt ad rebelles Hiſpanos 631 b.
Leuinus Torrentius ad D. Lamberti Canonicus & Archidiaconus Brabãtiæ, Præſulis in ſpiritualibus Vicarius Roma ad Cõciliũ Ciuitatis literas Põtifi. max. defert. 461 a b. Leuini Torrentij mors cum elogio 667.
Lex qua vetatur Leodij vel quatuor denarios dare pro officio publico aſſequendo, renouatur. 375 b.
Libelli Famoſi cõtra Præſulis officiatos 360 c. Contra Carolum v. Cæſarem. 367 c.
Literæ Adriani Sexti Pontificis max ad Ducem Saxoniæ 279 c. Literæ Clementis Octaui ad Albertũ Auſtriacũ Archiducem. Caroli v. Cæſaris ad Capitulũ Leodienſe. 363 d. Aliæ 375. Maximiliani Cæſaris ad Conſules & Concilium Ciuitatis 4.4 c. d. Pontificis maximi ad Concilium Ciuitatis 461 b. Ioannis Hornei Præſulis ad Maximilianum Imperatorem 233 a. Literæ patentes pro conſeruatione religionis 545 d. Literæ Hollandorum ad Ordines Patriæ Leodienſis 578 c. Ad eas reſponſio ibidem. Eorundem literæ ad Præſulem & eius inſignis reſponſio 578 d. Literæ Pontificis Max ad Præſulem Erneſtũ 587. Illuſtriſſimi Cardinalis Alani ad eundem. 588.
Lolardi ab Erardo Præſule primum aduocantur Leodium & qua occaſione. 200 d.
Ludouicus Borbonius ex reſignatione Ioannis Heinsbergij fit Epiſcopus Leodiẽ. 130 a. Cõfirmatur à ſummo Põtifice 132 c. Nullus Epiſcopus Leodiẽſis huc vſque aut nobilior aut potentior 131 c. Eſt S. Ludouico Regi Galliæ ſanguine iunctus 131 d. Genealogia eius à S. Ludouico deducitur 132 a. Educatur apud auunculum ſuum Ducem Burgundiæ Brabantiæ &c. 132 b. Mittitur ad ſtudia Louanium vſque ad annum 18 132 c. Fit Præpoſitus ad S. Donatianũ Brugis & Inſulis ibid. Fit Epiſcopus Leodienſis 130 a. Philippus eius auunculus Dux &c. mittit Doctores Louanienſes Leodiũ qui illũ Capitulo repræſentent 132 d. Statuit diẽ ſuæ inaugurationis 132 d. Ingreditur Leodiũ magna põpa 133 d. Inauguratur & reliquis oppidis 134 b. Ordinibus patriæ epulum regiũ per tres dies exhibet. 134 a Leodienſes plura vſurpant ad eius Iuriſdictionem pertinentia 134 d Quæ ſint illa 135 a. Ea de cauſa celebria Comitia, nunc Leodij nunc Traiecti, alias Hui, alias apud S. Trudonem in quibus Leodien. non niſi verba dant Borbonio 135 b. Progreſſu temporis magis ac magis priuatur ſuis regalibus 136 b. Exoriuntur fuſtigatores: qui illi, & quod illorum propoſitum fuerit 135 c. Conſiſtoria iuris Eccleſiaſtici tollebãt, Iudices, Cõſiliarios, Aduocatos capiebãt, proſcribebãt, occidebant, nec à liberis, nec ab vxoribus tẽperãtes 135 c. Borboni' pręſul auctores huius motus pulſata banni cãpana ad palatiũ citat fruſtra 135 d. Iraſcitur Epiſco. ſed irã prudentũ quorũdã iudicio mitigat ibid. Proficiſcitur cũ auunculo Duce Brabantiæ in Franciã reſtituturus in regnũ paternũ Delphinũ Frãcię 136 a Reuerſus conſulit Iuriſcõſultos qua via redigere poſſit in ordinem Leodienſes 137 a.

Digitized by Google

Conformiter aſſerunt ſi ditionem Eccleſiaſtico ſupponat interdicto 137. Secundo & tertio humaniter illos officij admonet, & poſtremo minas iungit 137 b. c. Inſolēs Leodienſium reſponſum 137 c. Leodium ſupponitur interdicto 137 d. Appellant ad Officialem Coloniēſem qui pro Leodienſibus iudicat 137 d Epiſcopus S. Sedem appellat & mittitur à Pontifice Petrus Ferricius Cardinalis qui partes audiat & Romā referat 137 d. Inſtant Leodienſes pro relaxatione interdicti apud Cardinalem & multis promiſſis factis ſex ſeptimanas induciarum impetrant 138 b. Leodienſes nihil eorum quæ promiſerunt præſtāt 139 a. Sex hebdomadibus lapſis ditio Leodienſis iterum ſupponitur interdicto, & citantur coram Cardinali Aquiſgranum 139 b. Leodienſes conſpirant de reijciendo Epiſcopo & aduocando Carolo Marchione Badenſi qui eos defendat aduerſus vires Philippi Ducis Brabantiæ 134 a. Promittunt ſe Marcum eius filium facturos Epiſcopūm Leodienſem 140 a. Aſſerunt ſe ſuppetias & ſtipēdia habituros à Ludouico Rege Franciæ 140 b. His inductus cōſentit Marchio 140 b. Diſcordia Leodienſis à protectore 141 a. b. Tandem concordāt excepto Euerardo de Marka Arenbergio qui ſe protectorem dicit 141 b. c. Leodienſibus eum non audientibus ad partes Borbonij præſulis ſecedit. 141 d. Marchionem Badenſem aduocāt 141 d. Traiectenſes quæ futura ſint conijcientes ſe armant 141 d. Proceſſu formato Cardinalis cum vtriuſque partis legatis Romā ſe confert 142 a. Sententia tandem fertur in fauorem Præſulis cuius exemplar annectitur 142 b. & 143 b.

Ludouicus idem conſulit Philippum Ducem Brabantiæ quid deinceps ſibi agendum ſit 142 c. Hoyenſes adhærent Præſuli illumque humaniſſime recipiunt 142 c. Marchio Badenſis per Raſonem Herenſem deductus Leodium vti tutor & defenſor patriæ 150 b. Præcipua pars equeſtris ordinis & Cleri relicta Ciuitate adhęret præſuli 150 c. Marcus Badenſis & eius pater vir prudens inaugurantur Ciuitati Leodienſi 150 d. Petunt à Hoyenſibus & ibi inaugurari qui his literis annexis reſpondent 152 a. Petunt idem à Traiectenſibus & quid reſponderint 151 c. Inaugurantur reliquis oppidis 151 b. Sentit Badenſis pater ſibi data verba à Leodienſibus 152 a. Eius Apophtegma in Leodiēſes 152 a. Hoyenſes ſe muniūt aduerſus Leodien. 152 a. Factioſi quidām præſertim ex collegio vinitorum conantur retinere pręſulem Huy 152 b. Epiſcopus Huyo ſe ſubducit 152 c. In Andanenſi Monaſterio pernoctat 152 d. Vadit Bruxellas cum magno comitatu ad Philippum auunculum à quo benignè excipitur & auxilium illi promittitur 152 d. Badenſis Huy inauguratur 152 d. Indicit bellum Philippo Duci Brabantiæ ſicut & Leodienſes & egregium ad vtroſque reſponſum 152 c. d. Badenſis ſtratagemate illudit Leodienſibus & recedit in Germaniā & quare 154 a. Expeditio Philippi & Brabantinorum aduerſus Leodienſes 154 b. Præſul deſcendit è Bruxellis Traiectum cum exercitu ibid. c. Erant Traiecti ſeptem Centuriæ equitum præter pedites oppidi quorum præfecti erant D. Euerardus Arenbergius, D. de Peterſem, & D. de Sōbreff. qui Patriā Leodiū vſq; vaſtabāt 154 d. Leodienſes fingunt Ludouicū Præſulem mortuum 155 a. Obſident caſtrum Lymburgenſe fruſtra 155 c. Hoyenſes inter ſe tumultuantur & quare 155 d. Hoyenſes delictorum veniam petunt 155 c d. Qualiter Epiſcopus eis reſponderit 156 a. Impetrant tandē pacē certis cōditionibus quas fideliter præſtiterūt 156 a. b. Deinceps prudēter abſtinent ſe ab actibus Leodienſium 156 c. Carolus ex Francia reuerſus mittitur à patre Philippo Leodiū cum ingenti exercitu 156 c. Leodienſes mittunt obuiam legatos qui de pace agant 156 d. Proſcribunt ſuos legatos & alios ſubmittunt & quare 157 a. Tractant de pace & illam impetrant certis conditionibus 157. Pax Fexmalienſis vnde dicta 157 b. Præſul confert ſe Huyum vbi cum ſuis diu in arce verſatur 157 b. Leodienſes non ſeruant conditiones pacis 157 d. Carolus ingenti exercitu Dionanēū cingit 157 d. Dionantenſes non ceſſant laceſſere patrem Ducem & filium conuitijs 157 a. Dionantum expugnatur & ſolo æquatur 157 a. Philippus Dux recedere ab obſidione non vult donec Dionantum comburi videat 157 b. Viriditentorienſes & qui erant illi, in Galliam profugiunt 157 b. Carolus in Haſbaniam ad pagum cui nomen Olea ſe recipit 157 c. Ibi interuentu quorundam magnatum pacem init cū Leodienſibus certis cōditionibus 157 c. In alijs quinquaginta dant obſides 157 c. Et hæc pax ſecunda à loco in quo facta eſt

Oleana

Oleana dicta eſt 158 d. Moritur Philippus Dux, & Carolus filius vnicus hæres ſuccedit in omnia eius dominia 159 a. Leodiẽſes fiſi ſubſidijs Regis Galliç, obliti pacis Oleanæ & obſidum ſuorum, bellum mouent Carolo. 164 c.
Ludouicus Rex Galliæ in ſubſidium mittit Leodienſibus ſex millia peditum & quatuor cẽturias equitum 164 c. VVilhelmus Arenbergius inter alias fit ductor militum Gallorum 164 c. His copijs freti Leodiẽſes S. Trudonem cingunt & deditione capiũt 164 d. Hoyenſes eos adorti in pago de Hãneff magna ſtrage afficiunt VVilhelmo Arenbergio ductore in arcem Engrimondam profugiente 164 d. Leodienſes exacerbati Huyum cingunt 164 d Carolus per Præſulem rogatus magnum equitum pediiumuè manum cum duobus ductoribus mittit Domino de Boſſut & D. de Emri 165 a. Hi cum Domino Euerardo Arenbergio equitum Burgundicorum ductore velitantur cõtra Leodienſes ſed fruſtra 165 a. Leodienſes Huyũ ex duabus partibus inuadũt 165 b. Dominus de Boſſut ſuadet Epiſcopo fugam 165 b. Euerardus Arenbergius & D. Ioannes Hamelius aliquanto tẽpore vrbem defendunt, ſed mox ſtatione relicta Namurcũ ſecedunt 165 c. Multi ciues Præſulem Bruxellas abeuntem proſequuntur 165 d Illis per pagos Brabantiæ cõſtitutis conſulit Epiſcopus 165 d. Præſul à Carolo benigniſſimè Bruxellis excipitur 165 d. Exacerbatur & iubet omnia ad expeditionem contra Leodienſes parari neceſſaria 166 a. Comes S Pauli coneſtabulus Frãciç, mater ipſius Caroli & Rex Franciæ diſſuadẽt bellum cõtra Leodienſes fruſtra 161 b. Paulus 2 Pontifex Romanus hortatur Carolũ ad bellũ contra rebelles Leodienſes 166 c. Carolus Feciales Leodiũ mittit altera manu gladiũ altera pacem præferentes 166 d. Illis non curantibus centũ quinquaginta millibus militũ armatus, vtquidã ſcribunt, Leodium deſcendit 166 d. Obſides Leodienſes 30 liberos certa lege dimittit 166 d. Obſidet S Trudonẽ 166 d Obijciunt ſe Leodiẽſes & in cõtumeliam hoſtiũ armant ſacerdotes, Canonicos, monachos 167 a. Commiſſo prælio Carolus victor tria millia Leodienſiũ cedit, cæteris Raſone duce diffugientibus 167 b. Trudonẽſes eã re intellectã veniã à Carolo rogant & impetrant certis legibus 167 c. Idem faciunt reliqua oppida Comitatus Loſſenſis 167 c. Beringã flammis petit & quare 167 d. VVilhelmus Arenbergius operâ Euerardi Arẽbergij veniam conſequitur 168 a. Leodienſes fiunt illi ſupplices & quid Carolus reſponderit 168 a. Leodium cingit in profeſto S. Martini 168 c. Ipſe in S. Laurentij Præſul in S. Aegidij monaſterijs hoſpitio excipiuntur 168 c. Leodienſes 32. ſolis lineis induti & diſcalceati corã Duce, Legatis Franciç Angliæ & c ad genua prouoluti miſericordiã implorant 168 c. Impetrant ſed duris conditionibus 168 d. Raſo Herenſis & ductores gallici exercitus, non audentes aduentum ducis expectare fugiũt in galliam 168 d. Carolus Dux cum Epiſcopo ingreditur Leodium dextra manu ſtrictum gladiũ tenens 169 a. Rebus ibi diſpoſitis Hoyũ proficiſcitur, ibique plures ſupplicio afficiũtur 169 c.
Ludouicus idem Leodij à Clero recipitur peractâ publicè mirabili proceſſione 169 c. Sacra celebrantur abolitione interdicti facta per legatũ Apoſtolicũ 169 d. Epiſcopus proficiſcitur ad alia oppida vbi gratia Onuphrij Tricaricẽſis Epiſcopi Nuncij Apoſtolici ſacra celebrantur 169 d. & 170 a. Redit Leodiũ & cũ Prçlatis proceſſionẽ & ſupplicationẽ ſolemnẽ, & poſt illã magnũ epulũ primatibus tũ Eccleſiaſticis tũ politicis exhibet 170 c. Præſule ad Comitia Traiectum profecto, Viriditentorienſes & alij factioſi homines è Francia redeuntes iterũ Præſuli & Duci bellum mouent. 170 d. Ciuitate potiũtur & omnes Borbonici nominis fautores vel occidunt vel expellunt. 171 a.
Præſul idem exercitum conſcribit: In aduerſum & Leodienſes: Humbercurto tardius ad præſulem cum exercitu veniente, Tongros, vbi à Leodienſibus noctu ingreſſis capitur & Leodiũ ducitur. 171 c d. Rumore de pace inter Carolũ & Regẽ Galliç ſparſo præſulis fautores Leodij paſſim ceduntur. 171 d. Præſidia è Francia Tungros veniunt 172 b. Carolus expoſtulat cũ Rege Galliæ, qui negat ſe ſubſidiũ dediſſe Leodienſibus etiã [illegible] in eius rei fidẽ Eucharistiæ ſacramẽto 172 d. Rex Galliç quaſi in vindictã factæ ſibi à Leodienſibus cõtumeliæ qui id ſpargerẽt proficiſcitur cũ Carolo ad euertendũ Leodiũ 172 d. Adolphus Raueſtan' à Carolo Duce prçmiſſ' Lãtinũ pagũ nõ procul à Leodio venit 172 d. Leod. velitãtur cõtra eos multoſq; cedũt ſed mox cogũtur Leodium recedere 172 d. Prçſul & Io. de Vilde Lãtinũ ſe cõferũt rogãt Leod.

Digitized by Google

& de pace agunt ſed fruſtrà 173 a. Cingitur
obſidione Ciuitas & maximè portæ S.
VValburgis & S. Leonardi 173 b. Epiſco-
pus rurſus pacem tentat ſed impediunt il-
lam duces Gallorũ militum 173 b. Primus
impetus in Ciuitatẽ fit ad portam S. Leo-
nardi 173 c. Leodienſes nocte eruptione
factâ magnam ſtragem hoſtium edunt;
Regem Ducemque capturi, ſi vt conſtitu-
tum erat, alij auxilio fuiſſent 173 c. Secun-
do aſſultu qui fuit 30. Octobris Leodium
expugnatur & capitur 173 d. Burgundi per
portã S. Leonardi, & Rex Carolus per por-
tã S. VValburgis intrant 173 d. Rex Gall.
veluti claſſicum ad ſtragem edit 173 d. Mi-
lites obuium quemq; perimunt, nullâ æta-
tis ſexus aut ordinis ratione habitâ 173 d.
Ciuitas ſuccenditur præter Collegia Ca-
nonicorum, monaſteria, templa, & ædes
ſacerdotum 174 a. Præfectis exercitus ſua
cuique portio ſpolianda tribuitur 174 a.
Eius diei Dominicæ qua hæc fiebant in-
troitus miſſæ erat *Iuſtus es Domine* &c.
174 a. Rex Galliæ & Epiſcopus Tricaricẽ-
ſis legatus Apoſtolicus peſſimè de repu-
blica Leodienſi meriti 174 b. Literæ Leo
dij reperiuntur quibus Rex Galliæ Leo-
dienſes ad hanc rebellionem inſtigauerat
174 b. Rex fugit & quicquid dederat pace
Peronenſi retrahit; inſuper edicit ſub pœ-
na capitis, ne quis de hac expeditione Leo-
dienſi verba faciat 174 b. Præſuli quæ iura
ſua fuerunt omnia integra relinquuntur
174 c. Humbecurtus à Carolo Leodij re-
lictus Magiſtratus creat & alia facit pacifi-
candæ vrbi vtilia 174 c. Præſul cum ſuis
ſubditis pacem habet 174 c. Germani è Co-
lonia & Viriditentorienſes è Gallia, Duce
Raſone Herenſi Leodienſem ditionem in-
feſtant 174 d. Multi ex eis capti obtruncati
in rotas ſublimantur 174 d. Præſul cum
Carolo Duce è Treuiris rediens magna ſo-
lemnitate à Leodienſibus excipitur 175 b.
Carolus Dux Burgundus anno 1473 Du-
catum Geldriæ occupat 175 a. Carolo Du-
ce ante Nancium cæſo, Maria vnica eius
proles omnium dominiorum eius fit hæ-
res 190 d. Præſul vt ei adſit Gandauum vo-
catur 190 d. Dum inaugurata eſt pene om-
nibus Flandriæ & Brabantiæ oppidis tu-
multus Gandaui exoritur 190 d. Præſul in
morbum incidit & Leodium repetit 191 a.
Præſuli ſtruuntur inſidiæ 191 b. Reſtituit
Leodienſibus ablatas eis à Carolo præfe-
cturas 192 a. Raſo Herenſis cum ingenti
Francorum multitudine patriam Leodiẽ-
ſem inuadit 193 d. Epiſcopus contrà copio-
ſum colligit exercitum Leodienſiũ, eiſque
vt promptiores reddat, priuilegia reſtituit.
193 d. Arembergius colloquutus cum Ra-
ſone pacem cõponit 194 a. Raſo recipitur
ab Epiſcopo in gratiam 194 a. Proditio cõ-
tra Præſulem detecta ibid. c. Multi affi-
ciuntur ſupplicio ibid. d. Factioſi rurſus
tumultuantur aduerſus Præſulem 195 c.
VVilhelmus Arenbergius aduerſus Præ-
ſulem inſurgit & eius rei cauſæ Præſuli in-
tolerabiles 196 a. Admonitus per Prçſulem
recedit ibid. d. Gallorum auxilio fretus
Præſuli inſidiatur qui deliberat cum Con-
ſulibus Ciuitatis de bello ſuſcipiendo cõ-
tra Arenbergium 197 c. Arenbergius Gal-
lorũ ſubſidia petit & impetrat 198. Præſul
vero Maximiliani ibid. Arenbergij quidã
milites capti & quæſtionibus expoſiti pro-
ditionem Arenbergij detegunt 198 c. Ipſe
proſcribitur ſine ſpe remiſſionis 199 b.
Preces Arenbergij inanes ibid. Arenber-
gij crudelitas ibid. d. Leodium expugna-
turus aduenit 201 a. Præſul hoſti obuiam
procedit ibid. b. Multi ab Arenbergijs cæ-
duntur, & inter alios Præſul Borbonius.
Ibid. d. Oratio Arenbergij ad populum
Leodienſem contra Præſulem interfe-
ctum. 202 a.
Ludouicus Delphinus Franciæ exterminatus
à patre Carolo Rege ad Philippum Brabã-
tiæ Ducem profugit 134 b. Philippus ho-
norificentiſſimè illum quinque annis ſu-
ſtentat 134 b. Mortuo patre illum ſuis ex-
penſis & periculo in regnum paternum re-
ducit. 134 b. 136 a.
Ludouicus Flandriæ Comes orditur ſuũ ſep
tennale bellum contra Gandenſes 46 c.
Magnum cogit exercitum ibidem. Cona-
tur fame illos opprimere ſed Bruxellenſes
& Leodienſes eis ſuccurrũt 48 d. Edicit vt
omnes & imprimis nobiles præſto ſint ad
obſidendum Gandauum 50 c. Dux Bra-
bantiæ, Comes Hannoniæ & Arnoldus
Hornanus Præſul tractant de pace 50 d.
Duodecim quoque Senatores Gandenſiũ
fiunt ſupplices pro pace ibid. Oratio Arte-
neldæ Demagogi ad populũ 51 b. populus
eligit potius pugnãdo mori quam ſe irato
Comiti tradere 51 b. Quinq; millia egreſſi
Brugas in quibus Comes erat obſidẽt 51 b.
Brugenſes à prandio contra conſilium no-
bilium contra Gandenſes egreſſi cæduntur
51 d. Comes cum nobilitate & vulgo tur-

pitur

piter fugiunt & Brugas ſe conferunt 52 a. Brugenſiū neces lamentabiles 52 c. Leodienſes & alij gaudent de victoria Gādenſiū 52 Comes rogat Horneū præſulē ire in Angliam pro pace à Rege impetranda 56 a. Quæ cauſa belli Anglorum contra Flandros 56 c. Flandri quare exiſtimati Clementini 56 c. Rex Angliæ pacem negat Flādris & quare 57 a. Multo ære conducit Ducem Geldriæ contra Brabantos 52 c.

Ludouicus Naſſouius Auriaci frater cū exercitu in Friſiam irrumpit 431 d. Aliquot oppida occupat 432 a. Imperator eum reuocare ſtudet fruſtra ibidem. Inſcribit vexillis ſuis *Aut recuperare aut mori*. Arembergius Comes illi obuiā ab Albano mittitur 432 a. In prælio contra Naſſouium glorioſè occumbit. ibidem. Naſſouius ſtratagemate Montes Hannoniæ occupat. 464 a. Auriacus frater fruſtra eum contra Albanum defendere nititur 467 a. Pactis certis cōditionibus Vrbem reddit Albano 467 c. Viuit in Germania priuatus vſque ad abitum Albani 471 c. Cum Henrico fratre & Chriſtophoro Palatino iuſtoque exercitu venit in agrū Traiectenſem. ibid. Scribit Præſuli, Scabinis & Conſulibus Concilioque Ciuitatis literas officiorum plenas 473 Et quid illi reſponſum. d.
Rurſus ſcribit ſeorſim Collegio aurifabrorum & ei remittuntur litteræ clauſæ 474 c. Sancho Dauila Hiſpanus non viribus ſed ſtratagematibus Ludouicum cum exercitu fundit 475. Nec ipſe Ludouicus nec Henricus nec Chriſtophorus amplius viſi. ibid.

Ludouicus Requeſenius magnus Caſtiliæ gubernator ſuccedit Albano in adminiſtrationē Belgij 470 d. Vide Requeſenius.

Lumeyus claro genere ortus, Auriaco militans Cœnobium Vallis noſtræ Dominæ prope Huyum vaſtat; ſimiliter & Monaſterium Flonenſe 443 d. Monachum caudæ equi alligatum per montes raptat. ibid. Brielam occupat. 462 b. Captiuus detinetur in Hollandia & quare 469 c. Auriaci interceſſione liberatur. ibidem. Morſu proprij canis Leodij moritur 469 c.

Lutherus Saxo Monachus Auguſtinianus ſui ipſius admirator, ſermone facundus, animi impotentiſſimi, ſcribit contra indulgentias 256 d. Fouetur à Fræderico Saxoniæ Duce in cuius gratiam prætextu pietatis ſe inſinuarat 256 d. Eius variæ hæreſes. 257 a. Carolus V. Imperator de eo queritur apud Pontificem, & mox citatur Romam 259 b. Per Ducem Saxoniæ impetrat ſibi dari Iudices in Germania 259 b. Auditur Auguſtæ Vindelicorum per Caietanum, cui ſpecioſis verbis illudit. 259 c. Impetrat à Cæſare fidem publicam & à Caietano Cardinali veteratoriè ad Pontificem appellat 260 a. Iterum citatur Romam & niſi intra ſexaginta dies comparuerit excommunicatur 261 b. Ipſe peior factus hæreſes editis libris diſſeminat & ius Pontificium cremat. 261 d. Eius dolus ſeditioſus 277 c. Inſultat Henrico 8. Regi, omnibus patribus, imo & Angelis omnibus bonis & malis. 290 a. Lutheri ſecta in plures ſibi contrarias diuiditur 291 b. Lutheri mors & falſum eius vaticinium. 354 c. d.

Lycantropus afficitur ſupplicio. 557 b.

Lymburgum VVeſtphaliæ caſtrum Bauarianis deditur. 532 b.

M.

MAlecontenti qui dicti 498 d. Eorum Duces primarij Hæſius & Copres ibid. Ineunt fœdus 500. Capiunt Launoyū militem alias imperterritū & Lymburgum in cuſtodiam mittunt 508 b.

Malefici cuiuſdā captiui mira confeſſio 230 d.

Malefici & ſagæ plures afficiuntur ſupplicio 557 a. Aliquid mali propter vicinum malum. 576 b.

Marchio Badenſis & Marcus eius filius ſollicitantur à Leodienſibus, vt ille ſit protector, hic Epiſcopus Leodienſiū loco Borbonij 140 a. Vide Ludouicus Borbonius.

Margareta Auſtriaca Parmæ & Placentiæ Princeps creatur Gubernatrix Belgij 402 d. Mandat publicari Concil. Trident. Renouari Conſtitutiones Carolinas contra hæreticos & reſtitui officium Inquiſitionis. 409 b. Comitem Egmundanum ea de re attonitum mittit in Hiſpanias ibid. Refert literas ad Gubernatricem vt ſalua religione omnia conſilia pacis ineat. ibidem. Adhibitis Theologis mitiorem rationem procedendi contra Hæreticos init, ſed quę parum proficit. ibidem. Viſa coniuratione nobiliū propter publicationem Cōcilij Trident. & Inquiſitionem quam vocabant Hiſpanicam; ſic perplexa, & iterum mittit in Hiſpanias Marchionem Berganū & Baronem de Montigni 419 d. Coniurati porrigunt Gubernatrici libellū ſupplicem 419 b. Præcipui coniuratorum qui. ibid. Gubernatrix cōuocat Ordines Belgij

quorum conſilio edicta regia de Inquiſitione & promulgatione Concilij exequutione mandari iubet. 420 d. Hac ordinum reſolutione plebs irritata libertatem conſcientiæ ſibi concedit, & paſſim conciones hæreticorum audit. 420 d. Franguntur tẽpla, altaria, imagines. ibidẽ. Coniurati maiori quam ante numero conueniunt in Oppido Trudonenſi poſtea in Duffle vico 421 c. Gubernatrix conatur eos reuocare fruſtrà ibid Cum primũ venit Albanus Margaretha Parmenſis Gubernatrix magnis donata à Rege muneribus repetit Italiam. 430 c.

Mariæburgum à Gallo capitur & ab eo munitur 374 a. Mariæburgenſes Philippivillani & Carolomontenſes ſe ſubtrahunt à Iuriſdictione Leodienſi. 430. b. Eorum iniuſtitia & impudentia 457 d.

Martinus Lutherus vide Lutherus.

Martyres à Geuſeis fieri incipiunt. 464 a. & imprimis Aldenardi & locis vicinis. 467 a.

Maſeikæ habẽtur conciones hæreticæ 423 b.

Maſeikani monitioni ordinum patriæ non obtemperant 425 a. b. Vocati ad iudiciũ vti rebelles Principi ſuo damnantur. ibid. Intellecta deditione Haſſelenſiũ militem Groesbekani Præſulis recipiunt, ſicut & Stokhemienſes. 426 b.

Mathias Archidux Auſtriæ aduocatur & recipitur in gubernatorem Belgij. 490 b. Hæretici libellos illi offerunt pro libero ſuæ religionis officio 497 d. Taciturnitatem pro conſenſu accipientes publicè hæreſes ſuas concionantur. ibidem. Mathias Alenzonius & Caſimirus gaudent de morte Ioannis Auſtriaci gubernatoris. 500 a. Mathias & Princeps Auriacus inſolentia Gandenſium impediti nequeunt ſuccurrere Traiectenſibus obſeſſis. 503 a. Mathias non multo poſt offenſus impudẽtia Principis Auriaci Regem Hiſpaniarum eiurandũ decernentis Belgiũ deſerit 516 c.

Matrimonia clandeſtina nulla deinceps declarantur, promulgato ea de re Concilii Trident decreto 427 a.

Mauritius Principis Auriaci filius, 18 annorum, ab Ordinibus fœderatis mortuo patre in Ducem belli eligitur. 531 a Multa oppida Mauritij iugum excutiunt 533 a Mauritij prælium contra Archiducem inter Neoportum & Oſtendam. 624 a. Tres turmæ ſubſidiariæ à Mauritio ſubmiſſæ Hiſpanis victoriã extorquent 625 a. Mauritius Syluam Ducis in periculum adducit. 627 b. Ab hoſte & tẽpeſtate territus obſidionem ſoluit 625 a. Expeditionem parat in Brabantiam cum inſigni exercitu. ibidem. d. Tongros venit; Inde Thenas, vbi Admirãtium Ducem Regiorum ad pugnam prouocat 629 a. Relictã Brabantiã Grauiam obſidet ibid. b. Perduelles Regios munitionibus adiuuat 630 b Sacramentũ militiæ ab eis petit & impetrat. 635.

Maximilianus Frederici Imperatoris filius eligitur in defenſorem Flandriæ 194 b. Venit in Belgium magno comitatu. VVilhelmus Arenbergius fit illi obuiam nomine Epiſcopi. 194 b. Ingenti clade afficit Gallos 197 a. Fiunt induciæ ſeptem menſium. ibid. c. Maximiliani expeditio aduerſus Leodienſes 202 d. Capit oppidũ S. Trudonis & Tungros deditione 203 a. Exercitus Maximiliani aſtu Arenbergij dimittitur ingenti incommodo Reipublicæ. ibidem. b. Flandri & Brabanti inſurgunt aduerſus Maximilianũ 210 c. Maximilianus à Brugenſibus capitur. ibidem d.

Mechlinia tractans de deditione, irrumpentibus per muros Hiſpanis ſpoliatur. 467. d.

Miles Regius grauis Condruſijs. hyberna regiorum militum patriæ damnoſa 540 b.

Miraculum in cripta S. Iacobi Leodij. 19 a. Aliud ad imaginẽ Crucifixi Haſſeleti 423 c. Aliud ad inuocationẽ S. Leonardi in ſuburbio Leodiẽ. 643 c. Aliud pro veritate corporis & ſanguinis Dñi in Euchariſtiã. 661 d.

Monachus contra immaculatam Beatæ virginis conceptionem concionatus ſubito moritur. 5 c.

Monachus Franciſcanus volens ex inſidijs traijcere arcu Heinsbergiũ Præſulem, metu ſe prodit, Coniurationis ſocios accuſat, qui omnes afficiuntur ſupplicio. 128 b.

Monaſterium Carthuſianorum occupatur ab Arenbergijs Leodium obſidentibus 201 a.

Monaſterium de Herkenroede à ſacrilegis prædonibus vindicatur. 242.

Monaſteriũ veteris Vineti reformatur. 246 d.

Monaſterium Roberti mõtis ſpoliatur. 459 b.

Monaſterium monialium regularium quæ ſe Canonicas appellant extruitur in ſuburbio S. Trudonis. 115 a. Perficitur templum Monaſterij S. Iacobi in Inſula Leodij 255 a. Magnum ſentit incrementũ Monaſteriũ D. Auguſtini in Auroro prope Leodiũ 255 a.

Monaſteria regularium apud Tungros & virginũ tertij inſtituti D Franciſci inſtituuntur. 130 d Quæſtio de Monaſterij S. Trudonis ſub Epiſcopo Leodienſi ſubiectione

ſopitur

ſopitur per Erardum à Marcka. 320 d.

Monaſteria paciſcuntur cum ſodalitalibus colubrinorum & arcubaliſtarum. 477 c.

Monaſterium Stabulenſe grauia damna patitur. 485 c.

Monaſterium virginũ de Hocht à milite occupatum. 566 c.

Mondragonius capit arcem Carpenam & ſuſpendit Belium Ordinibus fœderatis ſeruientem. 500 a. Eſt cum regio milite in obſidione oppidi Traiectenſis. 501 a.

Monetæ falſæ prohibitę 426 d. Querelæ Leodij de multitudine monetarũ cuprearum. 427 c Groesb. moderatur monetã vicinorũ quorundam Principum. ibidem. Tumultus ratione valoris monetæ ſopitur 3 d. Erneſtus Præſul iuſtã cudit monetã. 522 a.

Montis pietatis erectio tentata Leodij. 470 d.

Mors D. Paſcaſij Berſelij ad S. Laurentiũ prope Leodium Monachi 329 c. Roberti à Marka. 330 d. Theodorici Hæſij cum eius Epitaphio 376 b. quam de eo opinionem habuerit Eraſmus. ibid. Ignatij ſocietatis Ieſu fundatoris, relictis multis Sanctitatis indicijs 378 d. Vide Ignatius.

Mariæ Philippi Regis Catholici coniugis. 198 d. & Reginaldi poli Cardinalis. ibid. Ruardi Tapperi cum eius Elogio 399 b. Henrici 2. Galliarũ Regis, de qua Bellayus carmen ſcribit 401 b. Lamberti Lõbardi Leodij pictoris percelebris, cuius vitam ſcripſit Dominicus Lampſonius. 424 a.

Mors Giberti Lymburgij inter medicos Leodienſes claſſici, qui primus ſcripſit de aquis Spadanis. 424 c.

Mors Comitis Arenbergij glorioſa 432 c. d. Franciſci Orani Concilij ſecreti Præſulis Procancellarij & Scabini Leodienſis, cuius meritorum memor Præſul, Petrũ Oranum filiũ ad eadẽ munia & honores euexit 450. Caroli Langij Canonici Leodienſis viri linguarum peritiſſimi 470 a b. Henrici Veuij & eius elogium 474 a. b. Gregorij ſyluij Epiſcopi Tagaſtenſis Suffraganei de patria optimè meriti cũ eius Elogio 479 c. d Cornelij Valerij mei in humanis literis pręceptoris viri literarũ peritiſſimi 480 c. Gerardi à Zulre & Henrici Natalis Abbatũ S. Laurentij optimorũ patrũ familias. 490 a. Ioannis Auſtriaci cũ Elogijs 499 c. d. Hieronimi puteani & ei' Elogiũ. 503. d. 504 a. Caroli Nicquet & eius Elogiũ 504 d & 505. Franciſci Fraipõtij cũ eius Epitaphio 505 d. Remacli Fuſchij can. S. Pauli & eius Elogiũ 543 Henrici 3. Regis Galliæ 556 d. Henrici Grauij magni Theologi præceptoris mei cũ Elogio Baronij 566 d. Leuini Torrentij cũ Elogio 567 a. Ducis Iuliæ cum inſigni Elogio 570 d Ducis Caſimiri 571 b. Reginę Galliæ ibid. Principis Parmenſis 574 a b. Antonij Ghenardi cũ eius Elogio 592 b. c. Aegidij Orani cum Epitaphio Petri Orani fratris. 611 d Dominici Lampſonij cũ Epitaphio & verſibus fratris de eo ad Aſſonuillam. 612. d. Franciſci Orani ſacri Conſiſtorij Romæ Auditoris cum Elogio Iuſti Lipſij 613. d. Mors Lipſij & Caroli Blei. 652 a. Ioannis Iugij 654 c. Cardinalis Baronij 656. d. Georgij Duraſſej & Franciſci Flerontini Societatis Ieſu 657 c. Martini del Rio Societ. Ieſu 665 c. Ioãnis Guilhelmi Ducis Iuliæ. 668 b Guilhelmi à Bergis Archiepiſcopi Cameracenſis 668 d. F. Ioãnis à Glano Auguſtiniani. 677 c.

N.

Namurcẽſes loco Caroli Geldriæ Ducis heremitam illi ſimilem apprehendunt & quæſtionibus ſubijciunt. 252 b. Eorum fuga vulgo nuncupata *la iournee des Sauates*. 293 a.

Nicolaus Frãciſci Italus vitra criſtallina conficit Leodij 449 d. Orta inter ipſum & quendam Iacobum Paſqueti vitra quoque Antuerpiæ conficientem controuerſia ſopitur. 450 a.

Nicolaus Poppelius paſtor Gorcomienſis cũ tribus præsbyteris martyrium pro Chriſti fide patitur. 464. a.

Nouum regimen quid vocatur in quo tempore ſcriptum. 117 c.

Nundinæ S. Huberti in Ardenna diebus feſtis celebrari ſolitæ in dies prophanos transferuntur. 498 a.

Nuncius Apoſtolicus Vercellẽſis viſitat Diœceſim Leodien. 540 a. Vide Ioannes Franciſcus Vercellenſis. moritur in Monaſterio S. Iacobi Leodien. 540. c. Eius Elogium ibidem. Octauius frangipanis Nuncius Apoſtolicus ſeditioſos Regi reconciliare fruſtra tentat. 630.

O.

Obſidio caſtri de Raueſteyn 61 d. Hullatijs ad illud ſuffodiendum ex agro Leodienſi aduocatis, D. de Raueſtein de pace tractat. 62 a.

Obſidio oppidi Dionantenſis per Carolum Burgũdũ & eius expugnatio 157 d & 158 a b.

Obſidio Ciuitatis Leodienſis per eundem eiuſque deditio 168 c. d. Secunda obſidio

eiuſque euerſio per eundẽ 173 b c d. & 174.
Obſidio & deditio oppidi Haſſelenſis Groeſbekano Præſuli facta, 425 d.
Obſidio Ciuitatis Leodienſis per Auriacum. 443 a Auriaci turpis fuga 446 d. Vide Princeps Auriacus.
Obſidio Oppidi Traiectẽſis & eius occupatio per Principem Parmenſem. Vide Princeps Parmenſis & Traiectenſes.
Obſidio Antuerpiana per Parmenſem memorabilis 531 a. Hollandi contra eam mirè machinantur 532 c. Nauis admiranda contra pontem à Parmenſi ſuper Scaldim ſtratum 533 b. c Deditur Antuerpia Parmenſi & pax componitur 535 c.
Obſidio& deditio Opp. & arcis Iuliacẽ. 674 b.
Ordines Belgij confœderati inuidẽt victoriis Hiſpanorum 481 d. Iis poſtpoſitis ſoluunt ſtipẽdia Germanis & occaſiones Belgio eos pellendi captãt. ibid. c. Hiſpani conſpirant, tumultuantur, Aloſtum capiunt. ibidem. Ordines Hiſpanos hoſtes patriæ declarant & ſeſe in eos armant ibidem d. Dominus de Glimes pro Ordinibus contra Hiſpanos bellaturus funditur ab eis & profligitur. 483 a. Paſſim in præſidiarios hiſpanos inſurgitur. ibidem. Traiectenſes ad Moſam Monteſdocam præfectum ſuum capiunt. 483. b. Vide Tumultus Hiſpanorum, & & Ioannes Auſtriacus. Ordines fruſtra ſollicitãt Leodien. ad fœdus cũ eis ineundum 484. a. Ordines Belgici vtriuſque factionis Gandaui de pace fruſtra tractant. 485 a. Quotidiani conflictus inter Hiſpanos & ordines ibid b. Rurſus agitur de pace ſed parum ſyncerè 486 b c. Tandem pax coit conſilio Groeſbekani præſulis. 486 d.
Ordines militibus exteris ſatisfaciunt iuxta pacta pacis 487 d. Hiſpani, Itali, Burgundi abeunt ibid. Præſidiarij regij Mariæburgenſes & vicini agrum Leodienſem deprædantur 490 c. Ordines foederati rurſus fœdus Leodienſium expetunt ſed fruſtra 491 c. Ioannem Auſtriacum hoſtem patriæ declarant. ibid. d. Quadraginta aureorum millia menſtrua, ad Regis excutiendum iugum, concedunt. ibid. d. Prælium Ioannis Auſtriaci apud Gemblacum 492 c. Ordines fœderati magnã cladem accipiunt ibid. d. Multa oppida ſe dedunt Auſtriaco ibid. Ordines fœderati militem ex agro Leodienſi clam conſcribunt 493 a. Audita morte Ioannis Auſtriaci, Mathias Archidux, Alenſonius, & Caſimirus læti, hoſtes Belgio pellere fruſtra nituntur 500 a. Vide Princeps Pa ſis. Inſtante hyeme & pecunia defic Alẽſonius repetit Galliam, Caſimiru gliam petit. 50
Ordines fœderati pacem renuunt. Negligunt legatos Cæſaris. 569 c. Inſ eorum reſponſum.
Ordinga à Blancarto Leodio ſtratage capitur. 5
Ordo militaris tempore imminentis obſ nis aut ſimilis periculi ſeruari ſolitus dij. 338 d. & 339. & 340. Vide Edicta.
Ordo militaris renouatur. 4
Origo omniũ hæreſum noſtri temporis 2
Origo euerſæ in Anglia religionis.
Origo belli gallici. 3
Origo belli inter Guiſianos & Condea 403. c.
Origo belli Belgici. 40
Origo Concilij ordinarij. 25

P.

Palatium Præſulis negligentiâ quorun cõcrematur. 233 c. Erardus à Marka no à fundamentis ædificari procurauit an 1508. 240. d. Illud perficitur & habit incipit anno 1533. 326
Pardiliani Regis Nauarri Conſiliari legat admirabilis. 526
Paulus Monachus concionatus contra in maculatam Conceptionem Virginis m tris ſubito expirat. 5
Pax Leodienſium cum Engelberto à Mark parum honorabilis. 2 d
Pax DD. de Rummis & Hamal cum Epiſcopo & Capitulo Leodienſi. 17 a
Pax inter VVenceſlaũ Ducem Brabãtiæ Comitis Namurcenſis & Leodienſium ex vna, & Duces Iuliacenſem & Geldrenſem ex altera partibus 18 d.
Pax Leodiẽſiũ cũ Ioan. de Arkel Præſule. 24 c.
Pax D. de Raueyſteyn cum tribus Electoribus Duce Iuliæ & Epiſcopo Leodiẽſi. 62 b.
Pax DD. de VVyenarde & Raueſteyn cum Leodienſibus. 64 c.
Pax Caroli Regis Galliæ cũ Reginaldo Duce Geldriæ procurãtibus Archiepiſcopo Colonienſi & Epiſcopo Leodienſi 65 c.
Pax Ioannis à Bauaria cũ Leodienſibus. 83 b.
Pax inter Francos & Flandros poſt bellum 20. annorum. 122 b.
Pax inter Borboniũ Præſulẽ & Hoyẽſes 156 a.
Pax inter eundem & Leodienſes quæ Fexmalienſis appellatur 157 b.
Pax inter Leodienſes & eundem Præſulem quæ Oleana dicitur. 158 c.

Pax

Digitized by Google

Pax inter Arenbergium & Ioannem Horneum Præſulem. 205 c.
Pax inter DD. de Emry & Coſvvaremia 252 d.
Pax inter Reges potentiſſimos Gallum & Hiſpanũ quæ Cãbreſiana appellatur 399 c.
Pax Belgij fruſtra tentata 476 d. Iterùm fruſtra tentatur 484 d. Rurſus agitur de pace parum ſincerè 486 b. Tandem firmatur Groesbekano Præſule auctore 486 d. Electores Colonienſis & Treuerenſis pacẽ offerunt Belgis fruſtra 532 a. Iterum de pace actum inter Archiducem & Hollandos 657 a. Tandem fiunt Induciæ duodecim annorum inter Archiduces & fœderatos. 668 c.
Peregrini pœnitentes magna frequentia Coloniam, Aquiſgranum, Traiectum & Leodium veniunt. 224 d.
Periurium Regis Galliæ detegitur 174 b.
Perſandus Arnoldi de Horn Epiſcopi cõpetitor vitã priuatã agit 44 c. Vide Bellum
Pervviſius vide Henricus Pervviſius.
Pes nouus ſeu reformatus in contributionibus diſſoluendis. 585 d.
Peſtis fere totum orbem affligit & mediam hominum partem abſumit. 4 d.
Peſtis ſeuit 318 b. & 319 d. & contra illam remedia Erardi à Marka. Et 341 d. cum remedijs Cornelij à Bergis. & 346 d. & 374 d. & 397 c. Et 411 cum remedijs Gerardi Groesbekani. Et 412 a. & 480 d. Et 504 b. cum remedijs ſpiritualibus & corporalibus ab vtroque Magiſtratu adhibitis. Petrus Bex Conſul Ciuitate per Auriacum obſeſſa inſignem nauat operam. 444 b.
Petrus Voeſclius Decanus Vltraiectenſis impetrat ſuis à Philippo Rege decimi denarij immunitatem. 457 b.
Petrus Oranus Scabinus Leodienſis Erneſti Præſulis in ſuo priuato Concilio procancellarius & Ioannes Molempeter fiſci aduocatus Iudices deputati in Ioannem del Vaulx maleficum nõ pœna ordinaria ſed gladio animaduertendum & ſepulturæ ſacræ tradendum decernunt, & quare 605 b. Ioannes del Vaux flexis genibus gratias agit pro mollita pœna ordinaria Ibid c.
Philippi Caroli v. Cæſaris filij opes ampliſſimæ 364 c. Cæſar illum ad Imperium promouere ſtudet ibid. d. Proficiſcitur cum illo Auguſtam Vindelicorum ad Comitia ibid Maria Catharinæ illius quam Henricus à ſe ſepararat filia illi deſponſatur 371 d. Matrimonium, agente Cardinali Polo, cõfirmatur 372 b. Philippi erga egenos liberalitas 381 c. Philippopolim in agro Leodienſi condi t cõpenſatione promiſſa ſed necdum præſtita 382 c. Gallos apud Sancto Quintinum inſigni clade afficit 384 d. Celebrat Bruxellæ funus patris ſui Caroli quinti Cæſaris 397 d. Init pacem cum Gallo 399. Mariã vxore mortuã matrimonium contrahit cũ Eliſabetha Henrici ij Galliarum Regis filia 400 d. Repetit Hiſpanias commendans Belgij prouincias Principi Auriaco & Comiti Egmundano 402 c d.
Placentius nuſquam fere vere ſeruat calculum temporis 69 c. Fallitur vno anno in tẽpore adminiſtrationis Ioãnis à Bauaria.
Pons archarum inundatione Moſæ cũ multis ædificijs ſuperſtructis deturbatur. 83 d.
Pons ligneus ſuper Moſam iuxta Viſetum quare factus 45 b.
Pons ligneus inter Seraniũ & Iemeppiã 49 c.
Poppeldorfẽſis arx capitur à Bauarianis 528 a.
Porta amari cordis Leodij inſtauratur 534 a.
Portenta in aere viſa. 435 c.
Præſagium. 201 b.
Princeps Auriacus, Egmundanus, & Hornanus Comites ſcribunt Regi Hiſpaniarum imminere Belgio exitium, niſi Anthoniũ Perenottum Granuellanum à Conſilijs Margaretæ Gubernatricis amoueat 407 b. Reſpondet Rex 408 b. Reſcribunt illi ſtatum Belgij non ferre vt vadant in Hiſpanias 408 d. Rex nihil mali ſubueritus Grãuellanum acerrimum fidei & religionis defenſorem in Hiſpanias reuocat. 410 c. Rogat præfatos proceres vt Margarethæ Gubernatrici Granuellani loco ſint à conſilijs ibid. Non multo poſt, contemptis Viglio Concilij præſide & Berlemontio ærarij præfecto, Concilium & ærarium ad ſe tanquam ad Concilium Statuum attrahunt magna rerum confuſione ibid. Oriũtur ſimultates inter nobiles, & in populo diſſenſiones ibidem. Aſpirant ad libertatẽ conſcientiæ ibid. Princeps Auriacus aduentum Ducis Albani inaudiens, cogit exercitũ 427 d. Queritur apud Germanos Principes de tyrannide Albani & Hiſpanorum 458 a Opponentibus ſe Regi, Auriaco, Egmundano, & Hornano, nobilitas Belgij conſpirat 419 c. Princeps Auriacus conſcribit ingentem Germanorum exercitum. 432 d. Apropinquat Leodio cum exercitu 436 d. Sollicitat Aquenſes blandis verbis pro mutuo habendo 436 c. Tandem minis 26. thalerorum millia extorquet ibidem.

Digitized by Google

ibidem. In pago de Noortvvick miles eius horrēda patrat ſacrilegia Ibid. d. Miſſo tubicine cum literis ad Senatum Leodienſiū petit tranſitum per Ciuitatem 437 b. Deluditur egregio reſponſo Ibid c. Mittit & tubicinem Traiectum ſimiliter petens trāſitum, qui ad Albanum miſſus ſuſpenſus eſt Ibidem. Pręter opinionem Albani moſam traijcit 438 b. Fruſtra petit ingredi Stókhemium ibidem. Albani increduli interrogatio. Ibid. c. Auriacus proficiſcitur Tongros vbi inſolenter valdè miles eius ſe gerit 438 d. Tongrenſes inconſulto Præſule & Principe primos proceres Auriaci introducunt 439 a. Auriacus Lolcaſtri intereſt concioni caluiniſticæ 439 d. Fructus illius fuit iconomachia & conuerſio Eccleſiæ in ſtabulum equorum ibid. Inde ſcribit Præſuli petens centum millia ducatorum 440 a. Sollicitat Trudonenſes ad deditionem ibid. Quidam nefarij Hockſtratano portas oppidi Trudonenſis aperiunt 440 d. Eccleſiaſticorum fuga ibid. Abbas captiuus abducitur, & inſuper præda æſtimata ad octies centena aureorum millia 441 a. Puniuntur illi nefarij 441 b c. Levvenſes Auriacum admittunt & ſubſidia dant 441 d. Vnus ex primarijs Levvenſibus ad Albanum miſſus, ſuſpēditur ibid. Condeus ex Gallijs Auriaco fert ſuppetias 442 a Condei milites Monaſterium S Huberti in Ardēna cum templo Xenodochio & vico cōburunt ibid Cœnobiū quoque de Haſtier flammis donant Ibid b. Auriaci miles apud Montinacum ceditur ibid c. Inde Louueiuallus Viluordiam captiuus abducitur nec amplius videtur ibid. Auriacus Geldoniam depopulandam tradit Ibidem. d. Heyleſſemenſe Cœnobium fœdat, ſpoliat, exurit ibid. d. Oppugnat Thenas quas Hiergius animosè propugnat 443 a Adjcit animum ad obſidionem Leodienſem 443 b. Submittit milites, impios ciues, qui ferant ſeditiones in Ciuitate 443 d. Vigilantia Præſulis, Prælatorum, Magiſtratus & ciuium ibid. Auriacus ſuburbium S. VValburgis ingreſſus domus diripit & incendit 444 c Heraldus ab Auriaco miſſus petit ingreſſum in Ciuitatem & quid illi reſpōſum ibidem. Literæ ſigillis Præſulis, Cleri, Conſulum & Concilij Ciuitatis pariter ſignatæ magnum Ludouico Naſſouio Auriaci fratri metum incutiunt Ibid. Auriacus ſcribit S. Laurentij & alijs prælatis, petens centum millia ſcutorum, minas graues interponens ibid. Scribit rurſus Præſuli & conſulibus & quid reſponſum 445 a. Tertio ſcribit petens legatos in Ciuitatem intromitti, ibid. Tertiò paſſus repulſam, poſtremò ſcribit literas irarum plenas. Pro reſponſo laqueum minatur Ciuitas ſi nuncius vlterius redierit ibidem d Auriacus oppugnationem ſimulat 446 a Ciues noctes & dies tormenta in hoſtes explodūnt 446 a. Auriaci deſperāt ibid. Ignes in tria Monaſteria & plures ædes præſtantes inijciunt ibid. Turpiter fugiunt ibid. Egreſſi ciues multos educūt, multos capiunt 447 a. Vndecim laqueo ſuſpendunt ibidem Tumultus idcirco in foro ortus ſedatur Ibidem b. Auriacus Gallias petens ira percitus Monaſteria Bōneffienſe & Bonæ Spei exurit 447 d. Multi ciues Auriaci partes ſequuti afficiuntur ſupplicio 449 c. & 453 c d. Tumultuantibus Brabātis occaſione decimi denarij Auriacus arma reſumit & exercitū cogit 462 b. Petit ſuppetias ab Hollandis 463 d. Hæretici in Hollandia Goudam Dordracū Harlemium & in Zelādia Gorcomium & alia oppida occupant 464 a. Auriacus ex Germania cum exercitu vēniens obſidet Ruremundam 464 d. Propugnat eam filius D. Berlemontij aliàs Floyon, qui ibi glorioſè occumbit ibid Teſtimoniū eius rei Reuerendiſs. Lyndani Epiſcopi Ruremūdenſis 465 a. Vide Ruremunda. Princeps Auriacus venit mōtes Hannoniæ Ludouicum fratrē fruſtrà liberaturus 466 d. Eius milites Germani ſtipendium petunt 467 a. Propelluntur ab Hiſpanis ſclopetarijs & retrocedere cogūtur ibidem. Creatur Rouuardus Brabantiæ 490 a. Tentat Catholicos Antuerpiæ vt Ioannem Auſtriacum hoſtem iurent 496 b. Eius fœdus cum Gādenſibus 500 c. Capit Dieſthemium 508 b. Impudens Principis Auriaci facinus 516 c. Princeps Auriacus ſclopeto traiectus necatur. 530 b.

Princeps Parmenſis ſuccedit Ioanni Auſtriaco in Gubernatione Belgij 499 d. Media hyeme Carpenā capit ibidem. Reficit militem in agro Leodienſi ibid. Traiectū obſidere incipit ibidem. Eius oppidi deſcriptio 501 a. Svvarzembergius propugnat Traiectum. ibid. Parmenſis capit Traiectū non ſine magnis ſuorum cladibus 503 b. Svvarzēbergius ſtratagemate euadit 503 c. Multus ſanguis funditur & quare ibidem.

Princeps

Digitized by Google

Princeps Parmenſis obſidet Antuerpiã 531 a.
Fit hidropicus & ad aquas Spadanas à Præſule Erneſto honorificè excipitur 554 d.
Rothomagenſes obſidione ſoluit. 572 b.
Glorioſè moritur. 574 a.
Proceſſio Cleri admirabilis. 169 c.
Proditio aduerſus Borbonium Pręſulem 194. Proditores grauiter puniti 195 a. Detegitur proditio Arenbergij 198 b. Arẽbergij pro ditione Leodium capiunt. 211.
Proditionum rumores Leodij. 485 b.
Proditio detecta. 513 b.
Propugnaculum ad portam S. Margarethæ perficitur. 156 b.
Proteſtantes vnde ſic dicti. 296.
Pugna Anglorum & Flandrorum. 26 d.
Pugna Caroli v. Cæſaris & Regis Galliæ in qua Rex pugnans capitur. 292 b c.
Pugna celebris Gallorum & Anglorum. 85 d.
Pugna Gandenſium & Brugenſium. 51 b.
Pugna Hornenſium & Arenbergenſiũ. 227 c.
Pugna Pictauienſis celeberrima. 8 c.
Pugna Philippi Caroli v. Cæſaris filij & Gallorum in qua Galli victi fuere. 384 c.
Pugna Venetorum & Gallorum 243 b.
Pugna Alberti Archiducis & Mauritij Comitis inter Neoportum & Oſtendam. 624 b.

R.

Radulphus de Riuo Decanus Tongrenſis tempore ſchiſmatis inter Pontifices Romanos agebat in Italia. 13 b.
Raſo Herenſis caput Leodienſium rebellium. 139 d. Vide Ludouicus Borbonius & VVilhelmus Arembergius.
Reformatio Scabinorum Leodienſium per Engelbertum à Marka Epiſcopum & Capitulum facta. 11 d.
Reformationes Auſtriacæ laicales publicantur. 364 d.
Reformationes Iudiciorum Spiritualium à Pontifice confirmatę eduntur & publicantur. 370 d.
Regimen nouum per tres Status Patriæ editur, & quid illud. 117 c.
Reginaldus Polus Cardinalis perſequutionem ab Henrico Angliæ Rege patiens ab Erardo à Marka Præſule excipitur per ſex menſes. 331 a. b. Intereſt Leodij ſupplicationi & plenariã indulgentiã largitur 331 d. Recedentem à Ciuitate Præſul & Clerus magno honore afficiunt. 332 a.
Regina Nauarræ venit Leodiũ ad aquas Spadanas profectura. 489 b. Conuiuia regalia exhibet nobilibus Dñabus patriæ. ibid c.
Regina Syciliæ quæ prima ſchiſmatis Romani fautrix fuit miſere moritur. 49 b.
Reinaldus Dux Geldriæ Regi Francorum bellum indicit. 61 a
Reliquiarum S. Lamberti Martyris aliquid impetrat Hugo de Hembercourt. 214 c.
Reliquiæ Capitis ſeu Caluariæ S. Lamberti vindicantur 638 b. Caput S. Lamberti per 346 annos intactum deportatur per circuitum Eccleſiæ & clauſtri 218 a. Solemnitas ſeruata in ea deportatione. ibidem.
Reliquiæ SS. Petri & Andoleti. 215 a.
Reliquiæ S. Materni, ibid. c. S. Magdalbertæ virginis ibid. d. Duæ capſæ plenæ reliquijs 216 c.
Reliquiæ B. Dioniſij Carthuſiani quando & qualiter inuentæ. 658 b.
Requeſenius ſuccedit Albano in adminiſtratione Belgij 470 d. Pace cum Hollandis & Auriaco deſperata mandat Hiergio Berlemontij filio vt bellum promoueat. 478 d. Multa oppida ab Auriaco occupata recuperat. 479 a. Ardentiſſimo paroxiſmo correptus moritur. 480 c.
Res memoratu digna ad reliquias S. Huberti in Ardenna. 404. c.
Rex Galliæ iuratus falſo negat ſubſidium à ſe datum Leodienſibus 172 d. Peſſimè meritus de Leodiẽſibus ſicut & Epiſcopus Tricaricẽſis tunc Nuncius Apoſtolicus. 174 b.
Riparij vide Coniuratio ripariorum.
Robertus à Bergis Marchionis Bergenſis frater ſuccedit Georgio Auſtriaco in Epiſcopatu Leodienſi. 384 b. Repræſentat Capitulo literas ſuæ Coadiutoriæ, & inauguratur. ibid. Conſecratur in ſacerdotem aſſiſtentibus quatuor Epiſcopis 385 a. Eius iucundus ingreſſus. ibidem. Primitias ſacerdotij Deo offert. ibidem. Accipit regalia ab Imperatore per procuratorem. 385 d. Transfert forum pecuarium ad gurgitem Moſæ 406 b. Concipit édictum contra hæreticos. 406 c. Illi cõtradicitur & quare ibidem. A noxio vento læditur & labefactatur eius memoria nec amplius reſtituitur 406 c. Conſilio fratris Marchionis petit ſibi dari Coadiutorem Gerardũ Groeſbekanum 407 d. Poſt aliquot dierum deliberationem placet Capitulo. ibid. Scribitur Romam pro confirmatione. ibidem. Robertus, receptis literis Confirmationis, defungitur Epiſcopatu & Bergam proficiſcitur, vbi ſtatim vitam cum morte commutauit.

mutauit. 409 c. Quo tempore mortuus ſit 412 c, Eius exequiæ. ibidem.
Robertus Archiepiſcopus Colonienſis à ſuis expulſus à Carolo Duce Brabantiæ ſuppetias petit & impetrat. 175 b.
Robertus Arenbergius Eucrardi & VVilhelmi Arenbergiorum nepos bellum mouet Hornano Epiſcopo & Patriæ Leodienſi in vindictam necis VVilhelmi Arembergij 209 d. Deſcendens in Geldriam cum copijs gallicis extorquet decem millia florenorum à Leodienſibus quorum ſuburbijs comminabatur. 226 b. Recuperat multa oppida Carolo Duci Geldriæ. 238 d. Recedit à fœdere Brabantinorum 276 a. Non multo poſt fit Cæſari ſupplex. 276 d. Caſtigatur eius temeritas. ibidem.
Ruremūda oppidum Geldriæ à Principe Auriaco tentatur 464 d. Propugnat illā egregiè filius D. Henrici Berlemontij alias Floyon Prætoris Leodienſis adhuc iuuenis cum centum quadraginta equitibus Leodienſibus.ibidem. Tertio & quarto hoſtem à mœnibus propellit. 465 c. In quinta oppugnatione ſubmiſſis in adiutorium quatuor militum ſignis Vrbs capitur. ibidem. Tota nocte imperterrito animo pugnat cum ſuis. ibid. Et tandem glorioſè occumbit multis confeſſus vulneribus. ibidem.

S.

SAlentinus Comes Iſenbergicus fit dux militiæ. Erneſti Archiep. Colonič. 527 c.
Sal Leodij confectum. 526 b.
Sancho Dauila Hiſpanus Ludouicum Naſſouium Principis Auriaci fratrem cum excubijs varijs ſtratagematibus fundit; nec ipſe Ludouicus ab inde vſquam apparuit 475 a. Vide Ludouicus Naſſouius.
Sanctorum interuentu ſperanda ſalus 217 d.
Scabini Leodienſes deponuntur & mulctantur vno excepto 60 b. Mulctam non ſoluentes proſcribuntur. ibidem. Impetrant mādata Cæſaris fruſtra. 60 d. Legati Cæſaris ſubſcribunt ſententiæ cōtra Scabinos. 61 a. Scabini impetrant à Cæſare literas reſtitutionis fruſtra. 66 b. Arnoldus Hornanus præſul Sedem Apoſtolicam appellat contra miniſtros Cæſaris. 66 b.
Scabinorum iudicium de vno innocente & altero nocente. 245 a. Quomodo & quando à munere Conſulatus excluſi. 460 b. Edictum ea de re Præſulis ad vitandum tumultus periculum. 454 c.
Schiſma exoritur quod circiter. 40. annis affligit Eccleſiam. 28 c. Eius originem vidit auctor exiſtens in Italia. ibidem. Concilium Regis Franciæ de tollendo Schiſmate Paparum. 72 b.
Schiſma Leodij exoritur ratione duorum Pontificum. 77 b. Concilium Piſanum ad tollendum ſchiſma Pontificum. 84 b. Concilium Conſtantienſe in quo ſchiſma componitur. 85 b.
Schiſma in electione Epiſcopi. 204 a.
Schiſma atrox Venetorum contra Eccleſiam Romanam. 657 d.
Secta flagellantium exoritur. 4 d. Clemens Pontifex illam damnat tanquam hæreſeos ſuſpectam. 5 a.
Secta Dæmoniacorum tripudiantium 19 d. Cauſa huius quæ prudentum quæ Vulgarium. 20 a. Creſcit in magnam multitudinem. ibidem. Cogunt conciliabulum in pago Herſtallio prope Leodium ibid. d. Dæmon detegit ſecretum in conciliabulo tripudiantium conceptum 21 c. Tandem hæc ſecta imminuitur. 22 b.
Seminaria per Regem Hiſpaniarum erecta Louanij & Duaci. 541 b. Et per Erneſtum Bauarum præſulem Trudonopoli & Leodij. 558 a. & Louanij. 632 d.
Sigiſmundus Imperator Leodium venit & inde in Angliam proficiſcitur. 86 b. VVilhelmus Hollandiæ Comes frater Præſulis Ioannis à Bauaria Imperatorem magna nobilium caterua comitatur 86 b.
Sixtus 5. Pontifex omnes Epiſcopos Romam citat. 558 c.
Societatis Ieſu initium. 278 d. Societas nominis Ieſu approbatur à Paulo tertio Pontifice 338 d. Prioratus S. Seuerini & de Muno vniuntur Collegio Societatis Ieſu Leodien. 476 b. Reſeruatur Iuriſdictio temporalis de Muno. ibidem. Sanantur literæ vnionis per Pontificem factæ inſtante Gerardo Groesbekano Præſule 478 d. Patres Societatis Ieſu ſuccedunt in locū fratrum S. Hieronymi. 517 a. Scholas aperiunt. 519 d. Origo Collegij Societatis Ieſu oppidi Aquenſis 610 b. Multa in eo patiuntur ab hæreticis. 673 d.
Stokhemienſis Oppidi conflagratio. 651 b.
Spadanæ aquæ vide Aquæ Spadanæ.
Stratagema Leodienſium. 154 d. Aliud Stratagema. 167 a.
Studium Vniuerſale Louanienſe per Ioannem quartum Ducem Brabantiæ inſtituitur.

tur. 117 d. Eius inſtitutionis exēplar. ibid.
Succeſſio Pontificum 5 d. 249 d. 278 a. 290 c. 328. b. 363. b. 375. d. 402. a. 417. a. 463. a. 564 c. 565. d. 569. b. 570. c. 644. d.
Succeſſio Imperatorum. 260 d. 397 c. 411 b. 482 d. 677 d.
Succeſſio Regum Franciæ. 203 b. 252 d. 357 b. 403 b. 404 a. 476 a. 556 a. 671 d.
Sudor Anglicus. 297 d.

T.

Tempeſtas & grando prodigioſa. 449 d. Tempeſtas ac admiranda paſſim aquarum alluuies. 457 a.
Tempeſtas cū mira Moſæ inundatione. 458 c. In Friſia mira fluminum & maris inundatio ibidem. Contra in Anglia littora Maris introceſſere vt homines poſſent ad aliquot paſſuum millia intra Maris ambitum pedibus procedere. ibidem.
Tempeſtas ingens. 513 b.
Templa hæreticorum diſturbantur. 427 a. Egregiū eade re Ducis Arſchotani exemplum. ibidem.
Terra S. Huberti in Ardēna immunis à vectigalibus Luxemburgenſium. 585 a.
Teſtes falſariæ duæ in Moſam proiectæ. 356 a. b. c. d.
Theodorus Beza deficit ad Caluiniſmū. 375 a.
D D. Theodorus de Momalia & Theodorus de Elderis milites redeuntes ex peregrinatione Hieroſolymitana capiuntur à parentibus Epiſcopi Valenroda & quare. 115 c.
Traiectēſes proditionem ſuſpicati trepidant. 138 c. Dux Iuliæ inſidiatur Traiecto 346 a.
Traiectenſis oppidi deſcriptio. 500 d.
Traiecti ad Moſam habentur cōciones hæreticæ per quendam Doctorem Hermānum. 423 b. Audita deditione oppidi Haſſelenſis admittunt præſidium à Gubernatrice Margaretha & Præſule Leodienſi 426 c. Obſidio per Parmenſem. ibidem. ZVVarzembergius propugnat Traiectum 501 a. Lanoyus fruſtra præſidium inferre conatur ibidem. Duo loca oppugnanda deſignantur. ibidem. b. Hiſpani & Itali magnā ab obſeſſis cladem accipiunt 501 d. & aliam cladem 502 a Et tertiam ibidem. Ampliſſimum tabernaculum vulneratis refertum ibid. Propugnaculum dictum forma plana ibid. c. Septum militare ad portam Bruxellenſem ſuperatur. ibidem. Obſeſſi pacem fruſtra petunt 503 a. Capitur Traiectum. ibid. Dominus de Dieſternes fit Gubernator Traiectenſis communi nominatione Ducis Brābantiæ & Præſulis. 508 d. Vide bſidio.
Treuga vnius anni inter Brabantos & Leodienſes. 43 a.
Tribunal viginti duūm virum qua occaſione Leodij erectum. 23 d. Voluit cognoſcere de perſona & facto Epiſcopi vnde bellum ſequutum eſt. 25 c.
Trucſeſius Archiepiſcopus Colonienſis ſuſpectum habet Erneſtum Præſulem 522 b. Fertur iniiſſe fœdus cum proteſtantibus & Gallis. ibid. Studet fruſtra alienare ciues Colonienſes à Senatu. 522 d. Conciones Caluiniſticas habet. 523 c. Bellum orditur 525 a. Trucſeſius admonetur à Cæſare 525 c. Excommunicatur & exautoratur. 525 d. Trucſeſiani ad Sigenū fluuiū cedūtur. 528 d.
Trudonenſes inſurgunt in Ioannem Bauarū Epiſcopum ſuum, qui eos egregie excipit & punit. 75 c.
Trudonenſes fiunt ſupplices Carolo Duci Burgundiæ. 167 c. Quidam nefarij Trudonenſes petente Hocſtratano Comite per Principem Auriacum miſſo portas Oppidi aperiunt 440 d. Ferunt claues oppidi Auriaco qui præſidium imponit ibid. Clerus fuga & latebris coſulit vitæ ſuæ. ibidem Cœnobium Benedictinorum diues ſpoliatur, Abbas quamuis abſconſus capitur & abducitur. 441 a. Quanta ex Oppido præda abducta cenſeatur. ibidem. Vide Princeps Auriacus.
Tuitium à Truchſeſianis crematur. 527 b.
Tumultus Leodij & Dionāti excitati ſedantur per Engelbertum à Marka. 3 c. d.
Tumultus populi Romani in Electione ſummi Pontificis. 29 d.
Tumultus Louanienſis contra Ducem ſuum VVenceſlaū qui ſtatim vti rebelles corrigūtur. 45 a b.
Tumultus Gandenſis origo. 45 c. Illis fauent Leodienſes. 46 a.
Tumultus Leodij ratione Schiſmatis Vrbani & Clementis. 50 a. Detegitur Clementinorū conſpiratio contra Vrbaniſtas. ibid. Fit inquiſitio in Clementinos. ibidem. c. Clementini armati deprehenſi in domo cuiuſdam Canonici S. Crucis capiuntur. 50. b. Ioannes de Sprymont Caput Clementinorum fugit. 50 c. Res tota defertur ad capitulum Leodien. in craſtinum vberius examinanda. 50 c.
Tumultus per Flandriam & Brabātiam 190 d.
Tumultus noui Leodij excitantur. 193 b.

Digitized by Google

Tumultus Trudonopoli occaſione homicidij per Nothũ D. de Heers perpetrati. 55 d.
Tumultus Traiecti cuius occaſione multi ſupplicio afficiuntur. 336 c.
Tumultus in clauſtro S. Bartholomæi per Præſulem ſedatur. 346 c.
Tumultus per Belgium occaſione decimi denarij per Albanum exacti. 462 a.
Tumultus Aurifabrorũ Leodij ſedatur 467 b.
Tumultus impeditur per Præſulem Groesbekanum. 480 d.
Tumultus Hiſpanorũ petentiũ ſtipendia 48 b. Ordines fœderati præbent occaſionem & quomodo. ibidem.
Tumultus Aquenſium & origo corruptionis Vrbis Aquenſis. 506 a.
Tumultus Leodij ſedatur 512 d. Caluiniſtæ Aquenſes tumultuantur 514 d. Hiſpani tumultuãtur iuxta Herentalz 566 a. Scribitur illis & inſolenter reſpondent. ibidem. b.
Tumultus præſidiariorum Diœceſis Colonienſis. 573 c. Regiorũ militum inter Zambram & Moſam. 579 a. Italorum in Zichen 589 b. Præſidiariorum Bonnenſium. 590 c. Hiſpanorum per VVeſtphaliam & vicinas prouincias. 611 a. Hiſpanorũ per patriam Leodienſem. 615 b In Peer & Hamont. ibidem. c. Et in VVert. 626 c. Ruſus in Hamõt Et in Caſtello Hochſtratano 629 d. Diſthemij & Hamontij qui excurrũt vſque ad portas Leodienſes 655 b Mandatum Archiducis ſeuerũ contra ſeditioſos 657 b. Inſolens tumultus Aquenſium. 673 b.
Tungrenſes fiunt ſupplices Carolo Duci Brabantiæ, ibidem. Similiter & reliqua oppida ditionis Loſſenſis. 157 d.
Turcæ nomen Ducis Bullonij timent. 128 b.
Turris ſuperbiæ nuncupata deſtruitur nunquam reædificanda. 121 d.

V.

VAlencenenſes ſpoliant templa. 424 b. Declarãtur Regiæ Maieſtati rebelles ib.
Vbolz cogit militem contra Patriam Leodienſem, & quomodo prouiſum per Præſulem Groesbekanum. 425 a.
Vectigal imponitur clero per Brabantiã conſtituta dimidietate omnium prouentuum in bellum contra Turcas. 326 b.
Victoria Bauarianorum ad Burgum pagum ad fluuium Iſelæ poſitum. 529 c.
Viriditentorienſes qui & vnde dicti 158. Vide Ludouicus Borbonius.
Virtus multis exitium péperit. 114 c.
Viſitatio feretri S. Lamberti Martyris 213 c.
Vniuerſitas Louanienſis erigitur. 117 d. & Muſſopontina. 471 b.
Vrbanus ſextus creatur Pontifex. 29 c. Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituere conatur, idcirco offenſi Cardinales alium Pontificem creant, & ſchiſma faciunt. ibidem. d. Scribit Archiepiſcopo Colonienſi. 35 b.c. Scribit Capitulo Leodiẽſi 37 c. Arnoldum de Horn ad Epiſcopatum promouet. 40 b. Declaratur per Germaniã verus Papa 46 b. Priuat Ioannam regno Siciliæ, quod ſchiſmatis fautrix eſſet. 49 b. Regimen Carolo Hungaro donat. ibid. Offert indulgentias bellantibus contra Clementinos. 56 b. Proditur & capitur; mox liberatur & capit proditores. 57 c. Inſtituit feſtum Viſitationis B. Mariæ Virginis. 66 c.
VVeſtphalia tota Erneſto Præſuli paret. 532 d.
VViclefus hæreſiarcha incipit praua dogmata ſpargere. 14 c. Ipſe & Ioannes Hus in Conc. Conſtantienſi comburuntur 85 b.
VVilhelmus à Pictauia Canonicus & Scholaſticus Leodienſis ducit genus à Diuo Guilhelmo Duce Aquitaniæ 454 b. Mittitur cum D. Antonio Ghenardo ad Concilium Tridentinum. 366 b. Intromitti iubet Albanum cum ſuis in oppidum Tongrenſe 439 c. Obſeſſa per Autiacum Ciuitate qualiter ſe geſſerit. 444 a. Deponit Vicarium Cornelij montis. 453 b. Proſequitur lites liberorum fratris defuncti ibid. Veneno cibo & potui infuſo necatur ibidẽ.
VVilhelmus Arembergius Leodienſibus rebellibus ſe adiungit & bellum mouet Borbonio Præſuli. Vide Ludouicus Borbonius & Ioannes de Horn.
VVilhelmus Damaſus Lyndanus Dordracenſis fit primus Epiſcopus Ruremundenſis 401 d. Mittitur ab Albano in poſſeſſionẽ Epiſcopatus. 448 c. Eius Elogiũ. ibid.
VVynandus à VVyngarde Canonicus Leodienſis vir illuſtris Ciuitate obſeſſa æger ſalutem Ciuitatis propriæ præfert. 444 b. Reuerſus ex Vrbe reddit litteras Pontificis Magiſtratui Leodienſi. 478 a. Moritur, & eius Elogium. 579 b. c.
Vxor Domini de Rummis tabe conficitur. 16 d.

FINIS.

Digitized by Google

CORRIGENDA QVÆDAM ADDENDA VEL DELENDA POST HVNC TOMVM TYPIS editum ab auctore animaduerſa.

Pag. 6. lin. 20. fratrem. lege filium.
Pag. 31. lin. 34. Scolernican' lege Salernitan'.
Pag. 37. lin. 8. manu. lege naui.
Pag. 65. lin. 32. Romancho. lege Romano.
Pag. 67. lin. 4 ſuppoſitus. lege ſuperpoſitus.
Pag. 122. lin. 6. Martinus dele.
Pag. 235. lin. 15. Auriacus. lege Auſtriacus.
Pag. 278. lin. 19. Giiſogoni. lege. Chryſogoni
Pag. 297. lin. 15 Conſultis. lege conſuetis.
Pag. 313. lit. c. Raymont. lege Ramioul.
Pag 325. lin. 10. Chryſogoni. adde nominib'.
Pag. 361. lin. 24. Aldenardã. lege Mechliniã.
Pag. 365. lin. 5. præfiniunt. lege præfiniuit.
Pag. 370. lin. 24. copijs. lege copiæ.
Pag. 372. lin. 31. Carolomontiũ in agro Leodienſi ædificatur. dele.
Pag. 410. lin. 38. Abuſionibus. lege abuſibus.
Pag. 419. Batemburgici: lege: Culenburgici.
Pag. 421. lin. 29 omnes: lege non omnes.
Pag. 428. lin. 34. Egmondanus ei. dele. ei.
Pag. 453. lin. 4. Dionantũ. adde. colligerẽtur.
Pag. 463. lin. 26. Erneſtus. lege Gerardus.
Pag. 491. lin. 14 quod quamuis. dele. quod.
Pag. 509. lin. 30. Vigeſimo. 3 Cal. l. Quinto Cal.
Pag. 512. lin. 37. imponi. lege imponantur.
Pag. 517. lin. 4. patribus. lege patres.
Pag. 530. lin. 12. Delphos. dele. lin vltim. Auriaco. lege Auriaci.
Pag. 557. lin. 14. habita fuere. l. habitum fuit.
Pag. 569 lin. 14. adimere. adde. conſueuiſſet.
Pag. 593. lin. 7. Comeſq;. lege Vicecomeſque.
Pag. 599. lin. 10. quamque lege quanquam.
Pag. 605. lin. 24. portio quæ. lege cum portione quam.
Pag. 606. lin 36. Hoc fere tempore.
Nota hic narrata referenda eſſe ad annum 1602. quo Toller & Iamart fuerũt Cõſules.
Pag. 610. lin. 35. Dioeceſis Leodienſis. lege. Dioeceſi Leodienſi.
Pag. 622. lin. 10. Proconſulis. adde vidua.
Pag. 629. lin. 41. certiores lege certiora.
Pag. 631. lin. 2. eis lege eos.
Pag 639 lin. 15 puer maleficiatus. dele.
Pag 643. lin. 36. Nata dele.
Pag. 656 lin. 13. Iſabellã adde & Hollandos.
Pag. 657 lin. 9. res dele.
Pag. 670. lin 1. paratos. lege parati.
Pag. 671. lin vlt. Damnatus lege damnatur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google